




3 1761 07833937 1





Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/thesaurusresolut85cath>



**THESAURUS**  
**RESOLUTIONUM**  
**SAC. CONGR. CONCILII**

QUÆ CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,  
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

MUNUS SECRET. EJUSDEM SAC. CONGREG.

O B E U N T E

**R. P. D. ANTONIO DOMINICO GAMBERINI**

A D U R B E V E T A N A M S E D E M

DIE 19. DECEMBRIS 1825.

P R O M O T O

P R O D I E R U N T I N C A U S I S S U B A N N O 1825.

P R O P O S I T I S

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,  
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS  
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.


**TOMUS LXXXV.**  
T R I P L I C I  
I N D I C E L O C U P L E T A T U S

---

R O M A E M D C C C X X V I

Typis Vincentii Poggioli Rev. Cam. Apost. Typographi

H. 26  
1.75-27



# I N D E X

## ALPHABETICUS CAUSARUM

*Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1825. per Dioeceses dispositus*

### A

- Alatrina Residentiæ 9. Julii pag. 150.
- Albanen Mediæ Annatæ 3. Septembris pag. 202.
- Anconitana Congruæ 9. Julii pag. 144.
- Ariminen. 16. Aprilis pag. 67.
- Ariminen. Juris Tumulandi, et Funeris 29. Januarii pag. 8.
- Ariminen. Juris Tumulandi, et Funeris 9. Julii pag. 143.
- Ariminen., et Caesaten. Legatum 29. Januarii pag. 8.
- Assisien. Beneplaciti 17 Decembris pag. 245.

### B

- Burdigalen. Dispensationis Matrimonii 26. Februarii pag. 25., et 16. Aprilis pag. 65., et 6. Augusti pag. 166.

### C

- Caesaten. Pensionis 16. Aprilis pag. 66.
- Callien Sanationis et Absolutionis 17. Decembris pag. 262.
- Callien., et Pergulana 6. Augusti pag. 168.

- Camerinen. Concordiæ 17. Decembris pag. 267.
- Camerinen. Jurispatronatus, et commutationis voluntatis 29. Januarii pag. 7.

### F

- Faventina Alienationis 11. Junii pag. 121., et 3. Septembris pag. 204.
- Faventina Legati 17. Decembris pag. 245.
- Ferentina Pensionis, et Reparationis Ecclesiae 11. Junii pag. 120.
- Ferentina Residentiæ 6. Augusti pag. 165.
- Feretrana Residentiæ, et dismembrationis, 6. Augusti pag. 172.
- Forolivien. Absolutionis, et Reductionis 11. Junii pag. 119.
- Forolivien. Dismembrationis, et Applicationis 16. Aprilis pag. 67.
- Forolivien. Reductionis Canonis 6. Augusti pag. 177.
- Fulginate. Fontis Baptismalis 16. Aprilis pag. 65. et 14. Maji pag. 100.

### H

- Hycracen., et Rhegien. Concursus 19. Novembris pag. 214.

## I

Januen. Commutationis Voluntatis, et absolutionis 17. Decembris pag. 244.

## L

Lancianen. Unionis 9. Julii pag. 144.  
Lauretana Transactionis 19. Novembris pag. 213.  
Lucana 26. Februarii pag. 44.  
Lucana Capellaniarum 3. Septembris pag. 193.  
Lucana Legati 3. Septembris pag. 193.  
Lucana Praeminentiarum, et Jurium 26. Februarii pag. 44.

## M

Maceraten. 29. Januarii pag. 7.  
Maceraten. 19. Novembris pag. 213.  
Melevitana Separationis Thori 3. Septembris pag. 196.  
Montis Alti Capellaniae 26. Februarii pag. 33.

## N

Nullius Foripompilii Sacrae Visitationis 14. Maji pag. 91.  
Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 29. Januarii pag. 1.

## P

Pergulana 29. Januarii pag. 8.  
Pisauren. 17. Decembris pag. 259.  
Placentina Executionis Litterarum Apostolicarum 29. Januarii pag. 6.  
Placentina Paroeciae 9. Julii pag. 155., et 3. Septembris pag. 201.

Polen. Reductionis Missarum 6. Augusti pag. 175.  
Praenestina Reparationis Ecclesiae 9. Julii pag. 144.

## R

Reatina Jurium Parochialium 9. Julii pag. 143.  
Recanaten. 14. Maji pag. 101.

## S

Senogallien. Fabricae Ecclesiae 17. Decembris pag. 244.  
Sipontina Dismembrationis Paroeciae 11. Junii pag. 120.  
Spoletana Alienationis 6. Augusti pag. 166.  
Surrentina Processionum 11. Junii pag. 119.

## T

Tiburтина Sacrae Supellectilis 17. Decembris pag. 247.

## U

Urbanien.; et S. Angeli in Vado Cappellaniae 19. Novembris pag. 216.

## V

Verulana Capellaniae 17. Decembris pag. 255.  
Verulana Jubilationis 26. Februarii pag. 38.  
Verulana Subsidiis Dotalis 3. Septembris pag. 194., et 19. Novembris pag. 214.

*Die Sabbathi 29. Januarii 1825. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**N**ULLIUS SUBLACEN. JURIORUM PAROCHIALIUM.

Causæ speciem habent EE. PP. in Folio diei 11. Septembris superioris anni, sed ob aliarum controversiarum gravitatem solummodo in Comitibus diei 20. sequentis Novembris proponi potuit. Dilationem tunc ad jura sua deducenda flagitante Capitulo Sublacensi, EE. VV. rescripserunt: *Dilata ad primam post proximam*: nunc itaque denuo proponitur, Allegatione ex parte ejusdem Capituli tantum distributa.

*Sess. 23. cap. 1. de reformat., sess. 24. Cap. 1. de Reform. matrimon., et sess. 2. de reformat. in decr. de delect. cib.*

Observantiam ultra quam centenariam in Sublacensi Collegiata vigere favore Canonicorum quoad exercitium quorundam juriorum parochialium, eamque aptam ad transferenda in Capitulum jura Parochorum, nec Litteris Apostolicis S. M. Pii VI. anni 1791. abrogatam, probare nititur Capituli Defensor. Præsul enim Tiburtinus Crucius anno 1578. Sublacensem lustrans Abbatiam decretum edidit, ut Parœcia S. Joannis uniretur Collegiatae S. Andreae, adjecta lege, quod administratio Parochiæ S. Joannis connumeretur cum cæteris Parochiis, unitis jam Ecclesie S. Andreae, omniumque curam suscipiant Præpositus, et cæteri illius Canonici. Ex hoc decreto mos inolevit, ut Canonici jura parochialia, quæ in controversiam nunc vocantur, exercere incæperint, ac postea jugiter exercere perrexerint; adeo ut anno 1697. contendens Præpositus Giordani certis quibusdam diebus etiam Canonicos obstructos esse ad Missam parochialem pro populo applicandam, causam attulerit, quod Canonici „ absque ulla con-

traditione in functionibus parochialibus semper  
 „ coadjurarunt, et ad præsens coadjurant. Nam in  
 „ Paschate, et Epiphania Canonici tantum ( uti Cu-  
 „ rati ) domos Parochiæ benedicunt; item soli Cano-  
 „ nici jurisdictionem parochialem cum cotta, et sto-  
 „ la in omnibus funeribus mortuorum exercent; nec  
 „ non Missas parochiales in Dominicis, et festis ( ex-  
 „ ceptis solemnicibus, et tertiis Dominicis ad Præ-  
 „ positum spectantibus ), Canonici, et Coadjutores  
 „ celebrant: Et sicut sunt communia onera, sunt  
 „ etiam communes redditus: nam distributiones, præ-  
 „ bendæ, quartæ parochiales, fructus cujuscumque  
 „ generis bonorum Capituli, et eleemosynæ omnes  
 „ tam Præposito, quam Canonicis sunt communes „  
 Consuetudinem hanc in posterum quoque perstitisse  
 aperte colligitur ex Folio hujus Sac. Congregationis  
 diei 30. Martii 1761. Præterea ipsi Parochi, quos in  
 præsens adversarios experitur Capitulum, vetustam  
 non inficiantur consuetudinem, sed eam veluti cor-  
 ruptelam traducunt.

Jam vero quamlibet legem humanam, etiam Canoni-  
 cam, contraria consuetudine rationabili, et legitime  
 præscripta abrogari posse, habetur in *Cap. final. de  
 consuet.*, ac tradunt *Bened. XIV. de Syn. Dioc. lib. 12.  
 cap. 8., Schmalzgrueber Jus Can. part. 1. tit. 4. n. 20.*,  
 idque præsertim vim suam habere debet in præemi-  
 nentiarum, et jurisdictionis controversiis, quas ad  
 tramites consuetudinis definiendas docet *Pignat. con-  
 sult. Can. 25. num. 2. tom. 10., Pilon. Discept. Eccles.  
 149. num. 9., Sac. Congr. in Casertana 2. Augusti 823.  
 §. Possessione.* At consuetudo in Capitulum transfe-  
 rens exercitium quorundam jurium Parochialium  
 rationabilis est; siquidem juri divino, aut publico  
 bono non adversatur, nullam præbet peccandi occasio-  
 nem, nec per eam ecclesiasticæ disciplinæ nervus dis-  
 rumpitur, aut relaxatur; cum a jure positivo non abhor-  
 reat, ut actus administrationis curæ animarum inter  
 Parochum, et Capitulum dividantur.

Rationabilis igitur, inquit Capituli Defensor, habenda  
 est Sublacensis Collegiæ consuetudo; quin imo etiam  
 legitime præscripta. Etenim si consuetudo sit præter  
 legem, ad eam inducendam sufficit decennium, *Cap.*



*Consuetudo de consuet. in 6., et Gloss. in cap. ult. verb. consuetudo eod.; sin ecclesiasticis adversetur Constitutionibus, certe quidem satis est quadraginta annorum spatium, Felin. in cap. 1. n. 13. de Treug., Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 4. n. 105. In themate autem, subdit, de consuetudine agitur præter legem, quoniam nulla adest lex expressa, quæ Parochis controversa jura attribuat. Capitulum vero Sublacense consuetudinem urget ultra centenariam: siquidem anno 1697. jam inoleverat, et perseveravit saltem ad annum 1808., quo primum Archipresbyter, et Primicerius adversus antiquam observantiam insurrexerunt; ac propterea consuetudinem affert, quæ præsumptionem inducit privilegii, indulti Apostolici, et cujusque melioris tituli, etiam ad derogandum juris dispositioni, Rota in Barchinonen. Jurium Parochialium super præcepto Paschali 3. Martii 1777. §. 2. cor. Ratta, et in Maceraten. Circumscriptionis 26. Junii 1807. §. 7. coram Eñno Rusconi, Sac. Congreg. in Anagnina Nominationis 25. Januarii 1823. §. Animadvertendum.*

Neque hanc consuetudinem interruptam censet Capitulum Sublacense per Bullam Pii VI. Pontifex enim in Apostolicis Litteris nedum eam veluti abusum haud reprobatur, sed ne commemorat quidem: imo cum Archipresbyterum, et Primicerium in cura animarum gerenda Præposito sufficiat, in illos exercitium curæ transtulisse censendum est cum iisdem antiquæ consuetudinis oneribus; quibus ipse Præpositus afficiebatur; quoniam in subrogatum omnia transeunt jura, et onera ejus, in cujus locum subrogatur, Rota decis. 278. num. 5. part. 7. recent. Clausula vero derogatoria consuetudinibus, qua munitæ sunt Litteræ Pii VI., potis non est derogare consuetudini immemorabili, quæ non evertitur, nisi nominatim abrogetur, quemadmodum tenent Reiffenst. loc. citat. num. 189., Schmalzgrueb. jus Eccl. part. 1. tit. 4. num. 37., atque hæc Sac. Congreg. apud Fagn. in cap. Ad hæc de Relig. dom. n. 34.

Insuper memorata consuetudo in suo robore permansit etiam post æditas Apostolicas Litteras, ac etiamnum permanet; quod quidem nec Pius VI., qui Abbatiam postea quoque retinuit, nec ejus Vicarius tulissent;

multoque minus id sivisset hodiernus Eius Abbas, præsertim postquam ad ipsum anno 1807. Archipresbyteri, et Primicerii querelæ delatæ fuerunt. Quamobrem concludit Collegiata Defensor, consuetudinem favore Capituli quædam exercendi parochialia jura per Bullam Pii VI. non fuisse sublatam, eamque dicendam esse, nunc quoque legitime vigere.

Verum negant Archipresbyter, et Primicerius, antiquam consuetudinem eorum juribus officere. Cum enim in Decreto unionis Parœciæ S. Joannis præscriptum fuerit, ut omnium Parochiarum curam susciperent Præpositus, et Canonici; nedum habitualis, sed etiam actualis cura aliquatenus residebat penes Capitulum; atque hanc ob causam Præpositum coadjuvabant Canonici, omniaque vel funerum emolumenta inter Præpositum, et Canonicos partiebantur.

At per Apostolicas Litteras Pii VI. antiqua formæ curæ animarum gerendæ immutata fuit; Pontifex enim, reservata Capitulo cura solummodo habituali, *actua-lem, et assiduam Archipresbyteratui, et Primiceriatui* adnexit, atque Archipresbyterum, et Primicerium *vere, et proprie Parochos, et animarum Pastores esse,* et censi voluit. Ex qua profecto curæ divisione sequitur, ut quidquid ad actuale animarum curæ exercitium pertinet, non ad Canonicos, sed ad Archipresbyterum, et Primicerium in posterum spectare sanciverit Pontifex. Hanc revera ejus fuisse mentem, clare quoque elicitur ex ordine, quem in curæ exercitio præscribendum jussit in eadem Bulla; sic enim pergit = *Ad statuendum eorum exercitii ordinem præcipimus, et jubemus, ut ab ipso Vicario nostro integri territorii fiat duas in partes divisio, et utrique pars sua tribuatur, et committatur, additis etiam in eorum auxilium nedum pro tempore existente Beneficiato Adjutore antea constituto; sed etiam quatuor iis Presbyteris utriusque fundationis, qui in curæ hujusmodi exercitio operam præstandi onus habebant =.*

Rursus Pontifex ab antiqua observantia recessit etiam quoad perceptionem emolumentorum Parochialium: nam ad Archipresbyterum, et Primicerium pertinere decrevit omnia, et singula jura, obventiones, et emolumenta, quæ ex animarum curæ exercitio illi lucrabunt,

bunt, et lucrari poterunt. Itaque si Pontifex novam præscripsit formam in animarum curæ exercitio servandam, dicendum erit nullius evasisse roboris veterem observantiam, et ad Parochos, curam actualem habentes, nunc privative pertinere exercitium illorum actuum, quos antea Canonici explebant. Canonicos enim, penes quos est cura habitualis, non posse animarum curæ exercitio, invitis Curatis, sese immiscere, docent *Barbosa de Paroch. part. 1. cap. 1. n. 56.*, et hæc *Sac. Congr. apud Card. Petra in comment. ad 2. Constit. Clem. IV. n. 24. tom. 3. pag. 400.*

Nec ad novam formam in curæ exercitio inducendam opus est speciali derogatione consuetudini immemorabili: sicut enim per legem generalem abrogatur prior consuetudo generalis, et immemorabilis, licet ejus nulla fiat mentio, *arg. cap. 1. de Constit. in 6., ibiq. Gloss. verb. Singularium, Abbas cap. ult. n. 24. de consuet., Reiffenst. loc. cit. n. 182.*; ita ad destruendam consuetudinem particularem, quamvis hominum memoriam excedentem, potis habenda est contraria lex particularis, præcipue, ut in themate, munita clausulis derogatoriis Regulis Cancellariæ de jure quæsito non tollendo, statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis Apostolicis.

Minus etiam obesse videtur post æditas Litteras Apostolicas actuum frequentia. Cum enim ex Sacrorum Canonum sanctione, atque ex hujus Sac. Congregationis declarationibus Parochorum propria sint jura in quæstionem adducta, ad contrariam consuetudinem firmandam, utpote contra legem, necessarius foret, ex sententia ipsius Defensoris Collegiatæ, quadraginta annorum lapsus. Archipresbyter vero, et Primicerius paullo post vulgatam Bullam, scilicet anno 1807., apud Eñum Abbatem actionem instituerunt pro suorum jurium vindicatione. Sed quamvis post Bullam Pii VI. quadragenariam, et centenariam consuetudinem urgerent Canonici; nihilominus jura Parochorum sarta tecta existimanda forent ad tramites Resolutionum hujus Sac. Congreg. in *Baren. jur. Paroch. 28. Augusti 1756.*, in *Bovinen. jur. Paroch. 17. Junii 1820.*, et in *Bricinorien. juris decimandi, et benedicendi 8. Maji 1824.*

Cætera fusius habent EE. PP. in Allegatione Capituli, et in folio 11. Septembris 1824., quod iterum consulere precor, ut dirimere possint

## Dubia

- I. *An, et ad quem spectet delatio Stole in associatione cadaverum in casu etc.*
- II. *An, et ad quem spectet cantare Missam, peragere officium, et absolutionem super cadavera in casu etc.*
- III. *An, et ad quem spectet facere publicationes, seu denunciationes matrimoniorum, promovendorum ad sacros Ordines, excommunicationum, et indulgentiarum in casu etc.*
- IV. *An, et ad quem spectet benedictio domorum in Sabbatho Sancto in casu etc.*
- V. *An, et ad quem spectet celebratio Missæ pro populo in casu etc.*
- VI. *An Canonici primæ erectionis solvere teneantur eleemosynam Missæ pro populo Parochis in casu etc.*

Ad I. II. III. IV. et V. affirmative in omnibus ad Archiepresbyterum, et Primicerium.

Ad VI. Negative, et Parochos teneri ex officio absque eleemosyna.

Sess. 25. cap. 7.  
de reformat.

**P**LACENTINA EXECUTIONIS LITTERARUM APOSTOLICARUM. Proposita hæc Causa fuit in Comitibus diei 31. Januarii 1824., prodiitque rescriptum: *Dilata, et ad mentem.* Cum autem Eñorum Patrum mens jam fuerit impleta; id unum superest, ut resumere Folium ejus diei, et allegationes utrinque distributas, ac definire dignentur

## Dubia

- I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.*
- II. *An sit locus executioni Litterarum Apostolicarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Die 29. Januarii 1825.

7

uæ sequuntur quinque Causæ, cum in superiori Congregatione non fuerint resolutæ, Eñorum Patrum definitioni iterum subjiciuntur.

## MACERATEN.

Dubia

I. *An deficiente Massa communi censeri debeat Collegiata in pristinum restituta in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo teneantur Canonici Choro inservire in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit providendum pro distributionibus in casu etc.*

IV. *An Canonici, olim Capellani del Monte, duas Missas statutis horis teneantur per turnum celebrare in casu etc.*

V. *An constet de incompatibilitate Beneficiorum in casu etc.*

Et quatenus affirmative

VI. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative ad integrum servitium ad formam Bullæ erectionis.

Ad III. Affirmative ex quarta parte fructuum, et quorumcumque proventuum ad formam ejusdem Bullæ.

Ad IV. Affirmative, sed ab Episcopo posse dispensari, si plures in Ecclesia Missæ celebrentur.

Ad V. Affirmative.

Ad VI. Dilata, et scribatur Episcopo pro nova informatione super præcisa necessitate sive temporanea, sive continua.

Sess. 21. cap. 5.,

et sess. 23. c. 1.

§. Si quis de reform.

## AMERINEN. JURISPATRONATUS, ET COMMUNITATIONIS VOLUNTATIS.

Dubia

I. *An, et cui compelat jus nominandi Rectorem ad Capellaniam Pesci in casu etc.*

Et quatenus affirmative favore Communitatis.

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore Communitatis.

Ad II. Affirmative ad formam cessionis, et juxta votum Archiepiscopi.

Sess. 22. cap. 6.,

et sess. 25. c. 9.

de reform.

Sess. 22. cap. 8.  
de reform., et  
sess. 25 cap. 18.  
de reform.

## **A** RIMINEN., ET CAESENATEN. LEGATORUM.

Dubium

*An locus sit translationi Legatorum in casu etc.*

Affirmative.

Sess. 25. cap. 13.  
de reform.

## **A** RIMINEN. JURIS TUMULANDI, ET FUNERIS.

Dubia

I. *An, et ad quem Parochum spectet ius tumulandi, et funeris in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad Parochum domicili

II. *An sit locus exhumationi, et restitutioni Cadaveris in casu etc.*

III. *An, et quæ funeris emolumenta sint restituenda in casu etc.*

Ad I. affirmative ad Parochum domicili, nempe SS. Joannis, et Pauli.

Ad II. Non expedire.

Ad III. Affirmative in omnibus.

Sess. 25. cap. 13.  
de reform.

## **P** ERGULANA

Dubia

I. *An ad Rectorem Seminarii spectent functiones non paroçiales in Ecclesiis ejusdem Seminarii celebrande in casu etc.*

II. *An, et quomodo Parochus, intra cujus Paroeciae fines Ecclesie Seminarii sunt sitæ, ius habeat in fun-*

*functiones mortuarias suorum Parochianorum, qui in illis tumulantur in casu etc.*

III. *An, et que portio emolumentorum eidem Parocho debeat occasione præfate tumulationis Parochianorum in casu etc.*

IV. *An, et quomodo Parochus jus habeat in functiones mortuarias non Parochianorum tumulandorum in dictis Seminarii Ecclesiis in casu etc.*

V. *An Parochus ipse, dempta quarta canonica pro Parocho domicili, jus habeat ad emolumenta funeris defunctorum ad alienam Paroeciam spectantium in casu etc.*

VI. *An, et quomodo Parochus jus habeat in mortuarias functiones dierum tertiæ, septimæ, trigesimæ, et anniversariæ in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative ad formam Ecclesiarum exemptarum, nempe pro associatione usque ad januam Ecclesiæ.

Ad III. Affirmative pro quarta funeraria juxta consuetudinem loci.

Ad IV. Negative in omnibus.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative in omnibus.

**LUCANA.** Cœnobium S. Romani in Civitate Lucae deserere, præteritorum temporum calamitate, Patres Dominicani fuerant coacti, atque in eo complura publica Officia exerceri cœperant. Pace tandem Italiae restituta, prædictum Cœnobium anno 1820. recuperarunt, præeunte Decreto Archiepiscopi Lucensis, quo declaratum fuit, *eidem Conventui competere omnia sua antiqua jura, honores, exemptiones, et privilegia, prout iisdem ante præteritas infaustas vicissitudines ad trames suarum Regularum, et constitutionum, et ad mentem Summorum Pontificum fruebatur.*

Cæteris tunc aliorum translatis publicis Officiis remanere in Cœnobii superiori contignatione Officium nuncupatum *Publica Direzione delle Acque, e Strade*, ac Tabularium Ducale, pro quibus Gubernium annuam pensionem solvit Cœnobitis, in inferioribus autem cubiculis Commissio administrationi Bonorum Ecclesiasticorum præposita, cui memoratus præest Archiepis-

*Sess. 24. cap. 8  
de Reform.; et  
Sess. 25. cap.  
5. de Regul.*



copus, et quæ approbante S. M. Pio VII. fuerat instituta. Nulla usque ad annum 1823. fuit querela, quo anno exeunte, hanc Sac. Congregationem adierunt. Patres Dominicani Cœnobium S. Romani inhabitantes, atque ad avertenda incommoda, et detrimenta, quæ sibi ab indicata Commissione inferri narra- runt, ipsam ad evacuanda, et restituenda cubicula compelli petierunt.

Archiepiscopum rogavi pro informatione, et voto, ut auditis præsertim Deputatis Commissionis, et transmissa copia Decreti restitutionis Cœnobii, referret, utrum libere, vel cum aliqua reservatione restitutum fuerit Coenobium, de vera necessitate Commissionis ibi permanendi, et deficientia alterius idonei loci, et quomodo vitari possint asserta incommoda, quæ afferuntur religiosæ Familiæ = Ipse autem, et Decreti exemplum, et scripta ipsi a Partibus tradita transmisit, atque hæc breviter addidit „ Administratores hujus Ec-  
„ clesię Lucanæ Bonorum, vulgo Commissione Ec-  
„ clesiastica, ad suas operationes justificandas indu-  
„ xi: iisdem ordinavi, istis EE. PP., de causis, quibus  
„ enunciatum in precibus locale Conventui adnexum  
„ non dimisisset, rationem reddere. Præfati Admini-  
„ stratores in scriptis mihi responsum dedere, ut in  
„ adnexis foliis videre est, quæ folia isti Sac. Congrega-  
„ tioni anteponeere necessum putavi, ut facti veritas  
„ magis, magisque pateat „

Religiosæ Familiæ Cœnobii S. Romani apprime favent Apostolicæ Litteræ a S. M. Pio VII. die 20. Aprilis 1820. ad Reginam Mariam Aloysiam Borboniam Lucæ Ducissam datæ, in quibus legitur, quod singulæ utriusque sexus Regularium Communitates tam redditus, et bona, quam Coenobia, et Monasteria de novo, et integro Regularibus respective assignanda, tamquam sua possideant, ac retineant, etiamsi ad alia Loca Pia, et personas Ecclesiasticas antea transiverint; nec non Archiepiscopi Decretum, cujus verba superius fuere relata. Nulla sane in hujusmodi Decreto imposta Cœnobio fuit servitus; nullam vero ab Archiepiscopo imponi potuisse videtur, obstantibus Pii VII. Litteris: certius autem cum de Cœnobii Prædicatoribus agatur, pro quibus edita a Sixto IV.



Die 29 Januarii 1825.

fuit celebris Constitutio Mare magnum appellata, quæ incipit *Regiminis Universalis Ecclesiæ*, et cujus hæc sunt verba = *Et ne prætextu Constitutionis Innocentii Papæ IV. Prædecessoris Nostri, quæ incipit Volentes, locorum Dicesani, et alii Ordinarii, aut alii quicumque in personas, et Loca Fratrum prædictorum (Prædicatorum) sibi jurisdictionem, et superioritatem vindicare præsumat, districtius inhibemus, ne quisquam absque Sedis Apostolicæ speciali commissione, et auctoritate in personas, domos, et loca dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, utpote prorsus exempta, aliquam præminentiam, superioritatem, et jurisdictionem quomodolibet exercere præsumant: et quam illustrat Fagnan. in cap. Suarum. de Privileg. n. 18. et 19. Cum imo in prædictis Pii VII. Litteris statuatur, ut Cœnobitæ Bona, et Monasteria tamquam sua possideant, ac retineant, etiamsi ad alia Loca Pia, et personas Ecclesiasticas antea transiverint; inde inferunt Patres Dominicani, omnes, ideoque et Commissionem, quæ in eorum Cœnobio moratur, ad discedendum esse cogendos.*

Addunt etiam Cœnobitæ, se ad clausuram servandam teneri ex Constitutionibus Summorum Pontificum, ac præsertim ex Decreto generali Clementis VIII. pro reformatione Regularium edito, in quo §. 18. hæc habentur = *Ut omnis scandalorum, et vagationis occasio tollatur, Conventus Clausura perpetuo, ac diligenter servetur* = idemque statuit Benedictus XIV. in sua Constitutione incipien. *Regularis disciplina*, de quibus disserunt Lantusca V. *Clastrum num. 3.*, *Maraviglia in suis legibus Prudentiæ Episcopalis leg. 241.*, et seq., et *Ferrar Biblioth. verb. Regulares art. 1.*, et *Verb. Conventus art. 3. per totum*. Asserunt autem clausuram servari nullo modo posse, dum in Cœnobio residentiam habet Commissio administrativa Bonorum Ecclesiasticorum, cum ad illam cuilibet, ac mulieribus etiam aditus patere debeat; necessario autem Cœnobium ingredi oporteat, ut ad Commissionis cubicula accedi possit: idque ob ejusdem Cœnobii structuram, nam = *entresi a settentrione nel Convento in un Chostro, che dal Levante ha tutta la Fabrica del Noviziato, dal Ponente le camere dei*

Religiosi; al Mezzogiorno ha le camere per la sua residenza la Commissione, sopra cui vi sono le Camere per i Religiosi. Indi a Mezzogiorno viene altro Chiostro con camere de' Religiosi a Ponente, e con Archivio della Commissione a Levante, che prima era quello il Refettorio, che rimane in mezzo al Convento = Denique monent Cœnobitæ, duo Triclinia sibi necessaria esse ad Regularum perfectam observantiam; quorum in altero alimenta a proprio Instituto præscripta sumunt; in altero vero, quæ a Medicis pro valetudine recuperanda, vel tuenda assignantur. Deest autem triclinium a Commissione occupatum, et in quo ejus Archivium fuit collocatum.

Administratores vero Bonorum Ecclesiasticorum repouunt, Litteras Pii VII. generice loqui, nec exceptiones respicere, quæ ex singulorum casuum circumstantiis, et ex necessitate orientur. Subdunt, in restitutione amplissimi Cœnobii S. Romani pacto conventum fuisse, ut ibi maneret Commissio, quia Pontifice auctorante fuerat instituta, eique præerat Archiepiscopus, quia Ecclesiastica Bona administrabat, ideoque non incongruum videbatur, ut Ecclesiastico in loco congregaretur, quia denique locus quæsitus quidem, sed minime repertus fuerat, ad quem transferri posset: Archiepiscopum Commissionis Præsidem de hoc pacto mentionem in suo Decreto restitutionis Cœnobii facere voluisse, at minime fecisse orantibus Cœnobitis, ne prædictum Decretum ab aliis differret partim editis, partim edendis pro cæteris Locis piis, et ne conditio apponeretur, quam ipsi nunquam se impugnatuos pollicebantur, et ad quam, cessante aliquando Commissione, tollendam novo forsitan opus esset Archiepiscopali Decreto. Inde vero contigisse, ut Commissio non tenui sumptu triclinium pro Cœnobitis parandum aptissimo in Cubiculo curaverit; audiendos idcirco non esse eosdem Cœnobitas, querelam occupati pro Commissionis Archivio, et ipsis deficientis triclinii proponentes, dum aliud gratuito traditum jam habent, ac multa, si oporteret, cubacula prorsus vacua ad usum triclinii aptare possent; quoniam in longe; lateque patienti Cœnobio pro frequentissima olim religiosa Familia vix Cœnobitæ viginti nunc commorentur.

Explo-

Exploratum est in facto, Cœnobitas ab anno 1820. pacto stetisse usque ad annum 1823., et donec mutato repente consilio per Epistolam diei 15. Februarii Administratores Bonorum Ecclesiasticorum monuerunt, ut vel pensionem annuam solverent, vel Cubicula vacua redderent; cumque responsum ad utrumque negativum acceperint, die 16. Julii sequentis aliam ad eosdem Administratores dedere Epistolam, qua rursus pensionem petierunt, simulque necessitatem redintegrandæ clausuræ proposuerunt. Eodem dimissi responso Cœnobitæ, nunc de sui tantum Institutu iuribus, deque clausura disputant, quavis ommissa pensionis mentione.

Non inficiantur Administratores, necessariam esse clausuram, sed eam impossibilem dicunt, donec in superiori Cœnobii contignatione maneat officium *delle Acque, e Strade*, ad quod omnibus, ac etiam mulieribus conceditur accessus. Addunt, vix ullum incommodum pati Cœnobitas, ab iis, qui *Commissionem* adeunt in inferioribus cubiculis ab ipsorum habitatione admodum dissitis; præsertim cum neque de incommodo, neque de scandalo conquerantur, licet mulieres interiora claustra percurrant, scalas ascendant, et ad superiorem contignationem mox indicata de causa perveniant. Affirmant demum, posse clausuram redintegrari, etiam *Commissione* in controversis cubiculis manente; si nempe januæ occludantur, quæ intra Cœnobium patent, ac porta ad publicam viam aperiatur; quod facillime quidem, sed tunc solummodo utiliter fiet, quum Officio *dell' Acque, e Strade* alius locus fuerit assignatus. Hæc Administratores; quibus omnem esse habendam fidem aperte innuit Archiepiscopus, dum ipsorum Folia transmittens addidit, *quæ folia isti Sacræ Congregationi antepone-  
necessum habui, ut facti veritas magis, magisque  
pateat,*

Quare EE. VV. definienda proponuntur

### Dubia

I. *An sit locus evacuationi cubiculorum in casu etc.*

Et

II. *An, et quomodo sit providendum pro regulari clausura in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. Cap.  
13. de Refor.

**L**UCANA PRÆEMINENTIARUM, ET JURIORUM ;  
 Quartam Dignitatem in Capitulo Metropolitanæ Ec-  
 clesiæ Civitatis Lucæ fundavit, sibique, ac Familiæ  
 suæ juspatronatus reservavit Joannes Baptlsta Spada,  
 eamque a S. M. Paulo V. per Apostolicas Litteras  
 diei 6. Junii 1618. erigi impetravit, simulque titulo  
 Abbatie insigniri, adjecta lege, ut ejus possessor *Ab-*  
*bas Spada* perpetuis futuris temporibus esset appel-  
 landus, ac „ omnibus, et singulis privilegiis, exem-  
 „ ptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogati-  
 „ vis, præeminentiis, antelationibus, honoribus, in-  
 „ signibus, ac aliis facultatibus, indultis, et gratiis  
 „ quibuscumque tam spiritualibus, quam tempora-  
 „ libus, quibus alii, Dignitates in dicta Ecclesia obti-  
 „ nentes, de jure, usu, consuetudine, aut privile-  
 „ gio, vel alias quomodolibet utuntur, fruuntur, pe-  
 „ tiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gau-  
 „ dere possunt, et poterunt quomodolibet in futu-  
 „ rum, pariformiter, et aequè principaliter in omni-  
 „ bus, et per omnia, absque ulla prorsus differentia  
 „ uti, frui, potiri, et gaudere, nec non horis Ca-  
 „ nonicis, aliisque Divinis Officiis, atque processio-  
 „ nibus, et aliis actibus in dicta Ecclesia, illiusque  
 „ Choro, et extra eam celebrandis, et peragendis in-  
 „ teresse, ac immediate post alias tres Dignitates obti-  
 „ nentes, et ante omnes ipsius Ecclesiæ Canonicos,  
 „ videlicet in quarto stallo, et loco sedere, et ince-  
 „ dere, vocemque activam, et passivam, si legiti-  
 „ mæ ætatis fuerit, in Capitulo ejusdem Ecclesiæ,  
 „ „ il-

„ illiusque rebus, actibus, et negotiis spiritualibus,  
 „ ac mixtis, nec non, postquam ad participationem  
 „ infrascriptarum distributionum admissus fuerit, me-  
 „ re temporalibus habere, ac etiam postquam ad in-  
 „ stantiam, et requisitionem dicti Joannis Baptistæ,  
 „ seu eandem Abbatiam obtinentis, tot ex presentis  
 „ dictæ Abbatiae, seu aliis forsan assignandis proprie-  
 „ tatibus, censibus, et Locis Montium Urbis, eorum-  
 „ que fructibus, quot illorum annuus valor ad me-  
 „ diam partem per unumquemque ex Canonicis, et  
 „ Dignitates obtinentibus, præsertim de distributio-  
 „ nibus, obventionibus, et emolumentis Mensæ Ca-  
 „ pitularis dictæ Ecclesiæ percipi, et lucrari solitis,  
 „ iudicio Episcopi Lucani sufficiet, eidem Mensæ in  
 „ usum, et augmentum distributionum, et emolu-  
 „ mentorum eorundem per eundem Episcopum Lu-  
 „ canum, tamquam ad id ab Apostolica Sede dele-  
 „ gatum, juxta decreta Concilii Tridentini incorpo-  
 „ rata fuerint, medietatem distributionum, obven-  
 „ tionum, et emolumentorum hujusmodi percipere,  
 „ et lucrari, et de illis participare libere, ac licite  
 „ possit, debeat, ac teneatur.

Nihil unquam Capituli Massæ in augmentum distri-  
 butionum communium tributum fuit; ideoque non-  
 quam Abbas Spada de iisdem distributionibus parti-  
 cipavit. Novæ tamen Dignitatis erectio compluribus  
 originem præbuit controversiis: nam contendere cœ-  
 perunt Canonici, Abbatem Spada obire minime posse  
 capitularia munera, quæ *interiore Sacrista, e Lo-  
 co posito* nuncupant, et administrationem Sacrarum,  
 ac reddituum Capituli respiciunt; nullum ipsi jus esse  
 neque ferendi suffragii, neque interessendi Capi-  
 tulo, cum de rebus mere temporalibus agebatur; nul-  
 lam denique portionem eidem deberi emolumentorum,  
 quæ ex anniversariis, ac defunctorum associa-  
 tione, et exequiis proficiscebantur, nec non aliorum quo-  
 rumcumque ad communem distributionum massam,  
 sive *Massa grossa* non pertinentium. Concordia ta-  
 men anno 1689. inter Canonicos, et Bartholomæum  
 Spada, tunc Abbatiae possessorem, fuit inita, cujus  
 vigore Canonici omnia Bartholomæo concesserunt,  
 quæ

quæ in controversiam venerant; ac vicissim Bartholomæus ad complura Canonorum onera ferenda sese devinxit. Verum addita Concordiæ fuit clausula, *che s'intenda durare, ed avere il suo effetto solo sino, che detto Sig Abate Bartolomeo Spada goderà della Abazia.* Igitur e vivis erepto Bartholomæo, res ad pristinum statum rediit; et quamvis diutissimum intercesserit silentium, nuper tamen veteres excitatæ sunt querelæ; ac insuper negant Canonici, jus esse Abbati Spada canendi Missam solemnem, quando tres priores Dignitates illam canere vel nolunt, vel nequeunt. Quamobrem Sacerdos Bartholomæus Bartelloni Parochus Collegiatæ Ecclesiæ SS. Paulini, et Donati, qui nunc Abbatiam obtinet, controversias omnes ab EE. VV. definiri exorat.

Archiepiscopum rogavi de more, qui et Oratorem, et suæ Cathedralis Capitulum audivit, ac scripta ipsi utrinque tradita transmisit; a pandendo tamen animi sui sensu abstinuit. Animadvertunt Canonici, jura Beneficiatorum aut a fundatione, aut a benigna concessionem Pontificis, aut denuo a consuetudine pendere: in themate vero Apostolicas Litteras Pauli V., et fundationis legem, et Pontificiam concessionem amplecti. Duas autem asserunt iisdem in litteris occurrere distinctas, et perfectas orationes, ac separatas dispositiones, quarum altera amplissima honores, privilegia, prærogativas, præeminentias, indulta, et gratias; altera vero certis finibus coercita facultates, jura, et actiones possessori Abbatiae Spada tributas respicit.

Ultero concedunt Canonici, Abbatiam esse, quoad honores, et gratias quascumque, tam spirituales, quam temporales, tribus aliis Metropolitanæ Ecclesiæ Dignitatibus parem: in reliquis autem negant Abbatem Spada sibi quidquam arrogare posse præter ea, quæ indigitantur verbis *nec non horis canonicis, aliisque Divinis Officiis, atque processionibus, et aliis actibus interesse, ac immediate post alias tres Dignitates, et ante omnes Canonicos in quarto stallo, et loco sedere, et incedere etc.* Contendunt idcirco, jus non esse eidem Abbati Missam solemnem canendi,  
cum



cum divinis officiis tantummodo interesse possit; quorum nuncupatione Missam prædictam venire non ambigitur, et post alios docent *Navarr. in Man. cap. 27. num. 177.*, *Barbos. Appell. variæ appell. 176. num. 5.*; ac proinde ad ipsum, facultate canendæ Missæ destitutum, pertinere nequaquam posse decreta Sac. Rituum Congregationis, quæ impedito, vel nolente Episcopo, Missam a Dignitatibus canendam esse respondit in *Adrien. 22. Januarii 1618.*, in *Gerunden. 11. Februarii 1702.*, et in *Gerunden. Juris officiandi 24. Novembris 1703.*

Neque iis verbis *privilegiis, exemptionibus, immunitatibus etc.* designari Apostolicis in Litteris dicendam esse Missæ solemnem celebrationem, subdunt Canonici, quia vel eadem litteræ contradictionem involverent, vel superfluitatis vitio laborarent, quorum utrumque ab iisdem abesse pro certo habendum est, *Gloss. et Doctores in cap. solite vers. tamquam de major.*, et *obed.* Contradictorium enim foret, ut post tributam amplissimam canendæ Missæ facultatem, illico ea facultas tolleretur, ac jus tantummodo divinis officiis, ideoque et Missæ *interessendi* indulgeretur. Supervacaneum vero esset, ac inane, potestatem Abbati facere *interessendi* Missæ, quando non interesse tantum, sed et Missam canere potest. Clausulas autem *pariformiter, et æque principaliter, in omnibus, et per omnia absque ulla prorsus differentia*, quæ in Apostolicis Litteris leguntur, nullum Abbati Spada præsidium afferre, ajunt Canonici, cum primam orationem, et dispositionem honores tantum respicientem claudant; et quamvis unica supponeretur oratio, clausulæ illæ, utpote in medio positæ, ad antecedentia, non ad subsequenta essent referendæ, *Barbos. claus. 69. num. 1.*, *Card. Petra ad constit. Innoc. IV. sect. 1. num. 40.*, *Rota in recent. part. 1. dec. 257. num. 7.*; præsertim cum antecedentia generalia, et amplissima sint, subsequenta vero specialia, et jamdiu sit traditum, generi per adjectam speciem derogari, *Barbos. Diction. 110. num. 36.*

Illud quoque perpendendum inquirunt Canonici, Apostolicas Litteras clausula *sine tamen alicujus præjudicio*

cio esse munitas : ipsis autem , quorum singulis post Dignitates jus est Missæ canendæ , ordine antianitatis servato , *Barbos. de Canon cap. 5. num. 43. , et seq. , Sac. Rit. Congr. in Juvenaten. 6. Maji 1609. , Rot. in Viterbien. Celebrationis Missarum 11. Decembris 1609. §. quod cor. Sacrato* , non leve detrimentum , et quoad honorem , et quoad emolumenta inferri , si Abbati Spada prælatio in Missa post tres alias dignitates cantanda concedatur. Exploratum vero esse , prædictam clausulam vires suas exerere in iis omnibus , quæ actus qualitatem , et essentiam non afficiunt , *Card. Petra loc. cit. num. 36. , Rot. cor. Seraphin. dec. 1445. num. 4. :* nec ad essentiam dignitatis pertinere jus Missæ solemnæ canendæ , sed dignitatem constitui tribus requisitis , scilicet ut habeat *administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione , nomen dignitatis cum prærogativa , tam in choro , quam in capitulo , et quod de consuetudine habeatur pro dignitate* , uti communiter tradunt doctores , ac præsertim *Ricciardell. Licæum Eccles. cap. 8. §. 3. num. 1.*

Inde vero inferunt Canonici , non jus tantum canendi Missam solemnem , sed neque participationem distributionum , et obventionum , ad Massam Capitularem , sive *Massa grossa* non pertinentium , neque administrationem Sacrarii , ac reddituum Capituli , neque vocem activam , et passivam in eodem capitulo , præsertim ubi de temporalibus negociis agatur , ad dignitatis essentiam spectare. Omnia hæc proinde ope clausulæ *sine præjudicio etc.* ipsis sarta tecta servata fuisse dicunt a Pontifice , cujus litteræ , etsi ea clausula destituerentur , ita semper essent interpretandæ , ut gratiæ Abbati Spada indultæ , neminem læderent , *Barbos. claus. 157. num. 1. , Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 4. præem. num. 2. , Card. Petra ad Constit. Innoc. IV. Sect. 1. num. 31.* Monent præterea , Parochum Bartelloni , non re , sed nomine tenus esse *Abbatem Spada* , cum præteritorum temporum calamitatibus Abbatia suppressa , ejusque bona ablata fuerint , neque in Metropolitanæ Capituli redintegratione ulla de eadem incidere mentio , fueritque recensita inter Beneficia jurispatronatus Laicorum , quæ tunc



tunc in pristinum statum restituentur, quum a *Commissione Bonorum Ecclesiasticorum* administrationi præposita, illis congrua dos fuerit assignata; quod de Abbatia Spada nondum evenit.

Itaque contendunt, Abbatiae Patronum perperam nominationem, cui locus non erat, in Parochum Bartelloni contulisse: cumque nominationis inauitas nunquam ab Ecclesiastica Auctoritate sanata ostenditur, ne audiendas quidem nunc esse dicunt preces Parochi Bartelloni, qui nondum existentis Abbatiae jura proponit; et cui cæteroquin absque periculo scandali petita facultas Missam canendi tribui nequiret. Ipse enim potest, at non tenetur Choro interesse: hinc non raro eveniret, quod Abbas Spada abesset, quando Missam canere cæteræ Dignitates vel nolunt, vel impeditæ sunt, neque Canonici id ignorantes ad supplendum parati esse curarunt, adeout a Choro absque Missa solemniter discedendum. Idque cum semper, tum facilius de hodierno Abbate contingere posset, quia Parochus est, atque ad parochialia munera obeunda quovis tempore vocari potest. Cæremoniarum quoque Præfectus, et Acolyths, qui servitium præstant in Missa solemniter, mercede soluta non ab Ecclesia, sed a Canonicis, neque ad illam persolvendam cogere Abbatem Spada ab hoc onere exemptum valent; prædictum servitium, non sine gravi dedecore, eidem denegare possunt. Quoad reliqua vero controversiæ capita absurdum esset, ut Abbas Spada, qui nullam in temporalibus Capituli negociis partem sibi arrogare potest; ad ea munera exercenda eligi valeret, quæ ipsi omnem eorundem negociorum gestionem, et administrationem tribuerent.

Consuetudinem denique plusquam biscentenariam sibi favere asserunt Canonici, quam summo in pretio esse habendam nemo ignorat, et docet hæc Sac. Congregatio præsertim in *Prænestina Reparationis Ecclesiæ 6. Maji 1820. §. Hæc*. Cum enim Abbatia erecta fuerit anno 1618., numquam Abbatem juribus hodie controversis, ac signanter canendi Missam gavisum esse affirmant; tum quia nihil in Capitularibus Codicibus adnotatum reperitur, tum quia anno 1689.

prædicta jura (Missæ tamen cantu excepto) sibi non aliter concedi obtinuit Sacerdos Bartholomæus Spada, quam ope transactionis finem habituræ, quando Abbatia ab ipso amplius non possideretur. Dimisit Abbatiam anno 1712. Sacerdos Bartholomæus, eamque assecutus est alius Sacerdos Nicolaus Burlanichi, qui anno 1714. preces obtulit Capitulo, ut transactio cum Antecessore inita ad ipsum protenderetur: at repulsam tulit, acquievitque, et anno 1726. Abbatiam abdicavit, quæ ad Sacerdotem Bartholomæum Spada rediit, cum quo iterum servata fuit antiqua Transactio. Verum ipso post quinquennium vita functo, ac Transactione denuo sublata; quotquot successerunt Abbatiae possessores ad hæc usque tempora, a qualibet movenda controversia abstinnerunt. Inde vero consuetudinem hauriunt Canonici biscentenariam, et ultra, contradictione etiam, et successiva Abbatum acquiescentia roboratam, quæ omnem removeat ambiguitatem quoad Litterarum Apostolicarum dispositionem, ad quam cæteroquin interpretandam *decennalis* observantia satis superque fuisset, *Reiffenst. Jus canon. Lib. 1. tit. 4. §. 7. n. 153., Sac. Congr. in Anconitana 8. Junii 1782.*

Verum reponit Parochus Bartelloni, se et nomine, et re esse *Abbatem Spada*, quia emissa a Patrono nominatio fuit pluries a S. M. Pio VII. probata, et confirmata, ejusque confirmationis vigore Capitulum in possessionem Abbatiae; quam antea per quinque menses denegaverat, ipsum nominatum induxit; qui, licet congrua dos nondum fuerit Abbatiae assignata, ex concessione tamen laudati Pontificis fructus percipit Locorum Montium, sive Crediti (*Consolidato* dicimus) illis subrogati, et ad Abbatiam spectantis. Scandala vero, et absurda metui sine causa dicit, cum eo ipso, quod Abbas Spada officii divinis interesse queat, sed nequaquam teneatur; si Missa canenda sit, declarabit expresse, an illam cantare velit: declaratione autem emissa, injuriose supponitur, datam fidem esse ab eo fallendam. Cæremoniarum vero Præfectus, et Acolythi, qui cæteris Dignitatibus Missam solem-

nem

sem canentibus inservire debent, idem servitium iisdem conditionibus, etiam quartæ Dignitati procul dubio præstabunt, ne Apostolicis Pauli V. Litteris contradicant. Absurdum nec est, imo neque novum, neque insuetum, ut quis ad munera eligatur, ad quæ ipse alios designare nequit: poterit ergo Abbas Spada, passiva voce pollens, officia quæcumque Capitularia obire, etsi voce activa destitutus aliis eadem officia demandare non valeat.

His vero missis, quæ inania vocat Parochus Bartelloni, ad quæstionem omnem absolvendam prædictas Apostolicas Litteras profert, quibus Abbas Spada donatus est omnibus; et singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, honoribus, insignibus, ac aliis facultatibus, indultis, et gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alii Dignitates in dicta Ecclesia obtinentes de jure, usu, consuetudine, aut privilegio, vel alias quomodolibet potiuntur. . . et potiri poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, et æque principaliter in omnibus, et per omnia, absque ulla prorsus differentia. Cum enim Pontifex non de privilegiis tantum, honoribus, insignibus, et gratiis locutus sit; verum etiam de prærogativis, præeminentiis, et aliis facultatibus quibuscumque, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus, aliæ ejusdem Ecclesiæ Dignitates gaudent etiam de jure, usu, consuetudine; cum omnia quoad quartam Dignitatem ab ipso erectam pariformiter, et æque principaliter in omnibus et per omnia absque ulla prorsus differentia procedere voluerit: silentium imponendum esse dicit Canonicis, qui Pontificiæ dispositioni repugnantes, tantam, tamque reprobendam differentiam inter Abbatiam, cæterasque Dignitates invehere nituntur.

Eoque certius, quia generalia, et amplissima sunt Litterarum Apostolicarum verba, hinc nullam limitationem admittunt, sed generaliter sunt accipienda, *Leg. 1. ibiq. Glossa in verb. omnibus. ff. de alien. judic. mutan. caus. fact., Rota decis. 64. n. 5.; et decis. 101.*

*n. 2. cor. Me.* quia præterea tam aperta sunt, ac perspicua, ut interpretatione non indigeant, nullam imo interpretationem patiantur ad regulam, de qua Textus in *Leg. 25. ff. De Leg. et Fideicom. 3.*, quia denique si interpretationi locus esset, ea tenenda foret interpretatio, quæ Abbatiæ possessori faveret, quoniam Principis beneficium plenissime interpretari debemus; *Leg. 3. De Constit. Princ., Cap. In his De privileg.* Hæc autem ad omnia pertinent, quæ hodie in controversiam veniunt; præcipue vero ad solemnem Missæ cantum, quem Episcopo nolente, aut impedito, spectare ad Dignitates Capituli; earum ordine servato, ac deinde ad Canonicos juxta eorum antianitatem; ideoque jus prædictam Missam canendi inter præminentias Dignitatibus competentes recenseri, pluries definit Sac. Rituum Congregatio, ut ipsi fatentur Canonici, et monent *Card. de Luca de Præemin. disc. 19. n. 11.*; *Scarfonton. ad Ceccoper. Addit. 7. num. 15.*

Perperam autem suadere tentant Canonici (pergit Parochus Bartelloni) duas in Apostolicis Litteris adesse dispositiones, quæ vel invicem pugnent, si Abbati Spada controversa jura tribuantur, vel certe earum altera superflua sit, ac inanis. Unica enim, non duplex est oratio, quæ finalibus verbis *possit, debet, ac teneatur* perspicue informatur, et clauditur; ea vero duas habet partes, quæ verbis *nec non vim*, et effectum particulae *et* copulativæ, aut dictionis *etiam* continuativæ habentibus, invicem connectuntur. Nulla vero aut contradictio, aut superfluitas occurrit; cum Pontifex prima orationis parte non modo honores, et privilegia; sed jura quoque omnia, et facultates cæteris Dignitatibus, præsertim ratione præminentiae competentes, Abbatiæ possessoribus tribuerit: secunda vero statuerit, eosdem *posse horis canonicis, aliisque divinis Officiis, atque processionibus, et aliis actibus in dicta Ecclesia, illiusque choro, et extra eam celebrandis, et peragendis interesse*, ac munera obire, quæ ad Canonicos pertinent; nec non impletis quibusdam conditionibus, etiam partem communium distributionum lucrari. Itaque primæ orationis parti jura Dignitatum respicienti, aptissime jungitur, et adhæret secunda, quæ

quæ Abbati facultates etiam, et jura ad Canonicos spectantia adscribit.

Quod si clausulam addidit Pontifex *sine tamen alicujus præjudicio*, cum Parochus Bartelloni communes distributiones minime petat, illam sibi non obesse contendit. Neque enim clausula hujusmodi ad erectionem quartæ Dignitatis evertendam trahi absurde potest: hac autem erectione manente, jus Canonicorum canendi Missam solemnem a conditione pendet, si Dignitates eam canere vel nequeant, vel nolint. Conditione non purificata, nullum est juris exercitium; nulla proinde illius læsio. excogitari potest, quando Abbas Spada Missam canat. Quod ad cæteras etiam facultates, cæterosque actus est porrigendum: neque enim quisquam læditur, aut cuiquam præjudicium inferitur, si inter plures ad idem eligibilem genus spectantes, eademque voce passiva pollentes, unus eligatur ab iis, qui eligendi facultate gaudent, isque muneribus fungatur, quæ et alii, si pariter nominentur, æque obire valent.

Consuetudinem vero frustra a Canonicis proferri animadvertit Parochus Bartelloni, cum Paulus V. Apostolicas Litteras erectionis Abbatia Decreto irritanti muniverit, quo *ex nunc* (sunt Pontificis verba) *irritum decernimus, ac inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari*, ideoque contrariam consuetudinem induci venterit, *Card. de Luca de Regular. disc. 3. num. 8. et ad Concil. Trid. disc. 33. n. 9., Piton. de contro. Patron. Alleg. 5. num. 16.* Præsertim cum interpretativa consuetudo in tanta Litterarum Apostolicarum perspicuitate locum habere nequeat; et a rei veritate sit devium, consuetudinem centenariam, et plusquam biscentenariam adesse. Nam anno 1618. erecta fuit Abbatia; inde vero contentiones abortæ, quæ anno 1689. per Transactionem, cum Sacerdote Bartholomæo Spada initam, fuere ad tempus consopitæ. Abbatiam anno 1712. obtinuit Sacerdos Nicolaus Burlamachi, qui memoratæ Transactionis favorem exoptans anno 1714. a Capitulo responsum habuit negativum: ipse deinde Massiliam petiit, et anno 1726. Abbatiam dimisit, quam denuo Sacerdos Bartholomæus

manens Spada, Transactione pristino vigori restituta, possedit usque ad annum 1731., quo decessit. Nulla igitur usque ad prædictum annum 1731. induci potuit consuetudo, quæ si tunc incipere potuisset, ac jugiter servata fuisset, cum anno 1821. præsens controversia initium habuerit, non biscentenaria, non centenaria esset, sed vix ad annos nonaginta protenderetur. Patet autem, cur Sacerdos Burlamachi Abbatie jura vindicare neglexerit; quia scilicet aberat, et in longinqua regione vivebat. Post Bartholomæum Spada nullus Abbatie possessor ante Parochum Bartelloni fuit Sacerdotali caractere insignitus: nil ergo mirum, si de Missa canenda nulla incidit quæstio; at æque manifestum est, nullam inveni potuisse consuetudinem Abbatibus infensam. Quod si Abbatie possessores cætera quoque jura neglexerunt, quæ ab ipsis exerceri poterant; eorum oscitantia nullum successoribus detrimentum inferre potuit. Ad destruendam enim foundationis legem, ad evertenda jura in ipsa fundatiene tributa, neque negligentia, neque ipsamet Partium placita valent, et quævis vel longissima in contrarium observantia, tanquam abusus, et corruptela a Tridentina Synodo improbatur; et semper hæc Sac. Congregatio foundationis leges ab indutis abusibus, et a quavis contraria desuetudine vindicavit, ut in *Nullius S. Aedisti* 11. Junii 1684., in *Romanæ Capellanix* 30. Julii 1768., et in *Comaclen.* 8. Julii 1818.

## Dubia.

- I. *An Abbati Spada competat jus Missam canendi diebus solemnioribus, illam non canentibus Archiepiscopo, et aliis Dignitatibus in casu etc.*
- II. *An Abbas Spada in rebus spiritualibus, et mixtis vocem activam habeat in Capitulo in casu etc.*
- III. *An dum agitur de rebus temporalibus intervenire possit Capitulo absque voce activa in casu etc.*
- IV. *An Abbas Spada eligi possit ad munera Capitularia, et illa obire in casu etc.*
- V. *An Abbati Spada competat jus percipiendi emolumenta non procedentia ex Massa communi, seu Massa grossa in casu etc.*

*Die Sabbathi 26. Februarii 1825.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

## **B**URDIGALEN. DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Duo in hac causa proposita fuere Dubia die 9. Fe-  
bruarii 1822., nempe *I. An constet de nullitate Ma-  
trimonii in casu etc.*, et quatenus negative *II. An sit  
consulendum SSmo pro dispensatione super matrimo-  
nio rato, et non consummato in casu etc.*; proditque  
responsum: *Ad I. Negative. Ad II. Negative.* Instau-  
randi certaminis beneficio donata Catharina Desiderata  
Latour novum ab Archiepiscopali Curia Burdigalæ  
super non consummatione Matrimonii cum Bernardo  
Laujacq initi processum confici postulavit.

Catharinæ precibus annuit Archiepiscopus, absolutum-  
que Processum ad hanc Sac. Congregationem transmi-  
sit, sententiam suam ita aperiens, „ Propriam hausi-  
„ mus certitudinem, et nobis constat, nullam fuisse  
„ Matrimonii consummationem, nec haberi potuisse  
„ inter Dominum Laujacq, et Dominam Latour pro-  
„ pter dicti Laujacq relativam, et perpetuam impo-  
„ tentiam; id enim certum deprehenditur tum ex de-  
„ positionibus partium, tum ex multorum testium,  
„ interposito jurejurando, attestationibus. Circum-  
„ stantiam maximi momenti notandam habemus; ni-  
„ mirum dictus Laujacq ad nos, priusquam præsens  
„ informatio inciperetur, litteras misit, in quibus  
„ declaravit, se, ut conscientie suæ exagitatae satis-  
„ faceret, paratum esse ad attestandam veritatem;  
„ ideoque ad denegandum, quod prius propter moti-  
„ va temporalia falso asseruerat, nempe Matrimonium

*Sess. 24. Cap. I.  
de reformat.  
Matrim.*



„ fuisse consummatum : ita factum est, D. Laujacq  
 „ in judiciali informatione sub juramenti religione at-  
 „ testatus est, nunquam Matrimonium a se potuisse  
 „ consummari, licet diu, et multoties tentarit.

Cum vero neque inspectionem corporis mulieris, neque triennale experimentum, ad relativam conjugum impotentiam deprehendendam, in præsens utiliter discerni posse animadvertat Catharina, quæ ex contubernio cum Francisco Sanguineau virginitatem amisit, filiosque peperit; ideo ea flagitante, unicum super dispensatione Matrimonii rati, et non consummati in novo causæ certamine reponitur Dubium.

In summario; et gratioso dispensationis judicio non severas, ac rigidas, uti in judicio de nullitate Matrimonii, requiri probationes, sed conjecturales, et adimiculativas super non consummatione sufficere, autumat Catharinæ Defensor. Hanc enim tenuisse praxim Tribunal S. Pœnitentiariæ referunt *Paulus Leoni in praxi Pœnitent. part. 2., et Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib. 8. cap. 7.* Imo in foro externo vel unum conjugum juramentum cum septima propinquorum, aut amicorum manu satis habendum dicit *ex Cap. Laudabilem. De frigid. et malef., Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 21. n. 137., Sac. Congr. in Januen. Dispensationis 20. Maji 1719. §. Celebris.*

In themate vir, et mulier jurejurando affirmant, nunquam unam carnem effectos esse. Quamquam enim vir antea dispensationi obstiterit, timens ne quid caperet detrimenti quoad jura Mariæ Elisabeth ex concubitu Sanguineau cum eadem Catharina ortæ; attamen in præsens nedum reprobatur, ac revocat *qualunque confessione, e dichiarazione anteriore, e contraria a questa presente*, sed etiam interposita juramenti religione affirmat: *tutti i tentativi da me fatti (duobus circiter annis), e potuti fare, per consummare il Matrimonio sono stati infruttuosi, e mi hanno convinto della mia impotenza relativa riguardo a Madama Latour. Inoltre dichiaro, che dopo questa convinzione Madama Latour, ed io siamo convissuti come fratello, e sorella.*

Huic conjugum testimonio plenam adjungendam esse fidem arbitratur Catharinæ Defensor, tum quia est ju-



ramento munitum, et nihil a muliere deponitur, quod a viro non deponatur, et cum aliis testium dictis apprime non conveniat; tum quia mulier neque odio prioris Matrimonii, aut desiderio a Laujacquo diver- tendi, neque cupidine permanendi in conjugio Fran- cisci Sanguineau, aut spe legitimandæ prolis ex Fran- cisco susceptæ; ( cum hisce omnibus et sententia ci- vilis, quæ primum Matrimonium dissolvit, et secun- dæ nuptiæ juxta civiles leges cum Sanguineau contra- ctæ plenum paraverint remedium: ) sed hæc solum de causa dispensationem postulat, ut, prioris Matrimo- nii resolutò vinculo, alterum cum Sanguineau connu- bium jampridem ab anno 1800. initum ab Ecclesia ap- probetur, sicque conscientiæ ipsius pax, et tranquil- litas reddatur. Fieri enim non potest, ut, dum con- scientiæ stimulos extinguere studet, perjurii reatu il- los magis augere, atque exagitare velit.

Conjugum testimonio accedunt quatuordecim jurati te- stes. Antonius Maria Toucas deponit: *ero Vice-Parro- co di S. Simone di questa Città nei primi anni dopo il Matrimonio di Mons. Laujacq. Era allora fama comu- ne, che Mons. Laujacq non aveva potuto mai consu- miare il Matrimonio con Madama Latour; e sotto que- sto rapporto era egli l'oggetto de' scherzi, che la gente si faceva leciti anche in sua presenza. Egli invece di negare questo fatto, sosteneva con termini troppo inde- centi per esser da me riferiti, che la consumazione era impossibile non solo per lui, ma anche per ogni altro, che ci proverebbe.* Petrus Mauritius Thournens testa- tur, Laujacquum cuidam percontanti, *se al fine ave- va consumato il Matrimonio con Madama Latour, re- sponsum dedisse, che ancora non ci era potuto giunge- re, attese le grandi difficoltà, che incontrava.* Et re- quisitus hic testis a Defensore Matrimonii, *se nelle posteriori conversazioni Mons. Laujacq era tornato a confermare la stessa cosa?* respondit *di non aver mai inteso dire, che si fosse ritrattato: anzi attesta, che la notorietà pubblica, e costante era, che Mons. Lau- jacq non avesse potuto mai consumare il Matrimonio.*

Cæteri testes aut idem a Laujacquo audivisse affirmant, aut de publica testantur fama. Franciscus quoque San- guineau deponit, ita arctam se invenisse Catharinam,

che per più giorni tutti i tentativi possibili furono inutili . . . . , che non mi riuscì di consumare l'atto , che dietro i più lunghi , e penosi sforzi . . . . , ed allora mi potei accertare . . . . , che era rimasta vergine. Quamobrem tot , ac adeo gravia argumenta intercedere putat mulieris Defensor , ut certitudinem moralem pariant non consummationis. Et sane Vicario Generali , et Archiepiscopo Burdigalen. conjugum , testiumque perpensis depositionibus , tam explorata visa est Matrimonii non consummatio , ut votum suum pro dispensatione aperire non dubitaverint.

Petitæ dispensationi nec duodecim annorum cohabitationem cum Laujacquo , nec subsecutam consummationem posterioris Matrimonii officere autumat Catharinæ Defensor. Primis enim conjugii annis conatus omnes adhibendi erant ad consummationem assequendam ; et mulierem adhuc adolescentem puduit rem patefacere : post divortium vero pluries mulier petiit a Sacerdote Praire , tunc Vicario Generali , ut matrimonium Laujacqui irritum declararetur , sed res absque ejusdem mulieris culpa diu processit. Ubi vero Summum Pontificem , pace Ecclesiæ restituta , adire datum fuit , actionem instituit de primi viri impotentia , ac dispensationem exoravit. Præterea mulieris querelæ , etiamsi essent serotinæ , excipiendæ forent ; quoniam diuturnitas temporis majorem non sequuntæ consummationis probationem suppeditat, Sanchez de Matrimonio lib. 7. disput. 109. n. 11. , et seq. , Coscius de separ. thor. tom. 2. Cap. 2. n. 336. , et 358. Consummatio autem posterioris Matrimonii Catharinæ prodest petitioni : que madmodum enim mulier , quæ ob ejus arctitudinem a primo viro cognosci non valuit , si aliis initis nuptiis , primo viro reddatur apta , ei restitui non debet , *Can. Si per Sortiarias. caus. 33. quæst. 1. , Cap. Fraternalitatis. de frigid. , Gloss. ibid. , et Reiffenst. lib. 4. Decret. tit. 15. n. 59. ;* ita similiter quamvis Catharina per concubitum cum Sanguineau apta evaserit Laujacquo , attamen nihil impedit , quominus primi Matrimonii dispensationem consequatur.

Quod vero pertinet ad dispensationis causas , plures in themate profert mulieris Defensor , ac præcipue utriusque conjugis consensum , animorum abaliena-  
tio-

monem, et miseram Catharinae conditionem. Etenim Matrimonium ratum, et non consummatum solo conjugum consensu posse dissolvi, si Pontificis concurrat dispensatio, tradit *Felin. consil. 26. n. 21.* Animorum quoque abalienationem, quae nullam reconciliationis conjugum affert spem, legitimam esse dispensationis causam, docent *Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 16 n. 3*, *Card. De-Luca de matrim. disc. 9. n. 7*, atque ostendunt dispensationum exempla apud *Gobat. Theol. experim. casu 12 n. 678.*, et *Ursaya tom. 5. part. 2. discept. 21 n. 61.* Nulla vero reconciliationis Laujacqui cum Catharina affulget spes, siquidem quatuor supra viginti effluxit annorum spatium, ex quo mulier, a viro coacta divertere, in matrimonium cum Sanguineau secundum civiles leges collocata fuit, prolemque ex secundis nuptiis suscepit. Misera igitur est Catharinae conditio, quae nec Laujacquo, a quo repudium passa est, reconciliari valet, nec Franciscum Sanguineau uti legitimum virum agnoscere, cum quo initum connubium, quamvis approbent civiles leges, detestatur Ecclesia. Restat igitur, inquit Defensor, ut ad tot, ac tam gravia mala, et scandala tollenda, et ad pacem, tranquillitatemque conscientiae Catharinae donandam petita matrimonii rati, et non consummati indulgeatur dispensatio.

Verum matrimonii Defensor novum super non consummatione matrimonii exaratum Processum, cum nulla ab hac S. Congregatione, cui hujusce causae definitionem ablegaverat Summus Pontifex, petita facultate Curia Burdigalensis confecerit, nullitatis vitio ob defectum jurisdictionis laborare contendit. Quin prosit, alias Archiepiscopo Burdigalensi conficiendi Processum sudelegata jurisdictio; hæc enim expleto primo processu evanuit, quia absoluto negotio, quod delegatum fuerat, delegati cessare jurisdictionem cautum est in *Cap. Litteras. De offic. delegat.*, ac tradit *Reifsenst. lib. 1. Decr. tit. 29 n. 147.*

Allatas vero probationes tanti non esse, inquit, ut matrimonii non consummationem evincant. Nam ut vinculi conjugalis dispensatio concedatur, probationes non consummationis graves, perspicuae, et superabundantes sint oportet, *Pignatell. consult. 149 n. 21 tom.*

tom. 1, Sac. Congreg. in Mediolanen. Matrimonii 8 Martii 1732 §. *Exempla*, et in Comaclen. Matrimonii 29 Julii 1769 §. *Despiciendam*; potissimum postquam conjuges insimul dormierint, unde matrimonii consummati juris, et de jure exurgit præsumptio, *Gloss. in Can. Si quis accepit 3. caus. 33. quest. 1.*, *Pignatell. consult. 148. n. 21. tom. 1.*, *Sacr. Congreg. in Comen. Matrimonii 17. Decembris 1768. §. Defensor.* At Catharinæ Defensor nullas alias affert probationes, quam juramentum conjugum, ac testium depositionem. Conjugum vero, quamvis juratis, dietis fidei non esse tribuendam, animadvertunt *Gibert. in jus canon. lib. 3. tit. 13. de impedim. matrim. §. 11.*, *Sanchez de matrim. disp. 108. n. 3.*, quia contra matrimonium aliquando colludere velle; habetur in *Cap. Super eo. De eo qui cognov.*

Hanc suspicionem revera præbet Catharinæ juramentum: ipsam enim non latebat primi matrimonii dissolutionem ob viri impotentiam obtineri posse; ad reatum adulterii minuendum occasionem habuit viri inertiam patefaciendi; facilis ad Sedem Apostolicam anno 1802 patebat aditus, quoniam tunc maxima pax erat, cum eo, qui imperii Galliarum summam tenebat. Catharina tamen sifuit, et querelam de Laujacquii frigiditate apud Summum Pontificem non instituit, nisi post triginta annorum spatium. Profecto hujusmodi querelæ post diuturnum tempus institutæ vehementem præseferunt doli, fraudisque suspicionem, *Barbos. in Cap. 1. de frigid.*, et *Sac. Congr. in Asten. Matrimonii 2 Martii 1776 §. Animadvertit.*, et despiciendæ sunt, *Cap. accepisti. de frigid.*; cum verosimile non sit, ut adolescentula tanto tempore cum impote stare voluerit, *S. Joannes a Capistrano in 5. Decret. tit. de pœnit. n. 230.* Præterea ut mulieris juramento deferatur, oportet ut privilegium virginitatis per aspectum corporis ostendat, *ad text. in Cap. Proposuisti. De probat.* Quoniam vero Catharinæ corporis inspectio nunc fieri nequit, id sibi mulier, quæ sua culpa probationi virginitatis viam præclusit, imputare debet.

Suspiciosum quoque censet viri juramentum; summam enim *Francorum quadraginta millium* nullam aliam ob causam anno 1802. Laujacquio se daturos spon-

ponderunt Catharina Latour, et Franciscus Sanguineau, quam, ut ejus animum sibi devincirent, et consummationem matrimonii non juraret; dissoluto siquidem matrimonio per divortium, nihil viro debebat mulier, sed potius Laujacquius, si quam acceperat dotem, Catharinæ restituere tenebatur; nullum Laujacquio jus erat in bona hæreditaria Mariæ Elisabethæ, cujus paternitatem a se abjecerat, eam uti adulterinam proclamando. Præterea animum Laujacquii mulcendi unicam fuisse debendi causam, colligit idem Defensor ex modo, quo in posterum se gessit Laujacquius. Quamquam enim is connubio Catharinæ, et Sanguineau consensum præbuerit; cum tamen pactam summam integre non fuisset consequutus, obstitit precibus a Catharina Summo Pontifici oblatis pro dispensatione matrimonii, et Archiepiscopo Burdigalensi scriptis declaravit *consummationem; idque jurjurando confirmare non refugiebat*. Nullam itaque meretur fidem juramentum Laujacquii, quippe qui modo affirmat se juraturum consummationem, modo jurat, se non consummasse.

Testium quoque depositionibus nihil deferendum dicit; plures enim ex testibus, utpote consanguinitate, aut affinitate cum Catharina, et Sanguineau conjuncti, repellendi sunt a ferendo testimonio: nemo eorum testatur querelas Catharinæ de Laujacquii impotentia: quidam tantummodo declarant, se audivisse primo nuptiarum tempore Laujacquium non potuisse mulieris arctitudinem vincere: reliqui aut de auditu, aut de fama deponunt, ideoque non probant; cum conjuges ob rumorem vicinæ separari nequeant, *Cap. super eo. De eo qui cognov.*

Quoad causas dispensationis eas graves, atque urgentes esse oportere elicit *ex Fagn. in Cap. nimis n. 8. De filiis presbyt., Schmalzgrueb. in jus eccles. part. 4. tit. 19. n. 53., et Sac. Congr. in Pragen. Matrimoni 7. Julii 1731. §. Porro*. Asserta vero Catharinæ arctitudo satis non est, ut dispensatio tribuatur: necesse enim foret, ut per corporis inspectionem ea probaretur arctitudo, quæ a Laujacquio humano modo superari non posset, *Cap. Fraternalitatis. de frigid.* Deficit hujusmodi inspectio ad relativam conjugum impotentiam

tiam dignoscendam; imo ex copula cum Sanguineau deducitur, Catharinæ arctitudinem humano modo vinci potuisse, ac propterea primum matrimonium redintegrari oportere, *Angel. Doct. in 4. sent. dist. 34. quæst. 1. a. 2., Engel in jus canon. lib. 4. tit. 15. n. 7.* Consensum quoque conjugum, animorumque abalienationem idoneam esse dispensationis causam inticiatur. Singularis enim est *Felini* sententia contententis mutuum utriusque conjugis consensum legitimam esse causam dispensationem impertiendi, eamque desepexit hæc Sac. Congregatio, quæ nedum conjugum consensum, ut in *Frisingen. 6. Maji 1718., in Barchinonen. Matrimonii 22. Martii 1734.,* sed neque jurgia, et dissidia, licet inter procerum familias timerentur, legitimam arbitrata est dispensationis causam, in *Pragen. Matrimonii 26. Januarii 1752. §. ex Litteris, in Januen. Dispensationis 15. Januarii 1785. §. Inefficaces.* Catharina igitur, concludit Matrimonii Defensor, viro suo Laujacquo reconciliari satagat; sin vero ipsam recipere nolit, in solitudine vivat, et lacrymis peccata sua redimat, atque ad omnia potius perpetienda mala se promptam exhibeat, quam illegitimum Sanguineau thalamum conscendere.

Cætera fusius habent Eñi Patres in distributis allegationibus, ut, qua pollent Juris, et Sacræ disciplinæ prudentia, dirimere possint.

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis quoad dispensationem matrimonii in casu etc.*

Iterum proponatur.

**M**ONTIS ALTI CAPELLANIÆ. Actum est hac de causa in Comitibus diei 12. Julii 1823., et proposito Dubio: *An, et cujus favore constet de legitima nominatione, ita ut, et cui sit danda manutentio, seu potius reintegratio in casu etc.*, responsum dederunt Eñi Patres; *Affirmative favore Sacerdotis Gervasii Trojani.* Eadem quæstio, flagitante Clerico Achille Pellei, iterum delinienda proponitur.

Expositis in Folio 12. Julii plene concinunt ea, quæ in facto ex parte Sacerdotis Trojani nunc proferuntur, adeoque in decisio standum esse contendit ejus Defensor. Inanes enim existimat exceptiones tum superveniendiæ filiorum, tum defectus insinuationis, a Clerico Pellei propositas ad irritandam donationem Athanasii Santori favore Alexii ejus fratris expletam. Perpendit siquidem, Legem *Si unquam. Cod. de revocand. donation.*, quæ ad donationem a patrono in Libertum collatam pertinet, uti monet *Vinnius select. juris quest. cap. 32.*, licet communi Doctorum placito ad cæteras donationes trahatur, editam tamen fuisse ad cohibendas effrænes donationes, et ob solum amorem expletas, ne supervenientes filii paternis bonis, aut saltem legitima destituerentur. Verum Athanasio unica tantum (quæ latet, utrum in humanis adhuc versetur), nata est filia, ac donatio, ad præcavendas lites inter tot nominantium stirpes, et capita, favore Alexii ab ipso peracta, duas tantum complectitur juris patronatus uncias: per eamque nihil Athanasii filia de paternis bonis, aut de legitima subtrahitur. Nec prætereundum, pergit, quod Athanasius, dum suas patronales voces in fratrem donatione contulit, in ea erat ætate, ut procul dubio ex matrimonio sibi futuros liberos arbitraretur; cumque nihilominus auctoritate Judicis, cunctisque adhibitis solemnitatibus donationem emisit, dicendum est, Legi *si unquam* nuntium misisse. Præterea rescindendæ donationis actio iisdem subest regulis, quibus querela de inofficioso testamento, *L. 6. Cod. de inoffic. donat*; hæc autem quinquennio perimitur, *L. 34. Cod. de inoffic. testam.* At post Athanasii donationem nedum quin-



que, sed trium supra quadraginta annorum pacifica effluxit acquiescentia.

Ad supplendum insinuationis defectum satis superque esse, ait, consilium Curatorum, auctoritatem Judicis, aliasque solemnitates in donationis actu adhibitas: siquidem ad fraudes in effusis, et inofficiosis donationibus avertendas præscribitur insinuatio; nulla vero contigit fraus in donatione Athanasii, quæ servatis solemnitatibus, et auctorante Judice expleta fuit. Addit etiam, insinuationis defectum per lapsum temporis supra quadragenarium, quo omnes delentur exceptiones, sanatum fuisse; imo etiamnum sanari posse, cum Alexio libera fuerit tributa facultas quando-cumque exequendæ insinuationis.

Inanem quoque censet exceptionem adversus nominationem a Josepho Santori expletam favore Sacerdotis Trojani, quæ nullitatis insimulari nequit ob damnationem Josephi ad triremes, quoniam privationem jurium, secundum receptos mores, ne capitis quidem damnatus hodie subit, nisi in damnationis sententia expresse fuerit inflictæ: multoque minus veluti simoniaca traduci valet propter reservationem dimidiæ partis fructuum Capellanæ in pactum deductam. Cum enim Capellania Tassi, de qua est quæstio, sit mere laicalis, et Capellanus ad nutum, etiam sine causa, amovibilis, nominatio Alexii omni expers simoniæ labe est renuncianda.

Denique Capellanæ juspatronatus ex foundationis lege agnatum non esse autumat, sed hæreditarium, et in quoscumque successores transferri posse. Quare inquit Sacerdotis Trojani Defensor, Athanasio, qui suas voces donavit Alexio *per perpetuare alla meglio in uno della Famiglia tale diritto di nominare*, nullam fuisse facultatem intra suæ agnationis terminos, contra foundationis legem, easdem voces coercendi. Subdit etiam, hujusmodi perpetuitatem non fuisse causam finalem, et efficientem, sed impulsivam; nam princeps donationis causa censenda est amotio litium, quæ inter tot nominantium stirpes oriri solent; finem autem evitandarum litium facilius extra agnationem, quam intra illam existente jurepatronatus, obtineri posse opinatur.



Defensor vero Clerici Pellei novas in facto affert probationes. Ostendit in primis, *Birgittam* Victorii filiam, quæ inupta decessisse ferebatur, matrimonio inito cum Antonio Migliarini, duos habuisse filios, Nicolaum, et Dominicum. Primus e vita excessit improles, alter quinque genuit natos, scilicet Josephum, Petrum, Thomam, Annam Valentinam, ac Franciscam, qui omnes sui juris nunc certiores facti ad Capellaniam nominarunt Clericum Achillem Pellei. Exhibet quoque Instrumentum anni 1751., ex quo patet, Antoniam aliam Victorii filiam, donatione irrevocabili, suum juspatronatus transtulisse in favorem *Dominici Santori ejus Cognati, illius filiorum tam masculorum, quam feminarum, natorum, et nasciturorum ex Justina ejus germana sorore, ac illorum hæredum, et successorum in perpetuum.* Quocirca, inquit Clerici Pellei Defensor, nullius roboris est habenda posterior donatio, qua eadem Antonia anno 1772. jus nominandi, quod a se irrevocabiliter jamdiu abjecerat, in Alexium, Athanasium, et Josephum fratres Santori transferre tentavit.

Addit, ex memoratis conjugibus Justina, et Dominico Santori descendisse Nicolaam, ac Olympiam, in easque propterea coaluisse ex parentum juribus duas patronatus uncias, et binas unciaë partes in quinque divisæ. Nicolæ jura in Josephum Pellei transierunt, siquidem tum ipsa, tum ejus vir Antonius Citaroli usque ab anno 1789. donatione irrevocabili inter vivos largiti sunt eidem Josepho *tutti, e singoli loro beni, stabili, mobili, semoventi, diritti, ragioni, ed azioni,* ac propterea etiam juspatronatus, quod Nicolæ ex juribus parentum obvenerat. Josepho Pellei hæres extitit Julius illius filius, qui nominationem edidit favore Clerici Pellei. Quocirca memorata Nicolæ irrito conatu, inquit ejusdem Clerici Defensor, nova donatione anni 1804. juspatronatus, quod jam in Josephum Pellei universali donatione transtulerat, Alexio Santori tribuere peroptavit.

Olympiæ autem descendentes, nimirum Joseph, qui antea a nominatione abstinendum duxerat, Michael, et Rosa, qui Clericum Pellei jam nominaverant, ac

Bernarda, Maria, et Lucia, quæ in præsentationem Sacerdotis Trojani convenerant, modo suas nominationes Clerico Pellei ad unum omnes concedunt. Joseph quoque Santori in patriam libere restitutus, recessit ab antiqua nominatione, et suam vocem eidem Clerico Pellei tribuit. Quare in præsens, uno excepto Prothasio, Alexii Santori hærede, patroni omnes in nominationem coaluerunt ejusdem Clerici Pellei. Nova factorum serie, et vocum supputatione fretus, exploratum censet Clerici Pellei Defensor, recedendum esse a decisis in Comitibus 12. Julii 1823., eundemque Clericum manutenendum in Capellaniæ possessione. Ipse enim, utpote maximam vocum partem obtinens, sive patronales voces ex Victorio, et Drusilla profluentes, ad calculum insimul vocentur, sive illarum computatio per semisses distincta ineatur; Sacerdoti Trojani in Capellania est præferendus. Etenim ex nova supputatione vocum liquet, Clerico Pellei, cum acta fuit Causa coram Episcopo Montis Alti, supra novem juris patronatus uncias; ubi certatum est in hoc S. Ordine, uncias octo, et quartam uncie partem, nunc vero uncias decem, ac tres ex quinque uncie partibus esse tribuendas.

Serotinam Clerici Pellei Defensor minime putat nominationem eorum, qui antea suo jure usi non fuerant, et nuper eundem Clericum nominarunt; minimeque irritam nominationem illorum, qui revocata præsentatione Sacerdotis Trojani, ad prædictum Clericum eligendum nuper accesserunt. Nam Capellania Tassii, quum sit mere laicalis, et Capellanus ad nutum etiam sine causa amovibilis, regulis non subest Beneficialibus, uti tradunt *Fagn. in cap. Ad audientiam n. 120. de rescript, Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 5. n. 71., Sac. Congreg. in Faventina Capellaniæ 25. Maji 1822. §. Quatenus*, nec patronis ullum est præstitutum tempus ad nominandum, *Gonzalez lib. 1. Decret. tit. 10. cap. 5. n. 10., Fargna de jurepatr. part. 3. can. un. cas. 1. num. 30., et part. 6. can. Humano. 17. cas. 2. n. 17.*; imo eis permittitur, ipsa pendente lite, nominationis variatio usque ad realem nominati institutionem, *Cap. Pastoralis. de jurepatr. . Lambert,*

Die 26. Februarii 1825.

37

*de jurepatr. part. 1. lib. 2. quest. 6. art. 12., Garz. de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 211., atque etiam recessus ab edita nominatione ad tradita per Lara de Capellan. lib. 2. cap. 6. n. 24., et Constant. vot. decis. 421. n. 52., et 57.* Quin imo nominationis, quam antea favore Sacerdotis Trojani emiserat Joseph Santori, nullam in præterita actione rationem haberi debuisse contendit. Ait enim, Josephum pollicitatione dimidiæ partis fructuum Capellaniæ circumventum, nominasse Sacerdotem Trojani; ac proinde nominationem, sin labe simoniæ infectam, at certe ex hujus S. Congregationis declarationibus reprobam, nullitatis vitio laborasse.

Donationem vero Athanasii ob defectum causæ finalis jure ipso resolutam existimat Clerici Pellei Defensor. Causa namque finalis donationis non debet in amore erga fratrem collocari, quem causæ tantum impulsivæ vim habere, *post tex. in L. 2. §. final. ff. de donat., et L. 1. §. sexum ff. de donat. int. vir, et uxor., docuit Rota in recent. decis. 226. n. 15. part. 17. tom. 1., sed in voto, ut juspatronatus coalesceret in unum ex familia ad lites ob nimiam nominationum diffusionem vitandas. Hæc autem finalis causa propter supremas Alexii tabulas, quibus omnia sua bona, et jura in extraneum Prothasium Trojani contulit, penitus evanuit; atque idcirco etiam donationem ipso jure oportuit resolvi, L. 1. ff. de Conduct. Caus. dat. caus. non secut., et L. 6. Cod. de instit., et substit., Rota in Recent. decis. 751. n. 17. part. 5. tom. 1., et decis. 562. n. 9. part. 12.*

Erritam quoque eandem Athanasii donationem dicit ob adnatam ipsi filiam adhuc sospitem, quoniam *Lex Si unquam. Cod. de revocan. donat.* ob supervenientiam filiorum locum sibi vindicat non modo in donationibus honorum, verum etiam jurispatronatus, uti tradunt *Vivian. de jurep. lib. 4. cap. 4. n. 31., Piton. de contro. Patron. in suppl. ad alleg. 100. n. 68.* Neque opus esse contendit Judicis ministerio, qui revocatam declaret donationem, siquidem ob supervenientiam filiorum ipso jure, ac sine ulla contestatione judiciali donationes resolvuntur, *Sabell. resol. civil. n. 19., Clar. lib. 4. sentent.*

tent. §. Donatio quest. 23. n. 8., Rot. in recent. decis. 591. n. 3. part. 3.

Silentium autem quadraginta annorum nullatenus Athanasio obesse putat; nam antea adversus donationem actionem instituere non poterat ob defectum causæ finalis, quæ tum solum evanuit, cum Alexius, extraneo instituto hærede, e vita excessit: non oportebat vero, ut ob filiæ susceptionem impeteret donationem; cum enim ob filiæ supervenientiam ipso jure irrita facta esset, judiciali non indigebat contestatione, cujus nulla erat occasio, antequam nominationis tempus adveniret. Tandem Athanasii donatio inanis evasisse videtur ob defectum insinuationis, quam tunc temporis in contractibus minorum, et mulierum pro forma essentiali ab Aegidiana Constitutione præscriptam admonent *Constant. ad Stat. Urb. annot. 44. art. 8. n. 784., Rot. cor. Coccino decis. 1513. n. 6.*

Cætera fusius haurient EE. PP. ex allegationibus utrimque distributis, et ex novo Schemate genealogico pro parte Clerici Pellei exhibito, ut decernere possint

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Recedendum a decisis, et manutentionem dandam esse Clerico Pellei.

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

**V**ERULANA JUBILATIONIS. Sacerdos Antonius Ceroni, qui die 7. Septembris 1784. in Collegiata Ecclesia S. Mariæ Frusinonis Verulanæ Dioceseos Canonatum per resignationem obtinuerat, anno 1803. ad Præposituram, dein ad Archidiaconatum, unicam in eadem Collegiata Dignitatem, Apostolicis Litteris promotus fuit. Cumque annorum quadraginta expleturus  
jam

jam esset chorale servitium, supplicem pro obtinendo jubilationis indulto huic Sac. Congregationi obtulit libellum. Precibus Episcopo ablegatis pro informatione, et voto, responsum accepi, Archidiaconum Cerroni complevisse= jam annos quadraginta servitii Choralis. Et  
,, quamquam hoc fuerit continuum, et laudabile, unus  
,, tamen ex iis Canonicis Dominicus Butti, quinque ab-  
,, hinc annis jubilatus, pro viribus id contendere studet,  
,, servitium ab Archidiacono præstitum neque fuisse  
,, continuum, neque laudabile. Objectio omnino falsa. De-  
,, ficientibus fallentiarum libris, hoc continuum, atque  
,, laudabile servitium aliunde mihi certo constat; sed si  
,, non haberetur alia probatio, quam testimonium totius  
,, Capituli id affirmantis, esset nimis concludens præ  
,, unico Butti testimonio, quod ne attendendum qui-  
,, dem esset tam pro hujus indole nimis ferventi, et  
,, lingua parum cauta, quam pro peculiari in Archi-  
,, diaconum oppositione.

Dolet Buttius de dolosa libri, singulorum Capitularium  
,, fallentias continentis, amissione, quam in ipsum  
,, Archidiaconum redundare facit: verum deperire ne-  
,, quivit, quod nunquam extitit. Hoc adeo certum est,  
,, quod ubi in una ex sacris Visitationibus sensi, præter  
,, nonnulla alia incommoda, hujusmodi libri deficien-  
,, tiam, imperare debuerim, ut in posterum cito con-  
,, ficeretur; in Archivio rigore custodiendus; quod  
,, jam tum fideliter observatum est.

Objicit; si Archidiacono indultum concederetur jubi-  
,, lationis, totus servitii choralis labor in paucos reci-  
,, deret. Nimis ille hujusmodi numeri tenuitatem exa-  
,, gerat: qui ex Capitularibus remanent, satis erunt ad  
,, horas Canonicas rite persolvendas, licet inter eos  
,, unus identidem podagra laboret. Aequum præterea  
,, non esset, ut ex eo, quod Capitulum prædictæ Col-  
,, legiæ non sit valde numerosum, requie, et præ-  
,, mio orbaretur, qui per quadraginta annos laude di-  
,, gnum præstitit servitium . . . . Quæ objecta a Cano-  
,, nico Buttio cum sint partim falsa, partim amplifi-  
,, cata, partim a proposito prorsus aliena, atque etiam  
,, contumeliis aspersa, quibus contumeliis prudenter  
,, prospiciendum erit, vel ab EE. VV., vel a me, in

„ ea sum opinione , Archidiaconum Collegiatæ Fru-  
 „ sinonis , attento laudabili , et continuo servitio au-  
 „ norum quadraginta ( mensibus nonnullis demptis  
 „ Romanæ Reipublicæ , quo e patria proficiscidebuit,  
 „ ne , ab illius temporis moderatoribus vexatus , ca-  
 „ pite periclitaretur ) attenta incommoda valetudine ,  
 „ quæ in dubium a nemine , præterquam a Buttio ,  
 „ revocari potest , jubilationis indulto esse dignum.  
 „ Cuperem tamen ( sic pergit idem Episcopus ) , ut in  
 „ singulis festis primæ classis a primis vesperis usque  
 „ ad secundas inclusive , et in triduo saltem hebdo-  
 „ madæ majoris , ad majus Ecclesiæ decus , et sacra-  
 „ rum functionum splendorem , injungeretur ipsi onus  
 „ personalis residentiæ , et servitii „ .

Jura sua typis edita protulit Archidiaconus Cerroni ; Ca-  
 nonicus vero Butti quædam exhibuit folia , et in illis  
 contenta pro meo munere referre suo loco non præ-  
 termittam.

Canonicos , qui assidue , et laudabiliter quadraginta an-  
 norum spatio Ecclesiæ inservierint , ex hujus Sac.  
 Congregationis instituto rude donandos esse , plura  
 evincunt jubilationum exempla , ac præsertim *in Ci-  
 vilitatis Castellaniæ 29. Novembris 1766. , in Bergomen.  
 8. Augusti 1816. , et in Romana Jubilationis 9. Fe-  
 bruarii 1822.* Archidiaconum vero Cerroni , qui usque  
*a die 7. Septembris 1784.* Collegiatæ S. Mariæ inser-  
 vire cœpit , assidue , et laudabiliter quadraginta an-  
 norum præstitisse chorale servitium , probare nititur  
 ejusdem Archidiaconi Defensor ex quinque Canoni-  
 corum testimonio , fidem perhibentiùm , quod me-  
 moratus Archidiaconus *ha lodevolmente per anni qua-  
 ranta prestato assiduo il suo servizio al Coro , e non  
 si è mai servito dell' indulto de' tre mesi Conciliari  
 di vacanza , ancorché abbia questa nostra Chiesa il  
 peso della quotidiana officatura , e non ostante , che  
 soffransi dal detto Sig. Arcidiacono incomodi di sa-  
 lute.* Sane Canonicos pro consocio rite testes adhiberi  
 post Rotam tradit *Piton. jdiscept. eccles 157. n. 4.*  
 potissimum quia in themate de re testantur , quæ  
 aliis non adeo facile innotescere valet , ac in ipsos  
 testes , utpote Canonici jubilati vices supplere obstri-  
 ctos,

ctos, aliquid incommodi refundit, *Antonelli de temp. legal. lib. 2. cap. 3. num. 5.*, *Gratian. discept. forens. cap. 157. num. 13.*, *Rota decis. 200. num. 17. part. 11. recent.*, et *cor. Ansal'd. decis. 754. num. 6.*

Item ex resolutione Capitulari, in qua omnes Canonici, præter Dominicum Butti, et alterum Canonicum absentem Nicolaum Marcocci, Archidiaconum jubilatione dignum renuntiarunt. Præterea Canonicis apprimè concinit Episcopus, cujus testimonium maximi faciendum est; quoniam in rebus, quæ ad Diœcesim pertinent, optime instructus præsumitur, et in hac re mentiri velle, incredibile videtur.

Quod si Archidiaconus Cerroni, subdit ejus Defensor, a Choro aliquando absuit, id non illius socordiæ tribuendum est, sed aut morbo, quo ipsum jamdiu vexari ex Medicorum constat testimonio, aut præteritorum temporum calamitati, qua ne capite periclitaretur, a patria recedere fuit coactus. Si vero per calumniam in carcerem detrusus aliquot menses Romæ morari debuit, paulo post ex capite innocentie absolutus Frusinionem illico rediit, et Choro interesse denuo incepit. Hisce autem in casibus adeo Canonici pro præsentibus in Choro habentur, ut nedum fructus præbendæ, et ipsas lucrentur quotidianas distributiones, *Reiffenst. lib. 5. Decret. tit. 4. num. 187.*, et *195.*, *Ferrar. Biblioth. verb. Canonici art. 5. num. 33.*, et *S. Congr. in Ferentina Fructuum; et distributionum 9. Februarii 1815.*, sed nec etiam tempus interumpatur quadraginta annorum pro jubilatione assequenda, *Sac. Congr. in Patavina Jubilationis 9. Junii 1714. apud Fargna de jurepatr. part. 5. can. 7. cas. 2. num. 16.*, et *in Romana Jubilationis 9. Februarii 1822. §. Addam.*

Nec Archidiacono Cerroni obesse queunt fallentiæ post annum 1819. commissæ: nam ad tramites Capitularium Constitutionum cuilibet Canonico quotannis condonantur fallentiæ 1485., Archidiacono autem fallentiæ 2970.; quemadmodum enim ipse, Choro non interessendo, duplici aliorum Canonicorum mulctatur punctatura, ita duplicatæ eidem remittuntur fallentiæ. Quare Canonicus a Collegiatæ grammatophylaci

testatur : che le fallanze fatte in ogni anno dall' 1819. a tutto il 1824. del Rmo Sig. Arcidiacono D. Antonio Cerroni non hanno mai ecceduto il numero di quelle, che per ripartizione possono competergli

Contendit nihilominus Canonicus Butti, Archidiaconum Cerroni illud continuum, ac laudabile adhuc non explevisse servitium, quod Sac. Congregatio expostulat, ut Canonici rude donentur. Idque facile evinceretur ( ita disserit ) si extarent Libri delle puntature, quos ab Archidiacono surreptos fuisse jurejurando confirmare se paratum exhibet. Ad illorum vero supplendum defectum attestationem profert juratam Canonici Nicolai Marcocci asserentis, che il Sig. D. Antonio Cerroni Arcidiacono rare volte è intervenuto a servire la Chiesa, per soddisfare il proprio dovere, e quelle poche volte, che vi si è portato, e vi si porta, è servito, e serve di distrazione, e di scandalo agli altri, perchè irrequieto.

Exhibet quoque annorum 1813., 1814., et 1816. fallentiarum Libros ( a quo tamen confectos, et quomodo penes ipsum, non penes Capitulum extent, penitus latet ), ex quibus depromitur, plurimas Archidiaconum commisisse fallentias; nec non aliam affert ejusdem Canonici Marcocci depositionem, testantis, che avendo osservato alcuni Libri esistenti nel nostro Archivio, nei quali vi sono marcate le fallanze fatte dai Canonici nel servizio della Chiesa; ho rilevato, che il Sig. Arcidiacono D. Antonio Cerroni nell'anno 1821. fece 2178. punti di negligenza, nell'anno 1822. ne fece 1556., e nell'anno 1823. ne fece 1470.

Denique nullo in pretio habendum dicit quinque Canonicorum testimonium de laudabili, et continuo Archidiaconi servitio; testes enim ut fidem mereantur, causam scientiæ afferre debent; ipsi vero legitimi testes censeri nequeunt sive de propria scientia, cum ex illis antiquior unum dumtaxat supra vigesimum choralis servitii enumeret annum; sive de auditu, siquidem ab aliis Canonicis ejusmodi rem se audivisse non affirmant, imo inquirunt a noi ben nota, come fatto proprio.



Die 26. Februarii 1825.

43

si EE. PP. Archidiacono Cerroni jubilationem imper-  
tendam censuerint; perpendant quæso, utrum onus  
eidem sit injungendum quibusdam diebus Choro in-  
teressendi juxta Episcopi votum ad majorem illius  
Collegiæ splendorem; an potius id omnino relin-  
quendum sit curæ ejusdem Episcopi, qui dum oportet,  
jure suo Indultorios, non obstante jubilatione,  
revocare ad Chori servitium potest ad *Text. in Cap.  
Cum ad hoc. De Cleric. non resid.*, de quo *Bened.  
XIV. De Synodo Dioecesis Lib. 13. cap. 9. §. 15.*, *Sac.  
Congreg. in Derthonen. Jubilationis 14. Maji. 1768.*,  
et in *Civitatis Castellane Jubilationis 15. Julii 1820.*  
§. *Nec silentio.*

Itaque proponitur

### Dubium

*An constet de continuo, et laudabili quadraginta  
annorum servitio, ita ut sit locus Jubilationi in  
casu etc.*

Affirmative.

Prima et altera, quæ sequitur, Causa pertinet ad Folium diei 29. superioris mensis, quod Eñnos Patres iterum consulere precor.

Sess. 24. cap.  
8. de reform.,  
et sess. 25. cap.  
5. de Regul.

## LUCANA.

### Dubia

- I. *An sit locus evacuationi cubiculorum in casu etc. Et quatenus negative*
  - II. *An, et quomodo sit providendum pro regulari clausura in casu etc.*
- Dilata, et scribatur Archiepiscopo juxta mentem.

Sess. 25. cap.  
13. de reform.

## LUCANA PRÆEMINENTIARUM ET JURIIUM.

### Dubia

- I. *An Abbati Spada competat jus Missam canendi diebus solemnioribus, illam non canentibus Archiepiscopo, et aliis Dignitatibus in casu etc.*
- II. *An Abbas Spada in rebus spiritualibus, et mixtis vocem activam habeat in Capitulo in casu etc.*
- III. *An, dum agitur de rebus temporalibus, intervenire possit Capitulo absque voce activa in casu etc.*
- IV. *An Abbas Spada eligi possit ad munera Capitularia, et illa obire in casu etc.*

V. *An*

V. *An Abbati Spada competat jus percipiendi emolumenta non procedentia ex Massa communi, seu Massa grossa in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative absque voce activa, et passiva.

Ad IV. Affirmative quoad munera spiritualia, et mixta; et quoad temporalia adimpleta conditione ad formam Bullæ erectionis.

Ad V. Affirmative, dummodo non agatur de legatis erectis ante foundationem Abbatiaë.

**CÆSENATEN. PENSIONIS.** Beneficium simplex sub titulo SSmæ Conceptionis Mariæ Virginis, jurispatronatus Comitum Roverella, et Marchionum Ghini Cæsenatensium, obtenta ipsorum nominatione, et Literis in forma Bullæ expeditis ab Eñño, ac Rñño Cardinali Castiglioni, tunc Cæsenæ Episcopo, collatum fuit die 26. Aprilis 1817. Sacerdoti Francisco Salviani, imposito illi onere solvendi pensionem annuam viginti scutorum Romanorum Carolo de Carlis, duraturam tantummodo donec uterlibet diem extremum clauserit. Cum vero Carolus Clericali tonsura non esset initiatus, supplicem S. M. Pio VII. obtulit libellum, quo sanationem ob hujusmodi defectum imploravit, ut pensionem a Sacerdote Salviani exigere posset. Rescripto diei 24. Augusti 1818. benigne annuit Pontifex pro gratia petite sanationis, dummodo intra tres menses clericali tonsura initietur, aliter a perceptione enunciatae pensionis decidat. Tonsura deinde donatus Carolus De Carlis, quamdiu cum eadem, et in habitu clericali incessit, semper ei pensio a Sacerdote Salviani fuit persoluta: cum vero habitum prædictum, et tonsuram Clericalem dimiserit, idcirco Sacram hanc Congregationem adiit Sacerdos Salviani liberationem a pensionis solutione efflagitans, ea quoque de causa, quod tanta sit tenuitas reddituum Beneficii, ut pensionis onus sustinere non valeant.

Sess. 24. cap.  
15. de reform.

Epi-

episcopus rogatus de more, ut auditis interesse habentibus, ac transmissa particula foundationis, et copia Litterarum collationis, referret de annuo reddito, et oneribus Beneficii, de dimisso clericali habitu a Pensionario, et de legitima causa, nec non de quantitate pensionis ad formam Constitutionis S. M. Sixti V. *Pastoralis 31. Januarii 1589.*, ita animi sui sententiam pandidit „ Omnes hac in re interesse habentes „ audiui, et præcipue Patronos, ipsumque adolescentem, qui pensione perfruitur. Illi S. Congregationis „ decretis, quæ emittere volet, nihil obsistent, solusque Hippolitus Comes Roverella desiderium suum „ mihi ostendit, ut saltem pensionis dimidium integrum pro Clerico De Carlis perseveret. Hic vero „ a me interrogatus, curram habitum clericalem dimiserit, illam responsionem, quam prævideram „ dedit, quæque mihi maxime arridet, nolle se ad „ Presbyterii onus ascendere, potiusque sæcularem sibi vitam placere. Pensionis quantitas ad viginti „ Romanæ currentis monetæ scutata pervenit, et facile, ut reor, a Sacerdote Beneficiario valet sustineri. Hic profecto adeo annuos Beneficii fructus „ extennat, ut illud passivum potius, quam activum „ denunciaret. Rebus a me serio perpensis, cognovi, „ persoluta etiam pensione, alia viginti circiter scutata pro ipso illæsa posse remanere, dummodo ager „ Beneficii de regionis nostræ more sedulo colatur.

„ Constitutionem sa. me. Xisti V. *Pastoralis 31. Januarii 1589.* attente perlegi, nihilque contra eam actum „ fuisse potui comperire. Particulam foundationis hujusmodi Beneficii mittere ad Eminentias Vestras nequeo; institutio enim adeo vetusta dignoscitur, ut „ principium non inveniatur. In Curie regestis a me „ pervolantis dignovi usque a sæculi 16. initio ab extincta Familia Foschi ipsum fuisse collatum, cui „ ad jus nominandi successit gens Roverellia, et Ghinia; utraque enim extremas supradictæ stirpis filias sibi matrimonio copulavit . . . Ab Eñño Antecessore meo tum Beneficiarius, tum Pensionarius „ in possessionem auctoritate ordinaria immisi sunt.

„ Ut tandem animi mei sensum aperiam; hujusmodi „ clericalis pensio ab Ecclesiastico Beneficio non dif-

„ fer-

„ ferre mihi videtur, uti DD. probant ex *Cap. Con-*  
 „ *querente. 6. de Cleric. non resid.* Si hoc sub aspe-

„ ctu illa perspiciatur, ecclesiasticum habitum exi-

„ git, eoque dimisso, nisi secus Apostolica Sedes in-

„ dulgeat, juxta Pontificias Constitutiones, statim post

„ præmissas admonitiones amittitur. Nostro in casu

„ alia ratio pro Oratore etiam militat. In Clericali

„ militia nondum erat Carolus De Carlis anno 1818.

„ cooptatus, et pensionem supraenumeratam acqui-

„ siverat. Preces Pontifici Maximo porrexit, ut, hoc

„ non obstante defectu, eandem retineret, et Re-

„ scriptum obtinuit, cujus vigore Beneficiarius ad

„ solutionem adactus fuit, quam facere renuebat,

„ dummodo adolescens Orator, *intra tres menses* pri-

„ ma tonsura insigniretur. Qui vult principale etiam

„ accessorium velle censetur. Si Tonsura Ecclesiastica

„ a supremo Legislatore exigitur, habitus etiam ec-

„ clesiasticus eidem necessario adhærens peti vide-

„ tur. Cum ideirco ipse fuerit sine prævia dispensa-

„ tione dimissus, non amplius ad solutionem pen-

„ sionis ecclesiasticæ Oratorem puto esse compellen-

„ dum „

Communis est sententia, posse Episcopos, Beneficia

conferentes, jure suo ordinario pensiones imponere,

duraturas ad vitam Titularis gravati, et consentientis,

*Gloss. in Cap. Audivimus. verb. pensionem. De collus.*

*detegen., Navarr. consil. 43. n. 4. de Simonia; Gar-*

*zias de Benefic. part. 1. Cap. 5. n. 195., et seqq.,*

*Gonzalez. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 7. n. 27.,*

*Ferraris Biblioth. art. Pensio n. 16: verum pensiones*

ecclesiasticas non concedi, nisi Clericis, cum exer-

citio, sen privilegio Clericali, ex stylo, et observan-

tia Curie monent *Ferrar. loc. citat. num. 56., Card.*

*de Luca de Pens. disc. 2. n. 5., et Annot. ad Concil.*

*Trid. disc. 12. n. 5., Rot. in Recent. part. 5. tom. 2.*

*decis. 480. n. 20., et seqq., et decis. 559. n. 6. Cum*

itaque Carolus De Carlis tonsuram et habitum cleri-

calem penitus dimiserit, et palam se ab ecclesiastica

militia abfuturum fassus fuerit, quin imo sæculares

mores sibi placere affirmaverit Episcopo; pensio haud

amplius ipsi a Sacerdote Salviani persolvenda videtur.

Æquum enim non est, ut pensione Ecclesiastica per-

fru-

fruat, qui vite, et moribus ecclesiasticis se conformare aperte renuit.

Addit Sacerdos Salviani, adeo tenues esse Beneficii redditus, ut pensione persoluta vix alia viginti scutata supersint, dummodo ager Beneficii sedulo colatur Pensionis vero onus ita grave esse non debet, ut congruam titulari sustentationem detrahat, *Lotter. de re Benefic. Lib. 1. Cap. 5. n. 424.*, *Sac. Congreg. in Arboren. Pensionis 21. Septembris 1816. §. Quatenus.* Persæpe insuper eveniet, ut emolumento gaudeat Pensionarius, quo non perfruetur Rector Beneficii. Redditus enim cum ex agriculturæ sedulitate, et propitiis tempestatum vicissitudinibus pendeant, raro fiet, ut persoluta pensione, alia viginti scutata supersint. Pensio autem ultra dimidiam Beneficii reddituum partem imponi non debet, *Lotter. de Re Benef. Lib. 1. Quæst. 56. n. 58.*, *Ventrigl. in Prax. Tom. 2. Annot. XI. §. 1. num. 59.*

Pensionem tamen scuta 20. non excedentem a Sacerdote Salviani persolvendam esse Carolo De Carolis, etiam si non incedat in habitu, et tonsura Clericali, colligitur ex Constitutione Sixti V. incipien. *Pastoralis edita die 31. Januarii 1589. §. 1, 2., et 3.*, in qua hæc leguntur = *Nos opportune providere volentes omnibus, et quibuscumque Clericis tam in Romana Curia, quam extra eam ubilibet gentium, et locorum constitutis, qui pensiones, fructus, aut prædia, vel bona Ecclesiastica sibi in una, vel pluribus vicibus reservata, et concessa, summam, seu valorem annum sexaginta ducatorum aurei de Camera insimul non excedentes, seu excedentia percipiunt, aut percipient in futurum . . . ipsi, et eorum quilibet in habitu, et tonsura Clericali incedere minime teneantur, sed laicali habitu impune, et licite uti possint . . . nec poenis in eadem Constitutione ( Cum Sacrosanctam 9. Januarii 1589. per quam jusserat idem Pontifex, ut omnes pensionarii, et beneficiarii Clerici indistincte cum habitu, et tonsura incidere tenerentur ) inflictis subiaceant, auctoritate Apostolica tenore presentium de speciali gratia concedimus, et indulgemus. De qua Sixtina Constitutione late disserunt Fagnan. in Cap. ad audientiam 2. De Rescript., Ventrigl. loc. cit. §. 5. n. 28., Giral,*

Die 26 Februarii 1825.

49

*Giral. Jus Pontif. part. 2. sect. 48.*, ubi tradit, hanc Sac. Congregationem die 4. Septembris 1677. declarasse, eandem Constitutionem ad pensiones tantum, non ad Ecclesiastica Beneficia pertinere, *Maschat. Instit. Can. Elench. 6. Apostolic. Constit. num. 23. §. Excipiuntur.*

Præterea, referente Episcopo, facile pensio a Sacerdote Beneficiario valet sustineri; et illæsum reddituum dimidium pro ipso remanere: Pensionem autem usque ad medietatem reddituum Beneficii constitui posse, compertissimum est in jure, et jugiter in praxi servatur, *Fagnan. in Cap. 21. de Præb. num. 27.*, *Piton. Discept. Eccles. 56. num. 12.*, et *discep. 88. num. 10. et 13.*, *Rot. in Recent. decis. 319. num. 11. et seq. part. 19.*, in Romana Pensionis 5. Martii 1759. §. 12. cor. *Herreras*, Sac. Congr. in Firmana Concordiæ 21. Novembris 1807. §. *quamvis*. Perpendere nihilominus dignentur EE. PP., an in themate redditus habendi sint sufficientes; an potius adeo tenues, ut pensionis onus a Beneficiario sustineri nequeat, proindeque sit Pensio reducenda ad dimidium, nempe ad annua scuta 10. juxta votum Patroni Hyppoliti Roverella.

Itaque proponuntur dirimenda

### Dubia

I. *An Sacerdos Salviani teneatur ad solutionem pensionis in casu etc.*

Et quatenus Affirmative

II. *An, et quomodo pensio sit reducenda in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. Cap.  
13. de Reform.

**F**OROLIVIEN. DISMEMBRATIONIS, ET APPLICATIONIS = Parœciam S. Martini in Civitate Foroliviâ anno 1806. suppressit Foroliviensis Episcopus Mercurialis Prati, specialibus ab Apostolica Sede facultatibus munitus, et illius bonorum reditus Parocho Hieronymo Sassi, dum viveret, concessit, simulque statuit, ut eo decedente, bona Parœciis egentibus, præsertim illis, quibus suppressæ Parœchiæ populus committeretur, ab Ordinario essent applicanda. Antistite Prati jamdiu defuncto, obiit Parochus Sassi anno 1819., et hodiernus Foroliviensis Episcopus die 5. Julii ejusdem anni decrevit, ut bona suppressæ Parœciæ S. Martini applicarentur Parœciæ Cathedralis Ecclesiæ S. Thomæ Cantuariensis, utpote nimium tenui dotatæ censu, et cui populus S. Martini pro maxima parte fuerat adscriptus.

Quum vero dos Ecclesiæ S. Martini unico, et pingui constaret prædio, idem Episcopus jussit, ut illud integrum una cum Domo parochiali dictæ Parœciæ S. Thomæ assignaretur, et quatuor terrulæ, ad ipsam Parœciam S. Thomæ pertinentes, Apostolico impetrato Beneplacito, Parœciæ suburbanæ S. Jo. Baptistæ in Vico nuncupatæ *de' Capuccini*, ad ejus levandam inopiam traderentur. Decreto suum præbuit assensum Parochus Ecclesiæ Cathedralis Bartholomæus Rinaldi, qui prævia declaratione dimittendi terrulas, easque interea retinendi titulo administrationis, in possessionem prædictæ Domus, et prædii fuit immissus. Verum decessit Parochus Rinaldi, eique suffectus fuit Canonicus Aloysius Danesi, qui terrulas tradere detrectavit: quamobrem Parochus S. Jo: Baptistæ in Vico Franciscus Pastori supplex hanc Sacram adiit Congregationem, atque ab ea terrularum applicationem suæ Parœciæ, earumque traditionem decerni imploravit.

Requisitus de more Episcopus, ut auditis interesse habentibus, ac præsertim Parocho S. Thomæ Cantuariensis, referret de annuo reditu, et oneribus utriusque Parœciæ, comprehensis incertis stolæ, et de vera necessitate propositæ dismembrationis bonorum; omnia hucusque narrata confirmavit, et statum activum, et passivum tum prædictæ Ecclesiæ, tum Pa-



rœciæ Sancti Joannis Baptistæ in Vico transmissit. Reditus Parœciæ Sancti Thomæ, comprehensis incertis stolæ, et detractis tum stipendio duorum Capellanorum in annuis scutis 124., tum cæteris oneribus, annua circiter attingere scuta 50. 30. affirmat Parochus Danesi: contendit autem Parochus Pastori, unicum satis esse Capellanum, et ita eosdem redditus pertingere ad scuta 143. Reditus autem Parœciæ S. Jo. Baptistæ annuam conflant summam scut. 42. 90., ex quibus, deductis sumptibus in scutis 25. 71., vix quolibet anno supersunt Parocho scuta 17. 69. Sed hujusmodi calculum impetit Parochus S. Thomæ, et asserit majores esse proventus, minores exitus.

Verum Parocho S. Jo: Baptistæ plenissime favet Episcopus, qui in sua informatione hæc insuper habet = *Patebit sane ex Inventariis reddituum, onerumque utriusque Parœciæ, et tenuitas census Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ, et commoda provisio Parochi S. Thomæ, qui præterquamquod status ejus Ecclesiæ ab ipso exhibitus fidelis, et verus in omnibus non reperiatur, ut excipit Parochus S. Joannis, nullis etiam subest oneribus ( si demantur Censu Principi solvendi ) cæteris Parochis communibus, non Ecclesia, vel Sacello manutenendo, aut restaurando, non Festivitatibus celebrandis, non sacrario, vel sacris suppellectilibus, cæterisque curandis: his enim omnibus aliunde provideatur. Itaque cum constet de sufficienti provisione Parœciæ S. Thomæ, etiam dismembratis quatuor petiis, de quibus supra, de utilitate ipsi obventa per assignationem bonorum Parœciæ S. Martini, ac tandem de nimia tenuitate census ruralis Parœciæ S. Jo. Baptistæ, censerem utique, annui posse precibus Parochi Francisci Pastori, confirmando Decretum 5. Julii 1819., si tamen Em̄is, et R̄mis Patribus expedire videbitur. =*

Congruam deberi animarum Pastoribus non solum eruitur ex *Cap. de Monachis 12.*; et *Cap. Extirpandæ 30. de Præbend.*; verum etiam ex *Concil. Trid. Sess. 21. cap. 4. de Reform.* Hæc autem congrua generatim sufficiens esse debet ad honestam Parochi sustentationem, atque ad tramites Concilii Tridentini *Sess. 24. Cap. 13. de Reformat.* pertingere deberet ad annua scuta centum. Attamen S. Pius V. in sua notissima Con-

stitutione incipien. *Ad exequendum* mandavit „ ut  
 „ portio Parochis assignanda non major centum ,  
 „ nec minor quinquaginta scutorum annuorum sum-  
 „ ma , computatis omnibus etiam incertis emolu-  
 „ mentis , et aliis obventionibus percipi solitis , eis  
 „ omnino assignetur . „

Itaque non satis provisum videtur Parocho S. Joannis Baptistæ , qui vix annua *scuta* 17. 69. percipit : quare causa dismembrandi quatuor terrulas a Parœcia S. Thomæ Cantuariensis ; easque præfatæ Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ assignandi , nedum censi potest æqua , et conveniens , sed etiam summopere expediens , ac urgens . Accedit , anno 1806. ab Episcopo Prati decretum fuisse , quod bona suppressæ Parœciæ S. Martini post obitum Parochi pauperioribus Parœciis essent assignanda ; ideoque inter easdem distribuenda .

Commodam non patiebatur divisionem unicum , sed pingue prædium , quo præter parochialem Domum constabat dos Parœciæ S. Martini : hinc integrum Parœciæ Cathedrali ob ejus reddituum tenuitatem fuit assignatum . Cum autem hujusmodi assignatione Parœcia Cathedralis plusquam satis provisa esset ad implendum prædecessoris Antistitis Decretum , censuit hodiernus Episcopus , ab ea posse memoratas terrulas dimembrari , easque miserrimæ Parœciæ suburbanæ S. Jo. Baptistæ abscribi . Igitur jam tum Parochus S. Joannis Baptistæ jus ad easdem terrulas habere incœpit , quod agnitum probatumque fuit a Sacerdote Bartholomæo Rinaldi tunc Parocho Cathedralis , qui terrularum administrationem suscipiens ad eas quancumque dimittendas sese paratum exhibuit , quin ullam de reddituum deficientia exceptionem allegaret . Decessit Parochus Rinaldi , et animarum cura Aloysio Canonico Danesi concredita fuit , qui profecto melioris conditionis videri nequit ; ac proinde terrulas dimittere debet , quas prædecessor retinere minime potuisset .

Dismembrationi tamen obsistit Parochus Danesi ex eo in primis , quia quotquot Rectores Parœciæ S. Joannis Baptistæ in Vico antea fuerunt , nunquam de congrua deficiente conquesti sunt ; quod non evenisset , si ea foret tenuitas reddituum , quam præsens Parochus exponit . Animadvertit deinde , Parœciam Ca-  
 the-

Die 26. Februarii 1825.

53

thedralis aliis Civitatis Ecclesiis honore præstare, at reditibus esse inferiorem, quia gravioribus premitur oneribus: siquidem ob nimiam Parœciæ amplitudinem duo millia animarum numerantis, ad Sacramentorum administrationem Parochus auxilio indiget duorum Capellanorum, pro quorum stipendio saltem annua *scuta* 124. sunt impendenda. Hisce addenda monet opera tributorum, vectigalium, ac alimonie præstandæ ingenti pauperum turbæ: indeque factum dicit, ut dum ipse Parochus designatus fuit, in possessionem terrularum una cum cæteris Parœciæ bonis, absque ulla distinctione, aut limitatione fuerit inductus.

Hæc Parochus Danesi: verum in facto constat, tam ipsum, quam ejus prædecessores Parochos, unius tantum Capellani opera, et auxilio esse usos. Episcopus autem in sua informatione reddituum tenuitatem, totque onerum gravamina a Parocho Danesi exposita non obscure excludit, et aperte confirmat non tam deficientiam congruæ, quam gravem inopiam Parœciæ S. Jo. Baptistæ in Vico. Restat igitur, ut Eminentissimi Patres pro sua sapientia dirimant, quod proponitur

### Dubium

*In sit locus dismembrationi, et applicationi terrularum in casu etc.*

**A** RIMINEN. Suppressis Parœciis S. Agatæ, et S. Michaelis, in quas Oppidum S. Archangeli Ariminensis Diœcesis particbatur, Sa. Me. Benedictus XIV. anno 1741. Ecclesiam tunc Confraternitatis SSm̃i Rosarii in sæcularem, et insignem Collegiatam erexit, quæ etiam

*Sess.7. Cap. 7.,  
et Sess.25. Cap.  
16. de Reform.*

„ etiam Parochialis, et unica in dicta terra existere  
 „ debeat, et in ea unus Prioratus, qui inibi Dignitas  
 „ principalis, et octo Canonicatus, totidemque præ-  
 „ bendæ pro octo Clericis, seu Presbyteris futuris  
 „ etiam inibi Canonicis, et quatuor Mansionariatus  
 „ ad pro tempore existentium Capituli, et Canonico-  
 „ rum prædictorum nutum semper, et quandocum-  
 „ que amovibiles etiam erigerentur, et instituerentur  
 „ . . . ac unam pro uno, et alteram Vicarias per-  
 „ petuas pro altero Presbyteris futuris Vicariis perpe-  
 „ tuis, quibus cura animarum Parochianorum . . .  
 „ immineat; nec non duas Vicarias pro duobus aliis  
 „ Presbyteris Vicariis nuncupandis ad nutum pro  
 „ tempore existentium Prioris, ac Capituli, . . . ano-  
 „ vilibilibus cum congrua mercedis assignatione, qui  
 „ unum et alterum Vicarios perpetuos prædictos in  
 „ exercitio curæ animarum hujusmodi coadjuvare de-  
 „ beant, et teneantur etc. „

Statuit præterea idem Pontifex, ex fructibus bonorum  
 ad utramque Parœciam, et quatuor prædicti Oppidi  
 Confraternitates antea pertinentium annua *scuta* 60.  
 Priori esse solvenda, item *scuta* 40. unicuique Cano-  
 nico, *scuta* 25. uni, et *scuta* 30. alteri ex Vicariis  
 perpetuis prædictis; denique *scuta* 20. cuilibet ex Man-  
 sionariis, nec non pro Ecclesiæ fabrica *scuta* 100.  
 annuatim esse impendenda. Progressu vero temporis  
 cum valde aucti essent communis massæ redditus,  
 Canonici Vicariis perpetuis stipendium adeo amplia-  
 runt, ut unusquisque eorum annua *scuta* 50. perci-  
 peret præter Parœciæ emolumenta, ex quibus cerea  
 tantum ad Ecclesiam pertinebant. Sed Collegiatam  
 extinctam declararunt, et Fisco (*Demanium* dice-  
 bant) ejus Bona addixerunt, qui summam rerum  
 tenere, dum Regnum stetit, quod Italicum nun-  
 cuparunt: in memorata vero Ecclesia SSīni Rosarii  
 unus constitutus fuit Parochus, a quo cum duobus  
 Capellanis animarum totius Oppidi cura esset exer-  
 cenda; eique Parocho, et Capellanis Italicæ libellæ bis  
 mille pensionis nomine fuere assignatæ, quotannis a  
 Gubernio pendendæ.

Verum Pontificio regimine faustissime restituto, Pre-  
 sbyter Sanctes Docci a S. M. Pio VII. Vicariam per-  
 po-

petuam S. Michaelis imploravit, et die 3. Septembris 1814. Pontifex rescripsit „ Scribatur Episcopo Ariminensi juxta mentem: mens est, ut Episcopus ipse . . . vota Capitularium exquirat Collegiatæ SSm̃i Rosarii pro præsentatione idonei Sacerdotis, instituendi in Vicaria perpetua ejusdem Oppidi S. Michaelis ad formam Bullæ erectionis Collegiatæ æditæ a S. M. Benedicto XIV., et repertum idoneum ad curam animarum cum suis testimonialibus idoneitatis ad Datariam Apostolicam remittat pro expeditione provisionis, separatis rebus pro congrua ejusdem Vicarii sustentatione ad formam ejusdem Bullæ „ Omnibus autem, quæ præscripta fuerant, rite absolutis, Vicariam Presbyter Docci a Dataria Apostolica obtinuit, cum illi forsitan annexis, ac omnibus juribus, et pertinentiis suis. Vicaria quoque S. Agathæ anno 1819. ab eadem Dataria Presbytero Michaeli Succi, inaudito Capitulo, fuit deinde collata.

odem anno jussu R. P. D. Thesaurarii Generalis Administrator Bonorum Ecclesiasticorum, et Camera- lium, loco superius indicatæ pensionis, Rectoribus Parochiarum unitarum S. Arcangeli prædium tradidit, ac præterea quosdam Censur; hi autem Censur olim spectabant ad Collegiatam Ecclesiam. Paulo post Conventus debiti publici recognitioni præpositus Collegiatam oppidi S. Archangeli esse restituendam, eique bona, quæ supererant tradenda decrevit: quomobrem Canonici aliud prædium, aliosque Censur acceperunt, ac insuper Vicariis perpetuis mandatum fuit, ut ea quoque bona, quæ ipsis jam fuerant assignata in Capitulum transferrent. Obtemperare detrectantibus Vicariis perpetuis, Canonici pluries R. P. D. Thesaurarium Generalem adierunt, qui eorum instantiam Ariminensi Vicario Apostolico remisit; cum autem se nihil proficere senserint iidem Canonici, preces huic Sac. Congregationi obtulerunt, orantes, ut Vicarii perpetui Parochiarum unitarum ad pristinum statum, ac dependentiam a Collegiata redire, ac Bona ipsis assignata Collegiatæ tradere adigantur.

Ariminensem Vicarium Apostolicum, ac deinde novum illius Diœcesis Episcopum requisivi, qui auditis

in scriptis tum Vicariis perpetuis Docci, et Succi, tum Capitulo, ac transmissa copia Bullæ foundationis Collegiæ, Decreti ejusdem restitutionis, ac Dotationis, nec non Litterarum Apostolicarum, quas iidem Docci, et Succi obtinuerunt, ita sententiam suam apernit.

„ Vicarii, qui sustinent pondus diei, et æstus, qui-  
 „ que Bullam Pontificiam habent, nec diviti censu  
 „ potinatur, ægre ferunt a Capitulo propriis redditibus  
 „ expoliari, ac totis viribus ejus voluntati obsistunt.  
 „ Plura in scriptis et Capitulum, et Vicarii exponunt,  
 „ sed pauca, quæ ad rem faciant. Perspicuum est Pa-  
 „ rochiam S. Agathæ, et S. Michaelis numerum ani-  
 „ marum ingentem habere, nec tam facile earum cu-  
 „ ræ provideri posse, nisi qui deputantur saltem ha-  
 „ beant, unde vivant; Massa Capitularis eis saltem,  
 „ quod a Bulla Benedicti XIV. præscribitur submini-  
 „ strare deberet. Sed hisce temporibus non tam facile  
 „ invenirentur Sacerdotes regimini animarum apti, qui  
 „ stipendio tam modico contenti essent. Capitulum hinc  
 „ nec suo, nec populi commodo consuleret, quia lu-  
 „ crum dividendum inter multos esset parvi ponderis,  
 „ et ad mendicitatem Vicarios reduceret. Itaque cen-  
 „ serem, preces Capituli, saltem viventibus Vicariis,  
 „ qui nunc curam animarum gerunt, non esse exau-  
 „ diendas, et alio modo illorum inopiam levandam.,,  
 Canonici vero foliis ab Episcopo transmissis addunt Col-  
 legiæ statum activum, et passivum, ex quo apparet  
 illius reditus tempore suppressionis ad annua *scu-  
 ta* 2110. ascendisse, ex quibus *scuta* 436. quotannis  
 supererant, quæ vel frugifero investimento collocaban-  
 tur, vel in majorem Ecclesiæ ornatum, et sacræ su-  
 ppellectilis augmentum erogabantur; nunc autem redi-  
 tus vix ad *scuta* 618. 96. pertingere.

Nituntur Canonici probare, ad ipsos curam habitua-  
 lem vere spectare, quum Vicarios eligant, quos sibi subje-  
 ctos habent; cum solemniores functiones etiam paro-  
 chiales peragant, nempe Missas solemnioribus diebus  
 canant, cereos, palmas, ac Baptismatis fontem bene-  
 dicant, in mortuorum funere, interveniente Capitulo,  
 stolam Hebdomadarius deferat, Missam de requiem ce-  
 lebret, sacraque demum utensilia omnia pro paro-  
 chiali ministerio necessaria, Capitulum subministret.  
 Præterea subdunt, Collegiatam S. Archangeli cum omni-  
 bus



Die 26. Februarii 1825.

57

bus, ac singulis juribus per Bullam S. M. Benedicti XIV. obtentis, quibus tempore suppressionis fruebatur, denuo esse restitutam, idque patere ajunt ex rescripto, quo S. M. Pius VII. anno 1814. vota Capitularium pro electione Vicarii perpetui Docci exquisivit, ex Bulla, qua anno 1815. tres contulit Canonatus in eadem Collegiata vacantes: ac tandem ex Decreto, quo in Conventu debiti publici recognitioni præposito Collegiata restitutio demandata fuit, quia dal complesso delle notizie, e documenti riuniti, ed in specie dalla Bolla di erezione, è venuto il Congresso a rilevare, che la Collegiata, di cui si tratta, fu nel 1741. eretta dalla S. M. di Benedetto XIV. mediante la soppressione delle due Parrocchie, e l'applicazione de' beni tanto di queste, che di quattro Confraternite etc. Che alla Collegiata istessa .... il lodato Pontefice unà la parrocchialità, il di cui esercizio affidò a quattro Vicarii due perpetui, e due amovibili ad nutum esprimendo nella Bolla ad ogni periodo, che la Collegiata dovesse essere parrocchiale ..... Che in conseguenza di questo principio, siccome le Parrocchiali erano dalle stesse Leggi Italiane preservate dalla generale avocazione, si fa luogo alla ripristinazione della medesima, ed alla restituzione dei di lei beni non alienati.

Afferunt quoque Canonici Litteras a R. P. D. Thesaurario ad Ariminensem Vicarium datas, in quibus legitur „ per mezzo dell' Amministratore de' Beni Ecclesiastici feci sentire ai due Vicarii curati, che stante „ il risorgimento della Collegiata, essendosi risolte le „ rispettive dotazioni, dovevano essi immettere nella „ Massa Capitolare i beni, come sopra loro assegnati, e che si per essere i ridetti Vicarii membri „ del Capitolo, si per essere stata la Collegiata reintegrata nei suoi diritti rispetto alle surriferite due Parrocchie, non dovevano surrogarsi altri fondi per la „ dotazione delle medesime. „ Concludunt proinde Canonici vere, et proprie curam ad Capitulum habitualiter pertinere, et actualiter tantum a Vicariis perpetuis exerceri, qui ad pristinum statum, ac dependentiam ab eodem Capitulo redire debent, cum voluerit S. M. Pius VII. Collegiatam S. Archangeli in pristinum restitui, prout a Benedicto XIV. fundata fuerat. Verum opponunt Vicarii perpetui Docci, et Succi, nul-

lam pones Capitulum nunc esse animarum curam,  
 „ perchè privo di competente autorità di Parroco,  
 „ la quale tutta risiede nei due Vicarii perpetui, mes-  
 „ si in possesso della Parrocchia con Bolla di Roma „  
 ac addunt nunquam Canonicos post restitutam Col-  
 legiatam se immiscuisse animarum curæ, Sacramen-  
 torum administrationi, ac Missæ pro Populo celebra-  
 tioni, insuper „ che i due Vicarii Docci, e Succisen-  
 „ za essere nominati dal Capitolo, perchè questo non era  
 „ stato ancora formalmente ripristinato, furono con  
 „ Bolle Pontificie messi in possesso della loro parte, e  
 „ dell' assegnata dotazione. Il pretendere di spogliarli  
 „ prima della loro morte, o della loro rinuncia, dell'  
 „ acquistato regolare possesso del Beneficio stesso,  
 „ non sarebbe altro, che distruggere tutti i principj  
 „ delle Leggi canoniche, e manomettere quanto in  
 „ ogni tempo fu riputato inviolabile, e sacro . . . .  
 „ I Vicarij dalla Bolla di possesso essendo assicurati  
 „ del loro rispettivo Beneficio, come è al presente,  
 „ hanno speso da 300. scudi pel miglioramento de'  
 „ fondi rustici, dati in dotazione alle loro Vicarie  
 „ perpetue, e perciò questi devono cedere a loro van-  
 „ taggio, onde, sieno ancora nel caso di sussi-  
 „ diare i Parrocchiani miserabili, i quali per la per-  
 „ tinenza di S. Agata ammontano a 1830., e per quel-  
 „ la di S. Michele a 1200., ed i bisognosi fra questi  
 „ ricorrono nelle loro penurie ai Vicarii stessi, e non  
 „ mai al Rmo Capitolo.

Vicarios autem perpetuos veros esse Parochos ex eo appa-  
 ret, quod eis concessæ fuere Vicariæ, postquam exa-  
 men subierunt, sicuti in *Sess. 24. cap. 18. de reform.*  
*Tridentina Synodus* quoad veros Parochos præscribit:  
 Vicarias in titulum perpetuum retinent; Sacramenta  
 administrant, curamque animarum independenter a  
 Capitulo hactenus gesserunt, ac gerunt, *Clericat. Di-*  
*scord. For. disc. 20. per tot., et Sac. Congreg. in Pata-*  
*vina 14. Aprilis 1804. §. Ad hæc.* Parochi vero, cum  
 fructibus Parœciæ privari nequeant, nisi ex legitima  
 causa ad *Text. in cap. Sicut, et in cap. Si autem. de co-*  
*habit. Cler., Rota cor. Penia decis. 58. num. 2., ac Sac.*  
*Congreg. in Perusina 20. Augusti 1803.* Vicarios perpe-  
 tuos Docci, et Succisenze spoliare noluisse censendus est  
 R. P. D. Thesaurarius Generalis, quoniam id fieri ne-  
 qui-



quiret absque læsione juris tertii, quæ nunquam præsumitur, *Amostaz de caus. piis lib. 1. cap. 14. num. 8.*, *Pignatell. consult. canon. 149. n. 5.*, *Sac. Congreg. in Romana*, seu *Savonen. 26. Augusti 1788.*, ac in *Piscien. 21. Maji 1803. §. Cecchius.*

Quod si EE. PP. definiant, Vicarias perpetuas Oppidi Sancti Archangeli ad pristinum statum, ac primævam a Collegiata dependentiam redire teneri, et Bona Vicariis Docci, et Succi tradita in eandem Collegiatam esse transferenda, statuere quoque dignentur, quomodo iidem Vicarii de congrua sint providendi. Pontifex enim Benedictus XIV. in Bulla erectionis Collegiatae alteri ex ipsis *scuta 25.*, alteri vero *scuta 30.* assignavit: hæc vero quantitates non modo a summa *scutor. 100.*, quam Parochiarum Rectoribus tribuendam sancivit Concilium Tridentinum *Sess. 21. cap. 4.*, et *Sess. 24. cap. 13. de reform.*, sed etiam a summa saltem *scut. 50.*, quam Vicariis perpetuis adscribendam statuit S. Pius V., nimium distant. Reque vera tenuitatem indicatæ annuæ præstationis agnoverant etiam Canonici, qui annua *scuta 50.*, unicuique Vicario perpetuo persolvenda decreverant. Quamobrem definienda proponuntur

## Dubia

- I. *An Vicarii perpetui ad pristinum statum, et primævam dependentiam a Collegiata SSm̃i Rosarii redire teneantur in casu etc.*
- II. *An, et quomodo Vicarii perpetui Docci, et Succi teneantur cedere Capitulo Bona ipsis assignata in casu etc.*
- III. *An, quomodo, et in qua summa Vicarii perpetui providendi sint de congrua in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

**R**ECANATEN. Ultimo suæ voluntatis elogio Tiberius Cruciani Recinetensis hæredem fiduciarium anno 1751. instituit uxorem suam Mariam Melchiorri, quæ die 8. Maji sequentis anni voluntatem defuncti Viri aperiens, declaravit, quod ipsa decedente = *di tutti, e singoli beni d'esso Tiberio Cruciani s'istituisca . . . una, o due Cure d'anime, secondo le forze della sua eredità . . . in beneficio delle anime della povera gente di campagna di quella parte di Territorio (Recinetensis)*

*Sess. 7. cap. 5., et 7., Sess. 21. cap. 4., et Session. 24. cap. 13. de Reform.*

ove più sia di bisogno, rimettendosi in tutto alla prudenza di Monsignor Vescovo pro tempore = reservato distincte jurepatronatus Majoribus natu Familiarum de Turri, et Melchiorri si due, pro indiviso autem si una tantum Parochia erigeretur.

Intercedentibus annis, duæ reapse erectæ fuere Parœciæ, altera S. Crucis, altera Divi Petri in regione Territorii Recinetensis, quæ *Molis veteris* nuncupatur. Tertiam Parœciam addi deinde ab hac Sac. Congregatione petierunt incolæ loci *Monte Murello*, modum proponentes assignandi congruam Parocho ex redundantibus redditibus hæreditatis Cruciani, et ex annuis *scutis 50.*, quæ Parochus Montis Murelli Capellano curato ex Apostolica collationis Parœciæ lege præstare tenebatur. Oratoribus adstipulabantur Patroni, et Parochus, ideoque votis consonum rescriptum die 26. Septembris, 1795. ab hac Sac. Congregatione facile obtinuerunt = *Affirmative juxta consensum Turri, Melchiorri, et Parochi Montis Murelli, excepto tamen prætenso signo honorifico, cujus loco habeatur rata patronatus: quod tamen executioni nunquam fuit commissum, quia pro construenda Ecclesia S. Petri, et domo Parochiali impensæ pro proprio fuerint scuta 742. 79. a Canonico Philippo Antimi, pii operis Cruciani administratore, cui nunc quoque scuta 585. 96 solvenda remanent.*

Conspicui quondam erant redditus Bonorum Cruciani, qui comprehensis annuis *scutis 50.* a Parocho Montis Murelli pendendis, ad *scuta 573. 27. 1.* ascendebant, et deductis oneribus in annuis *scutis 84. 15.* pro unoquoque ex tribus Parochis supererant annua *scut. 163 4.* Verum labentibus annis adeo præfati redditus, calamitate præsertim præteritorum temporum decieverunt, ut nunc Parochus S. Crucis Antonius Mazzoni *sc. 100.*, Parochus vero S. Petri Antonius Fammilume *scuta 86.* solummodo percipiant: reliquos vero fructus Operis pii Cruciani Canonicus Antimi administrator, oneribus detractis, in *scutis 63. 92.* tantum quotannis colligat. Itaque preces S. Congregationi obtulerunt prædicti Parochi Mazzoni, et Fammilume orantes, ut indicatos reliquos fructus in congruæ augmentum obtinere valeant, quoniam duas tantum Parœcias Testator Cruciani erigi jussit.

Rogavi Episcopum Recinetensem, qui ea narravit, quæ hæctenus exposui, addiditque „ *Opinio mea est ex re-*

siduo scutorum sexaginta trium, et obolorum nona-  
 giata duo tres æquales partes efformari posse, qua-  
 rum una tradatur Parocho Mazzoni, altera Parocho  
 Famulume, tertia vero pars primum inservire de-  
 beat ad solvenda debita contracta. (nempe sum-  
 mam *scutorum* 585. 96.) ab Opera pia in ædifica-  
 tione Ecclesiæ, et domus Parochialis S. Petri, deinceps  
 vero servari debeat loco depositi, ut utiliter  
 impendatur pro erectione tertiæ Parœciæ. Admini-  
 stratio autem horum honorum committi posset no-  
 minatis Parochis, qui bono animo, et gratis eam  
 assumerent, itaut non solum tolleretur hoc modo  
 impensa *scutorum* 26., quæ notantur in passivitati-  
 bus pro emolumento administrationis, quæque ca-  
 derent in bonum trium æqualium partium, ut su-  
 pra, sed etiam spes accederet Fundos in meliorem  
 conditionem brevi evasuros, et majorem proinde  
 redditum, quam nunc perlaturus.  
 Verum quidem est, quod si concedatur nominatis Pa-  
 rochis hoc augmentum, non tam cito erigi possit ter-  
 tia Parœcia, quæ in hoc territorio prorsus necessa-  
 ria est; sed hoc etiam verum est, quod illæ jam  
 erectæ conservandæ omnino sunt, neque hoc fieri  
 posset, nisi aliquod augmentum accedat; secus  
 enim jam omnino deerunt, qui eas velint admini-  
 strare. ideoque arbitror, et puto, æquissimam  
 esse postulationem, quam exhibent Paroeci. Licet  
 etiam addere, quod ipsæmet Parœciæ habent terri-  
 torium valde latum, et constans familiis ex maxima  
 parte indigentibus; fundi vero assignati sunt natura  
 et loco steriles; et indigent restauratione, et cultura.  
 Auditis Comite Aloysio a Turre Compatrono dicta-  
 rum Parœciarum, et Procuratore Fiscali, ipsi quo-  
 que censuerunt pro augmento congrua. Non po-  
 tuit audiri alter Compatronus Marchio Petrus Mel-  
 chiorri, quia est absens; sed iura merito præsumo,  
 ipsum esse in eadem sententia.  
 Nec Recinesensis Episcopus suis Litteris diei 22. Augu-  
 sti 1823. mutato postea consilio novis Litteris diei 18.  
 Maji 1824. animadvertit, quod summa *scutorum* 63. 92.,  
 quæ superest quotannis, eroganda est in utilitatem Ad-  
 ministratoris Operis pii, qui est Creditor *scutorum*  
 585. 96., et nihilominus censet, quod *pium opus tra-*  
*dere*

dere deberet unicuique ex dictis duobus Parochis duodecim, aut quidecim scula quotannis, donec omne debitum cum Administratore extingatur. Epistolio tandem diei 11. Septembris 1824. quoad erectionem tertiæ Parœciæ fatetur: *Vedute le difficoltà, non posso certo non convenire, che il temperamento da me ideato non potrebbe aver più luogo, attesochè l'erezione della terza Parrocchia, sarebbe se non affatto impossibile, moltissimo almeno lontana dai nostri tempi =*

**Tridentina Synodus Sess. 21. de Reformat. Cap. 4.** aperte statuit, quod = *In iis vero (Ecclesiis Parochialibus), in quibus ob locorum distantiam, seu difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipiendum Sacramenta, et divina officia audienda accedere non possunt; novas Parochias Episcopi constituere possint. Quam sententiam exornant Lotter. de Re Benef. Lib. 1. quest. 28. num. 26., et 27., et Sac. Congregatio in Firmana Erectionis Parœciæ 15. Martii 1783., ac omnino sectandam esse, si præter locorum distantiam extet medius fluvius, vel torrens, opportune monet idem Lotter. loc. cit., itemque si inter Ecclesiam, et partem populi illi subjecti (fluvius, vel torrens) sæpe exundans ita iter obsideat, ut aliquando cogantur infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ mori, uti post Glossam in Cap. Ad Audientiam. verb. magna difficultate. De Eccles. edific. perpendit Rota in Lucana Dismembrationis 6. Maji 1611. num. 3. cor. Ortembergo.*

**Profecto** in indicata Epistola diei 11. Septembris refert Episcopus, *che il Circondario delle Parrocchie, oltre essere assai esteso, e per luoghi montuosi, è anche intersecato da parecchi torrenti, per cui i Parrochi, onde recarsi a fare il loro dovere presso i Parrocchiani, sono costretti a fare un lungo giro, e talvolta ancora dispendioso per mancanza di strade. Alias etiam non levis momenti rationes, ob quas concedenda sit tertiæ Parœciæ erectio cumulat Folium anni 1795., uti revera indulta fuit superius relato Rescripto, quod hodie ad trutinam revocatur.*

**Deneganda** nihilominus videri poterit tertiæ Parœciæ erectio, cum maxima distantia ab Ecclesia, ad quam protenduntur fines duarum Parœciarum S. Crucis, et S. Petri, sit tantummodo trium milliariorum, Episcopo teste; cumque nec fluvius, nec torrens intermedius sufficiat, quia (ut ait Pignatell. Consult. 230. tom. 4.

tom. 4. num. 2. ), dum commode potest transiri per pontem bene tutum, atque securum, utique nullum impedimentum tribuit; etiamsi vis aquarum aliquando pontem fregerit, quia id tantum rarissime contingens non est attendendum; cum ad effectum dismembrandi impedimentum debeat esse assiduum, ac perpetuum, et sequenti num. 4. subdit, quod et magis id procedit si non doceatur, aliquem incolam loci sine Sacramentis obiisse, quod etiam requiritur, ut firmat Rot. decis. 484. num. 5. part. 1. recent., et decis. 6. num. 18. cor. Eino Otthobono, et stabilitur in Marsicana dismembrationis fructuum 14. Februarii 1594. cor. Pamphilio, cujus particula est hujusmodi: præsertim cum non probetur defectus servitii, ita quod propter paucitatem Ministrorum, ac multitudinem incolarum, seu Parochianorum, aliqui decesserint sine Sacramentis, ut requiritur ad augendum servitium.

Parochianorum S. Crucis, ac S. Petri aliquem sine Sacramentis obiisse, neque narrat, neque timendum dicit Episcopus, qui memorat quidem *parecchi torrenti*, et addit quod Parochi *sono costretti a fare un lungo giro*, nihil tamen addit, unde vel suspicari liceat, Parochos a torrentibus, vel longo itinere impediri, quominus opportuno tempore Sacramenta Parochianis ministrarent. Plurimi autem facienda videtur voluntas Testatoris Cruciani, qui non tres, sed *una o due cure d'anime* constitui jussit, quas jam erectas fuisse constat. Quod si hæc Sac. Congregatio alias pro erectione tertiæ Parœciæ respondit, exploratum est, id contigisse tum ob præstitum a Patronis assensum, tum vero præcipue quia pro certo habuit, facile ex redundantibus redditibus Cruciani, et ex *scutis 50.* a Parocho Montis Murelli præstandis congruam novo Parocho assignari posse. Verum hodie constat, detractis *scutis 100.* pro Parocho Mazzoni, et *scutis 80.* pro Parocho Famillume, sola superesse *scuta 63. 92.*, quibus in primis dimittendum est æs alienum adhuc vigens in *scutis 585. 96.*, ac deinde sustinendæ forent expensæ pro aedificatione novæ Ecclesiæ, ac domus Parochialis: ideoque recte concludit Episcopus *l'erezione della terza Parrocchia sarebbe se non affatto impossibile, moltissimo almeno lontana dai nostri tempi.*

Quoad Parochorum congruam Tridentina Synodus Sess. 24. Cap. 13. de Reform. statuit, quod in posterum =,

Parochiales, quæ summam ducatorum centum  
 secundum verum valorem annuum non excedunt,  
 nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum  
 graventur. Constitutione vero edita die 1. Novem-  
 bris 1567. incipien. *Ad exequendum* S. Pius V. dispo-  
 suit, ut Parochis congrua = non major centum, nec  
 minor quinquaginta scutorum annuorum, compu-  
 tatis omnibus etiam incertis emolumentis, et aliis  
 conventionibus percipi solitis, omnino assignetur =  
 Receptum autem est jamdiu, quod congrua sit assi-  
 gnanda sufficiens ad honestam sustentationem Pa-  
 rochi, habita ratione personæ, loci, fructuum quan-  
 titatis, et onerum, *Ferrar. Biblioth. Verb. Congrua*  
*art. 2. num. 7., Rota in Recent. part. 4. tom. 1. decis. 595.*  
*num. 2.*

Parochus S. Crucis scuta 100.; et Parochus S. Petri scu-  
 ta 80. percipit: satis igitur ambo de congrua provisi  
 sunt dicendi. At olim unicuique Parocho assignata  
 fuerè scuta 163., ideoque notabilem imminutionem  
 eorum reditus sunt passi: conceditur autem congruæ  
 augmentum, si rationabilis adsit causa, vel notabilis  
 proventuum imminutio, *Rot. in recent. part. 4. tom. 1.*  
*decis. 218. num. 6., et Sac. Congreg. in cit. Bricino-*  
*rien. Congruæ §. Perperam.* Neque in themate ratio-  
 nabilis causa deest, cum Parochi et incertis emolu-  
 mentis, quia pauperrimus est populus, et convenienti-  
 bus alimentis careant, affirmante Episcopo „ senza  
 „ l'aumento della congrua si dovrebbe temere, che  
 „ per la scarsezza di soggetti in questa Diocesi non si  
 „ trovasse poi chi volesse reggerle (*memoratas Paro-*  
 „ *chias*) tanto più, che vive ancora la memoria, co-  
 „ me due Parochi rurali, uno di S. Croce (cujus suc-  
 „ cessor nunc augmentum postulat), l'altro di San-  
 „ ta Eurosia, per mancanza di sostentamento, dovet-  
 „ tero terminare i loro giorni nel pubblico Spedale di  
 „ Recanati „.

Dignentur EE. PP. resumere Folium diei 26. Sept. 1795.  
 et ea qua pollent sapientia definire

#### Dubia

- I. *An quoad erectionem tertie Parochie sit standum  
 vel recedendum a decisis in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit providendum pro dimissione  
 aris alieni in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit locus augmento congruæ Pa-  
 rochorum S. Crucis, et S. Petri in casu etc.*



*Die Sabbathi 16. Aprilis 1825. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**BURDIGALEN. DISPENSATIONIS MATRIMONII.** *Sess. 24. cap. 1. Actum est de hac Causa in Comitibus diei 26. superioris Mensis Februarii, et de mandato EE. VV. iterum proponitur.*

**Dubium**

*An sit standum, vel recedendum a decisis quoad dispensationem matrimonii in casu etc.*

Prævio recessu a decisis consulendum SSiño pro sanatione processus, et dispensatione matrimonii rati, et non consummati.

**FULGINATEN. FONTIS BAPTISMALIS.** *De hac Causa in Congregatione diei 20. Novembris 1824. placuit Eñis Patribus rescribere: Iterum proponatur. Cumque partes, licet opportune monite, nihil mihi exhibuerint; ideo EE. VV., consultis Folio memoratæ Congregationis, et Allegationibus tunc utrinque distributis, dignabuntur dirimere.*

**Dubia**

I. *An constet de matricitate, seu majoritate Collegiatarum in casu etc.*

I

II. *An*

Die 16. Aprilis 1825.

- II. *An constet de jure privato Fontis Baptismalis favore Collegiarum in casu etc.*  
 III. *An, et quomodo sit servandum rescriptum S. Congregationis in casu etc.*  
 Dilata ad sequentem.

Quæ sequuntur tres Causæ pertinent ad Fo-  
 lium præteritæ Congregationis.

## CÆSENATEN PENSIONIS.

*Sess. 24. cap. 13.  
 de reform.*

Dubia

- I. *An Sacerdos Salviani teneatur ad solutionem pensionis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

- II. *An, et quomodo pensio sit reducenda in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, et esse reducendam ad annua scuta decem.



**F**OROLIVIEN. DISMEMBRATIONIS, ET APPLI- *Sess. 24. cap. 13.*  
**CATIONIS.** *de reform.*

Dubium

*An sit locus dismembrationi, et applicationi ter-  
ricularum in casu etc.*

Affirmative, et esse servandam dismembrationem,  
et applicationem factam ab Episcopo die 5. Ju-  
lii 1819.

**A**RRIMINEN.

*Sess. 7. cap. 7.,  
et Sess. 25 cap.  
16. de reform.*

Dubia

- I. *An Vicarii perpetui ad pristinum statum, et pri-  
mævam dependentiam a Collegiata Sanctissimi Ro-  
sarii redire teneantur in casu etc.*
- II. *An, et quomodo Vicarii perpetui Docci, et Suc-  
ci teneantur cedere Capitulo bona ipsis assignata  
in casu etc.*

Et quatenus affirmative

III. *An, quomodo, et in qua summa Vicarii per-  
petui providendi sint de congrua in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, relictis a Capitulo Vicariis expen-  
sis meliorationis.

Ad III. Dilata, et ad mentem: mens est, ut scri-  
batur Episcopo, qui transmittat distinctum sta-  
tum activum, et passivum omnium bonorum re-  
stitutorum favore Collegiatae, comprehenso fun-  
do a Parochis ut in secundo Dubio cedendo.

**R**EGANATEN. Quæstio hæc proposita fuit in præ- *Sess. 7. cap. 5.*  
terita Congregatione, sed ob aliarum causarum gra- *et 7., Sess. 21.*  
vitatem indecisa remansit. Cum itaque iterum pro- *cap 4., et Sess.*  
*24. cap. 13. de*  
*reform.*

ponenda sit, Folium diei 26. Septembris 1795. hic EE. VV. subjiciendum duxi.

- „ Moriens declaravit anno 1786. Maria Melchiorri fi-  
 „ duciam acceptam a Tiberio Cruciani ejus viro, qui  
 „ hæc in summa mandaverat; quod post illius nem-  
 „ pe obitum una, vel duæ intra sexennium prudenti  
 „ Recinetensis Episcopi arbitrio novæ erigerentur Pa-  
 „ rochiæ in agro Recineti; de distincto jurepatrona-  
 „ tus majorum natu de Turri, et Melchiorri, si duæ;  
 „ et de indiviso cum alternatiya, si una; quodque  
 „ celebrare tenerentur Parochus, vel Parochi hebdo-  
 „ madalem Missam in suffragium ejus animæ, alte-  
 „ ramque annuam in die Visitationis B. M. Virgi-  
 „ nis; tres cum dimidio singulis annis tradere olei  
 „ lecytos, seu *metri* Sodalitio S. Annæ Recineti, ut  
 „ continuo Lampadem retineret accensam ad Altare  
 „ B. M. Virginis Lauretanæ; et annua solvere scuta  
 „ sex ipsius Sodalitii Syndico ad idem ornandum Al-  
 „ tare, et scuta tria Patribus S. Philippi ad celebra-  
 „ dum festum S. Aloysii Gonzagæ.
- „ Vix obita fiduciaria, confici curavit Fiscalis Curiæ  
 „ Episcopalis Inventarium, et nomine Vicarii Aposto-  
 „ lici Recinetensis, et executoris fiduciæ, in posses-  
 „ sionem ivit hæreditatis, quæ annua reddit *scu-  
 „ ta* 268. 02. 3. omnibus detractis oneribus, iis etiam  
 „ per fiduciam impositis; excepta Missa hebdomada-  
 „ li. Quam primum deinde potuit, primam Vica-  
 „ rius Apostolicus erexit Parochiam in regione *di  
 „ Moglie vecchia*, secundam alibi erecturus cum  
 „ constructa erit Ecclesia, et domus Parochialis. At  
 „ duabus hisce Parochiis addendam optarunt tertiam  
 „ Recinetenses Agricolæ in districtu Parochiæ Mon-  
 „ tis Murelli, precibusque in id porrectis, modum  
 „ EE. VV. proposuerunt assignandi tertio Parocho  
 „ congruam, ex redundantem nimirum summa redi-  
 „ tum Cruciani, et ex annuis *scutis* 50., quæ Pa-  
 „ rochus Montis Murelli præstare deberet rurali Ca-  
 „ pellano Curato ex Apostolica collationis Parochiæ  
 „ lege, et ob defectum suburbanæ Ecclesiæ, aedium-  
 „ que non præstat.
- „ In omnibus cum agricolis conveniunt ii de Turri,  
 „ et Melchiorri, tanquam Patroni primæ, et secundæ  
 „ dæ

„ dæ Parochiæ per Crucianum volitæ , dummodo æquis  
 „ partibus tribuatur ipsis , et Parocho Montis Murelli  
 „ jus patronatus tertiæ : convenit et Parochus , dum-  
 „ modo præter dimidium jus patronatus , reservetur  
 „ sibi , suisque successoribus honorificum aliquod jus  
 „ supra novam Parochiam : eorumque consilia pro-  
 „ bat Vicarius Apostolicus , excepto jure patronatus.  
 „ Necessariam porro dicit tertiam Parochiam , cum  
 „ *gravis sit populi Recinetensis ruri degentis neces-*  
 „ *sitas alios habendi Presbyteros , aliosque Parochos*  
 „ *accomodatos , a quibus et Fidei rudimentis instrua-*  
 „ *tur , et Sacramenta recipiat ; æquam rursus juris*  
 „ *honorifici reservationem favore Parochi Montis Mu-*  
 „ *relli , quum enim aliqualis damni , et detrimenti*  
 „ *Paroeciæ dismembratio sibi sit . grave haud esse po-*  
 „ *terit , novo deputando Presbytero , si aliquod ejus-*  
 „ *dem subjectionis signum , quod et præminentiam ,*  
 „ *et antiquum statum Curæ Montis Murelli referat ,*  
 „ *anno quolibet eidem præstet , exhibeatque : non item*  
 „ *vero reservationem juris patronatus , illis præsertim*  
 „ *de Turri , et Melchiorri ; nam per transmissas ejus*  
 „ *Vicarii Generalis animadversiones observat , satis*  
 „ *ipsis tributum juris per designationem secundæ Pa-*  
 „ *rochiæ , cum uno arbitrio Ordinarii erigi potuisset.*  
 „ *Novæ Parochiæ erectionem permittit Tridentina Sy-*  
 „ *nodus Sess. 21. cap. 4. de reform. , ubi ob loco-*  
 „ *rum distantiam , sive difficultatem Parochiani , si-*  
 „ *ne magno incommodo ad percipienda Sacramenta ,*  
 „ *et Divina Officia audienda accedere non possunt :*  
 „ *At ponderare dignentur EE. PP. , num dispersis Re-*  
 „ *cinctensis agri habitatoribus , qui sine magno in-*  
 „ *commodo ad suas accedere nequeunt Ecclesias Pa-*  
 „ *rochiales , satis consultum non sit per duplicem*  
 „ *novam Parochiam , et opus sit tertia. Hac utique*  
 „ *indigere videntur providentia , qui in districtu sunt*  
 „ *Paroeciæ Montis Murelli ; nam præ ipsorum nu-*  
 „ *mero , et distantia impositum fuit Parocho onus*  
 „ *retinendi apud eos Capellanum Curatum ; neque*  
 „ *hinæ aliæ Parochiales in aliis regionibus erectæ ,*  
 „ *vel erigendæ , commodum iis fortasse præbent ac-*  
 „ *cessum. Idque comprobatur facto ipsius Parochi*  
 „ *Montis Murelli , qui sine ulla difficultate in dis-*  
 „ *mem-*

- „ membrationem consentit suæ Parochiæ. Tertiæ au-  
 „ tem Parœciæ erectio adversari non videtur volun-  
 „ tati Cruciani, qui respexit in genere ad spirituale  
 „ bonum incolarum agrî, licet satis ad id unam vel  
 „ duas censuerit novas Parochias.  
 „ Major est difficultas circa modum. Facile quidem  
 „ consuleretur congruæ tertii Parochi, ex redundan-  
 „ tibus nempe redditibus Cruciani; nam detractis  
 „ scutis 100. pro quolibet ex duobus aliis Parochis  
 „ superessent scuta 68. 02. 3., et ex scutis 50., quæ  
 „ solvere pollicetur Parochus Montis Murelli, quasi  
 „ juxta legem Pontificiam solveret Capellano Cura-  
 „ rato. At reservatio juris patronatus adversatur di-  
 „ spositioni juris, quæ libertati favet Parochiæ, *Fargn.*  
 „ *de jur. Patr. part. 3. Can. unic. cas. 1. num. 32.,*  
 „ *Lottèr. de re benef. lib. 2. quæst. 13. num. 142.*  
 „ *et 152.* Et quamvis eam suadere posset æqua do-  
 „ tis constitutio per illos de Turri, et Melchiorri,  
 „ Parochumque Montis Murelli, ex *Can. nemo Ec-*  
 „ *clesiam. De consecrat. dist. 1., Vivian. de jur. patr.*  
 „ *part. 1. lib. 2. cap. 2. num. 4., et Fargn. eodem*  
 „ *tract. part. 1. can. 5. Cas. 7. num. 19.* Notandum  
 „ tamen, quod jam de Turri, et Melchiorri Patro-  
 „ natum habent duplicis Parochiæ, quæ ex disposi-  
 „ tione Fundatoris esse potuisset una, et Parochus  
 „ Montis Murelli non liberaliter, sed ex Pontificia  
 „ lege præstiturus esset scuta 50. novo Parocho, lo-  
 „ co Capellani. Utrum autem reservari debeat ali-  
 „ quod præminentiæ signum Parocho Montis Mu-  
 „ relli, qui suæ Parochiæ dismembrationem patitur,  
 „ et cedere etiam pollicetur novo Parocho incerta  
 „ agri, EE. VV. decernent.  
 „ Deliberandum itaque proponitur: *An, et quomodo sit*  
 „ *locus erectioni tertiæ Parochiæ in casu etc., cui*  
 „ *responsum datum fuit: Affirmative juxta consen-*  
 „ *sum Turri, et Melchiorri, et Parochi Montis Mu-*  
 „ *relli, excepto tamen prætenso signo honorifico, cu-*  
 „ *jus loco habeatur rata patronatus.*  
 Reponuntur itaque

## Dubia

I. *An quoad erectionem tertiæ Parœciæ sit stan-*  
*dum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

II. *An,*

Die 16. Aprilis 1825

71

II. *An, et quomodo sit providendum pro dimissione aris alieni in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit locus augmento congruæ Parochorum S. Crucis, et S. Petri in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

**CURRENTINA PROCESSIONUM.** Disputatum in Comitibus diei 22. Novembris 1823. fuit Dubium: *An Clerus Anacapritanus teneretur interesse Divinis Officiis, et Processionibus tam in accessu, quam in recessu in festo Sanctissimi Corporis Christi, et S. Constantii, quæ fiunt a Capitulo Collegiæ Ecclesiæ Caprearum in casu etc.; cui Eñi Patres responsum dederunt = Dilata, et probetur matricitas, vel unitas corporis totius Cleri =.* Eadem quæstio nunc ad trutinam revocatur, distributa ex parte Cleri Anacaprearum typis edita Allegatione, atque exhibitis a Capreensi Capitulo nonnullis documentis, quæ pro meo munere EE. VV. sapientiæ suo loco subjiciam.

Anacapritani Cleri Defensor pro certo habet; rescripto S. Congregationis, onus probandi matricitatem, vel unitatem corporis totius Cleri Capitulo impositum fuisse Capreensis Collegiæ, adeo ut, ipso deficiente in probationibus, Clerus Anacaprearum sit ab impetitis absolvendus: imo cum Oppidum Anacapritanum longe distet a Collegiata, ad eamque non pateat aditus, nisi per vias arduas, et alpestres, indubiis argumentis probandum esse contendit, Anacapritanum Clerum teneri divinis officiis, et processionibus interesse, quæ in Civitate Caprearum peraguntur; quo enim gravius est onus, eo perspicuius, firmioresque requiruntur probationes, *Rota in Avenionen. Convocationis Capituli 17. Martii 1752. §. 2. cor. Bussio, et in Hortana, seu Narnien. Mutationis Fori 18. Junii 1756. §. 3. cor. Conilliac.*

Sess. 21. Cap  
8. de reformat.

Matricitatem vero Collegiatae Ecclesiae Capreorum negando, animadvertit in primis, quamlibet Paroeciam juris praesumptione censendam esse liberam, nullique Ecclesiae, praeterquam Cathedrali subjectam, *Lanfredin. Resol. canon. 55. n. 1., Rota cor. Ansaldo decis. 483. n. 17.,* nisi ab alia Ecclesia, ceu filiam a matre, per dismembrationem, ac dotationem prodiisse ostendatur, *Rota cor. Crispo decis. 28. num. 12., et in Comen Funarum 17. Aprilis 1752. §. 12. cor. Matthæo.* Et quamvis matricitas, dismembrationis, atque dotationis tabulis non extantibus, hauriri valeat ex aliis signis, et monumentis; attamen tam perspicua, tamque univoca ea sint oportet, ut ad diversam causam referri omnino nequeant, *Rot. cor. Crescent. decis. 137. num. 3., et in cit. Comen. §. 12.*

Nullum profertur documentum, quod Paroeciam Anacapritanam e Capreensis Collegiatae sinu avulsam, aut ejus redditibus dotatam saltem narret; quae enim afferuntur argumenta, nullatenus prodant matricitatem, cum ad aliam, ac prorsus extraneam causam sint referenda. Sane Clerus Anacapreorum ad divina officia, et processiones accedebat; sed lege Diocesana compulsus, atque ut obsequio prosequeretur Episcopalem Sedem, qua tunc temporis praesulgebat Capreensis Ecclesia; sub unica Cathedralis Crucis incedebat, quia, dum Cathedralis Ecclesiae Capitulum processionibus intervenit, universus saecularis Clerus sub unica Cathedralis cruce incedere debet, ad praescripta *per Coeremoniale episcop. lib. 2. cap. 33.; et per S. R. Congregat. in Burgen. 12. Julii 1628., in Eugubina 18. Januarii 1653.,* quibus addenda sanctio Diocesanæ Synodi anni 1642. sub seyerissimis pœnis jubentis, *ut omnes sub uno vexillo Sanctæ Crucis Nostræ Cathedralis Ecclesie incederent,*

Ad causam quoque a matricitate plane alienam pertinere dicit praestationem, quam Clerus Anacapritanus quotannis pro *jure candelæ* exhibere solebat Capreensibus Canonicis. Nam ut egestati, qua uterque Clerus premebatur, consultum foret, in indicata Synodo statutum fuit, *ut reciproca charitate omnes ad funus vocarentur, ita ut Parochus Anacapreorum teneatur ad Procuratorem Capituli funus statim notificare, et e*

contra Procurator, ad prædictum Parochum eodem modo notitiam dare, ut liceat, et liberum sit omnibus ad funera accedere.

Quoniam vero ex hac lege, quæ non ex jure matricitatis, de qua nulla occurrit mentio, sed ex reciproca charitate mutuam funerum imperaverat denunciationem, plures excitarentur contentiones, atque Canonici Cathedralis, quamvis non capitulariter, sed uti singuli funeribus interessent, præcedentiam super Clero Anacapritano sibi debitam arbitrarentur; ad omnes eliminandas quæstiones mos inolevit, ut Anacaprearum Clerus annuam Canonicis Cathedralis solveret præstationem pro jure candelæ, seu pro funeribus in Terra Anacaprearum sine Capreensis Capituli interventu peragendis.

Nihil itaque mirum, pergit idem Defensor, si Franciscus Verde Episcopus Vici Æquensis, arbiter pro dirimendis quæstionibus communi placito delectus, anno 1689. laudum ediderit, quo statuit, ut, sublato onere mutuæ funerum denunciationis, præstatio pro jure candelæ jugiter servaretur. Præter quam enim hujusmodi laudum omnis auctoritatis, ac roboris expers renunciandum est; nam Episcopus Verde nulla in Capitulum Capreense, et in Clerum Anacapritanum pollebat jurisdictione, ac propterea ejus laudum, ut compromittentium successores afficeret Apostolico indigebat Beneplacito, *Rota cor. Cerro decis. 668. num. 8., cor. Otthobon. decis. 220. num. 14.*; illud etiam accedit, quod in eodem Laudo omne rejicitur matricitatis signum. Arbiter enim decrevit, ut si Canonici Cathedralis ad funus a defuncti hæredibus invitati, interessent *in forma Capituli, semper præcedat Capitulum, et in Civitate, et in Terra Anacaprearum tam in Ecclesiis, quam extra, excepto Parocho, qui præcedit cum stola; et in ordinem ad deferendam Crucem, Capitulum deferat suam ante se, et ita pariter ante se Clerus.* Quocirca si Parochus Anacapritanus præcedere debet Capitulum, et Anacaprearum Clerus suam potest erigere Crucem in funeribus, etiam dum ad illa accedit Cathedralis Ecclesiæ Capitulum; quodlibet ad tramites ipsius Laudi exulat matricitatis argumentum.

Testes autem, Capreensem Collogiatam matricem esse affirmantes, nullam mereri fidem retur Anacapritani Cleri Defensor, utpote ad opportunitatem conquistos, in propria causa testimonium ferentes, remque adeo vetustam narrantes, quam impossibile est eos vidisse; imo a veritate penitus alienam. Parochus namque Caprearum asserit, Parochialem Ecclesiam S. Sophiæ in Castro Anacaprearum anno 1670. fuisse ædificatam; quum Ecclesiam illam anno 1527. extitisse, et jampridem ab anno 1670. ejusdem Ecclesiae Rectorem munia obiisse parochialia, publica monumenta, et parochiales codices evincant.

Præterea Oppidum Anacaprearum antiquissimum est; ac procul dubio extabat florente adhuc Romana Republica; lux christianæ fidei sæculo decimo populis Insulæ illuxit; ibidem anno 987. Episcopalem sedem erexit Pontifex Joannes XV., ac proinde ea tempestate curam Animarum populi Anacapritani peculiaris Parochus gerere debuit: nisi quis Episcopalem Sedem Caprearum una tantum Parœcia præditam sibi contingat adversus Concilii Sardicensis Canonem 6., in quo sancitum fuit: *non est danda licentia ordinandi Episcopum in Vico aliquo, vel modica Civitate, cui sufficit unus Presbyter.*

Templum S. Sophiæ constructum fuit sumptibus populi Anacapritani, qui illius gaudet jurepatronatus, reddituumque gerit administrationem: ejusdem Ecclesiae Parœcia populum habet distinctum, confertur in titulum, ac Baptismali fonte est insignita; Rector proprio jure forum exercet pœnitentiale, cæterasque parochiales functiones: eandem Parœciam, nulla facta subjectionis mentione, sacra Visitatione lustrabant Episcopi, Missam solemnem cum assistentia tantummodo Cleri Anacapritani canentes; hæc autem omnia quamlibet excludere Anacaprearum Ecclesiae subjectionem tradit *Rota in Recent. par. 1. dec. 272. n. 1., et cor. Molines dec. 990. n. 3.*

Cleri vero unitatem, quam cum matricitate pugnare autumat Anacapritani Cleri Defensor, haud deprømi posse contendit *neque ex unitate Crucis Capituli*, sub qua Anacapritanus Clerus incedebat; nam ex Cæremionali Episcoporum universus Clerus sæcularis incedere de-



debet sub Cruce Cathedralis; neque ex promiscua in Choro sessione, aut æquali in processibus incessu: hæc enim non unitatem Cleri, sed æqualitatem arguunt dignitatis; *Geminian. in Cap. Ut Apostolicæ n. 2. de privil. in 6., Scarfant. ad Ceccop. Lucub. canon. lib. 1. tit. 16. num. 15. part. 1., et revera Canonici, et Beneficiati S. Mariæ Transtiberim, ac S. Laurentii in Damaso hujus almæ Urbis in processione Sanctissimi Corporis Christi simul incedunt, unus ex uno, et unus ex altero Capitulo, quamvis Capitula inter se sint distincta: neque ex mutua funerum denunciatione, quam sancit Synodus Diœcesana non propter Cleri unitatem, sed ad reciprocam charitatem inter utrumque Clerum fovendam; quoniam si unus fuisset utriusque loci Clerus, sese invicem certiores facere debuisset, quin ulla opus esset Synodali lege; imò hujusmodi lex unitatem Cleri penitus explodere videtur, cum speciali lege non jubeatur; quod ex jure obtinet, *Rota coram Coccin. decis. 529. n. 1., et in Nuperrim. dec. 400. num. 11. tom. 5.**

Multoquæ minus Cleri unitatem hauriri posse existimat aut ex quinque Anacapritanorum testimonibus; quoniam ipsi licet timore correpti anno 1752. unitatem confessi sint; attamen consulte in subscriptione hoc unum affirmarunt: *come nelle processioni facciamo un corpo solo*, atque ideo excludunt unitatem ex sua institutione, cæterisque in actibus: aut ex Episcopi decreto anni 1778; nam illa verba, *qui sunt, et reputari debent unius Cleri*; non ad unitatem Cleri Capreensis cum Anacapritano referri debent, sed ad Presbyteros Participantes Cathedralis Ecclesiæ, de quibus erat sermo; quibusque adhærent: aut ex partitione reddituum Beneficii S. Nicolai a Bellamania inter Parochum Capreensem, et Parochum Anacapritanum: ea enim fructuum partitio unitati Cleri prorsus adversatur, cum unum Parochum ab alio prorsus discriminet, atque sejungat. Unitatem imò Cleri prorsus excludi censet a distinctis redditibus Capituli Capreensis, et Cleri Anacaprearum, atque a diversitate populi, territorii, jurisdictionis, patroni. **Ecclesia enim Capreensis olim Cathedralis, nunc Col-**

legiata, suas habet Dignitates, et Canonicatus; Ecclesia Anacapritana nulla prædita est Dignitate, aut Beneficio, estque mere receptitia: illa suas explet sacras functiones, et processiones; et similiter Clerus Anacapritanus sine interventu Capituli Capreensis obit sacra officia, ducit processiones, suamque elevat Crucem.

Veruntamen Capreense Capitulum ob suam quasi possessionem exigendi, ut Clerus Anacapritanus generalibus processionibus intersit, onus excludendi matricitatem Collegiatæ, et unitatem corporis totius Cleri, Anacapritanis incumbere contendit. Quod si idem Capitulum onere teneretur probandi; sibi non deesse arbitratur gravia rationum momenta, quibus unitas, et matricitas demonstratur.

Enim vero Anacaprearum Clerum ab immemorabili tempore constanter interfuisse divinis officiis, et processionibus, quæ Capreis peraguntur, in dubium revocari nequit; qui autem pro se consuetudinem habet immemorabilem, vel centenariam, potest quemlibet meliorem titulum (ac proinde Matricitatem Ecclesiæ, atque unitatem Cleri), et quamlibet sibi magis faventem præsumptionem afferre, *Gratian. discep. forens. cap. 87. n. 19., Reclus. de-re Paroc. tit. 18. part. 1. n. 27., Rota cor. Emerix decis. 286. n. 4.* Quamquam quod ab immemorabili tempore Capreis factum est, non præsumptione tantum, non obscuro titulo, sed vera Matricitate Capituli Capreensis, ac unitate utriusque Cleri inniti, ex pluribus argumentis deducitur.

Profecto Parœciæ, dismembrationem passæ, exhibendum esse debitum honorem, eumque sistere aut in aliquo vel tenui censu, aut in onere, quod Clericis Ecclesiæ noviter erectæ imminet, adeundi certis quibusdam diebus antiquam Ecclesiam, animadvertit *Fagn. in cap. Ad audientiam. De Eccles. ædificand. n. 4., et 40., Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 48. n. 18.* Utrumque vero honorem a tempore, quod hominum vincit memoriam, atque adeo ab ipsa Anacapritanæ Parœciæ erectione, in signum subjectionis erga Capitulum Capreense exhibet Clerus Anacaprearum. Onere, siquidem gravatur pendendi censum Capitulo Capreensi pro *jure candelæ*, et ad generales processiones, quæ Capreis ducuntur

tur, accedendi. Annuae autem praestationis origo non ad causam dirimendarum litium, quae ex reciproca funerum denunciatione oriebantur, referri debet, sed ad subjectionis signum ab Anacapritano Clero Capreensi Ecclesiae propter ejus matricitatem praestandum. Reque vera Episcopus Vici Acquensis, quamvis oneri mutuae denunciationis derogasset; attamen decrevit: *quia Clerus Anacaprearum fuit etiam solitus dare in funeribus R. Capitulo, scilicet Dignitatibus, et Canonicis dictae Civitatis Caprearum, Dignitatibus assem cum dimidio ...., et aliis Canonicis dodrantem ... pro jure candelae, tale jus remaneat inconcussum pro debito onere Capitulo solvendum.*

Quod de annuo censu, idem de onere interessendi processionibus, quae in praecipuis anni diebus festis a Capitulo ducuntur, ferendum est judicium. Etenim Anacapritanus Clerus, utpote a Civitate Caprearum longe distans, et degens in loco, ubi distinctam habet plebem, ad sacrorum Canonum praescripta cogi non poterat ad interessendum generalibus processionibus Capreis peragendis, uti docent *Card. De Luca De Paroch. disc. 36. n. 10., Campani divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 15. n. 27.*; et declaravit S. Congr. apud *Barbos. in Summ. apostol. decis. collect. 607 n. 7.* Quum vero ex lege Dioecesana, intervenire coactus fuerit; aliam ob causam, nimirum ut debitum matri Ecclesiae redderet honorem, adactum fuisse dicendum est; neque Sac. Episcop., et Regul. Congregatio, apud quam *anno 1752.* certatum fuit, hanc legem Synodalem confirmasset, et causam amplius non proponi mandasset; nisi deprehendisset, Clerum Anacaprearum ad illas processiones accedere debere, ut debitum honoris obsequium Capitulo Capreensi exhiberet.

Unitas vero Capreensis, et Anacapritani Cleri evincitur ex aequalitate sessionis, et incessus utriusque Cleri in sacris functionibus, et processionibus. Ordo enim incessus, et sessionis eminentiam innuit honoris, et dignitatis, *Gloss. in cap. Quam periculosum Caus. 7. q. 1., Imola in L. qui solvendo de hered. instit., Pignatell. cons. 26. num. 1. tom. 1.,* atque ille Clerus in Choro, et in processionibus digniorem obtinere debet locum, qui caeteros dignitate antecellit, ut decrevit *S. Rituum*

*Congr. in Senogailien. 29. Novembris 1632.*; et docet *Pignat. cons. 58. num. 12. tom. 6.*; *Barbos. de Canon et Dignit. cap. 18. num. 56.* Cum vero ex Capreensi, et Anacapritano Clero alios in sacris functionibus illi præcedant, qui antiquitate præstant; patet eandem esse utriusque Cleri dignitatem, et eminentiam; quod sane fieri non posset, nisi uterque Clerus unum idemque constitueret corpus.

Honoris, et præminentiarum æqualitatem utriusque Cleri revera collocandam esse in unitate corporis totius Cleri, constat ex decreto ab Episcopo sacram visitationem obeunte anno 1778. edito. Episcopus enim, quoniam insignia quædam indulserat quatuor Presbyteris Participantibus Capreensis Cathedralis, nequid propterea detrimenti afferretur æqualitati honoris ad Clerum Anacapritanum spectantis, decrevit *scrvari solitum in processionibus generalibus, et aliis functionibus, in quibus conveniunt omnes de Capitulo, et Clero tam Civitatis, quam Terræ Anacaprearum, quoad locum, et præcedentiam inter dictos Presbyteros Participantes insignitos, qui sunt, et reputari debent unius Cleri.* Neque solummodo ex æqualitate honoris unitas probatur, verum etiam ex bonis in Anacapritanum Clerum collatis. Quum enim qua Parochus, qua Clerus Anacaprearum inopia laborarent, Episcopi eidem Clero unierunt tria Beneficia; Parocho vero S. Sophiæ semissem redditum, ex Beneficio S. Nicolai Parœciæ S. Stephani unito proficiscentium, applicarunt.

Tandem unitatem Cleri evincunt plurima testimoniorum depositiones. Interposita enim jurisjurandi religione anno 1732. sex Presbyteri Anacapritani testati sunt *come il Clero di detta nostra Terra di Anacapri ha fatto sempre un corpo col Capitulo, e Clero della Città di Capri.* Decuriones Caprearum affirmant: *come la nostra Parrocchiale Chiesa Matrice, un tempo Cattedrale, è stata sempre assistita nelle processioni, e sacre funzioni da tutti i Preti del Clero di Anacapri. . . . non formando mai un corpo separato, o in qualunque modo distinto, ma si benè essi Preti Anacaprensi hanno fatto sempre, ed ab immemorabile un corpo solo col Rev. Capitulo, e Clero di questa nostra Città di Capri.*

Cætera fusius habent EE. PP. in distributa allegatione pro Clero Anacapritano, et in Folio dici 22. Novembris

Die 16. Aprilis 1825.

79

1823, , quod consulere precor, ut dirimere possint  
quod iterum proponitur

Dubium

*An Clerus Anacapritanus teneatur interesse divinis  
officiis, et processionibus tam in accessu, quam  
in recessu in festis SSmi Corporis Christi, et  
S. Constantii, quæ fiunt a Capitulo Collegiate  
Ecclesie Caprearum in casu etc.*

**F**OROLIVIEN. ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIO- *Sess. 25. cap. 4.*  
NIS. Philippus Portius anno 1810. hæredem ex asse *de reformat.*  
scripsit Comitem Petrum Martyrem Paolucci, jussitque,  
*che faccia celebrare una Messa quotidiana in S. Mer-*  
*curiale colla limosina di Lire Ital. 27. mensili (nempe*  
*scutorum 4964.) all' altare de' SS. Giacomo, e Cri-*  
*stofaro, in oggi di S. Anna.* Hæreditatem nullo con-  
fecto Inventario, nulloque implorato Legum præsidio,  
adivit Hæres, eamque paucorum annorum curriculo  
ita consumpsit, ut reliquus penes ipsum nunc sit uni-  
cus non magni valoris Fundus prope Flumen Ronco  
situs. Cum itaque Comes Petrus Martyr gravi conflic-  
tetur inopia, et Missas celebrari nunquam curave-  
rit, Fundum autem a flumine non levia detrimenta  
pati asserat; supplex quotidianæ Missæ reductionem  
et quoad præteritas omissiones absolutionem implorat.  
piscopum semel, iterumque requisivi, atque ab ipso  
quæ superius narravi, et hæc præterea accepi. „ Re-  
„ ctor Ecclesie, ubi Legatum erectum adinvenitur,  
„ conqueritur de illius inadimplemento a tempore fun-  
„ dationis usque in præsens: etenim ne sacrum qui-  
„ dem unquam celebratum est „ .  
Reditus fundi gravati tam de tempore foundationis,  
„ quam de præsentis, impares certe videntur oneribus;  
„ nam

„ nam dantur in tribus anteactis annis *scuta* 119. 55. ,  
 „ et annuæ expensæ *scutorum* 77. 47. , sed computan-  
 „ tur annua *scuta* 60. pro celebratione Missarum , li-  
 „ cet nunquam , ut dixi , celebratæ fuerint. Eleemo-  
 „ syna vere necessaria haberi quidem potest in annuis  
 „ *scutis* 60. ad taxam Concilii Romani , sicuti etiam  
 „ expensæ annuæ pro reparationibus in *scutis* quatuor,  
 „ quæ cum sint exigui momenti , nullam deputatio-  
 „ nem Periti necessariam duxi , ne etiam Orator gra-  
 „ varetur , qui sane ab ejus familia , utpote aere alie-  
 „ no obruta , nihil prorsus percipit , ne quidem titulo  
 „ alimentorum , et ex integra hæreditate qu. Philippi  
 „ Porzio nil aliud præter fundum Legato obnoxium  
 „ ipsi remanet „

„ Cum autem res sic se habeant , videretur Legatum re-  
 „ duci posse juxta proportionem redditus Fundi grava-  
 „ ti , qui libere annuatim ascendunt ad *scuta* 22. 70.  
 „ retenta semper eleemosyna ad taxam Concilii Roma-  
 „ ni. Cumque Legatum oriatur ex Testamento Phi-  
 „ lippi Porzio , suamque gravaret hæreditatem , ipsa  
 „ deperdita , nulli certe ad supplementum tenentur „

Paupertas obligati justa semper habita est causa conce-  
 dendi reductionem Missarum , ut in *Januen. Capella-*  
*niæ* 31. Julii 1819. , et in *Callien. , et Pergulana abso-*  
*lutionis* , et *reductionis* 20. Decembris 1823. , itemque  
 reductionem ob imminutos , et deficientes fundorum  
 redditus indulsit perpetuo Sac. Congregatio , ut in *Seno-*  
*gallien. Reductionis Missarum* 10. Maji 1784. , et in  
*Mutinen.* 24. Martii 1821. Patet autem ex calculo trien-  
 nali , de quo disserit Episcopus , computata eleemosy-  
 na Missæ quotidianæ in annuis *scutis* 60. , expensas  
 quotannis superare fructus in *scutis* 37. 62. ; nam illæ ad  
 annuam summam ascendunt *scutorum* 77. 47. , redditus  
 vero *scuta* 39. 85. vix pertingunt. Accedit etiam , ne-  
 minem alium teneri , uti monet Episcopus , ad Missa-  
 rum adimplementum , atque ad supplendum reddituum  
 defectum , et Oratorem nihil a paterna domo percipere  
 ob summas rei familiaris angustias , ne titulo quidem  
 alimentorum , adeo ut reductio omnino concedenda  
 videatur.

Absolutionem quoque petit Comes Petrus Martyr pro  
 Missis in præteritum non celebratis , eamque ob impo-  
 ten-



tentiam supplendi concessit Sac. Congregatio in *Spoletana Missæ Conventualis* 1. Martii 1729., in *Feretrana* 17. Septembris 1808., et in *Mazzarien. Missæ Conventualis* 2. Junii 1821. Manifesta vero est impotentia Oratoris, qui omnem dispersit hæreditatem Philippi Portii, et ne alimenta quidem a paterna domo consequitur.

Verum reductioni Missarum obstare posset, Comitem Petrum Martyrem absque beneficio Legis, et Inventarii adivisse hæreditatem, atque ita omnia onera a Testatore imposita acceptasse, et ad illa quandocumque poterit etiam de proprio implenda teneri, *Leg. fin. §. Etsi præfatam Cod. de Jur. deliber, Rota in Beneventana Executionis Apochæ* 4. Julii 1791. §.3. cor. *Acciajuoli*, et cor. *Me decis.* 68. num.10. Neque enim facile reductio conceditur, si de oneribus accepto habitis agatur, uti respondit Sac. Congregatio in *Novarien. Reductionis Onerum* 17. Septembris 1791., in *Mathelicen.* 16. Aprilis 1792., et in *Florentina Reductionis Onerum* 2. Augusti 1823. §. *Quoties*.

Præterea Missarum] onus universæ hæreditati impositum a Testatore fuit, et Oratoris incuria, et prodigalitate factum est, ut hæreditas ad unicum non magni valoris fundum sit redacta. Imminutionem vero redituum absque possessoris culpa evenisse oportet: nam secus onerum reductio nunquam conceditur, uti pluries definitivè eadem S. Congregatio, ac præsertim in *Ecclesien.* 26. Augusti 1794., in *Mulinen. Reductionis Missarum* 17. Februarii 1821. §. *Ast.*, et in citata *Florentina Reductionis onerum* 2. Augusti 1823. §. *Hisce*.

Videant autem E.E. PP., an quoad præteritas omissiones indulgenda sit absolutio Comiti Petro Martyri, qui hæreditatem adivit, dispersit, et nullum unquam Sacrum fieri curavit. Perpendant scilicet, an mala fide, et culpa vacet; cum cæteròquin absolutio concedatur, quando Missæ bona fide, et sine culpa celebratæ non fuerunt, ut docet Sac. Congregatio in *Spoletana Reductionis Missarum* 29. Novembris 1793. in *Bononien. Reductionis* 24. Novembris 1823., et in *Bononien. Reductionis Missarum* 29. Maji 1824.

## Dubia

- I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*
- II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad præteritum in casu etc.*

*Sess. 21. Cap. 7.,  
et Sess. 24. Cap.  
13. de Reformat*

**F**ERENTINA PENSIONIS, ET REPARATIONIS ECCLESIAE. Apostolicis Litteris Parœcia S. Mariæ Gaudentium Ferentini collata fuit anno 1819. Sacerdoti Angelo Zaccardi, onere imposito, ut teneretur, eo quod Parochialis Ecclesiae fabrica maxima indiget reparatione, summam sexaginta scutorum monetae Romanæ ex fructibus, redditibus, et proventibus dicte Parochialis Ecclesiae in manibus Episcopi Ferentini, per decennium ex nunc proximum tantum, in hunc usum per predictum Episcopum erogandam annuatim persolvere, ac relaxare. Verum hæc pecuniarum quantitas quin in Fabricæ Ecclesiae reparationem impendatur, nunc Hæredibus Marchionis Ludovici Tani persolvitur nomine fructuum Censuum in sorte sexcentum scutorum, quæ die 19. Maji 1803. Parochus decessor Petrus Paulus Pisani, Fabricæ Ecclesiae instaurandæ causa, ab illo accepit. Cum vero Sacram hanc Congregationem adierit hodiernus Parochus Zaccardi efflagitans liberationem ab annua in decennium pensione sexaginta scutorum, eo præsertim, quod Parochialis præbendæ redditus sint ita exigui, qui, pensione persoluta, ne ipsius quidem vitæ sustentationi necessaria suppeditent Episcopum, ut de annuo reditu Parœciæ, ducto calculo per decennium, de provenientia prædicti Censuum, ac de impensa pro Fabricæ complemento adhuc necessaria referret, suamque super Oratoris precibus panderet sententiam, juxta morem requisivi. Nihil unquam impeditas Administratione Fabricæ S.Ma-



S. Mariæ Gaudentium se invenisse profitetur Episcopus, cum pluribus abhinc annis et Fabrica reparatione indigeat, et modo careat, quo repararetur, Etenim (ait) Sacerdos Petrus Paulus Pisani ad animarum curam ea in Ecclesia exercendam admotus, jam inde ab anno 1796. curandum sibi duxit, ut sumptus in eam instaurationem faciendi a Perito æstimarentur, qui eos octingentis supra mille scutatis æstimavit. Petiit ergo, impetravitque a sacra vestra Congregatione facultatem contractus in eam summam cum aliquo novi operis conductore ineundi, lege sibi imposita scutata quadraginta in id opus quotannis erogandi, quinque autem scutata singulis ejusdem Ecclesiæ Beneficiariis. Concessa tamen facultate ne Parochus uteretur, consecutæ non multo post calamitates publicæ obstitere. His aliquo modo sedatis, anno 1801. preces apud E.E.VV. renovavit, Rescriptumque prodiit die 12. Septembris 1801., ad cujus regulam accommodato decreto Episcopus Nicolaus Buschius die 18. Maji anni 1803. potestatem Parocho fecit sumendi ad censum summam scutorum mille fideliter erogandam in expressam causam reparationis Ecclesiæ Parochialis, de qua in precibus; depositis tamen per Oratorem annuis scutis quadraginta, et per singulos Beneficiarios annuis scutis quinque ad formam Rescripti diei 9. Julii 1796. usque ad integram census extinctionem.

Hac tectus potestate idem Parochus haud moratus est eadem die contractum Censum inire cum Ludovico Marchione Tanio pro summa, quam is tradidit scutorum sexcentum, quam Parochus in designatis Ecclesiæ Parochialis fundis, ac generatim in universis collocavit, fructu annuo definito ad sex in singula centena . . . De summa vero quotannis in extinguendi Censum causam deponenda nihil in Instrumento adjectum legitur, quæ reapse nunquam deposita reperitur. Nam etsi tum Parochus, tum singuli Beneficarii indictam summam ad plures annos persolverint, ea tamen deposita minime fuit, verum in sumptus ad fabricam faciendos erogata. Cujus facti hanc mihi excusationem attulit Parochus,

- „ fieri hand potuisse , ut Ecclesia instauraretur , nisi  
 „ ad pecuniam Censui traditam a Marchione Tanio  
 „ addita fuisset ea , quæ Parocho , et Beneficiariis in-  
 „ dicta in singulos annos fuerat : neque vero paro-  
 „ chialis præbendæ redditus ejusmodi fuisse , ut ex iis  
 „ tum deponi *scutata* 40., tum pro fructibus alia sex  
 „ supra triginta solvi possent : ergo re cum Episcopo  
 „ communicata , eodem auctore , *scutata* quinque su-  
 „ pra septuaginta , quæ deponi oportuisset , in fabri-  
 „ cam insumpta esse ; fructus autem Census solutos  
 „ fuisse ex redditibus Sacrarum , quæ segregatim admini-  
 „ strantur a defuncto Sacerdote , qui Præpositus Sacra-  
 „ rum nuncupatur .
- „ Hæc præmoneri oportuit , ut intelligeretur , neglectam  
 „ fuisse legem a S. Congregatione datam deponendæ  
 „ quotannis certæ pecuniæ in causam extinguendi Cen-  
 „ sus : quamquam Beneficarii *scutata* quinque iisdem  
 „ indicta persolvere coacti sint . Ex quo sane id conse-  
 „ qui videtur ; ut nihil in posterum ab iis exigi liceat ;  
 „ quippe qui tantum pluribus annis contulerint , quan-  
 „ tum extinguendo , si depositum quotannis revera  
 „ esset , Censui satis fuisset . Par causa Parochi foret ;  
 „ sed cum is proprie legem a Sacra Congregatione ,  
 „ atque ab Episcopo accepisset ; ejus certe neglectæ  
 „ reus foret , nisi ratio habenda videretur excusationis ,  
 „ quam affert , nempe id actum esse conscio , ac vo-  
 „ lente Episcopo . Indulgendum præterea videtur ali-  
 „ quid superiorum temporum calamitatibus , quibus  
 „ effectum est , ut plura libere expediri nequiverint ,  
 „ multa item gravia rei familiaris detrimenta Parochus  
 „ idem ferre cogeretur . Quare postulatur ab EE. VV. ,  
 „ ut quæ secus atque lex præscriberet , gesta , neglecta  
 „ ve reperiantur , suprema auctoritate ad animorum  
 „ æque , et ad familiarum quietem sanentur .
- „ Descendo jam ad Parochum Angelum Zaccardi . . . .  
 „ Pontificia Bulla *diei 31. Julii* 1819. collata Zaccar-  
 „ dio Parochia fuit . . . . nihil cogitatum fuit de pe-  
 „ cunia Censui accepta , de certa summa in Censui  
 „ extinctionem quotannis deponenda , solvendis-  
 „ que conventis fructibus . Interea hæredes Mar-  
 „ chionis Ludovici Tani , qui ab anno 1813. vix  
 ali-

„ aliquam identidem delibaverant fructuum partem;  
 „ ita ut ad *diem 18. Maji 1821.* creditores eo fructuum  
 „ nomine forent *scut. 152, 20.*; incassum urbana  
 „ officia experti, iudicio agere adversus Ecclesiam coacti  
 „ sunt. Controversia, Episcopo auctore, composita  
 „ fuit *die 2. Octobris 1821.* concessa Taniis, quam  
 „ pro credito exigent, annua sexaginta scutatorum  
 „ summa, ad quam, ut supra dixi, quotannis pen-  
 „ dendam sese obligaverat Zaccardius. Quibus ab hæ-  
 „ redibus mihi expositum est, æquari fructuum de-  
 „ bitorum rationes, atque ad præsentis temporis cur-  
 „ sum redigi haud breviori tempore, quam sexen-  
 „ nio posse; dummodo tamen ex toto quotannis exigi  
 „ liceat summa *scut. 60*; redigenda partim ex ino-  
 „ pum debitorum nominibus.

„ Ut igitur de pensione dicam, cujus imminutionem  
 „ postulat Parochas Zaccardi, haud sane video, qua  
 „ ratione lædi, minuire possit jus a Taniis, acquisi-  
 „ tum pactione, quam superius commemoravi *diei*  
 „ *2. Octobris 1821.*; qua concessum iis fuit, ut pro  
 „ debitis annorum superiorum, aliisque in posterum  
 „ cessuris fructibus, haberent sibi pensionem Zac-  
 „ cardio impositam, quam proinde integram servari  
 „ eo saltem usque oportet, donec fructuum rationes  
 „ cum præsentis tempore exæquatæ fuerint: tum ergo  
 „ detrahi de pensione liceret aliquid, tantum ex gr.,  
 „ quantum, solutis pro fructu Census scutatis trigia-  
 „ ta sex, superextabit.

„ Fundus tamen deficiet ad Fabricam prosequendam,  
 „ perficiendamque, aut si vicissim in Fabricam ero-  
 „ ganda sit pensio, fundus deficiet ad solvendos fru-  
 „ ctus, qui tamen, utpote, collocata in parochialis  
 „ Ecclesiæ bonis pecunia, ex eorum certe bonorum  
 „ redditibus solvendi sunt. In primis vero fundus de-  
 „ ficiet pro Census extinctione. Nam Parocho qui-  
 „ dem nihil superaddi oneris potest: Beneficarii,  
 „ quibus primum quinque scutatorum indicta in sin-  
 „ gulos annua summa fuerat, id afferent, eam ab se  
 „ jam tot annis persolutam, quot satis fuissent Cen-  
 „ sui pro eo, quod ad ipsos pertineret, extinguendo.  
 „ Sacrarum autem redditus tenuiores videntur, quam  
 „ ut ex iis quampiam alicujus momenti summam  
 „ distrahi liceat.

- „ Ergo dijudicandum hoc primum EE. VV. propono ,  
 „ æquum ne sit Parochum Zaccardi parte aliqua pen-  
 „ sionis levari , tum saltem , cum fructus Censuum cum  
 „ Tantiis contracti ad præsentis temporis cursum re-  
 „ ducti fuerint ; sic nempe , ut id solum conferre  
 „ quotannis cogatur , quod fructui Censuum in singu-  
 „ los annos constituto respondeat . Quod si conce-  
 „ dendum videatur , animadverti etiam oportebit , so-  
 „ lo decennio circumscribi hoc onus non posse ; quip-  
 „ pequod perpetuum sit , cautionemque habeat om-  
 „ nium bonorum Parochialis Ecclesiæ .
- „ Deinceps videndum erit de Fabrica , cujus prosequen-  
 „ dæ ratio non alia probabilis apparet , quam si Be-  
 „ neficiarii septem aliquid solvere quotannis cogan-  
 „ tur , et ex redditibus etiam Sacrarii totum id con-  
 „ feratur , quod , reliquis impletis oneribus , superfue-  
 „ rit : nam Parocho quidem satis impositum oneris  
 „ cernitur , annua in eum rejecta solutione fructuum  
 „ Censuum . De Beneficiariis porro considerandum est ,  
 „ eos certe legibus cogi , ut in Ecclesiæ Fabricam ,  
 „ in qua Beneficia possident , aliquam reddituum suo-  
 „ rum conferant partem : justam vero non habere  
 „ causam querelarum , quod in causam Fabricæ con-  
 „ versa fuerit pecunia , quam in causam extinguendi  
 „ census deposuerint , tantumdem enim quoad pri-  
 „ mam causam in tempus futurum sibi pepercere .  
 „ Quando autem singulorum beneficiorum redditus an-  
 „ nui ad triginta circiter scutata pertingunt , deci-  
 „ mam partem detrahi posse censerem : ita nempe ,  
 „ ut annuus census conflatur scutati unius supra vi-  
 „ ginti , ad quæ adjici poterunt decem scutata circi-  
 „ ter e Sacrarii redditibus .
- „ Prorsus autem necesse arbitror , ut per EE. VV. an-  
 „ num pro census extinctione depositum intermitteri  
 „ eo usque liceat , donec absoluta Fabrica fuerit ; qua  
 „ nimirum perfecta , converti in causam depositi po-  
 „ terunt scutata triginta , quæ ut paulo ante dictum  
 „ fuit , ex Beneficiis , et e Sacrario sumpta Fabricæ  
 „ prosequendæ constituta essent .
- „ Postremo quum beneficia omnia Ecclesiæ S. Mariæ  
 „ Gaudentium addicta , æque ac alia bene multa aliis  
 „ in

Die 16. Aprilis 1825.

87

in Ecclesiis erecta, post eorum qui possident, obitum ad Ecclesiam Collegiatam adjungenda fore decreverit fel. rec. Pius VII. in *Bulla* 13. Junii 1808. qua Collegiatæ ejusdem erectionem disposuit; duobus tamen beneficiis Sacratio Ecclesiæ reservatis: tum vero quum id evenerit, si quid forte adhuc deesse ad integrum depositum reperiatur, decerni posset, ut integer beneficiorum, quæ ad Sacrarium reciderint, fructus in causam extinguendi census deponatur, reliqui autem omnes ab eo, quod consueverunt, liberi sint.

habendæ Parochialis redditus, inito calculo per decennium, omnibus deductis expensis, oneribus, ac etiam pensione *Scutorum* 60. qua gravantur, summam annuam attingere *scut.* 115. 24. et adhuc requiri ad complendam Ecclesiæ fabricam *scuta* 250. Periti ab Episcopo electi affirmant. Igitur tenues non sunt Parochiæ redditus ad prædictam summam *scutorum* 115. 24. ascendentes, cum congruam *scutorum* centum honestæ Parochorum sustentationi sufficientem censuerit Tridentina Synodus *Sess.* 24. *Cap.* 13. *De reform.*, eamque ad minorem quoque summam redegerit S. Pius V. in sua celebri *Constit. Ad exequendum*, ad cujus tramites S. hæc Congregatio pluries respondit, ac præsertim in *Civitate Castellane* 24. *Novembris* 1821. *ad II. Dubium*, in *Tadertina* 27. *Aprilis* 1822. §. *Ut, et in Forolivien dismembrationis, et Applicationis* 26. *Februarii prox. præf.* Nullo proinde jure liberationem ab onere pensionis efflagitare videtur Parochus Zaccardi, qui gravatam pensione decenniali Parœciam sponte acceptavit; qui plures per annos nullam de congruæ tenuitate querelam excitavit; qui denique Parœciæ redditus interea imminutos esse ne affirmare quidem est ausus: cum ceteroquin ad pensionem delendam, vel minuendam evincere debuisset, imminutos fuisse redditus pro congrua assignatos, ut post *Text. in Can. Nemo. De consecrat. dist. 1. tradit Rebuff. de congrua n. 20.*, et *Sac. Congregatio in Ferentina Unionis*, 20. *Februarii* 1802., et in *Prænestina Congruæ* 18. *Martii* 1809. §. *Pro.*

Præterea quæstio est de pensione ad Fabricam Ecclesiæ instaurandam imposita; et decreto Concilii Tridenti-

ni-

ni Sess. 21. Cap. 7. de Reform. statutum fuit, Parochiales Ecclesias instaurandas esse ex fructibus, et proventibus ad easdem Ecclesias quomodolibet pertinentibus, uti perpendunt Bened. XIV. Instit. Eccles. 100. num. 20., Maschat. Inst. Canon. Lib. 3. Tit. 48. Quæst. 3. n. 6 Itaque audiendus minime videtur Parochus Zaccardi, qui Ecclesia nondum instaurata pensionem aboleri petit: imo si transacto etiam decennio, Ecclesia reparatione adhuc indigeat; licet Parochus Zaccardi ad tramites Litterarum Apostolicarum collationis Parœciæ foret pensione levandus, quia cursu tantum decennali pensio fuerit ipsi circumscripta; attamen Fabricæ instaurandæ causâ ad aliquam pensionem solvendam esset adigendus.

Reponit tamen Parochus Zaccardi, se Parœciam decennali gravatam pensione accepisse, et Ecclesiam hanc reparari potuisse, qui prædictam pensionem, quæ per Litteras Apostolicas Fabricæ Ecclesiæ accenseri debuisset, hæredibus Tani exsolvere fuit coactus. Addit, quod si scuta sexaginta quotannis Fabricæ complendæ impensa, quæ soluta Taniis fuissent; jam pene instaurata esset Ecclesia S. Mariæ Gaudentium, quæ tamen adhuc indiget reparatione. Elapso vero decennio pensionis onere solutum se dicit Parochus Zaccardi; cum in Litteris Apostolicis de Censu, et ejus fructibus nulla incidit mentio, ac tantummodo de pensione in manibus Episcopi relaxanda ad Ecclesiæ Fabricam absolvendam disseratur, et Parochus ubi quotannis, Episcopo auctore, sexaginta scuta Taniis persolvisse constet per decennium, ad alia onera obstringi non posse videatur.

Animadvertendum tamen est, omnimode Ecclesiæ instauracionem esse absolvendam sive ex Parœciæ, sive ex Beneficiorum ad Parœciam spectantium redditibus, Concil. Trid. Sess. 21. Cap. 7. de Reform. Qui enim annuis redditibus aliqua in Ecclesia fruuntur, ii quidem ad ædificiorum, quæ ibi necessaria sunt, elevationem, vel reparationem merito obstringuntur, Kloc. de Contribut. cap. 10. n. 34., Van-Espen Jus Eccl. univ. part. 2. tit. 6. cap. 5. n. 5., et 6., Barbos. in decret. lib. 3. de eccles. ædific. n. 7., Sperell. decis. 68. n. 4., Rota cor. Clemente decis. 106. n. 2, et in Leodien.

*Ampliationis Ecclesie 4. Julii 1785. §. 11. cor. De Salm., et Sac. Congregatio in Carpentoracten. Dismembrationis 30. Julii 1785. §. Qui.* Profecto etiam in posterum Parochus Zaccardi ad fructus Censuum persolvendos tenebitur, cum Censui sexcentum scutorum Parochus Pisani subjecerit bona omnia parochialia, super quibus, ipso referente Episcopo, jus est Taniis acquisitum, quod neque lædi, neque minui alio modo potest.

Quamobrem licet pro Censuum extinctione nihil unquam a Parocho Pisani depositum fuerit juxta leges ipsi ab hac Sac. Congregatione datas: attamen, summam, quam deponi oportuisset, Ordinarii consensu in Fabricæ reparationem impensam fuisse admonet Episcopus, ita ut de scutis 1800., quæ ad Ecclesiam instaurandam necessaria delectus Peritus æstimaverat, solummodo pendenda supersint scuta 250., quæ facile colligi valent, si juxta Episcopi sententiam aliquid persolvendum imponatur Beneficiariis Parochiæ, et aliquid e Sacrarum redditibus desumatur. Indulgenti enim superiorum temporum calamitatibus efflagitat Episcopus, ut quæ secus atque Lex præscriberet, gesta, neglectave reperiantur, ad animorum æque, et ad familiarum quietem sanentur.

Perpendant autem EE. PP. in posterum solo quadriennio ad pensionem per Litteras Apostolicas impositam obligari Parochum Zaccardi, et fructus Taniis debitos, integra ipsis pensione quotannis persoluta, cum præsentis tempore non exæquari, nisi sexennio impleto: Parochum proinde onera subiturum, cum quibus haud Parœciam accepit. Hinc definiendum erit, num elapso decennio adhuc ad solutionem fructuum Censuum teneatur Parochus; et an præter fructus e Parœciæ, vel beneficiorum ad Parœciam pertinentium redditibus aliquid sit detrahendum pro complenda Fabrica Ecclesiæ, et Censuum extinctione, pro quibus omnibus rationum momenta complectitur disertissima Episcopi Informatio. Dirimere igitur dignentur EE. PP., quæ proponuntur

### Dubia

I. *An tollenda, vel reducenda sit pensio in casu etc.*

M

II.



- II. *An Parochus elapso decennio teneatur persolvere fructus usque ad Censum extinctionem in casu etc.*
- III. *An postdecennium præter fructus Censum aliqua Parochus gravandus sit pensione pro Ecclesia fabrica, et Censum extinctione in casu etc.*
- IV. *An et quomodo providendum sit pro Fabrica, complenda et extinguendo Censu in casu etc.*



Die Sabbathi 14. Maji 1825.<sup>91</sup>  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.

**N**ULLIUS FORIPOMPILII SACRÆ VISITATIONIS.  
Meldulæ Oppidum, in alpestri Æmiliæ parte situm,  
finibus continetur Abbatia S. Rufilli Foripompilii Nul-  
lius Diocesis, Capitulo SS. Patriarchalis Vaticanæ Ba-  
silicæ perpetuo unitæ; in eoque vetustissimum extat  
Hospitale SSiño Crucifixo nuncupatum, quod Eccle-  
siam habet adnexam, et in quo olim peregrini quoque  
recipiebantur, nunc autem infirmi tantum curantur.  
Loci pii administratio juxta Statuta anni 1662. con-  
credita est sex Officialibus quoque anno eligendis, in-  
ter quos eminet, qui Prior appellatur, eique tut-  
tissimi Confratelli, ed officiali debbono obbedire . . . .  
in tutto quello, che concerne il bene di detto Ospita-  
le, secondo che da lui sarà comandato.

Vaticanum Capitulum ab hominum memoria, aut per Vi-  
sitatores, aut per Vicarium Generalem jus, auctori-  
tatemque in Nosocomium jugiter exercuit, ea præci-  
piendo, quæ utilia, ac necessaria ad rem spiritualem,  
vel œconomicam viderentur. Præsul Vaccarius anno  
1602. delectus, ut Meldulam veniret, et Nosocomium  
inviseret con piena facoltà di far render conto agli  
Amministratori, vedere come siano impiegate le en-  
trate, e riformarle, dove n' avrà bisogno, ed ancò-  
ra fare tutti gli ordini, che le pareranno necessarij  
per il buon governo di quello, nova Statuta condidit,  
pluraque alia ipse constituit, cætera autem, quæ re-  
visione, et reformatione indigerent, prudentiæ, et au-

Sess. 7. Cap.  
4. et 8. et Sess.  
24. Cap. 3. et  
10. de Reform.  
mat.

toritati remisit R.D. Vicarii Generalis Ordinarii dicte Terræ Meldulæ. Visitator alius anno 1617. inter ea, quæ servanda jussit, Congregationem plurium Officiorum instituit, in qua singula negotia ad bonum Locii pii regimen pertinentia expenderentur, virosque in eandem Congregationem cooptandos elegit, adjecta lege, quod nullum sibi jus censeatur acquisitum, quominus possint amoveri: Item in Visitatione anni 1674. statutum reperitur: Vicarius Generalis vigilet omni studio, ut Capitula Apostolica, aliaque decreta facta in prioribus Visitationibus accurate serventur, nec ultra in illis præscriptum, aut permissum Officiales de ulla re disponant, nec arbitrentur. Labente autem anno 1755. Præsul, ac deinde cl. me. Card. Garampi, qui visitaverat quatuor alias Cameras nobiliores, quæ inserviunt pro D. Vicario Generali, ejusque Cancellario occasione eorum permanentiæ in hac Terra, et in eorum absentiam inserviunt etiam pro hospitio personarum nobilium, et præcipue Sacerdotum, et Capuccinorum, cum animadvertisset, Nosocomium ex tali hospitio detrimentum capere, decrevit: non sarà permesso nè al Custode, nè al Priore, nè al Depositario, o a qualunque altro Ministro del Luogo, sotto pena della privazione del loro officio, accordare l'alloggio nelle Stanze dell'Ospedale a qualsivoglia altra persona anche di condizione, eccetto, che al Sig. Vicario, e Ministri della nostra Curia Badiale, perchè siamo certi, che essi non danno il minimo dispendio al Luogo pio.

Vicarius quoque Generalis a Vaticano Capitulo electus, prout temporum exigebat ratio, tulit decreta, et anno 1644. mandavit, che l'Ospitaliero sia tenuto, quando giungeranno de' passeggeri pellegrini, e poveri, darne parte al Sig. Priore, quale dovrà ordinare, che, alli pellegrini, e poveri passeggeri sia data la prima sera solamente due bolognini di pane . . . ed anche un poco da bere. Rursus anno 1647. quia Congregatio Hospitalis statuerat di premiare le fatiche dei Revisori, e Procuratori; Archipresbytero Meldulæ litteras dedit Vicarius Generalis inquiens: avendo bisogno la presa risoluzione della mia conferma- zione, V. S. in mio nome approverà le spese da far-

si di scudi sei per ciascun Procuratore, e di scudi due per li Revisori; nec non anno 1658. præscripsit, che per l'avvenire si dovessero ballottare per voti segreti tutte le Zitelle, le quali chiederanno l'elemosina, alias nei conti non sia bonificata.

Quoniam vero Vicarius Abbatialis Colonis, a Congregatione Hospitalis ad quoddam excolendum prædium constitutis, inhibuerat, ne ad illud accederent; obstitit Congregatio, et controversia delata ad hunc S. Ordinem duo proposita fuere Dubia I. *An bonorum hujusmodi administratio spectet ad Congregationem independentem a Vicario.* II. *An Vicarius possit exigere rationem administrationis:* proditque die 28. Novembris 1676. responsum: ad I. *Affirmative,* et Vicarium habere votum in Congregatione tamquam unum de Confratribus. Ad II. *Affirmative.* Altera dein exarsit quæstio, quia Vicarius Generalis remotionem demandavit Hospitalarii, et Officiales exquirenda esse contendebant secreta Congregationis suffragia pro illius confirmatione, aut exclusione: at hoc S. Tribunal die 27. Septembris 1697. rescipsit: *Confirmationem non esse necessariam, sed licere Vicario ex justis causis amovere Custodem, cæterosque Officiales.*

Verum Aemiliæ Provincia a Gallorum copiis anno 1796. occupata, et Hospitali Meldulæ Congregationi Charitatis subjecto, Vaticanum Capitulum jurisdictionem in illud exercere prohibitum fuit: restituta dein eadem Provincia Apostolicæ Sedi, latum anno 1817. a S. Sedis Legato fuit Edictum, quo declaravit: *E' mente Sovrana, che le amministrazioni di carità sieno separate, e tornino sotto la cura, e giurisdizione de' rispettivi Vescovi, com'era in pratica prima del 1796.* Tunc R. P. D. Acto ex Marchionibus Benigni, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, facultatibus etiam Apostolicis, quatenus opus esset, a Summo Pontifice auctus, Nosocomium Meldulæ anno 1818. sacra visitatione lustravit: jussitque in primis, *usum cubiculorum* (quorum in visitatione anni 1755. fit mentio) *cum lectis tam pro Vicario nostro Generali, quam pro illius famulo, et mobilibus necessariis restitui, et servari usui Vicarii, ac claves predictorum cubiculorum tradi*

tradi Vicario Foraneo infra tres dies: præterea nonaginta quinque confecit Capitula pro œconomica Hospitalis administratione, nec non alio decreto ad solutionem procurationis Nosocomium obstrinxit.

Obtemperare detrectantibus Loci pii Officialibus, Promothor Fiscalis Abbatiae S. Rufilli ab hac S. Congregatione postulavit, ut ipsi decreta exequi compellerentur. Preces ablegatae fuerunt Ordinario pro informatione, et voto, auditis Administratoribus in scriptis, atque ut interim veris existentibus narratis juris, et facti remediis cogeret Officiales Hospitalis Administratores ad executionem decretorum S. Visitationis, non attenta quacumque inhibitione, nisi signata manu SSm̃i. Responsum, quod ab Ordinario accepti habent EE. PP. in *Summario* ex parte Vaticani Capituli distribuendo. At Nosocomii Administratores, quamvis indictam procurationem exsolverint, et claves cubiculorum Vicario Foraneo tradiderint, quæ postea Decurioni Communitatis Meldulæ de mandato Vaticani Capituli restituta sunt; nihilominus plura decreta a Præsule Benigni condita, veluti nullitatis vitio infecta traducunt, et revocari efflagitant.

Ait enim Hospitalis Defensor, sacrae Visitationis scopum esse sanam, orthodoxamque doctrinam tueri, pravae mores corrigere, eaque constituere, quæ sine strepitu iudicii definiri queant: hos limites si prætergrediatur Visitor, ac juris non adhibeat solemnitates, nullius roboris evadere ejus decreta, *Card. De Luca in annot. ad Concil. Trid. disc. 5. n. 5., Urstaya discept. eccles. 2. part. 11. n. 49., Rota cor. Molin. tom. 1. decis. 284. n. 4.* Quæ autem edixit Præsul Benigni, judiciali methodo definienda erant; nam de gravi, et indebita servitute Hospitali imponenda, deque juribus Officialium adversus antiqua Statuta imminuendis agebatur.

Enim vero Vicarius Generalis nullo pollet jure, ubi Meldulam proficiscitur, incolendi mansiones Hospitalis, multoque minus eas suppellectili instructas exigendi. Nosocomium enim a qualibet servitute immune renuntiandum est, *L. 6. Cod. de servit., et aqua, Rota in Romana Theatri 21. Junii 1813. §. 2. cor. Emo Odescalchi*, donec Curia Abbatialis pacto, testamen-

to,

to, aut præscriptione jus habitationis sibi comparasse plenius probationibus ostenderit, *Gloss. in L. 1. §. 1. ff. de itiner. , Rota in recent. part. 14. decis. 398. n. 1. , et decis. 416. n. 1.*

Deest in themate pactio, deest testamentum, atque etiam præscriptio; siquidem Vaticani Capituli Defensor uno innititur decreto sacræ visitationis anni 1755. At nullum titulum, nullumque jus coactivum ex eo decreto haurire potest; quoniam antiquitus memorata cubicula (ita edisserit Nosocomii Defensor) non modo Vicarii, sed et aliorum, qui per Meldulam iter haberent, usui inserviebant; cumque hujusmodi hospitalitas detrimentum afferret Nosocomio, Visitator Garampi prohibuit Loci pii Administratores ab hospitio impertiendo, *eccetto che al Sig. Vicario, e Ministri della nostra Curia Badiale.* Eo itaque spectatum hujusmodi decretum, ut facultas, qua Hospitalis Officiales utebantur, quem magis sibi liberet excipiendi, ad hospitium Vicarii, et Ministrorum Curie cohiberetur; non vero ut aliquid juris Vicario assereret inhabitandi cubicula Hospitalis: imo cum Visitator ideo Ministros Curie exceperit, *perchè siamo certi, che essi non danno il minimo dispendio all' Ospedale;* liquido apparet, nullum ipsis fuisse jus habitationem in Nosocomio exigendi.

Reque vera Vicarii Meldulam post memoratum decretum se conferentes modo ad unam, modo ad aliam Meldulanorum domum diverterunt, et si quando claves cubiculorum Nosocomii petierint, Piores Hospitalis *glie l'hanno accordate per favore, giacchè non vi era alcun obbligo,* eisque suppellectilia ex proprio armario suppeditarunt *per mero favore, e cortesia, giacchè nè essi, come Priori, nè l'Ospedale avevano alcun obbligo,* uti testantur, qui ante annum 1796. Prioris munere sunt functi. Quare nedum Curia Abbatialis nullum eruere valet titulum, ex decreto anni 1755., verum etiam deest præscriptio, quæ contrariis actibus interrupta fuisset, siqua forte incepta existimaretur, *L. Si stillicidium §. ult., L. Si partem ff. quemad. servit. amittat., Rota in recent. part. 9. tom. 1. decis. 347. n. 4.*

Procuracionem vero a Nosocomio solutam restituendam

esse conterdit. Quamquam enim Beneficia omnia, Locaque pia procurationem Episcopo visitanti præstare teneantur, *cap. Venerabili de censib., et Concil. Trid. Sess. 21. cap. 3. de reformat.*, atamen ab hujusmodi onere eximuntur Hospitalia, et alia pia Loca ad pauperum levamen erecta, *Barbos. de offic. et potest. Ep. alleg. 73. n. 50., Reiffenst. lib. 3. Decret. lit. 39. n. 54., et Ferrar. Biblioth. verb. Procuratio n. 32.*; siquidem talium locorum redditus in usum pauperum conferri debent, *Clem. quia contingit. De relig. domib.*; ac propterea egenis detrimentum inferretur, si Nosocomia Episcopo visitanti victualia exhibere cogerentur. Hinc instituta quæstione in hac S. Congregatione, etiamsi nonnulli ex Eius Patribus contrarium sentirent, plerique Hospitalia a procurando Episcopo exempta arbitrati sunt, teste *Fagnan. in cit. cap. Venerabili n. 34.* Hanc exemptionem probasse quoque videtur S. Congregatio in *Aquipendien. 21. Aprilis 1787.*; illius enim Diœcesis Episcopus cum in sacra visitatione anni 1660. decrevisset: *ad procurationem, seu victualia, quæ in visitatione erunt ministranda ab iis, qui visitantur, etiam Beneficia simplicia, Confraternitates laicorum, ac loca pia, non tamen Hospitalia, pro eorum rata concurrere debere, et quorundam Beneficiorum Rectores consuetudine innixi procurationem solvere abnuerent, proposito Dubio = An, quomodo, et a quibus sit contribuendum pro procuratione Episcopi visitantis in casu, etc. = responsum datum fuit = Affirmative ad formam decreti 1660. juxta liquidationem faciendam coram Episcopo. =*

Tandem decretum quinque supra nonaginta continens capitula, non esse exequendum dicit; sin minus moderandum in iis capitulis, quæ Hospitalis administrationem Vicario Generali, aut Vicario Foraneo subjiciunt. Profecto plenam, ac liberam Loci pii administrationem pertinere ad Congregationem Nosocomii eruitur ex Statutis anni 1662., decernentibus, certis quibusdam diebus cogendam esse Congregationem, ut ea definiantur, quæ ad bonam Hospitalis administrationem conducunt: hujus autem Congregationis resolutiones sine ulla Vicarii confirmatione executioni mandari consueverunt. Statutis, et vetustæ obser-

observantiæ accedit hujus S. Ordinis judicium, qui administrationem Hospitalis ad Congregationem spectare, ac Vicarium Foraneum habere votum in Congregatione tanquam unum de Confratribus declaravit. Commendandum itaque, subdit Hospitalis Defensor, consilium Visitoris nova condendi Statuta, ut rectius Loci pii administrationi consultum foret; sed cavendum erat, ne juribus Hospitalis, et Officialium, atque hujus Sacri Senatus judicio adversa eederentur decreta.

Verum jus cubicula Hospitalis mobilibus instructa inhabitandi Vicario Generali Meldalam accedenti esse censet Capituli Vaticani Defensor. Etenim hujusmodi jus, hominum excedens memoriam, certe agnitum dicit anno 1755. a Præsule Garampi, qui illud confirmavit, dum Loci pii Administratoribus interdixit, ne quemquam hospitio exciperent, *eccetto che il Sig. Vicario, e Ministri della nostra Curia Badiale*; quandoquidem Vicarium, et ministros ab illa lege non exemptisset, nisi habitationem in Nosocomii mansionibus eis competere deprehendisset. Idque adeo exploratum esse autumat, ut eadem cubicula passim appellentur *le Camere del Vicario*, et annosi testes affirmant, quod ante præteritorum temporum vicissitudines Vicarii Abbatiae *tutte le volte, che sonosi portati in Meldola o per affari di officio, o per diporto, hanno sempre mai abitate le dette nuove Camere liberamente, senza chiederne preventivo permesso, ed assenso del Priore dell' Ospedale.*

Nosocomium præterea victualium præstationi jure subiectum fuisse suadere nititur. Quidquid enim docent Canonistæ de Hospitalium immunitate a procurando Episcopo, eorum sententia haud certa est: proposita quippe hac quæstione in Sac. Congregatione, licet plerique Patres existimaverint, *procuracionem non deberi*; omnes tamen dixerunt, *articulum esse iterum proponendum, ac videndum de veritate communis opinionis*, referente Fagnan. in cap. *Venerabili n. 42. de censib.*; nec postea controversiam diremptam fuisse elicitur ex Folio ipsius Sac. Congregationis in Fanen. *Procuracionis 24. Augusti 1743. §. Pluries*. Rem itaque adhuc integram dicit idem Defensor, et ex ra-

tionum pondere judicandum. Jam vero Episcopis sacram visitationem obeuntibus exhibenda esse victualia ab omnibus Beneficiis, Locisque piis sacrae visitationi obnoxii adeo explorati juris est, ut illud onus ipsi cohæreat visitationi, *Fagn. loc. cit. n. 5., et Sac. Cong. in Civitatis Plebis Procurationis 19. Aprilis 1823. §. Cohæret.*, nullaque adversus procuraciones ab una, alterave Ecclesia induci possit præscriptio, *Pirhing. lib. 2. Decret. tit. 26., et Sac. Congreg. in eadem Civitatis Plebis Procurationis, et in Nursina Procurationis 20. Martii 1824.*

Neque Hospitalia exemptionem a præstandis procurationibus sibi vindicare queunt *ex Clem. Quia contingit. De relig. domib.*, qua cautum est, ut eorum redditus in ægrotantium, pauperumque levamen, non vero in alios usus erogentur: quemadmodum enim per eam non prohibetur, ex redditibus Hospitalium illud detrahi, quod in ædium manutentionem, ac ministrorum stipendium impendendum est; ita similiter Hospitalia a procuratione pendenda, quam inter necessarios sumptus recensere oportet, non declarantur immunia. Addendum in themate, quod Meldulæ Nosocomium annexam habet Ecclesiam cum turri campanaria; quo in casu Hospitalia a victualium exhibitione haud eximi tradunt *Bellet. disquisit. clerical. part. 1. de cleric. debit. n. 11., Riccius in prax. verb. Procuratio. resol. 15. n. 3., Ventrigl. prax. verb. notab. annot. 24. §. 2. n. 15.*, quodque procurationem in antea visitationibus solvere consuevit, nisi ex Vaticani Capituli, aut Visitorum placito exemptum fuerit: hanc vero observantiam plurimi faciendam docet *Rota in recent. part. 13. decis. 520. n. 10., cor. Molin. decis. 782. num. 22., et cor. Olivatio decis. 469. num. 3.*

Capitula quoque a R. P. D. Benigni in sacra visitatione pro recta Nosocomii administratione condita executioni omnino mandanda sunt. Episcopi enim, aliique Ordinarii in Sacra Visitatione sive Ecclesiarum, sive Hospitalium, quorum cura ad laicos pertineat, *jus, et potestatem habent, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, et exequendi juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex*

*pru-*



prudentialia sua pro subditorum emendatione, ac Diocesis suae utilitate necessaria videbuntur, Trid. Synodus sess. 24. cap. 10. de reform. Quocirca Visitatori jus est vetera corrigere Statuta, novaque conficere, ea, quae ad bonum Locorum piorum regimen, et fidelem administrationem conducunt, statuere, caeteraque ordinare, quae ipsi visa fuerint expedire, *Fagnan. in cap. 5., et 4. de relig. dom., Barbos. Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 4. num. 26., et Sac. Congreg. in Liparien. Exemptionis Hospitalis 9. Maji 1750., in Vasionen. Jurisdictionis 11. Augusti 1755.*

Præsul itaque Benigni facultate, qua Visitatores ad tramites sacrorum canonum donantur, usus est, dum, Nosocomium Meldulae sacra visitatione lustrans, nova condidit Capitula, praesertim quia a vetustis paulum discrepant, ac nihil aliud per ea quaeritur, quam ut recte Hospitalis administrationi prospectum sit, et ampla illa Officialium licentia, quae in rebus Loci pii gerendis ex transacti temporis calamitate admodum invaluerat, certis limitibus coerceatur. Accedit, quod Vaticanum Capitulum superiori ævo plenam in Nosocomium consuevit exercere potestatem. Testatur quippe historicus libellus anno 1662. typis excusus, quod Nosocomium SSi Crucifixi post Sacrosanctae Tridentinae Synodi promulgationem *sempre seguitamente per la vigilanza dell' Illmo. Capitolo di S. Pietro, e Rmi Vicarii loro è stato giusta, e saggiamente governato*: testantur Acta sacrarum visitationum, aliaque monumenta, quod Visitatores, a Vaticano Capitulo constituti, Congregationem administrationi Hospitalis praeposuerint, novas leges jusserint ab Officialibus adamussim observandas, veterum Statutorum revisionem, ac reformationem prudentiae, et auctoritati commiserint Vicarii Generalis, pluraque alia pro recta Hospitalis administratione statuerint. Caetera fuse habent. Eñi Patres in Allegationibus utrinque distributis, ut desinire valeant

## Dubia

- I. *An, et quomodo Vicario Generali competat habitatio in cubiculis Hospitalis, et decretum Sacrae Visitationis sit exequendum in casu etc.*

- II. *An sit solvenda procuratio, aut potius sit locus restitutioni in casu etc.*
- III. *An, et quomodo decretum Sacræ Visitationis diei 14. Octobris 1818. sit exequendum in casu etc.*
- Ad I. Affirmative, ad formam tamen declarationis Ordinarii diei 22. Augusti 1824.
- Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.
- Ad III. Dilata, et expectetur relatio novæ Visitationis.

Sess. 24. cap. 13.  
de reform.

**F**ULGINATEN. FONTIS BAPTISMALIS. Proposita fuit hæc causa in Comitibus diei 20. Novembris 1824; prodiitque responsum: *Iterum proponatur.* Denuo hujus Sacri Ordinis judicio in Congregatione diei 16. superioris mensis Aprilis subjecta quæstione, Emi Patres, dilationem flagitantibus Patribus Ordinis S. Francisci Minoribus Conventualibus, rescribendum censuerunt: *Dilata ad sequentem.* Rursus itaque partes monui, ut jura sua coram S. Congregatione deducerent; sed cum nihil mihi hactenus exhibuerint, ideo EE. VV. resumptis præfato folio diei 20. Novembris, et Allegationibus ab utraque parte tunc distributis, dirimere dignentur

#### Dubia

- I. *An constet de matricitate, seu majoritate Collegiatarum in casu etc.*
- II. *An constet de jure privato Fontis Baptismalis favore Collegiatarum in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit servandum rescriptum Sacræ Congregationis in casu etc.*
- Ad I. Constare de majoritate.
- Ad II. Affirmative.
- Ad III. Consulendum SSmo pro concessione Fontis juxta votum Episcopi, addita lege assistentiæ Parochi S. Andræ benedictioni Fontis in Collegiatis, et ad mentem.

Quæ sequuntur quatuor Causæ pertinent ad Fo-  
lium præteritæ Congregationis.

## RECANATEN.

Dubia

- I. *An quoad erectionem tertiæ Paroeciæ sit stan-  
dum, vel recedendum a decisis in casu etc.*
  - II. *An, et quomodo sit providendum pro dimissio-  
ne æris alieni in casu etc.*
  - III. *An, et quomodo sit locus augmento congruæ  
Parochorum S. Crucis, et S. Petri in casu etc.*
- Ad I. Dilata usque ad integram dimissionem æris  
alieni.
- Ad II. Affirmative ex superextantibus redditibus ope-  
ris pii Cruciani.
- Ad III. Negative.

*Sess. 7. cap. 5. et  
7., sess. 21. cap.  
4., et sess. 24.  
cap. 13. de re-  
form.*

## SURRENTINA PROCESSIONUM.

Dubium

- An Clerus Anacapritanus teneatur interesse divinis  
officiis, et processionibus tam in accessu, quam  
in recessu in festis SSñi Corporis Christi, et  
S. Constantii, quæ sunt a Capitulo Collegiæ Ec-  
clesiæ Caprearum in casu etc.*
- Non proposita cum sequentibus.

*Sess. 21. cap. 8.  
de reform.*

Sess. 24. Cap.  
24. de reform.

**F**OROLIVIEN. ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIO-  
NIS

Dubia

- I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*
- II. *An sit consulendum SS<sup>m</sup>o pro absolutione quoad præteritum in casu etc.*

Sess. 21. Cap.  
7., et sess. 24.  
Cap. 13. de re-  
form.

**F**ERENTINA PENSIONIS, ET REPARATIONIS  
ECCLESIAE

Dubia

- I. *An tollenda, vel reducenda sit pensio in casu etc.*
- II. *An Parochus elapso decennio teneatur persolvere fructus usque ad census extinctionem in casu etc.*
- III. *An post decennium præter fructus census aliqua Pa- rochus gravandus sit pensione pro Ecclesiae fabrica, et census extinctione in casu etc.*
- IV. *An, et quomodo providendum sit pro fabrica com- plenda, et extinguendo censu in casu etc.*

**S**IPONTINA DISMEMBRATIONIS PAROECIÆ=Unica in Oppido Vici Sipontinæ Archidiœceseos extabat Paroecia, cujus animarum cura penes Archipresbyterum erat Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cælum Assumptæ: cumque ad eandem Paroeciam in extrema Oppidi regione sitam, Parochianis oppositam partem incolentibus longinquus, ac difficilis, hyemali præsertim tempore, pateret aditus; Ecclesia vero universum populum, qui ultra numerum sex millium jam creverat, dum sacræ functiones peragebantur, capere non posset; pia mulier Euphrosina de Fine, congruam dotem pro alterius Paroeciæ erectione obtulit. Neapolitanam ditionem exteræ copiæ tunc occupaverant; hinc ab eo, qui rerum tenebat summam, petiit Euphrosina, ut in Ecclesia S. Dominici, ante Regularium expulsionem Patribus Ordinis Prædicatorum concredita, Paroeciam sub titulo SS. Petri, et Pauli erigi sineret, utque ad illam transferrentur sex Capellanix a Petro de Fine in Ecclesia S. Petri extra moenia fundatæ, illisque duæ aliæ adderentur Capellanix, imposito Capellanis onere suppetias ferendi novo Parocho in cura animarum gerenda, ac in utraque Ecclesia Sacra faciendi.

Vicarius Capitularis Sipontinæ Diœcesis, cui Euphrosinæ preces fuerant ablegatæ, audito Petro Masella Vicario Foraneo Oppidi Vici, et Collegiatæ S. Mariæ Archipresbytero, retulit Ministro, quem nuncupabant *Cultus*, *che la va Parocchia dovrebbe essere assolutamente soccorsa le della principale oggi esistente, e non già indipendente*, transmisitque una copia legale della dichiarazione autentica fatta dalla Signora Eufrosina de Fine, donde apparisce, che essa si contenta, chè la Chiesa di S. Domenico di colà sia eretta in Coadjutrice della Parrocchia principale. Aliam dein Euphrosina Ministro Cultus porrexit libellum, quo suam pandidit voluntatem pro fundatione di una vera Parrocchia distinta dall'altra già esistente, seque deceptam dixit, consensum præstitisse erectioni Paroeciæ Coadjutricis. Nihilominus die 24. Junii 1813. laica potestas decrevit: *La Chiesa dei soppressi Domenicani di*  
Vi-

*Vico . . . è destinata per Coadjutrice della Parrocchia dello stesso Comune .*

Verum Archipresbyter Collegiatæ S. Mariæ , a Vicario Capitulari delegatus , quamvis die 7. Decembris 1813. publicis confectis tabulis bona receperit ab Euphrosina per la fondazione di detta Parrocchia ausiliatrice ; Canonium tamen Cajetanum Masella ab ipsa Fundatrice nominatum in novæ Parocciæ possessionem immitens verbis usus est , quæ erectionem Parocciæ independentis præseferunt , peculiaremque , ac distinctum ei assignavit pascendum populum . Jurgia hinc , et lites exarserunt inter Capitulum Collegiatæ , et Parochum Coadjutorem super jurisdictione , et præeminentiis , quibus finem imponere cupiens Vicarius Capitularis anno 1816. Ecclesiam S. Dominici Coadjutricem , et a Collegiata dependentem declaravit , ac quasdam præscripsit regulas in exercitio curæ animarum a Parocho Coadjutore servandas . Evectus autem ad Sipontinam Sedem hodiernus Archiepiscopus die 5. Septembris 1818. rogatu ejusdem Canonici Cajetani hoc edidit decretum „ Nos novæ Parocciæ necessitatem in Terra Vici rite , juridice agnoscentes , „ ob incolentium extremam partem dictæ Terræ difficultatem ad Ecclesiam matricem accedendi , nec „ non ob periculum fidelium ex hac vita decedentium „ sine Sacramentis , partibus auditis , nec non R. Archipresbytero , prædictam Ecclesiam , retribus „ auctam , in Coadjutoriam , jurisdictionem parochialem segregatam habentem , erigimus , instituimus , „ confirmamus „ . Novam quoque memorato Canonico Cajetano , prævio examine super scientia , et moribus , canonicam institutionem , ac realem possessionem Coadjutoria impertivit .

Consequentibus vero Canonicis Collegiatæ , in actu sacræ Visitationis die 26. Septembris 1818. sententiam subscripsit Archiepiscopus , qua statuit = 1. *Che la Chiesa di S. Domenico resti sotto il titolo di Coadjutrice, ed il Coadjutore sarà eletto per formale concorso .* 2. *Che la Chiesa Collegiata di Vico rimane matrice .* 3. *Che la Chiesa Coadjutrice suddetta nell' essere di aiuto al Parroco abbia una spirituale giurisdizione separata nei termini seguenti , cioè dal Borgo del Pur-*

gatorio fino al Carmine, esclusa la contrada di S. Marco, che gli era stata assegnata. Modum item prætinivit in exercitio spiritualis jurisdictionis custodiendum. Obstitit huic sententiæ Capitulum, ac primo nullitates, et gravamina ad Curiam Archiepiscopalem detulit; dein, scilicet die 20. Februarii 1819., ad Sedem Apostolicam provocavit. Canonicis vero interpositam appellationem prosequi cunctantibus, Coadjutor Masella hanc adiit S. Congregationem, ut ipsis terminus præfigeretur ad deducenda jura sua eorundem Sac. Congregatione. Rogatus Archiepiscopus de informatione, et voto, confirmat ea, quæ hactenus narraui, animique sui sensum aperiens ait „ che l' antica Parrocchia di Vico, essendo situata sull' „ estremo di quell' abitato, di non poco giovamento „ può riuscire agli spirituali bisogni della popolazione „ la Chiesa soccorsale dei SS. Apostoli Pietro, e Paolo. Soggiungo per quiete di mia coscienza, esser „ necessarissima la suddetta Coadjutoria, la quale per „ l' aumento della popolazione, e la convenevole distanza, merita d' esser in tutti li modi sostenuta „

Coadjutoris Masella Defensor omnia, quæ a laica potestate gesta sunt quoad Parœciæ SS. Petri, et Pauli erectionem, irrita esse non dissitetur; attamen contendit, Archiepiscopi decreto anni 1818. eandem erectionem suis stare viribus. Etenim Tridentina Synodus Sess. 21. Cap. 4. de Reformat. Episcopis facultatem tribuit novas Parœcias, etiam invitis antiquarum Rectoribus, erigendi, si Parochiani ad antiquam Parœciam ob locorum distantiam, sive difficultatem sine magno incommodo accedere nequeant. Cunque hujusmodi distantie, et difficultatis limites sacri Canonibus non prætiniverint, ab Episcopi arbitrio pendere judicium de iisdem reddendum tradunt Fagnan. in Cap. Ad audientiam num. 18. De Eccles. edific. , Pignat. consult. 220. num. 5. tom. 4. Utramque intercessisse et difficultatis, et distantie causam ad novam Parœciam erigendam, nedum constare ait ex indicato Decreto Archiepiscopi, qui novæ Parœciæ necessitatem agnoscens ob incolentium extremam partem dictæ Terræ difficultatem ad Ecclesiam multicam accedendi, nec non ob periculum fidelium ex hac vita

*decedentium sine Sacramentis, Ecclesiam S. Dominici in Coadjutoriam, jurisdictionem parochialem segregatam habentem erexit, et confirmavit; sed etiam ex Euphrosinæ precibus, ex testimonio quinque supra triginta Oppidanorum, affirmantium; plures extremam Terræ partem inhabitantes e vita sine Sacramentis migrasse per non essere stati in tempo souvenuti, e ciò è accaduto per le copiose pioggie, e lunghe ed ostinate nevi, che ne' nostri luoghi sono spessissime . . . . ed alle volte per essere molto lunga la penosa via, che conduce a detti Borghi; denique ex Perito metatore fidem perhibente qualmente gli abitanti del Borgo nuovo . . . . dovendosi portare nella Chiesa matrice, devono attraversare una vallata, la quale in tempo d' inverno per le acque, e per le nevi si rende quasi impraticabile.* Archiepiscopi autem decreto opponi minime posse autumat defectum interpellationis Canonorum S. Mariæ; siquidem animarum cura penes Archipresbyterum residet, ideoque Canonicis jus non erat, ut audirentur.

Neque tantummodo legitime erectam, verum etiam liberam, ac independentem esse Coadjutoris Defensor suadere nititur Parœciam SS. Petri, et Pauli. Euphrosina enim erectionem petiit *di una nuova Parrocchia*, et quamvis postea circumventa consensum præbuerit pro Parœcia Coadjutrice; nihilominus detecto dolo alium dedit libellum, quo suam significavit voluntatem, ut *nova Parœcia sia indipendente, e non una semplice coadjutrice*. Voluntati fundatricis concinit Archiepiscopi decretum, quo Ecclesia S. Dominici erecta fuit in Coadjutoriam *jurisdictionem separatam habentem*: quin obisit, Archiepiscopum in eodem decreto confirmasse erectionem Parochiæ in Coadjutricem, sub militari imperio jam expletam; Archiepiscopus enim, tempori inserviens, maluit Parœciæ erectionem utilem, imo et necessariam confirmare, quam irritum decernere, quidquid a laica potestate gestum fuerat. Verum cum laicæ potestatis decretum ob defectum jurisdictionis omnino irritum fuerit, tantum roboris habere debet, quantum ei ab Ecclesiastica confirmatione tributum fuit. Archiepiscopus autem probavit quidem



dem Paroeciæ Coadjutricis erectionem, sed eidem tribuit jurisdictionem parochialem segregatam, ac proinde a Matrice omnino independentem eam esse voluit.

Inde vero infert Coadjutoris Defensor, Archiepiscopi sententiam in sacra visitatione editam esse confirmandam. In ea enim ad tramites decreti erectionis 5. Septembris 1818., a quo numquam provocarunt Canonici, quæ jura ad Ecclesiam SS. Petri, et Pauli, quæque ad Collegiatam pertineant, solummodo declarantur. Imo, pergit, si quid contra sacros Canones peccatum videretur in novæ Paroeciæ erectione, SSmo foret consulendum, ut ex plenitudine suæ potestatis omnia ab Archiepiscopo gesta confirmaret; quoniam propter distantiam, et difficultatem adeundi Ecclesiam matricem, ac propter populi auctum numerum, per Vicarium Curatum Oppidanorum commodo, utilitatique satisfieri nequit.

Contendit quoque, Coadjutorem cum octo Cappellanis Ecclesiæ SS. Petri, et Pauli distinctum, separatumque a Clero Ecclesiæ matricis constituere corpus, ita ut erectio distinctæ Crucis in processionibus, et in cadaveribus associandis, aliaque eisdem competant ecclesiastici corporis attributa. Si enim Capellani, antequam in Ecclesiam S. Dominici transferrentur, Crucem erigebant, quin Archipresbyter Collegiæ ullam excitaverit querelam; eo magis nunc Coadjutori, et Capellanis fas est peculiarem extolliere Crucem. Et sane ex erectione Paroeciæ SS. Petri, et Pauli separatam a Parochia matrici habentis jurisdictionem sequitur, Coadjutorem, et Capellanos separatum efficere Clerum, et a Clero matricis Ecclesiæ omnino distinctum; ac propterea ipsis ea concedenda esse jura, quæ ex disciplina Ecclesiæ corporibus ecclesiasticis conveniunt. Crucis autem erectio, utpote signum dignitatis, et jurisdictionis, *Clement. Archiepiscopo. De privil., Pignat. consult. 73. n.1. tom.8.*, non est deneganda Coadjutori Massella, qui jurisdictione pollet in sua Paroecia, separatumque habet territorium.

Neque jus propriam erigendi Crucem destruere potest matricitas Collegiæ S. Mariæ; nam in funeribus Crux erigi debet illius Ecclesiæ ad quam defunctus defertur,

ut declaravit S. R. Congregatio in Baren. 2. Augusti 1631., et in Messanen. 12. Februarii 1635., docetque Pignat. consult. 58. num. 13. tom. 6. In processionibus vero quemlibet Clerum suam erigere posse Crucem, et sub ea incedere, tradunt S. R. Congregatio in Senogallien. 29. Novembris 1632., et Pignat. consult. 58. num. 12. tom. 6. Confirmari ergo meretur præfata Archiepiscopi sententia, qua statutum fuit: *nel caso, che intervengano (funeribus) i Capellani di S. Domenico, possano erigere la loro Croce particolare; come pure nelle processioni, ed in tal caso precederanno la Croce del Capitolo.*

Verum Collegiatae Defensor erectionem Ecclesiae S. Dominici in coadjutricem servandam esse dicit, non vero liberam, ac independentem declarandam. Quamquam enim Euphrosina de Fine liberam fundare Parochiam rogaverit; postea tamen amplissimum præstitit consensum, ut Ecclesia S. Dominici erigeretur in *Coadjutrice della Parrocchia principale*, et bona tradidit pro *fundatione di una Parrocchia ausiliatrice della Parrocchia principale*. Neminem latet, foundationis leges esse religiose servandas, *Vivian. de jurepatr. part. 2. cap. 6. num. 17.*, *Rota in recent. part. 9. Decis. 114. num. 31.*, et *part. 17. Decis. 346. num. 12.* Foundationem autem nullitatis vitio laborare negat, quia etiamsi laica potestas erectionem Coadjutoriae mandaverit; nihilominus Vicarius Capitularis eandem erectionem suavit, leges dedit, quibus Coadjutoria subesse deberet, fundos ab Euphrosina accepto habuit, atque canonicam institutionem tribuit Cajetano Masella: erectio proinde Paroeciae in Coadjutricem matricis, utpote ab ecclesiastica potestate profecta, viribus suis pollere debet.

Independens vero a matrice Ecclesia minime evasit Coadjutoria SS. Petri, et Pauli propter Decretum anno 1818. ab Archiepiscopo latum, in quo antiquæ potius erectionis confirmationem, quam novam erectionem contineri suadent preces a Coadjutore Masella oblatæ *de confirmatione Coadjutoriae*, atque illa decreti verba: *prædictam Ecclesiam in coadjutoriam . . . . eriginus instituimus, et confirmamus.* Eisdem itaque foundationis legibus, ac regulis, quibus

antea Coadjutoria obstringebatur , post confirmatio-  
nem subesse oportet ; quandoquidem confirmatio ad  
illud non extenditur , quod in litteris confirmatis non  
includitur , *Rota cor. Buralto decis. 170. num. 15. , et  
in recent. part. 12. decis. 24. num. 22. , et part. 14. de-  
cis. 525. num. 11.* Quod si uti nova Parœciæ erectio ha-  
beatur , cum Parœciarum dismembratio fieri prohi-  
beatur , nisi necessitatis causa intercedente , auditis  
Parocho , populo , et aliis quorum interest , cæteris-  
que servatis solemnibus , atque hæc omnia in erectione  
Parœciæ SS. Petri , et Pauli desiderentur ; patet , Ar-  
chiepiscopi decretum nullitatis vitio esse infectum ,  
ideoque erectionem ejusdem Parœchiæ in coadjutri-  
cem , et a Collegiata dependentem servandam esse ,  
quemadmodum in Coadjutricem , si nunc primum  
de ejus erectione quæreretur , foret erigenda .

Enim vero a Parœciarum dismembratione , quæ anima-  
rum utilitati , et divini cultus splendori detrimentum  
affert , Ecclesia semper abhorruit , *Card. de Luca de  
Paroch. disc. 34. num. 4. , adeo ut Alexander III. in  
Cap. Ad audientiam . De edific. Eccles. , ac Tridenti-  
na Synodus Sess. 21. cap. 4 de reform. vetuverint , ne Pa-  
rœciarum fieret dismembratio , nisi ea occurreret lo-  
corum distantia , sive difficultas , qua Parochiani sine  
magno incommodo ad antiquam Ecclesiam accedere  
prohibeantur . Quamobrem novæ Parœchiæ erectioni  
non est locus , neque si fideiium numerus ita creve-  
rit , ut unus Parochus Sacramentis ministrandis , sa-  
crisque functionibus peragendis non sufficiat , quo-  
niam hoc casu alios Sacerdotes sibi adjungere est co-  
gendus , *Trid. Synodus loc. cit. ; neque ubi locorum  
distantiæ , aut difficultati consuli queat per Ecclesias  
Coadjutrices , et per Capellanos , qui in eisdem moram  
ducant , Sacramenta ministrent , sacrisque operentur ,  
Card. de Luca loc. cit. disc. 42. num. 3. , et in Annot.  
ad Concil. Trid. disc. 16. num. 5. , Rota in Comen. Dis-  
membrationis 22. Junii 1648. cor. Corrado ; sed tunc  
solum , quando ob magnam viarum distantiam , iti-  
nerisve difficultatem aliter spirituali fidelium saluti  
prospici nequeat , quam per dismembrationem antiquæ  
Parœciæ , alteriusque erectionem , *Rota in recent. part.  
10. decis. 224. num. 4. , et part. 19. decis. 578. num. 1. .  
et 5.***

Nullam in themate dismembrationis, alteriusque Parœ-  
 ciæ erectionis causam suppeditat, aut distantia, aut  
 difficultas; siquidem Parochiani omnes in eodem Op-  
 pido commorantur, atque ex testimonio publicorum  
 Peritorum, et novem super triginta Civium constat,  
 populum oppositam Oppidi regionem incolentem quâr-  
 ta circiter milliarii parte a matrice Ecclesia distare,  
*e che le strade, le quali specialmente dalla Coadjutri-  
 ce, e Borgo nuovo conducono alla Chiesa matrice, so-  
 no le migliori del paese, e comodissime . . . . anche in  
 qualunque occorrenza di neve, o di pioggia nella sta-  
 gione d' inverno: Si qua demum esset viarum distan-  
 tia, aut difficultas, populi commodo consuli potest per  
 Ecclesiam S. Dominici in Coadjutricem, et a matrice  
 Ecclesia dependentem jam legitime erectam, quin ad-  
 versus foundationis legem, et Sacrorum Canonum di-  
 sciplinam in Parœciam separatum habentem territorium  
 erigatur. Revera testantur iidem Cives, che un solo  
 Economo è stato sempre, ed in ogni tempo sufficiente  
 pel trasporto, e debita amministrazione de' Sacramen-  
 ti agl' infermi di tutto l' abitato . . . . per cui niuno  
 della popolazione ebbe mai motivo di lagnarsi della po-  
 ca assistenza. Accedit, quod dismembratio pristinum  
 splendorem, ac dignitatem Ecclesiæ matriçi detrahe-  
 ret, damnumque in eam redundaret. Plures reapse  
 vacant Canonicales præbendæ, et ob hujusmodi con-  
 troversiam renuunt Presbyteri se Collegiætæ adscribere.  
 Itaque concludit ejusdem Collegiætæ Defensor, servan-  
 dam esse erectionem Ecclesiæ S. Dominici in Coadju-  
 tricem, infirmamque Archiepiscopi sententiam.*  
 Negat autem, Coadjutorem, et Capellanos SS. Petri, et  
 Pauli distinctum; separatumque corpus a Clero Colle-  
 giætæ constituere, ideoque ipsis erectionem distinctæ  
 Crucis, ac attributa corporis ecclesiastici competere.  
 Cum enim Ecclesia S. Dominici sit tantummodo, ut  
 ipse censet, Collegiætæ S. Mariæ Coadjutrix, Capella-  
 ni, et Coadjutor unum, idemque corpus constituunt  
 cum Ecclesia matrice, et juribus non gaudent ad cor-  
 pus Ecclesiasticum pertinentibus, *Card. de Luca de  
 Paroch. discours. 53. num. 6., Rota in recent. part. 1.  
 decis. 272. num. 1., et part. 5. decis. 577. num. 20. Nec  
 jura distincti corporis sibi vindicare posse arbitratur*

Capellanos, utpote Congregationi in Ecclesia SS. Petri, et Pauli extra moenia erectæ addictos; præterquam enim hujusmodi Congregatio, ecclesiasticæ potestatis approbatione destituta, juribus non potitur ad ecclesiastica corpora spectantibus: accedit, quod Capellani non propriam, sed Congregationis laicalis Crucem erigebant; nunc autem cum translati fuerint in Ecclesiam S. Dominici, privilegiis Congregationis laicalis frui nequeunt,

Reliqua susinus deproment Eñi Patres ex allegationibus utrinque distributis, ut definire possint.

## Dubia

- I. *An sit servanda erectio Ecclesie S. Dominici in Coadjutricem, seu potius sit declaranda libera Parochialis, et pro hujusmodi effectu, an, et quomodo sententia Archiepiscopi sit confirmanda, vel infirmanda in casu etc.*
- II. *An Coadjutor, et Capellani Congregationis laicalis SS. Apostolorum Petri, et Pauli, translati ad Ecclesiam Coadjutricem S. Dominici, cum duobus Capellanis adjunctis distinctum, separatimque corpus constituent a Clero Ecclesie matricis illius Oppidi, ita ut erectio distincte Crucis, aliaque attributa corporis ecclesiastici eisdem competant in casu etc.*

**F**AVENTINA ALIENATIONIS. Angelus Emiliani Rector Parochialis Ecclesie S. Mariæ in Merlaschio Diocesis Faventinæ elapso anno huic Sac. Congregationi exposuerat, sex terrulas ad suam Ecclesiam pertinentes, quarum pretium in scutis 1800. 08. Periti statuerunt, inter se dissitas esse, ac fructus admodum tenues ferre. Addiderat, Antonium Zambrini, et Marcum Magnani, qui fundos Ecclesie terrulis adjacentes possident, pro illis obtulisse scuta 2115. 04., et veniam easdem alienandi imploraverat. Quia tamen Antonius oblationi conditionem adjecerat numerandi suam pretii partem in quinque distinctis ratis, ac interea solvendi fructus compensatives scutorum quinque in singula centum, rescriptum fuit „ Quoad oblationem Antonii Zambrini non constare de evidenti

Sess. 25. cap. 5.  
de Reform.

„ uti-

„ utilitate ob modum solvendi pretium ; proptereaque  
 „ scribatur Episcopo , qui curet vel reformari mo-  
 „ dum solutionis pretii , vel affigi nova Edicta ad in-  
 „ veniendos meliores oblatores , et de resultantibus  
 „ certioret , et tunc ratio habeatur super oblatione  
 „ Marci Magnani „ .

Preces instaurat Parochus Emiliani exponens ; *iniri posse contractum , cui nec ulla subesset quoad solutionem suspicio , utilitati vero Ecclesiae egregie consulere-  
 tur .* Summam contractus ita refert , suamque sententiam aperit Faventinus Episcopus . „ Venditorem nactus est  
 „ Orator Emilianus fundi cujusdam , cujus redditus ,  
 „ juxta Peritorum aestimationem , et judicium , longe  
 „ excedit redditum hactenus perceptum , et percipien-  
 „ dum in posterum abs fundo Ecclesiae , de cujus ven-  
 „ ditione actum in precibus ; ea autem adjecta emptio-  
 „ ni propositae conditione , ut pro fundo hoc ipso pre-  
 „ tium persolvatur illud ipsum , quod pro fundo Ec-  
 „ clesiae sese persoluturos receperunt Zambrinius , et  
 „ Magnanius pro sua quisque parte ; atque adeo fundi  
 „ ab Ecclesia divenditi possessio dictis emptoribus li-  
 „ bere cedat , pretium autem , de quo jam conventum  
 „ est , libere item cedat fundi illius , quem Rector Ec-  
 „ clesiae emit , venditori ; idque eo etiam commodius ,  
 „ quod de hujusmodi conditione utrinque convenit ,  
 „ annuentibus ultro , et venditore fundi , quem acqui-  
 „ rit Ecclesia , et emptoribus fundorum , quos Zam-  
 „ brinius , et Magnanius ab Ecclesia acquirunt , pacta ,  
 „ quam innuimus , solutionis conditione „ .

„ Ita porro neque ullus , quoad solutionem , suspitioni  
 „ locus , et explorata prorsus utilitas Ecclesiae obven-  
 „ tura , quae cum plane constet , spes est , contractum  
 „ suprema auctoritate sancendum , quod enixis pre-  
 „ cibus oro , obtestorque „ .

Inter causas , ob quas legitime Ecclesiae bona alienantur , manifesta utilitas accensetur juxta Canonem *Sine excep-  
 tione 12. q. 2. , et Cap. Ut super. 8. §. final. de reb. Ec-  
 cles. non alien. ,* in quo haec leguntur „ Possessiones  
 „ vero , quae Ecclesiae tuae minus sunt utiles , pro  
 „ aliis utilioribus . . . alienandi , seu commutandi  
 „ liberam concedimus facultatem „ Utilitas tamen ita  
 „ debet esse manifesta , ut conditio Ecclesiae patenter me-  
 „ lior

lior fiat, et locupletior, *Barbos. Jur. Eccl. lib.3. cap.30. num.15*, *Rota Diversor. part. 5. decis 65. num. 48.*, et *decis. 367. num. 5.*, et 7., utque ipsomet alienationis tempore Ecclesia locupletatur juxta constantem praxim, quam servat hæc Sac. Congregatio, et de qua in *Bononien. Beneplaciti 28. Martii 1744.*, in *Celsonen. seu Urgellen. Beneplaciti 18. Novembris 1752.*, in *Maceraten. Beneplaciti 28. Augusti 1780.*, et in *Ravennaten. Legati 25. Aprilis 1789.*

Prædium, quod pro sua Ecclesia Parochus Emiliani emere satagit, Peritorum æstimatione, et judicio longe excedit redditum hactenus perceptum, et in posterum percipiendum a sex terrulis ad Ecclesiam pertinentibus. Adest igitur manifesta utilitas, et Ecclesia tempore alienationis maximum lucrum capiet. Ratio autem, ob quam prius Oratoris preces rejici meruerunt, ea fuit, quod non constaret de evidenti Ecclesie utilitate, ob modum solutionis ab Antonio Zambrini propositum, Parochus enim utilem fundum pro Ecclesia emere vix unquam potuisset, nisi integram pecunie summam in promptu habuisset. Evanescit autem hujusmodi difficultas, cum Orator fundi venditores sit nactus, qui pecunie summam, idest sc. 2115.04. ab Antonio Zambrini, et Marco Magnani accipient, et conditionem ratatim solvendi a Zambrinio propositam admittent.

Suadent hæc probandum esse contractum pro Ecclesia ineundum: verum ex Peritorum relationibus apparet de fundo agi, quem publica via intersecat, et duo terrarum frustula a reliquo agro separat, et in quo Domus colonica deest, quam tamen se ædificaturos, et *scuta 150.* erogaturos spondent venditores Petrus, et Sacerdos Nicolaus fratres Rossini. Videant itaque Eñi PP., an ante expletam domus constructionem dicendum sit de Ecclesie utilitate constare; vel certe an providendum sit, ne constructio nimium retardetur, et ne Fratres Rossini ante absolutam ædificationem exigere integrum pretium possint. Perpendant quoque, Fundum domo auctum ad artis regulas constructa æstimatum a Peritis fuisse *scutis 2400.*; quamobrem pretio terrularum in *scutis 2115.04.* addenda erunt a Parocho Emiliani alia *scuta 284.96.*, quæ tamen in tot censibus



ad Ecclesiam spectantibus accipere, Fratres Rossini non detrectant. Igitur si contractum approbare placeat, venia quoque transferendi census ad pretium æquandum erit indulgenda: quare proponitur

Dubium

*An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione contractus in casu etc.*

*Sess. 25. de Reformat. Cap. 13.*

**A** RIMINEN. JURIS TUMULANDI, ET FUNERIS.

Decessit die 1. Maji 1824. Petrus Barilari Ariminensis vigesimum ætatis suæ annum agens, et immaturam filii mortem lugens Paulus ejus Pater, funebrem pompam in propria Parœcia S. Agnetis explendam; Cadaver autem, impetrata a Vicario Apostolico venia ope rescripti *si seppellisca in Chiesa*, transferendum ad Ecclesiam S. Bernardini PP. Minorum Observantium, ibique tumulandum curavit. Inopinato deinde jussu prædicti Vicarii Apostolici, medietatem ceræ, et emolumentorum Funeris ad tumulantem Ecclesiam, sive ad memoratos Cœnobitas mittere debuit Archipresbyter Cajetanus Frioli Parochus S. Agnetis, qui mandatis Ordinarii promptissime obtemperans, opportunam protestationem ad Parochialia jura sarta tecta servanda emisit, ac supplicem porrexit libellum huic Sac. Congregationi, quo eorumdem jurium vigore omnium restitutionem implorat.

Preces remisi novo Ariminensi Episcopo pro *Informatione, et voto, audito præsertim Præfecto Conventus S. Bernardini, ut referret, utrum defunctus sepulturam elegerit, vel sepulchrum adsit gentilitium*; ipse vero ita respondit „ Paulus Barilari de filii sui immatura morte mœrens, obtinuit ab Archiepiscopo An-  
cyrano Vicario Apostolico, ut in Ecclesia aliqua de-  
poneretur, et ex devotione elegit Ecclesiam S. Ber-  
nar-



„ nardini Minorum Observantium, in qua nullum Fa-  
 „ miliae suae sepulchrum gentilitium extabat. Praeses  
 „ Religiosae Communitatis petiit medietatem om-  
 „ nium emolumentorum ex pompa Funeris prove-  
 „ nientium, innixus legibus Synodalibus Episcopi  
 „ Massa anni 1740. Ast Parochus S. Agnetis asserebat,  
 „ has leges abrogatas esse post erectionem publici Cae-  
 „ meterii, et privilegium alicui collatum nihil juva-  
 „ re contra jura Parochorum, Superioribus Ecclesia-  
 „ rum assensum praebentibus sepulturae ejus, qui fa-  
 „ vorem obtinuit. Producebat enim Statuta Syno-  
 „ di Ridolfi habitae anno 1818. affirmantis, ex quo ad  
 „ Coemeterium publicum Fidelium Cadavera deferun-  
 „ tur, e medio sublatis fuisse omnes quaestiones. Haec  
 „ autem parvi pendens Vicarius Apostolicus quaestio-  
 „ nem solvit in casu, et mandavit medietatem emo-  
 „ lumentorum tradi Minoribus Observantibus . . . .  
 „ Rescriptum pro sepultura Petri Barilari in Ecclesia  
 „ appositum fuit Schedae, qua Coemeterio publico co-  
 „ mitantur Cadavera Fidelium, nec instantia in scri-  
 „ ptis exarata fuit. Haec Episcopus, qui a pandendo  
 „ animi sui sensu abstinuit, ac tantummodo animad-  
 „ vertit, *quam maxime utile fore regulam generalem pro  
 casibus similibus praescribi.*

Jus tumulandi cadavera solummodo ad parochiales Ec-  
 clesias antiquitus pertinebat, *Can. Ecclesias. caus. 13.  
 qu. 1., Cap. Parochialis 9. De his, quae fiunt a maj.  
 part. Cap., Concil. Trid. Sess. 25. cap. 13. de reform.,  
 Ursay. Discept. Eccles. tom. 2. part. 2. discep. 30. n. 63.  
 et seq., Sac. Congr. in Ariminen. Juris tumulandi, et  
 funeris 18. Decembris 1824.* Funeris autem emolu-  
 menta non ob laborem in eo ducendo perlatum praes-  
 tantur, sed Parochis tribuuntur, ut Officio Curae, et  
 Sacramentorum administrationi incumbant, *Cap. Ex  
 parte 5. de Sepult., Barbos. de Offic., et Potest. Epi-  
 scop. part. 1. cap. 1. n. 3., Sac. Congreg. in Callien., seu  
 Urbinaten. Juris tumulandi 30. Augusti 1817. ad II.  
 Dub., Rota in Camerinen. Juris tumulandi 10. Maji  
 1790. §. 3., et 5. cor. Acciajuoli.*

Itaque de jure communi omnes Parochiani in Ecclesiis  
 Parochialibus, eorumque Coemeteriis, sepeliri non  
 tantum possunt, sed et debent, nisi probetur, quod

Defunctus vel habeat sepulchrum Majorum, vel aliam sepulturam sibi elegerit, *Cap. In nostra 10. De Sepultur.*, *Cap. Animarum 1.*, et *Cap. Is qui 3. eod. in 6.*, *Reiffenst. lib. 3. tit. 28. de sepult. n. 29.*, *Abbas in cap. Certificari n. 7.*, et *8. de sep.* Cum igitur in Ecclesia S. Bernardini nullum Familie suæ sepulchrum gentilitium habeat Petrus Barilari, nec sibimet ipse, sed ejus Pater ex devotione in eadem Ecclesia sepulturam elegerit, ejus tumulatione jura parochialia violata fuisse videntur. Tunc enim Pater recte disposuisset, quando pro se, et posteris sepulturam elegisset expresse, atque hoc casu utique Filius tumulari in sepultura Patris debuisset, *arg. cap. unaquæque 3. §. Item in nova. caus. 13. qu. 2.*, quia si posterius aliam sepulturam non eligant, in Patris electionem consentire, sicque sibi ipsis sepulturam tacite elegisse censentur, *Reiffenst. de sepult. n. 11.*

Paulum Barilari sibi elegisse sepulturam nullimode apparet; filio dumtaxat elegit, qui cum debitam haberet ætatem, nec a jure prohiberetur, illam sibi seligere potuisset, *ad Text. in Cap. nos instituta 1.*, *Cap. Fraternitatem 5.*, *cap. cum semper 8.*, *dict. Cap. in nostra 10. De sepultur.*, *Cap. Animarum 1.*, et *cap. quis 2. eod. in 6.* Nihil enim in jure exploratius, quam Filium familias, dummodo pubes sit, etiamsi non sit sui juris, posse absque consensu Patris sibi libere sepulturam eligere, *Cap. unaquæque 4. §. Exemplo caus. 13. qu. 2.*, *Cap. Licet. 4. de sep. in 6.*, quia liber est quoad jura spiritualia, inter quæ etiam jus sepulturæ recensetur, *Cap. quæsitæ 12. caus. 13. qu. 2.*; proindeque Pater nequit eligere sepulturam Filio, nisi impuberi, et hæc facultas exerceri minime potest post mortem ipsius Filii, sed ejus tantum vita durante, *Sperell. dec. 89. n. 5.*, *Ferrar. verb. Sepultura num. 104.*, *Sac. hæc Congreg. in Montis Pelusii 6. Junii 1659.*

Animadvertendum præterea ex Edictali lege lata a Sac. Congregatione Consultationis anno 1817., Fidelium Cadavera ad Cœmeterium publicum esse deferenda: Cœmeteria vero causa publicæ valetudinis subrogata fuisse singularem Ecclesiarum sepulturis. Ecclesia proinde, quæ jus habebat tumulandi in propriis sepul-

pulchris, nunc jus istud exercet in publico Cœmeterio, ideoque non sublatum jus sepeliendi fuit, sed variatus locus; quod profecto non impedit emolumentorum perceptionem, et jus peragendi exequias, *Sac. Congreg in Derthonen. 24. Martii 1821. §. In quarto. Litteris imo circularibus Sacra Congregatio prædicto anno 1817. disposuit = Restino salvi gli emolumenti Parochiali, che sono o di stabilimento, o di legittima consuetudine, sulli quali coll'enunciate providenze non intende, che sia fatta alcuna innovazione =*

Quamobrem in sua Synodo anni 1818. recte Episcopus Ariminensis Gualphardus Ridolfi monuisse videtur, post erectionem publici Cœmeterii nihil de jure tumulandi, et funeris immutatum fuisse, sed potius ex quo ad Cœmeterium publicum Fidelium Cadavera deferuntur, e medio sublatis fuisse omnes questiones. Quod si mense Februarii 1824. potestatem fecit Ordinariis Locorum SSm̄us Dominus Noster Leo XII. dispensandi in sua Diœcesi pro Cadaverum sepultura in aliqua Ecclesia; hanc potestatem ad evertenda jura parochialia nemo dixerit esse traducendam. Hinc neque cadaver Petri Barilari in Ecclesia S. Bernardini fuisse humandum, neque Cœnobitis ullam deberi emolumentorum funeris portionem esset concludendum.

Verum opponunt PP. Minores Observantes, laudabilem sepulchri sibi, suisque eligendi consuetudinem; Sacra edocente Scriptura, ab antiquis Patriarchis ortum habuisse; illaque fretum Paulum Barilari defuncto Filio sepulturam in Ecclesia S. Bernardini elegisse, et vigore facultatis locorum Ordinariis indultæ, electionem a Vicario Apostolico confirmari obtinuisse. Addunt, gratiam Summi Pontificis nec posse, nec debere in damnum tertii detorqueri, juxta commune adagium in jure receptum: in damnum vero detorqueretur Regularium, si nihil de Funere possent percipere, contra constitutiones Ecclesiasticas, et concordiam antiquitus in Civitate Arimini inter Parochos, et Regulares initam. Regulares enim sepulturam concedere, et Funera sine ullo stipendio ab Ecclesiæ legibus constituto obire tenerentur; ac insuper labentibus annis onere gravarentur subeundi expensas ad sepulchra expurganda necessarias: quæ omnia a recta ratione quam maxime abhorrent.

Igitur si in aliena Ecclesia Parochianorum cadavera tumultentur ( pergunt Cœnobitæ ) jus amittunt Parochi quoad medietatem emolumentorum Funerum , nec quidquam ultra aliam medietatem , nomine quartæ funeralis a jure concessæ , rationabiliter , ac laudabiliter se petere , et obtinere posse existiment , Urbanus VIII. *constit. 23.* , Clemens X. *Constit. Alias 58. §. 1.* , Sac. Congregatio *Conventualium quartæ funeralis 27. Martii 1577.* apud *Piton. Discept. 50. num. 46. et seqq.* Cum igitur non in Ecclesia Parochiali S. Agnētis , sed in Regularium Ecclesia tumultus fuerit Petrus Barilari , optimo jure Vicarius Apostolicus obstrinxit Parochum Frioli *ad tribuendam portionem funeris Religiosis debitam cum ex jure Canonico , tum ex conventionem jam pridem inita Parochos inter et Regulares.*

Si Petrum Barilari in Ecclesia S. Bernardini tumultandum non fuisse censeant EE. PP. omnium Funeris emolumentorum restitutio favore Archipresbyteri Frioli decernenda videtur , uti sæpe illam decrevit Sacra Congregatio Episcoporum , et Regularium , et ita in praxi servari mandavit Sacra Rituum Congregatio in *Spoletana Funerum 19 Junii 1710.* , et Sac. hæc Congreg. in *Romana Juris sepeliendi 17. Augusti 1679.* in *Æsina Juris sepeliendi 15. Decembris 1703.* , et in *Ariminen Juris Tumulandi , et Funeris 18. Decembris 1824. §. Parochis , et §. Itaque : ubi clarissimis verbis Bonifacii VIII. in cap. 1. de sepulturis in 6. jus Parochi evincitur : „ Si religiosi , „ vel Clerici ( parochianos alienos ) præsumpserint „ sepelire , ad restitutionem tam sepulcorum corporum , si petantur , quam etiam omnium , quæ occasione sepulture illorum pervenerint , quomodo „ libet ad eosdem infra decendium integraliter faciendam , ipsos obligatos esse censemus „ Quibus inhæret eadem Sac. Congregatio in *Callien. , seu Urbinate. Juris tumalandi 9. Augusti 1817. §. Si EE. PP.**

#### Dubia

- I. *An Pater legitime elegerit Filio sepulturam in casu ec.*
- II. *An , et quomodo Fratres Minor. Observant. S. Bernardini teneantur ad percepta emolumenta restituenda in casu ec.*

*Die Sabbathi 11. Junii 1825. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**URRENTINA PROCESSIONUM.**

**Dubium**

*Sess. 21. cap. 8. de reform.*

*An Clerus Anacapritanus teneatur interesse divinis officiis, et processionibus tam in accessu, quam in recessu in festis SSm̃i Corporis Christi, et S. Constantii, que fiunt a Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Caprearum in casu etc.*

Negative in omnibus.

**OROLIVIEN. ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS.**

**Dubia**

*Sess. 24. cap. 24. de reform.*

**I.** *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

**II.** *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu etc.*

**Ad I.** Affirmative ad tot Missas, quot reditus, tradito tamen fundo favore Ecclesiæ, et Episcopus curet transcriptionem.

**Ad II.** Affirmative, imposita arbitrio Episcopi aliqua prece quotidiana ad vitam Oratoris, et firma remanente obligatione compensationis in totum, vel in parte, quatenus Orator ad meliorem fortunam pervenerit, et notificetur eidem Episcopo resolutio S. Congregationis pro illius executione, et litteræ consignentur ejus Agenti.

Sess. 21. cap.  
7., et Sess. 24.  
cap. 13. de re-  
form.

## FERENTINA PENSIONIS, ET REPARATIONIS EC- CLESIAE.

### Dubia

- I. *An tollenda, vel reducenda sit pensio in casu etc.*
  - II. *An Parochus elapso decennio teneatur persolvere fructus usque ad census extinctionem in casu e.c.*
  - III. *An post decennium præter fructus census aliqua Parochus gravandus sit pensione pro Ecclesie fabrica, et census extinctione in casu etc.*
  - IV. *An, et quomodo providendum sit pro fabrica complenda, et extinguendo censu in casu etc.*
- Ad I. Negative in omnibus,  
Ad II. Affirmative.  
Ad III. Affirmative prout in sequenti.  
Ad IV. Affirmative firma remanente pensione scut.  
60. a Parocho solvenda, in reliquis juxta votum  
Episcopi, facto verbo cum SSmo.

Sess. 21. cap.  
4. de reform.

## SIPONTINA DISMEMBRATIONIS PAROECIAE.

### Dubia

- I. *An sit servanda erectio Ecclesie S. Dominici in Coadjutricem, seu potius sit declaranda libera Parochialis, et pro hujusmodi effectu, an, et quomodo sententia Archiepiscopi sit confirmanda, vel infirmanda in casu etc.*
  - II. *An Coadjutor, et Capellani Congregationis laicalis SS. Apostolorum Petri, et Pauli, translati ad Ecclesiam Coadjutricem S. Dominici, cum duobus Capellanis adjunctis distinctum, separatimque corpus constituent a Clero Ecclesie matricis illius Oppidi, ita ut erectio distinctæ Crucis, aliaque attributa corporis ecclesiastici eisdem competant in casu etc.*
- Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et sententiam Archiepiscopi esse confirmandam, facto verbo cum SSmo.  
Ad II. Affirmative.

**F**AVENTINA ALIENATIONIS.

Dubium

*Sess. 25. cap.  
5. de reform.*

*An, et quomodo sit consulendum SSmo pro appro-  
batione contractus in casu etc.*

Dilata, et scribatur Episcopo pro deputatione Peri-  
torum ex officio, qui distincte referant de valo-  
re, et annuo reddito sex terrularum præbendæ Pa-  
rochialis, et fundi fratrum Rossini, nec non de  
expensa necessaria pro constructione Domus co-  
lonicæ.

**A** Rimini. JURIS TUMULANDI, ET FUNERIS.

Dubia

*Sess. 25. cap.  
15. de reform.*

**I.** *An Pater legitime elegerit Filio sepulturam in ca-  
su etc.*

**II.** *An, et quomodo Fratres Minor. Observant. S.  
Bernardini teneantur ad percepta emolumenta re-  
stituenda in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

**R**REATINA JURIUM PAROCHIALIUM = Cum Ca-  
thedralis Ecclesia Reatina congruis ad Ministrorum  
sustentationem redditibus careret, cl. me. Cardinalis  
Columna, Reatinus Episcopus, sæculo XV. Canonici-  
catus, et præbendas Collegiæ S. Eleuterii, nec non  
Ecclesias SS. Trinitatis sine cura, et Parochialem S.  
Joannis in Fontibus Mensæ Capitulari auctoritate or-  
dinaria perpetuo univit, et incorporavit. Unionem  
anno 1536., postulante Capitulo Reatino, confirma-  
vit cl. me. Card. Grimani, Perusiæ, Umbriæque de  
Latere Legatus, habita expressa mentione uniuscu-  
jusque

*Sess. 23. cap.  
15. de reform.*

jusque Ecclesiae unitae, ac praesertim S. Joannis in Fontibus, quae parochialis existit, et lege adjecta, quod Ecclesiae dictae ob unionem hujusmodi debitis non fraudentur obsequiis, et in S. Joannis animarum cura nullatenus negligatur, illorumque loca ad profanos usus non redigantur, sed ejus congrue supportentur onera consueta.

Praecipuum erat onus Ecclesiae S. Joannis cura animarum, quam ab anno 1530. usque ad annum 1573. exerceri satigit Capitulum Cathedralis Ecclesiae per Vicarium ad nutum amovibilem; donec Episcopus, amovibilitatem reprobans, statuit, ut Vicarium perpetuum deinceps Canonici eligerent, eique pro congrua solverent annua scuta quinquaginta. Latet inter antiquitatis tenebras hujusmodi Decretum; illius tamen ad diem 7. Julii 1573. meminit Capitularis codex, in quo adnotatum legitur, Episcopum jussisse, quod Ecclesiae S. Joannis in Fontibus, unitae olim mensae Capitulari, deputetur per Capitulum Vicarius perpetuus, qui debeat ibi retinere curam animarum cum assignatione quinquaginta scutorum.

Baptismum a tempore, cujus initii nulla extat memoria, confert Vicarius perpetuus in Ecclesia S. Joannis in Fontibus, in qua perantiquus adest fons baptismalis, qui unicus est, ac semper fuit pro tota Civitate, ejusque suburbiis. Maxima vero anni parte clausa manet praefata Ecclesia S. Joannis, in eaque Sacramentum SS. Eucharistiae majori tantum Hebdomada asservatur. Vicarius autem parochialia munera temporibus anteactis implevit, et nunc quoque implet in Ecclesia Cathedrali, ubi Missam pro populo diebus festis celebrat, explicat Evangelium, denunciat Matrimonia, parochianos reficit SSma Eucharistia, eamque ad infirmos deferendam sumit. Ibidem sacramentales confessiones audire consuevit in Exedra, cui titulus olim erat auratis litteris inscriptus = *Vicarius perpetuus* =, quem deinde Canonici, quos Obedientiarios dicunt, delendum curarunt.

Oborta quoad confessiones in Cathedrali excipiendas controversia inter Canonicos, et hodiernum Vicarium perpetuum Antonium Fallerini, Reatinus Episcopus die 4. Martii 1822. in Sac. Visitatione decrevit, ut



„ Vicarius Perpetuus pro tempore nullam facultatem  
 „ habeat excipiendi Sacramentales utriusque sexus  
 „ Christifidelium confessiones in nostra Cathedrali  
 „ Ecclesia, nisi petita venia a Canonicis Obedientia-  
 „ riis pro tempore; et ne aliquid deficiat in admi-  
 „ nistratione tam magni Sacramenti in casu eorum  
 „ absentiae, satis est, ut veniam petat semel in an-  
 „ no, die nempe prima mensis Julii: quatenus au-  
 „ tem renuat praesenti Decreto obedientiam praestare,  
 „ mandat, ut confessiones praefatas semper excipiat  
 „ in Ecclesia Vicariae perpetuae sub titulo S. Joannis  
 „ in Fontibus, et nunquam amplius in posterum li-  
 „ citum ei sit Sacramentales Confessiones excipere  
 „ in aliqua alia Ecclesia, ut sibi in usu fuit, sive  
 „ in Civitate Reatina, sive in aliis Ecclesiis Reatinae  
 „ Dioecesis, et ad hunc effectum nunc pro tunc su-  
 „ spensus remaneat ab administratione praedicti Sa-  
 „ cramenti in praedictis Ecclesiis tantum. . . . . De-  
 „ crevit pariter, ut in administratione Sacramenti  
 „ baptismatis, si quis optat erectionem Altaris in me-  
 „ dio Ecclesiae S. Joannis in Fontibus, ut saepe saepius  
 „ accidit, veniam reportet a Canonicis Obedientia-  
 „ riis pro tempore, toties quoties Altaris erectio pe-  
 „ tatur, sub poenis suspensionis in casu contraven-  
 „ tionis: facultates autem sibi, ac successoribus suis  
 „ reservat deputandi Virum Ecclesiasticum pro ad-  
 „ ministratione praedicti Sacramenti in casu sui dis-  
 „ sensus, prout revera contra inveteratam consuetu-  
 „ dinem consensum denegavit Canonicis ejusdem Ec-  
 „ clesiae Cathedralis . . . . . sine tamen praedictio  
 „ jurium parochialium in casu administrationis an-  
 „ tediti Sacramenti per aliam Ecclesiasticam perso-  
 „ nam, ut supra, deputandam, „

Provocavit Fallerinius ab hoc Episcopali Decreto, sup-  
 plicemque Sac. Congregationi obtulit libellum; quam-  
 obrem die 27. Aprilis 1822. requisitus de more fuit  
 Episcopus, ac praesertim, ut referret de juribus Vi-  
 cario perpetuo competentibus, consuetudine quoad  
 praeteritum, ac vera necessitate novi Decreti, firmo  
 interim remanente Decreto S. Visitationis. Dioecesanis  
 curis distractus Episcopus cum responsum dare ni-  
 mium differret, Parochiani, quorum cura spiritua-

lis plurimum negligebatur, Summum Pontificem exorant, ut res in pristinum reducerentur usque ad exitum Causæ. SSm̃us autem die 7. Septembris ejusdem anni dignatus est imperare, ut scribatur Episcopo, qui distincte, ac sollicite Sac. Congregationem reddat instructam . . . . et interim salvis quorumcumque juribus, jussit suspendi Decretum S. Visitationis, de quo in precibus, ita ut Vicarius Fallerini liber sit in exercitio Curæ, juriū parochialium in Ecclesia Cathedrali, prout erat ante Decretum S. Visitationis, usque ad exitum Causæ. Paruit Episcopus, disertamque misit informationem, quam habent Em̃i Patres in Summario ex parte Capituli circumferendo.

Fallerinius, qui præter nonnulla allegationes exhibuit scriptis exaratas, contendit, et me. Cardinalem Columna ad congruam augendam Canonicoꝝ extinctivæ, seu translative univisse Mensæ Capitulari Parochialem Ecclesiam S. Joannis in Fonte, quoniam usque ad annum 1573. Capitulum habitu, et actu, solus fuit, et verus Parochus, cum animarum curam per Vicarium ad nutum amovibilem exercuerit, *Pignat. consult. can. 24. n. 3. tom. I., Piton. discept. Eccles. 104. n. 30., et seq., Sac. Congreg. Episcop., et Reg. in Baren. Curæ animarum 3. Februarii 1708.*; quod non aliter evenire poterat, quam extincto jure Parochi S. Joannis, eoque in Capitulum Cathedralis translato; id autem unio operatur, quæ extinctiva, sive translativa dicitur, *Fagnan. in Cap. exposuisti. de præb. n. 34.*, per quam ex duabus unitis una fit Ecclesia, et unius Ecclesiæ jura perimuntur, seu transferuntur in aliam, *Fagnan. citat. Cap. Exposuisti ibid., et Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 12. n. 41.*

Inde vero concludit Fallerinius, Cathedralē Ecclesiam, ob translata in eam jura, Parochiæ S. Joannis, parochialem evasisse, suamque conclusionem pluribus argumentis confirmat. Parochialem enim Ecclesiam, seu Vicariam perpetuam S. Joannis in Fontibus sitam esse in Cathedrali Ecclesia, vetusta narrant monumenta. Reque vera Liber Baptizatorum ab anno 1743. ita inscribitur = *Liber undecimus Baptiza-*

torum Parochialis Ecclesie S. Joannis in Fontibus in Cathedrali Reatina =: in Litteris Apostolicis datis nonis Decembris 1767., quibus Sacerdoti Felici Scarpazza collata fuit eadem Vicaria, habetur: *Cum itaque, sicut accepimus Vicaria perpetua Parochialis Ecclesie S. Joannis in Fontibus nuncupati in infra-scripta majori ( Cathedrali ) Ecclesia sita: hisce Litteris concinit nominatio ab ipsis Canonicis expleta die 18. Martii 1800., qua Sacerdotem Octavium Jacobini præsentarunt ad Parochialem Ecclesiam S. Joannis in Fontibus, Vicariam perpetuam nuncupat. in hac nostra majori Ecclesia sitam.* Idem conjicitur ex verbis in veteri Parochiali sigillo, quo Vicarii ab anno 1793. certo utuntur, impressis, et hanc inscriptionem præferentibus = *Parochialis Ecclesia S. Joannis in Fontibus in Cathedrali Reatina.*

Præterea sex Clerici Beneficiati memoratæ Cathedralis fidem perhibent, quod die, qua festum S. Joannis Baptistæ celebratur in Ecclesia S. Joannis; *tutti gli individui addetti al Coro volendo celebrarvi la Messa, si reputano come presenti in Coro, e godono delle distribuzioni quotidiane . . . . come se celebrassero la Messa in qualunque altra Cappella della Chiesa Cattedrale;* quod quidem Capitulum sinere non posset, nisi Ecclesia S. Joannis veluti pars Cathedralis Templi habenda foret; siquidem Canonici tempore, quo in Choro laudes Deo persolvuntur, Missam, etiam de licentia superioris celebrantes, distributiones lucrari nequeunt, nisi in eadem Ecclesia celebrent, *Sac. Congregatio in Comen. Celebrationis Missarum 23. Novembris 1771., in Spoletana Servitii Chori 28. Februarii 1795., et in S. Miniatis Visitationis Sacrorum Liminum 8. Februarii 1817.*

Rursus Ecclesiam S. Joannis partem esse Cathedralis Templi ex ipsa forma, ac structura facile deprehenditur: sita enim est in atrio majoris Ecclesie, nec aliunde, quam per ipsum, ad eam patet aditus; unicuique habet Altare S. Joanni Baptistæ dicatum; angustis limitibus circumscribitur, ac in media navi satis amplius extollitur Fons Baptismalis; antiqua, et interior in ea conspicitur janua, nunc muro obstructa, qua in Cathedrale Templum dabatur accessus;

caret Sacerdotio, et Campanis, quæ ad convocandum populum adeo necessariae sunt, ut pro Ecclesiis parochialibus saltem duæ retineri debeant, *Concil. Mediolan. 4. de sacris locis, eorumque cultu §. de campan. num. 25.*; fere semper est clausa, atque in illa tempore tantum paschali asservatur SSiña Eucharistia: Vicarius autem perpetuus in Ecclesia Cathedrali Missam pro populo diebus festis applicat; Eucharistiam toto fere anno administrat, non excepto Viatico, quod defert ad infirmos; inter Missas solemnes, quæ a Canonicis celebrantur, Matrimonia contrahenda denunciât; jussitque anno 1776. suo Decreto Episcopus Ferretti, ut *Evangelium explanet lingua vernacula in Ecclesia Cathedrali, et ad Altare SSmi Sacramenti, ubi Parochianos suos sacra Synaxi reficere solet.*

Sacramentum vero Pœnitentiæ in Cathedrali Ecclesia semper administrasse Vicarium perpetuum S. Joannis, integerrimi, ac omni fide dignissimi Testes fere octuagenarii affirmant; neque ambigitur, ibi extitisse excudram pro audiendis confessionibus, titulum habentem **VICARIUS PERPETUUS**, quem jubentibus Canonicis Obedientiariis anno circiter 1815. sese delevisse affirmat Faberlignarius Bernardinus Albini.

Observantiam constantem, ac longævam plurimi faciendam esse, nemo ignorat; Reatinum autem Episcopum vetare nullo modo potuisse, ne Vicarii perpetui S. Joannis Christifidelium confessiones audirent, nisi petita venia a Canonicis Obedientiariis, inde quoque eruere nititur Fallerinius, quia Parochi, et qui Parochis æquiparantur Vicarii perpetui, juxta sacros Canones possunt suorum Parochianorum audire confessiones etiam in alieno territorio, cum hic actus sit jurisdictionis voluntariæ, quæ exercetur sine strepitu, et figura judicii, ut tradunt *Barbosa ad Concil. Trid. Sess. 23. cap. 15. num. 20. de Reformat., Benedictus XIV. in Instit. Eccles. Instit. 86. num. 7., et Sac. Congregatio in Posnaniens. 3. Decembris 1707., quæ extat apud Monac. tom. 4. pag. 21. num. 172.*

Quo vero ad extraneorum audiendas confessiones in propria Parochiali Ecclesia, viget hodie favore Parochiorum consuetudo, quæ fere universalis est in Orbe Christiana.

stiano, quæque idcirco jam induit naturam juris communis, Piton. *Discep. Eccles. tom. 1. discept. 20. num. 14., et 15., Benedictus XIV. loc. cit. num. 14., et Sac. Congreg. in Burgi S. Sepulchri anni 1698. relat. a Piton. loc. cit. num. 28.*

Perpendendum denique proponit Fallerinius, observantiæ originem, ac fundamentum in themate rem ipsam, et Populi commodum præbuisse. Cum enim Vicarius perpetuus S. Joannis omnia fere Parochialia munera in Cathedrali Ecclesia obire tum consueverit, tum Episcoporum jussionibus teneatur, et præcipue cum ibi Parochianos Sacra Synaxi reficiat; res ipsa postulabat, ut eidem assignaretur exedra in Cathedrali ad Confessiones audiendas, atque ita commoditati consuleretur non tam ipsius Vicarii perpetui, quam populi, ne scilicet Parochiani post Sacramentalem Confessionem ad aliam transire cogentur Ecclesiam, ut eis a suo Parocho SS. Eucharistiæ Sacramentum administraretur. Factum est inde, ut Ecclesia S. Joannis toto ferme anno clausa maneret, et maneat: quod apertissimi est argumenti, Vicarium perpetuum, jure suo, et absque venia a Canonicis Obedientiariis impetrata, Confessiones in Ecclesia Cathedrali audire posse,

Liberam quoque facultatem erigendi Altare, dum parvuli, nobilium præsertim familiarum, salutaribus tinguntur aquis, sibi competere autumat Fallerinius. Hujusmodi enim pompam Sacri Canones non reprobant, *Sac. Rituum Congreg. in Santrianen. Præeminentiarum 13. Maji 1719. ad VII. Dub., et in Reatina Dioecesi immemorabilis tuetur consuetudo.* Refertur autem actus iste ad Baptismum; ac propterea sicuti Baptismi collatio, ita et Altaris erectio Parochis tribuenda est, quoniam actus consecutivi a causis principalibus informantur, *Bart. in L. 1. ff. de recept. arbitr., Surdus tom. 1. cons. 105. num. 30., et Piton. discept. Eccles. 84. num. 35.* Cum vero Episcopus saltem indirecte liberam facultatem impedierit erigendi Altare, dum erigi vetuit, nisi petita a Canonicis venia, jus Parochi læsisse videtur, ideoque ipsius decretum esse infirmandum.

Similiter postremam decreti partem, qua Episcopo re-

servatur facultas virum deputandi Ecclesiasticum pro collatione Baptismatis in casu dissensus Vicarii, veluti juribus parochialibus adversam traducit Fallerinius. Etenim ad Vicarium perpetuum spectare jus privativum conferendi Baptismum in Ecclesia S. Joannis, nedum eruitur ex juris sanctione, *Concil. Trid. sess. 21. cap. 13. de reformat., Barbos. de Paroch. part. 2. cap. 18. n. 11., S. Congreg. in Casenaten. Fontis Baptismalis 15. Junii 1780., et in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 29. Januarii 1825. §. Rursus*, atque ex administratione ejusdem Sacramenti per longissimum ævum a Vicariis perpetuis expleta; sed etiam ex venia, quam Canonici, Sacramentum regenerationis conferre cupientes, a Vicariis petierunt. Et sane tres annosi viri, qui Vicariis perpetuis in animarum cura gerenda suppetias tulerunt, testantur, *che niuno dei Canonici, e Dignità del Capitolo, o altri, individui della Chiesa Cattedrale ha amministrato il Sacramento del Battesimo, senza riportarne il permesso del Vicario perpetuo*; imo id ipsi fateri videntur Canonici, dum de consensu a Fallerinio denegato conqueruntur, et confirmat Episcopi decretum, qui sibi, suisque successoribus reservans facultatem alium delegandi Sacerdotem in casu dissensus Vicarii, necessitatem hujusmodi consensus, ut Canonici Baptismatis lavacro licite abluere valeant pueros, agnovit. Ex venia autem, quam a Vicariis postulare consueverunt Canonici, jus privativum Baptismatis Sacramentum conferendi apud Vicarios residere elicit Fallerinius, ad tradita per Rotam *car. Molin. decis. 752. n. 7., et cor. Falconer, tit. de offic. Ordin. decis. 20. num. 6., et per Sac. Congreg. in Fulginaten. Fontis Baptismalis 20. Novembris 1824. §. Item*. Cumque jura Parochialia pervertere, aut jus alteri quæsitum tollere non liceat, *Sac. Congreg. in Pisauran. 18. Maji 1765., Reg. Cancel. 18. de non toll. jus quesit., nec Episcopo fas sit sine gravi causa auferre a Parochis collationem Baptismi, eamque alteri delegare, Sac. Congr. Epis. et Regul. in Neapolitana 17. Septembris 1604., Ferrar. Bibl. ver. Paroch. art. 3. n. 16., videant EE. Patres, utrum probandum, vel potius infirmandum sit memoratum Episcopi Decretum.*

At vero Canonorum Defensor, Ecclesiam S. Joannis a Cathedrali Templo omnino separatam, ac distinctam esse, Parochialitatem vero uni Ecclesie S. Joannis adherere contendit. In dubium enim vocari non potest, Parochiam, antequam a Cardinali Columna unionis decretum ederetur, resedisse in Ecclesia S. Joannis, hancque fuisse a Cathedrali plane distinctam. At per unionem ejusdem Parochie ad Ecclesiam Cathedrali bona quidem translata fuerunt in Capitulum Reatinum, eique impositum onus Vicario animarum curae praeficiendo congruam assignandi; sed Ecclesia S. Joannis nullam passa est innovationem: unionis enim subjectivae, et accessoriae proprium esse ut Ecclesiae unitae status non immutetur, atque eadem more solito inserviat, docent *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 12. num. 50., Rota decis. 133. num. 15. part. 1. divers.* In themate vero unionem fuisse accessoriam, et subjectivam, patet ex decreto unionis, atque ex constanti observantia. Profecto Cardinalis Grimani unionem confirmando jussit, ut *unite Ecclesiae ob unionem hujusmodi debitis non fraudentur obsequiis, et in S. Joannis animarum cura nullatenus negligatur*; Episcopus autem Reatinus anno 1573. in sacra Visitatione jussit, quod *Ecclesiae S. Joannis deputetur per Capitulum Vicarius perpetuus, qui debeat ibi retinere curam animarum*. Pervolutis quoque ceteris sacrarum Visitationum Actis, Libris parochialibus, aliisque monumentis, Templum Cathedrali veluti ab Ecclesia S. Joannis distinctum commemoratur; illud nunquam *parrochiale* nuncupatur, haec vero *parochialis* denominatione insignitur: Vicarii perpetui se ipsos non Cathedralis, sed Ecclesiae S. Joannis Vicarios inscribunt; numquam alibi, quam in Ecclesia S. Joannis possessionem Vicariae ineunt; in ea Baptismatis lavacro infantes regenerant, Sacrum feria quinta in Coena Domini solemniter faciunt, et Parochianos paschali Communionem reficiunt. Praeterea in eadem Ecclesia asservatur Oleum Sanctum, contrahuntur matrimonia, huiusmodi mandantur cadavera, et funebria officia peraguntur. Ex his colligit Canonorum Defensor, Ecclesiam tantummodo S. Joannis Parochialem esse, *Rota coram Ansaldo de-*



*cis.* 266. num. 4., et in *Ravennaten. Jurium Parochialium* 4. Martii 1746. §. 7. cor. *Canilliac*, eamque a Cathedrali omnino distinctam, ac propterea Vicariis S. Joannis haud licere in Ecclesia Cathedrali parochialia munia obire, et Sacramentales Confessiones excipere, venia a Canonicis Obedientiariis non petita, *Panimol. dec.* 5., *Rota dec.* 254. n. 8. part. 10. *Rec.*

Imo subdit, etiamsi Ecclesia S. Joannis habenda foret uti Sacellum, et pars Cathedralis Templi; attamen Vicario perpetuo fas non esset, parochiales functiones sine Canonicorum licentia in Cathedrali explere; sed in Sacello dumtaxat S. Joannis eas peragere posset. Insuetum quidem non est, ut in eadem Ecclesia plura erigantur Beneficia, unum simplex, alterum curatum, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quest.* 34. *num.* 71., *Rota coram Bichio decis.* 453. *num.* 20.; verum si Beneficium curatum non Ecclesiae, sed peculiari Sacello inhæreat, in hoc solummodo parochiales functiones obire valet Parochus, *Rot. in cit. Ravennaten.*, et coram *Celso dec.* 154. §. 6.

Argumentis a Fallerinio allatis respondent Canonici, constare ex Actis sacrarum Visitationum annorum 1637., et 1765., extitisse in Ecclesia S. Joannis in Fontibus exedram pro excipiendis Sacramentalibus confessionibus; ante annum 1769. nullam in Cathedrali adfuisse pœnitentialem sedem pro Vicario perpetuo, et deletionem tituli *Vicarius perpetuus* antiquiorem fuisse anno 1815., Vicarios autem S. Joannis nunquam Sacramentum Pœnitentiæ in Cathedrali administrasse, quin veniam peterent a Canonicis; cœteros tandem actus precario, non refragante, vel etiam consentiente Capitulo, in Cathedrali Ecclesia gestos esse contendunt, tum quia centum fere abhinc annis Beneficiati Ecclesiae Cathedralis Vicarii munere functi sunt, tum quia hoc pacto Canonici, quorum erat cultui Parochialis Ecclesiae S. Joannis prospicere, gravioribus impensis exonerabantur. Quamobrem concludunt, Vicarium perpetuum S. Joannis nullo pollere jure Sacramentum Pœnitentiæ administrandi in Ecclesia Cathedrali, nisi veniam efflagitet a Canonicis Obedientiariis, quemadmodum cœteri Confessarii adire cōguntur Rectores Ecclesiarum, in quibus Sacramentum



illud administrare cupiunt, Benedictus XIV. *Instit. eccles.* 86. n. 14., *Clericat. de poenit. decis.* 37. §. 12., *Rota in cit. Ravennaten.* §. 6.

Alteram quoque Decreti partem tueri nititur Canonico-  
rum Defensor. Fontem enim Baptismalem in Ecclesia  
S. Joannis existentem, et ad quem pueri omnes tum  
Civitatis, tum suburbiorum baptizatum deferuntur,  
ad Cathedralam pertinere autumat; siquidem que-  
madmodum ex veteri Ecclesie disciplina unicus in  
tota Diocesi aderat Fons, isque apud Ecclesiam Ca-  
thedralem, *Francez de Eccl. Cathed. cap.* 19. n. 22.,  
*Scarfant. Lucubr. canon. addit.* 39. n. 36., *Sac. Congr.*  
*in Fulginaten. Fontis Baptismalis* 20. *Novembris* 1824.  
§. *Privativum*, ita etiam nunc servatur in Cathedra-  
li Reatina.

Neque hujusmodi honorificum, et antiquum privile-  
gium unquam Reatinum Capitulum abjudicavit; nam  
ex Cathedrali Codice ad annum 1522. apparet, unio-  
nem Parochialis Ecclesie S. Joannis in Fontibus Ca-  
thedrali factam fuisse animo, et intentione, quod pri-  
mus Sacrista baptizandi officium exerceret: idque con-  
firmatur cum ex Decreto diei 11. Julii 1573., quo Ca-  
pitulum statuit nominare unum Vicarium perpetuum  
ad curam animarum S. Joannis in Fontibus Mensæ Ca-  
pitulari unitam, et ad custodiam Baptismi, tum ex  
eo, quod anno 1767. referente Episcopo de Vita ob-  
servantia agnoscitur servata scilicet Ecclesie matri,  
seu Cathedrali ejus Sacramenti (Baptismi) administran-  
di prerogativa. Plurima item non desunt exempla  
Baptismatum, quæ Canonici sine ulla Vicariorum ve-  
nia contulerunt; baptizatorum Libri non a Vicario  
perpetuo, sed a Canonico Tabularii custode asser-  
vantur, cui singulis quinquenniis ab eodem Vicario  
traduntur. Canonici non vero Vicarius, in Sabbatho  
majoris Hebdomadæ, et in vigilia Penthecostes bene-  
dictionem solemnem in fontem effundunt; quam  
benedictionem signum esse jurisdictionis in eandem  
fontem, qua præditum est Reatinum Capitulum, tra-  
dit *Rota in cit. Ravennaten.* §. 8. Igitur si Vicarii per-  
petui baptizandi munere aliquando functi sunt, id  
ex Capituli mandato egisse dicendum est.

Ex hac Reatini Capituli jurisdictione in Fontem Captismalem elici posse, censet Canonorum Defensor, justitiam, et æquitatem Episcopalis Decreti, quo cautum fuit, ne a Vicario Altare erigeretur sine Canonorum venia. Accedit, quod Altaris erectionem, dum nobilium familiarum pueri Baptimate abluendi sunt, etiamsi sacri Canones non reproberent; Parochis tamen Altare non licet erigere, nisi *permittente Episcopo*; ut respondit S. R. C. *in cit. Santrianen. Præminentiarum* 13. Maji 1719., ideoque Vicarius Fallerini injuria conqueritur de Episcopo, qui statuit, ne Altare erigeretur irrequisitis Canonicis, præsertim quia sumptus omnes pro ejusdem Altaris crectione ære suo suppeditat Capitulum, cujus preinde conditio ex libera Vicariorum facultate longe deterior, et onerosior evaderet.

Justitiæ pariter consentaneam arbitratur reservationem deputandi virum ecclesiasticum, qui Baptismum administret, si Vicarius Canonicis baptizare cupientibus consensum deneget. Si enim ad Capitulum Cathedralē spectat Fons Baptismalis S. Joannis, et Vicarius de mandato Capituli pueros Baptismatis aqua tingit; frustra consensum præstare detrectat Canonicis, qui mandatum revocare, aliumque Sacerdotem pro collatione Baptismatis deligere possent, *L. Si vero §. Si mandavero ff. mandati, Card. de Luca de donat. disc. 36. num. 13.* Præterea Episcopus jure suo usus est, dum facultatem sibi, suisque Successoribus reservavit virum ecclesiasticum in casu dissensus delegandi; quoniam Episcopi, sicuti per se valent Baptismum conferre, ita etiam alium delegare non vetantur, *Rit. Roman. tit. de Sacram. Bapt., Card. Petra ad Constit. Apost. tom. 4. pag. 159. num. 23.*

Reliqua huc haerent Eñi Patres ex Allegatione a Defensore Canonorum distribuenda, ut decernere possint

- I. *An, et quomodo servandum sit Decretum Episcopi quoad Confessiones audiendas in casu etc.*
- II. *An idem Decretum sit servandum quoad petendam veniam pro erigendo Altari in collatione Baptismatis in casu etc.*

III. *An sustineatur reservata in Decreto facultas Episcopo Sacerdotem delegandi pro administratione Baptismi in casu etc.*

**A**NCONITANA CONGRUÆ. Apoplexia correptus Emydius Pañri Plebanus Castri *Ferretti* Anconitanæ Diœcesis, in Hemiplexiam incidit, dimidiæ nempe corporis partis viribus, et motu ita est destitutus, atque internis, externisque sensationibus hebetatus, ut loquelam quoque pene amisit. Sacerdos Aloysius Pañri, Plebani Frater, ut ægrotantis, ac Parœciæ necessitatibus consulatur, Sacram hanc Congregationem adit, Parochialis congruæ tenuitatem exponens, quæ ne Fratri quidem ægro ad vitam sustinendam necessaria suppediat, simulque necessitatem, ut Sacerdos aliquis interea curam gerat animarum, pro quo tamen Parochialibus redditibus nihil detracti posse asserit, cum ne infirmo quidem Parocho satis sint, cumque pluri- bus graventur oneribus, ac præsertim annuo deposito sc. 10. in extinctionem census sc. 370 75.  $\frac{1}{2}$  (cujus suspensionem ad triennium obtinuit Parochus Pañri Summi Pontificis Rescripto diei 13. *Novembris* 1824.) atque pensione scut. 30., quæ omnino cum tenui Parœciæ censu est incompatibilis. Implorat igitur ab eadem Sac. Congregatione, ut legitima congrua præfiniatur, quæ cum in decimis sit constituta, facile augeri posse videtur, si aliquantulum et ipsæ decimæ augeantur.

Episcopum requisivi pro Informatione, et Voto, utque auditis præsertim Patribus familias referret de mediis supplendi, et a quo annua pensio fuerit imposita. Ipse autem hæc retulit. „ Quæ ab Aloysio Pañrio in „ suis precibus exposita sunt, constare omnia, firmissi- „ moque fundamento inniti confirmo. Vere enim „ Parochus Castri Ferrectorum pergravi, atque immedi- „ cabili detinetur infirmitate, ut ex jurata, quam ad- „ jungo, Medici fidè perspicue patet; atque ita sese „ parochialibus cunctis muneribus obeundis inhabilem

*Sess. 24. cap. 13  
de Reform.*

„ reddidit , ut ne Sacrum quidem peragere pro mor-  
 „ bi violentia valeat . Maxima igitur necessitas ur-  
 „ get , ut subsidio hujusce infelicissimi Parochi con-  
 „ sulatur, præsertim cum nec ab Missarum, quas cele-  
 „ brare nequit, proventibus sibi quidquam comparare  
 „ possit , ac præterea sacro Patrimonio carcat , atque  
 „ etiam congrua , quam suæ Parœciæ miserimus cen-  
 „ sus , tenuissimique redditus , demptis sumptibus ,  
 „ suppeditare minime possunt . „

Parœciæ redditus , cunctis persolutis oneribus , olim an-  
 nua *scuta* 151. circiter attigisse , in præsens autem ob  
 vilescentis annonæ pretium , ac aliquorum Parochia-  
 norum impotentiam ad decimas persolvendas, necnon  
 extante suspensione depositi decem scutorum, annuam  
 circiter 48. *scut.* summam conflare , ducto calculo per  
 decennium ex statu activo, ac passivo illius Parœciæ  
 compertum habetur „ Cum igitur hæc Parœcia ( pro-  
 „ sequitur Episcopus ) in tam deplorabili calamitate  
 „ versetur , voluntati ego EE. VV. , vestrisque gravis-  
 „ simis obsequens mandatis , nobiles Patronos prædi-  
 „ ctæ Parochialis Ecclesiæ audire curavi , ut qua me-  
 „ liori possent ratione ejus egestati prospicerent . Sed  
 „ unanimi respondere consensu , sese quoque pro tem-  
 „ porum iniquitate ab antiquo decidisse splendore ,  
 „ suas magna ex parte amisisse fortunas , ideoque vel  
 „ minimum Ecclesiæ illi ferre subsidium omnino im-  
 „ potes esse „ .

„ Eminentiae VV. RR. mandarunt quoque , ut omnes evo-  
 „ carentur Patresfamilias audiendorum causa , an sal-  
 „ tem ex parte infirmi Parochi necessitatibus supplere  
 „ possent , ac vellent opitulari . Non eos esse evocan-  
 „ dos fuit visum , qui Castrum Ferrectorum proprie  
 „ incolunt , ac intus degunt . De Proletariorum enim  
 „ tantum classe agebatur , qui omni penitus sunt de-  
 „ stituti fortuna , quibusque antiquitus fuit imposita  
 „ decuma , quæ valde quidem eorum vires excedit .  
 „ Appellati itaque solummodo Patresfamilias fuere ,  
 „ qui agricolarum classem efficiunt , quique satis  
 „ æquam , moderatamque persolvunt decumam . In-  
 „ felicissimi Parochi conditionem pro sua erga eum  
 „ benevolentia quam maxime miserti sunt ; urgentem  
 „ necessitatem alicujus ei ferendi subsidii perspexe-  
 „ runt,

„ runt, sed ad gravioŕem solvendam decumam seŕe  
 „ non posse adstringi dixere „ .

Eleemosynas Fratribus Ordinum Mendicantium, atque  
 Anconitano Brephetrophio Patresfamilias Castri *Ferret-*  
*ti* se quotannis elargiri dicunt, itant nihil valeant  
 augmenti in Parochi congruam tribuere „ Interea (sub-  
 „ dit Episcopus) siquid subsidii in præsens tempus Pa-  
 „ rochō afferrī velit, nonnulla ratio, ni fallor, esset,  
 „ si ab onere Pensionis Sacerdoti Josepho Sarti persol-  
 „ vendæ sublevari ipse posset, quæ pensio ab Dataria  
 „ fuit imposita, quamque Pensionarius minus rite  
 „ consecutus esse videtur, eo quod Summo Pontifici  
 „ exposuit, Castri Ferrectorum Parœciam centum vi-  
 „ ginti ducata Cameræ reddere, quod ab rei veritate  
 „ quam longissime abhorret. Hanc, si fieri id posset,  
 „ aptiorem viam, validioremque rationem, saltem in  
 „ præsentiâ judicarem, fore ut infirmus Parochus  
 „ tenuissimum aliquod haberet in tanta sua necessi-  
 „ tate subsidium, Patrimonio, ut supra demonstravi,  
 „ destitutus, et congrua. Sed alia efficaciora, potio-  
 „ raque remedia rei gravitas exoptulat, eaque a Vo-  
 „ bis pro sapientia Vestra repertum iri confido, ac  
 „ vehementer imploro „ .

Compertum est in jure, Parochis congruam deberi,  
*cap. 12., et cap. 30. de Præbend.,* quæ juxta Concilium  
 Tridentinum *Sess. 24. cap. 13. de Reformat.* ad annua  
 scuta centum pertingere deberet, per notissimam au-  
 tem S. Pii V. Constitutionem *Ad exequendum*, neque  
 major centum, neque minor quinquaginta scutis est  
 assignanda: imo ex praxi hujus Sac. Congregationis  
 curandum est, ut centum sint pro Rectore, quod sta-  
 tutum fuit in *Civitatis Castellane 24. Novembris 1821.*  
*ad II. Dub., in Tudertina 27. Aprilis 1822. §. Ut.* In-  
 super infirmis Parochis, qui per se curam animarum  
 exercere non valeant, Coadjutores dandoŕ esse, qui  
 ipsorum vices gerant, eruitur ex jure in *tit. de Cleric.*  
*agrot. per tot.,* et tradit *Fagnan. in Cop. Cæterum de*  
*rescriptis n. 75.;* atque ipsis competens portio assigna-  
 ri debet ex fructibus ad Parœciam quomodocumque  
 pertinentibus, quibus si careat Ecclesia, ad portionem  
 subministrandam Parochiani compelli poterunt ab Epi-

scopo, arg. cap. 4. sess. 21. de reform. Concil. Trid.,  
et docet Maschat *Inst. Canon. lib. 3. tit. 6. n. 4.*

Apprime gravem adesse causam augendi congruam Parocho Castri *Ferretti*, et Episcopus significat, et Parochi immedicabilis morbus, et necessitas competentis portionis alicui Vicario, qui curam gerat animarum impendendæ, et ipsa redituum tenuitas suadent. Congrua enim tanta esse debet, quanta *pro Rectoris, aut Parœciæ necessitate decenter sufficiat juxta Concil. Trident. sess. 24. cap. 13. de Reform.* Ejusmodi autem in themate Parœciæ necessitas esse videtur, ut nullimode dilationem pati valeat. Siquidem carent Pastore Parochiani, caret sufficienti congrua Pastor, caret Parœcia mediis, quibus et Pastori, et Parochianis provideri possit. Hac extante necessitate, ac alijs medijs deficientibus, quibus Parœciæ congrua augeatur, Concilium Tridentinum *loc. cit.* statuit, *Parochianos per simbolam, aut collectas obstringendos esse, ut tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parœciæ necessitate decenter sufficiat*, et monet Sacra Congregatio in *cit. Tudertina §. His.* Verum Parochianos jam quotannis ad quamdam decimam persolvendam obstrictos esse, enarrat Episcopus, ipsosque in duas dividit classes, quarum alteram pauperum constare personis affirmat, alteram vero ab agricolis componi, *qui satis æquam, moderatamque decimam persolvunt.* Hinc hos compelli posse ad aliquod decimæ augmentum juxta Tridentini sanctionem, et nihili eorum excusationes esse faciendas videtur. Etenim eleemosynas Fratribus Mendicantibus liberalitate, et pietate ducti largiuntur, ad congruæ autem augmentum de jure tenentur.

Animadvertit quoque Episcopus, Parœciæ necessitatibus aliquod subsidium in præsens afferri posse, si a pensionis 30. *scut.* solutione in posterum Parochus absolvetur. Locum enim habet pensionis reductio, vel extinctio, quum successu temporis, diminutis fructibus Beneficii Parochus careat congrua, si pensionis onere adhuc prematur, *Rot. part. 17. recent. decis. 120. n. 26., Garz. de Benef. part. 1. cap. 5. num. 399. et seqq. Quamobrem firmata insufficientia redituum* (ita disserit *Rota part. 18. recent. tom. 1. decis. 389. num. 14. 15. 16.,*

et 17.

et 17.), et attento, quod propriis stipendiis militare nemo compellitur, debitam sibi congruam petere debet (Parochus) antequam solvantur pensiones impositae super fructibus Ecclesiae, aut aliae reservationes deducantur.... Congrua enim, quae Rectori debetur, non inter fructus, sed inter impensas necessarias computari debet.... et Rectores pro consequendo credito congruae anteponendi sunt, uti potiores pensionariis, qui uti creditores fructuum, ex illis solum satisfieri debent.

Pendant tamen EE.PP. Pensionem Sacerdoti Sarti, Paroeciam Castri Ferretti dimittenti; a Dataria, ideoque per Apostolicas Litteras fuisse concessam, neque controversiam huic Sac. Congregationi ablegatam fuisse cum clausula de aperitionis oris arbitrio, ideoque praedictum Sacerdotem neque auditum, neque vocatum fuisse: et ea, qua praestant sapientia, dirimere dignentur

Dubium

An, et quomodo Congrua augeri debeat in casu etc.

**L**ANCIANEN. UNIONIS. Quatuor Paroeciae receptitiae, olim innumerate, nunc autem numeratae, in Civitate Anxani citerioris Aprutii extant ea in regione, quae Lanciano vecchio nuncupatur; prima S. Blasii 370., secunda S. Martini 618., tertia S. Jo. Baptistae 1250., quarta S. Laurentii 381., ideoque in totum animas 2599. dinumerant. Primam Parochus ab alio Presbytero adjutus administrat; quod et de secunda obtinet; tertia vero, et quarta a respectivis tantum Parochis reguntur: quoniam adeo gravis est eam Civitatis regionem inhabitantium inopia, ut impares omnino sint ad sacrum sibi Patrimonium constituendum. Divini cultus decentiam deesse, populum necessaria instructione carere, ac religionis actus negligi, cum animadverterit Lancianensis Archiepiscopus, hanc Sac. Congregationem adivit, et quatuor Ecclesiarum unionem in unicam receptitiam numeratam Ecclesiam, ac Paroeciae translationem ad suppressam nunc, et vacuam Ecclesiam S. Augustini in medio dictae regionis Lanciano Vecchio sitam poposcit.

Sess. 21. Cap. 5.  
de Reform.



Requisivi eundem Archiepiscopum, ut auditis præsertim Parochis, referret de annuo reddito, et oneribus cujuslibet Parochiæ, comprehensis incertis Stolæ; an unio facienda sit nunc pro tunc cum vacaverint Parochiæ: quam congruam interea percipiunt Parochi, et quomodo statim erigi poterunt sex tituli pro Sacra Ordinatione, et utrum sex Sacerdotes cum Parocho sufficiant pro choralis Officiaturæ, et cura simul animarum a Parocho exercenda, nec non quomodo provisum erit in posterum cultui Ecclesiarum Parochialium uniendarum; ipse vero ita rem omnem, ac mentis sui sensum apernit,

„ Auditi sunt omnes interesse habentes, et præsertim  
 „ Parochi, e quibus calculo facto distincte accipi,  
 „ annuos redditus Ecclesiæ, quæ vocatur S. Blasii esse  
 „ 205. Ducatorum; alterius, quæ dicitur S. Martini, 147.  
 „ tertiæ nuncupatæ S. Joannis Baptistæ, quæ nunc va-  
 „ cat, 315., ultimæ vero, quæ S. Laurentio dicata est,  
 „ 210. Ducatorum. Hi porro redditus sunt in hisce Paro-  
 „ ciis pro eo tempore, quo innumeratæ erant. Nunc au-  
 „ tem quum pro æquali Civitatis commodo factæ sint  
 „ receptitiæ numeratæ, atque ex redditibus omnium una  
 „ massa efformata sit, hinc tum Parochi congruam,  
 „ tum cæteri Sacerdotes participationem ex tali com-  
 „ muni massa recipiunt. Onera insuper primæ perye-  
 „ niunt ad Ducata 65. 70.; secundæ ad Ducata 47. 36.;  
 „ tertiæ ad Ducata 82. 51.; quartæ tandem ad summam  
 „ Ducator. 67. 60. ascendunt. Stolæ autem incerta sunt  
 „ in prima Ducatorum decem, in secunda trium,  
 „ in tertia octo, quarta denique dare potest tria ducata  
 „ circa.

„ Si bonum Ecclesiæ hujus velimus, unio facienda est  
 „ nunc pro tunc. Bonum enim animarum, quod si-  
 „ ne Parochorum injuria consequimur, nunc citius  
 „ incipere, quam in eorum morte, futuro utilius est.  
 „ Quoad vivent actuales Parochi, aut aliam promo-  
 „ tionem obtinebunt, percipiunt interea, impleta  
 „ nunc unionis petitione, majorem actuali congruam;  
 „ centum nempe Ducatorum, juxta Concordatum  
 „ nuper editum, nullumque præjudicium ex tali  
 „ unione ipsis irrogabitur; nisi attentius Ecclesiæ ser-  
 „ vitium, promptioremque animarum curam, quam



in hac unione concipimus, præjudicium vocare  
velimus.

Sex pro sacra Ordinatione tituli, non statim, si nunc  
unio fiat; sed vel post Parochorum mortem, vel  
in eorum ad majus beneficium promotione erigi po-  
terunt. Tunc scilicet, quum unus tantum Paro-  
chus remanserit, congrua, quæ nunc tribus aliis  
actu viventibus datur, pro sex titulis satis certo erit  
in auxilium Ecclesiæ, Sacerdotum nimium indi-  
gentis. Quamvis autem præsupposita unione nunc  
temporis permissa, sex prædicti tituli statim erigi  
nequeant, possunt nihilominus nunc statim duo ti-  
tuli præter quatuor Parochos in ea institui, ex rediti-  
bus scilicet omnium receptitiarum hic existentium,  
quarum una massa pro totius Ecclesiæ hujus ordine  
facta jam est. Hi quippe duo tituli, aliis duobus  
Sacerdotibus jam viventibus conjuncti, numerum  
octo Sacerdotum inclusis Parochis efficiunt.

Non sex Sacerdotes, sed octo una cum Parocho, vel  
Parochis in hujusmodi numero comprehensis suffi-  
ciunt pro choralis officiantura, et cura simul anima-  
rum ab ipso Parocho exercenda, quemadmodum  
nunc etiam aliæ Parœciæ hæc in Civitate receptitiæ  
id commode exequantur. Talium Ecclesiarum  
uniendarum cultui in posterum providebitur, ea-  
rum aliquas piis Confraternitatibus adsignando, alias  
vero Archiepiscopi vigilantia commendando, quo  
decenter quantum fieri poterit, serventur.

Ut denique sensum meum hac de re aperiam, hu-  
militer perpendendum propono, quatuor has Parœ-  
cias esse beneficium simplex. Præter namque festos  
dies sunt eadem omnino clausæ, adeout rurales po-  
tius, ac derelictæ appareant, quam urbanæ. Nec Po-  
pulus ad eas concurrat, nec Parochi eis adsistent;  
excusationem adsistentiæ in promptu adducentes,  
neminem scilicet in talibus Ecclesiis feriali tempore  
advenire, neminemque Sacramenta petere. Ast e  
contrario si unio earum fiet in centrali, quæ omni-  
bus quatuor vicinissima est, S. Augustini Ecclesia;  
et si octo Sacerdotes inclusis Parochis in ea chora-  
lem officianturam exercent quotidie, sicuti in cæ-  
teris hujus Urbis Parœciis institutio antiquissima est,

„ tunc procul dubio non solum piorum fidelium con-  
 „ cursus ad eam haberetur ferialibus quoque diebus,  
 „ sed etiam per Sacerdotum, et Parochorum quoti-  
 „ dianam assistentiam, choralem officiatorum, ac  
 „ promptiorem Sacramentorum administrationem,  
 „ firmior eo in districtu pietas Christiana operari  
 „ posset „

Cum onerum mentionem generatim fecerit Archiepiscopus, et aliquid adhuc quoad servitium chorale desideraretur, ipsum iterum rogavi, ut *transmissa notula onerum referret, an adsint etiam onera Missarum, et quomodo eorum implemento erit provisum; quibus regulis in aliis Ecclesiis receptitiis exerceatur choralis officiatorum, et utrum chorale servitium instituendum detrimentum sit passurum ob Parochorum absentiam pro exercitio curæ, nec non quomodo provisum erit applicationi Missæ tam pro Populo, quam pro Benefactoribus.* Quibus satisfaciens Archiepiscopus, ita rescripsit.

„ Adsunt onera Missarum, quæ pro Ecclesia S. Lau-  
 „ rentii sunt Missæ in cantu pro quolibet anno 12.,  
 „ Missæ privatæ 198., Missæ pro populo 90. Pro Ec-  
 „ clesia S. Blasii Missæ in cantu 11., Missæ privatæ  
 „ 201., Missæ pro populo 90. Pro Ecclesia S. Jo: Ba-  
 „ ptistæ Missæ in cantu 34., Missæ privatæ 234.,  
 „ Missæ pro populo 90. Pro Ecclesia S. Martini Mis-  
 „ sæ in cantu 34., Missæ privatæ 301., Missæ pro  
 „ populo 90. Quibus omnibus satisfiet ab ipsis qua-  
 „ tuor Parochis quoad vivent, aut quoad parochia-  
 „ le beneficium retinebunt. Habebunt enim ipsi con-  
 „ gruam centum Ducatorum juxta ultimum con-  
 „ cordatum, quæ cum sit vel major, vel saltem æqua-  
 „ lis anteriori congruæ, poterunt eadem onera im-  
 „ plere, quæ nunc adimplent. Postquam autem sive  
 „ ob eorum mortem, sive ob aliam promotionem,  
 „ perventum fuerit paulatim ad trium, duorum, ac  
 „ demum ad integram unius reductionem, tunc ex  
 „ congrua, qua antea gaudebant, tantum desumetur,  
 „ quantum satis erit ad hæc onera implenda; cætera  
 „ vero quæ supersunt, pro titulis Sacræ Ordinationis  
 „ applicabuntur.

„ In aliis receptitiis choralis officiatorum exercetur hisce

Die 11. Junii 1825.

141

regulis. Participantes omnes tum matutino, tum  
vespertino tempore juxta horarium ad Ecclesiam  
conveniunt, ac punctaturæ si desint subjiciuntur,  
exceptis Parocho, ejusque Æconomio, dummodo  
tamen actu animarum curæ attendant, aut legiti-  
mum aliud manifestent impedimentum. Qui duo  
dumtaxat, una cum aliis vel ægrotantibus, vel le-  
gitime quoque impeditis, a punctatura in hujus-  
modi casibus eximuntur. Chorale servitium detri-  
mentum certe erit passurum ob Parochorum pro  
exercitio curæ absentiam, sicuti nunc etiam detri-  
mentum patitur in aliis Parœciis receptitiis, quan-  
do Parochus, et Æconomus ad Curæ servitium actu  
vocantur, cæterique participantes legitimo impedi-  
mento detinentur. At quemadmodum aliæ recepti-  
tiæ Parœciæ, imo et Archiepiscopale hoc Capitulum  
huic malo quoad fieri potest mederi videntur, cum  
ob infirmitates, vel ob decrepitæ ætatis inhabilita-  
tem, vel ob alia impedimenta non adsunt omnes  
Beneficarii; ita chorale servitium in hac, quæ re-  
ducenda erit, Parœcia exercere poterunt cæteri, li-  
cet pauciores Presbyteri participantes. Provisum erit  
applicationi Missæ tam pro populo, quam pro Be-  
nefactoribus, eodem prorsus modo, quo superius  
fuit responsum, quando notula etiam onerum, prout  
præcipiebatur, expressa fuit.

Exploratum est, non facile unionem Ecclesiarum  
esse concedendam, quia jure optimo distinctæ fuerunt  
Dioceses, et Parœciæ, et unicuique gregi proprii at-  
tributi Pastores, et inferiorum Ecclesiarum Rectores,  
qui suarum quisque opium curam habeant, ut ordo  
ecclesiasticus non confundatur, veluti docet Tridenti-  
na Synodus Sess. 14. cap. 9. De Reform. Quamobrem  
hæc Sac. Congregatio raro admodum Ecclesiarum  
unionem fieri permisit: nunquam vero, ubi ea in  
illarum detrimentum vergeret, prout in *Leopolien.*  
*Unionis 1. Septembris 1736., in Florentina Unionis,*  
*et reductionis 18. Martii 1820. §. Cum.*

Locum tamen habere potest Ecclesiarum unio, quum  
adsit justa causa, præviaque de ejus veritate cogni-  
tio. *Clement. Si una 2. de rebus Eccles. non alienan.,*

Con-

*Concil. Trid. Sess. 7. Cap. 6. de Reform.* Justam autem causam præbet Ecclesiæ utilitas ; aut necessitas, *Cap. Exposuisti 33. de præbend.*; non deesse vero utilitas censetur, quotiescumque locorum opportunitas unionem exposcit, vel temporis qualitas. *Can. postquam temporis. 48. q. 1.*, et quoties reditus necessarii sint ad Dei cultum sustinendum. *Concil. Trid. Sess. 21. cap. 5., Sess. 23., Cap. 18., et Sess. 24 cap. 15. de Reform., S. Gregorius Magnus Lib. 2. Epist. 50. ad Joannem Episcop. Veliter. Tom. 2. col. 614. edit. Paris.* Generalis autem statui nequit regula, cuicumque casui applicabilis, cum omnia pendeant ex facti, ac singulorum casuum circumstantiis. *Card. de Luca ad Concil. Trid. discours. 8. n. 12., Sac. Congr. in Novarien. Unionis 26. Novembris 1763. §. Synodus.*

Profecto nulla major Ecclesiæ utilitas excogitari potest, quam divini cultus augmentum, ac decus, et animarum salus. Ecclesiæ quarum unio petitur, nunc præter festos dies sunt omnino clausæ, nec populus ad eas concurrit, nec Parochi adsistunt, excusationem adducentes, neminem feriali tempore adventire, neminemque Sacramenta petere. Verum si Ecclesiæ uniantur, et Parœcia ad proximam, et regionem *Lanciano Vecchio* inhabitantibus percommodam *S. Augustini* Ecclesiam transferatur, si octo Sacerdotes quotidie choralem in ea exerceant officianturam; tunc procul dubio Ecclesia quotidie aperta erit, et Populus ad Sacramentorum receptionem concurret, ideoque Ecclesiæ decori, divini cultus augmento, animarumque saluti providebitur. Quæ quidem pluries in causa fuerunt, cur Parœciarum unio ab hac Sacra Congregatione decerneretur, præsertim in *Reatina Unionis Ecclesiæ 8. Julii 1719.*, in *Leopolien. Unionis 13. Septembris 1738.*, et in *Gnesnen. Unionis 15. Septembris 1764. §. Hanc.*

Itaque dirimendum proponitur

#### Dubium

*An, et quomodo concedenda sit Ecclesiarum unio in casu ee.*

*Die Sabbathi 9. Julii 1825.*  
*in Palatio Apostolico Vaticano*  
*erit Sacra Congregatio Concilii,*  
*in qua præter alia proponentur*  
*infrascripta Dubia, juxta mo-*  
*rem ejusdem Sacræ Congrega-*  
*tionis de jure resolvenda.*

**A** RIMINEN. JURIS TUMULANDI, ET FUNERIS. *Sess. 25. cap. 13.*  
*de reform.*

Dubia

- I. *An Pater legitime elegerit Filio sepulturam in casu etc.*
- II. *An, et quomodo Fratres Minor. Observant. S. Bernardini teneantur ad percepta emolumenta restituenda in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative in omnibus.

**R** EATINA JURIORUM PAROCHIALIUM. *Sess. 25. cap. 15.*  
*de reform.*

Dubia

- I. *An, et quomodo servandum sit Decretum Episcopi quoad Confessiones audiendas in casu etc.*
- II. *An idem Decretum sit servandum quoad petendam veniam pro erigendo Altari in collatione Baptismatis in casu etc.*

III. *An*

III. *An suslineatur reservata in Decreto facultas Episcopo Sacerdotem delegandi pro administratione Baptismi in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Negative, et veniam erectionis Altaris sumptibus Vicarii faciendæ esse petendam ab Ordinario.

Ad III. Negative quoad formam Decreti, et Episcopus utatur jure suo ad formam Ritualis Romani, et amplius in omnibus.

Sess. 24. cap. 13.  
e reform.

## ANCONITANA CONGRUÆ

Dubium

*An, et quomodo Congrua augeri debeat in casu etc.*

Ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem

Sess. 21. cap. 5.  
e reform.

## LANGIANEN. UNIONIS

Dubium

*An, et quomodo concedenda sit Ecclesiarum unio in casu etc.*

Dilata, et ad mentem.

Sess. 21. cap. 7.  
de reform.

**P**RÆNESTINA REPARATIONIS ECCLESIAE. Eminentissimorum Patrum Sapientiæ hæc quæstio tertium subjecitur dirimenda. In Comitiiis enim diei 18. Septem-

ptembris 1819. proposito dubio : *An , et cujus sum-*  
*ptibus consulendum sit reparationi Ecclesie in ca-*  
*su etc.* Responsum datum fuit : *Dilata , non retarda-*  
*ta interim sumptibus Patrimonii Columnae reparatione*  
*Ecclesie nunc necessaria ; instauratoque certamine*  
*die 27. Maji insequentis anni sub eadem Dubii formu-*  
*la , responsum prodit : Dilata , et firma remanente*  
*provisionali resolutione diei 18. Septembris 1819. , exhi-*  
*beatur status activus , et passivus omnium praebenda-*  
*rum , et beneficiorum in Ecclesia S. Andreae erect. ,*  
*nec non conficiatur , et transmittatur peritia expensae*  
*necessariae pro omnibus reparationibus , et causa repro-*  
*ponatur citatis aliis interesse habentibus .*

Architectus , cui munus delatum conficiendae peritiae ,  
 retulit pro reparationibus *di prima urgenza* quanti-  
 tatem *scut. 276.* , pro reparationibus *di seconda urgen-*  
*za summam scut. 1000.* fore insumendam ; pro Ecclesiae  
 vero manutenzione annuis opus esse *scutis 120.* Cum  
 autem Patrimonium Columna die 7. Januarii 1820.  
 inita transactione divisum fuisset inter Principem  
 Asprenum Columna haeredem fideicommissarium , ac  
 Principissas haeredes liberas , et filias cl. me. Comesta-  
 bilis Philippi Columna , atque R. P. D. Auditor SS<sup>ni</sup>  
 die 25. Septembris 1821 decrevisset , instaurationes es-  
 se explendas sumptibus *pro nunc communibus , scilicet*  
*tam patrimonii fideicommissarii praenobilis Familiae ,*  
*quam liberi , et dein cujus de jure : haeredes Patrimo-*  
*nii liberi Columnae summam scutorum 487.* persolve-  
 runt , *dichiarando , che col presente pagamento non*  
*intendiamo recare alcun pregiudizio sulla causa in me-*  
*rito pendente nella Sac. Congregazione del Concilio .*

Manuentioni vero fabricae Ecclesiae Collegatae ut in fu-  
 turum prospiceretur , Capitulum , et Princeps Aspren-  
 us Columna pacto sese devinxerunt uniendo Capitu-  
 lo duas Capellanas de jurepatronatus Gentis Columnae  
 in eadem Collegiata erectas , earumque redditus , Mis-  
 sarum oneribus impletis , in praedictam fabricae manu-  
 tionem conferendi. Preces hinc dederunt Summo  
 Pontifici , ut transactionem Apostolica confirmaret  
 auctoritate : sed Haeredibus patrimonii liberi ad se per-  
 tinere contententibus Capellaniarum juspatronatus ,  
 nullo hactenus memoratae preces dimissae sunt rescri-  
 pto

pto; eademque Hæredes, distributa Allegatione typis edita, causam super restauratione Ecclesiæ iterum proponi curarunt.

**P**atrimonii liberi Defensor Capitulo Collegiæ S. Andree, actoris personam gerenti, onus imminere contendit validis evincendi probationibus, Ecclesiam sumptu instaurandam esse Gentis Columnæ; argumenta vero ex consuetudine, ac jurepatronatus desumpta, ineptissima arbitratur. Quamquam enim consuetudo centenaria, et immemorabilis præsumptionem suppeditet transactionis, pacti, omnisque melioris, ac validioris tituli; attamen si pateat titulus, unde processerit consuetudo, ad præsumptiones haud confugiendum est, Rota cor. Rezzonico decis. 293. n. 13., in Romana Salviani 21. Aprilis 1755. §. 17. cor. Vicecomite, et in Terracinen. Juris pascendi 8. Aprilis 1785. §. 12. cor. Soderino; sed unice perpendendum, an titulus ille par sit, et idoneus ad obligationem inducendam.

**J**am vero Principes Columnenses titulo oneroso administrationis gabellarum Transitus, et Contractus, quæ pro manutentione fabricæ a fundatione Ecclesiæ fuerant assignatæ, onus suscepisse restaurationis Ecclesiæ Collegiæ, aperte constare autumat idem Defensor ex Palianensibus Statutis, ex Capitularibus Constitutionibus, ac præsertim ex Actis sacrarum Visitationum. Reque vera in Visitatione anni 1627. narratur, habere fabricam annuos redditus scut. 150. circiter, consisten. in quodam affectu Gabellæ; qui ministrabantur per duos Sanctestios, et Depositarium: sed hodie introitus predictus dicitur jam octo abhinc annis circiter reperiri in posse Exm̃i D. Magni Comestabilis Columna, qui de eo multas insignes expensas pro servitio dictæ Ecclesiæ fecit; et in Visitatione anni 1637. traditur, quod introitus Gabellæ del passo modo administratur ab Exm̃o Principe, qui necessarias expensas pro Ecclesia facit. Quin imo id ipsum testati sunt Canonici anno 1778; tunc enim temporis abrogata a S.M. Pio VI. la Gabella del Passo, emissaque a Comestabili Columna protestatione nolle amplius ullum subire onus reparationis, et manutentionis stante abolitione dictæ Gabellæ sibi in correspectivitate cessæ, obstitit Capitulum, inquiens vectigalia del passo, e del contratto ad-



administrationi Domus Columnæ concedita fuisse, ac propterea essendo rimasta la Gabella intus terram (del contratto) ogni ragion vuole, che essendone soltanto l'Eccm̃a Casa Colonna amministratrice, debba questo provento erogarlo nelle necessarie restaurazioni; altrimenti converrebbe all'Eccellenza Sua, quando non voglia più tale incomodo, liquidare i conti della passata amministrazione, e rendere al Capitolo l'esazione della gabella della vendita delle cose mobili.

Cum itaque Principes Columnenses Collegiatam S. Andree instauraverint titulo administrationis, et exactio- nis vectigalium del passo, e del contratto, cumque ex his alterum anno 1778. fuerit sublatum, alterum Comunitatis Palianensis commodo anno 1816. additum; onus quoque reparandæ Ecclesiæ quoad Prin- cipes Columnenses evanuisse videtur: ea enim est indoles contractus respectivi, ut corrueute uno ex correspectivis, alterum quoque corruat oportet, *L. 1. ff. de condit. ob vel sine causa, Rota in Tudertina Præ- stationum 3. Julii 1772. §. 3. cor. Hertzan; in Fo- rolivien. Honorarii 7. Junii 1816. §. 5. cor. Eñno Ser- lupi; et dec. 57. n. 3. cor. Me.*

Quod vero attinet ad dotationem, ac juspatronatus (pergitur patrimonii liberi Defensor) etiamsi Principes Columnenses vectigalia pro manutentione Ecclesiæ tra- didissent; attamen quum absque eorum culpa, vel facto vectigalia perierint, ad novam dotationem præ- standam cogi nequeunt; explorati siquidem juris est, patronum post expletam dotationem numquam ad illius supplementum in casu imminutionis, vel pe- remptionis compelli posse, sed damnum periculo Ecclesiæ cedere, *Rota in Recent. part. 11. decis. 62. n. 8. et cor. Lancetta dec. 280. n. 5.*

Ubi autem nulla suppetunt bona pro reficiendis Eccle- siis assignata, eas, etiamsi juspatronatus sint, in primis instaurare coguntur Beneficiorum Rectores, dein patroni, et alii, qui fructus aliquos ex Ecclesiæ reditibus provenientes percipiunt, et in illorum de- fectum parochiani, ut post Concil. Trid. Sess. 21. cap. 7. de reform. docent Gonzalez in Lib. 3. Decret. tit. 48. Cap. 1. n. 7.. Fagn. de jurep. part. 5. can. 4. cas. 9. Canonici itaque Palianenses, quorum præbendæ ampli-

plis auctæ sunt redditibus, in restorationem Ecclesiæ S. Andreae quidquid eorum superest vitæ tuitioni, conferre debent, *Barbos. de offic. et potest. Paroch. part. 1. Cap. 13. n. 2., Sacr. Congr. in Nepesina Restorationis Ecclesiæ 31. Augusti 1771. §. Neque. Juris sanctioni cohæret lex a Prænestino Episcopo indicta; ipse enim anno 1571. plura Beneficia, annuente Principe Marco Antonio Columna, qui eorum gaudebat jure patronatus, suppressit, et Collegiaturæ S. Andreae univit, ut redditus in Ecclesiæ, et Capituli usus, et utilitatem erogarentur.*

Canonicos denique ab onere reparationis sese eximere non posse, retur idem Defensor ex hujus S. Ordinis judicio, qui dum in superiori actione decrevit: *exhibeatur status activus, et passivus omnium præbendarum, et beneficiorum: instauracionem Ecclesiæ Canonicis prius imminere satis innuisse videtur. Quod si Canonicales præbendæ impares essent oneri restorationis Ecclesiæ ferendo, ante patronos populus Palianensis illud subire foret compellendus, tum quia patroni nullos ex Ecclesiæ bonis percipientes fructus in subsidium tantummodo Ecclesiam reficere tenentur Pirhing. in lib. 3. Decret. tit. 48. §. 3. n. 20., et Sacr. Congr. in Spiren. Reædificationis Ecclesiæ 30. Maji 1761.; tum quia vectigal Contractus haud penitus aboletum, sed Paliani Communitati fuit applicatum. Verum Canonicorum Defensor suadere nititur, ab EE. VV. judicium in hac causa esse prorogandum, usque dum preces pro confirmatione transactionis Summo Pontifici porrectæ aliquem sortitæ sint effectum; quandoquidem pendente penes Summum Pontificem recursu nihil est in Causa innovandum; potissimum quia vel precibus rejectis, Hæredes Patrimonii liberi reparationem Ecclesiæ effugere non posse existimat. Speciali enim Constitutione Benedicti XIII., quæ incipit *Pius, et misericors*, pro Italia, Insulisque adjacentibus condita, cautum est, per medias Beneficiorum annatas Ecclesiarum manutentioni fore prospiciendum: sed ab hujusmodi solutione exemptos voluit Canonicos Collegiatarum, in quibus . . . onus, seu obligatio reparandi, restaurandi, et conservandi Ecclesias residet penes Communitates Locorum, vel*

ad-

adsunt dictarum Ecclesiarum Patroni, qui nisi reparare, et manutenere velint easdem Ecclesias, earum patronatum amittere debent. Cum enim in his satis consultum sit reparationi, et conservationi Ecclesiarum, nolumus aliud superaddere Beneficiatis impendium, quod vergeret in sublevamen eorum, qui de jure tenentur. Colligit exinde, Gentem Columnensem, quippe quæ jurepatronatus gaudet Ecclesiæ Collegiæ, ad manutationem in primis obstrictam esse.

Adde addendum ait, quod Principes Columnenses a vetustissimo tempore Templum restaurare consueverint, quodque Palianensis Statuti existentia, quo innitebantur in postrema Causæ propositione Principis Aspreni Defensores, facile sit explodenda. Præterea tametsi Principes Columnenses ab anno 1620. administrationem suscepissent vectigalium *del passo, e del contratto*; nihilominus, antequam onere leverentur reficiendæ Ecclesiæ, rationem reddere deberent gestæ administrationis; in comperto enim est, Administratores, non expunctis prius rationibus, neque creditores, neque debitores renuntiandos esse; *Rota cor. Ansaldo decis. 283. n. 10., cor. Riminaldo decis. 728. n. 2.*

Acta fusius deproment EE. PP. ex Foliis dierum 18. Septembris 1819. et 27. Maji 1820., atque ex Allegationibus utrinque distributis, ut dirimere possint

### Dubium

*An, et cujus sumptibus consulendum sit reparationi Ecclesiæ in casu etc.*

Dilata, et in executionem præcedentis Decreti diei 27. Maji 1820. Eñius Episcopus dignetur præfigere terminum unius mensis Capitulo ad exhibendum statum activum, et passivum præbendarum, et Beneficiorum in Ecclesia existentium, nec non ad docendum de erogatione scutorum 486. in reparationibus Ecclesiæ.

ALA-

Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.

**ALATRINA RESIDENTIAE.** Franciscus Posta ex Opido Sgurgola Diœcesis Anagninæ, Canonicus Decanus Ecclesiæ Cathedralis Alatrinx, ejusdemque Diœcesis Vicarius generalis, cum jam senio confectus incommoda valetudine laboraret, anno 1808. Coadjutorem a Sede Apostolica, et deinde *Indultum* a loco Beneficii *per quinquennium* abessendi, et in Patriam redeundi, obtinuit. Quinquennio ad exitum properante prorogationem *Indulti* ab hac Sac. Congregatione exoravit, et die 17. Septembris 1814. rescriptum prodiit: *Exhibeatur præcedens Indultum*, quod cum inveniri nequiverit, preces iteravit Canonicus, quæ die 18. Februarii 1815. Episcopo remissæ fuerunt pro informatione, et voto, audito Capitulo, et referat de vera necessitate per juratam Medici fidem, ac utrum Coadjutor inserviat, et de tempore necessario.

Quæ tamen contingere vicissitudines, effecerunt, ut nunquam transmissa fuerit Episcopi relatio: utque nihilominus Canonico Posta absentis quotidianæ distributiones ad totum annum 1821. ab Alatrino Capitulo traditæ fuerint. Verum die 23. Februarii 1822. Canonici capitulariter congregati protestationem emisserunt de distributionibus Canonico Posta non amplius præstandis, deque repetendis distributionibus post expiratum *Indultum* ab ipso perceptis; ejusdemque protestationis exemplum miserunt ad præfatum Canonicum, qui octogesimum sextum agebat annum, et die 2. Maji sequentis e vita migravit. Preces Sac. Congregationi obtulit Joannes Baptista Posta, defuncti hæres, ut nondum traditas consequeretur distributiones, quas interea Canonici inter præsentis diviserunt, et die 22. Martii 1823. interrogatus de more fuit hodiernus Alatrinus Antistes: Canonici autem S. M. Pium VII. adierunt, qui die 8. Junii ejusdem anni Causam videndam, et absolvendam laudatæ Sac. Congregationi commisit. Iterum ergo die 28. Augusti 1824. requisitus fuit Episcopus Alatrinus, ut referret ad formam rescripti diei 22. Martii 1823., præfixo Hæredibus Posta termino ad deducendum jura sua in Sacra Congregatione.

Episcopus autem animi sui sensum ita pandidit „ Non  
„ dif-

diffutetur Capitulum justa de causa fuisse Canonicum Posta in primo quinquennio dispensatum; sed hac dispensatione expirata, novam sibi minime procurasse, vel obtinuisse indubium est. Nec eum bona fides excusare valet, tum quia primam necessario sibi expetendam esse facto ipso ostendit; tum eo vel maxime, quod in viro nequam supponi potest, qui jus Canonicum apprimè calleret, et Vicarii generalis munus tot annis summa cum laude, ac peritia exercisset. Dehinc, scilicet anno 1808. præfatus Canonicus Posta a Sede Apostolica Coadjutorem obtinuit, qui reapse Choro diligenter inservivit, ac munia omnia complevit, quæ Coadjutor Canonicus potest exercere. Ast obligationi de residendo in loco Beneficii, a qua immunis tantummodo est Canonicus jubilatus, non autem Coadjutore donatus, minime poterat pro eo satisfacere, quod sane ipse cognovit Canonicus Posta, cum inserviente etiam Coadjutore, primo suæ absentiae anno ab hac Sacra Congregatione facultatem petierit, ut ab Alatrina Civitate discedere valeret. Quare expleto quinquennio, incunte anno 1814. ejusdem facultatis prorogationem opus erat ei impetrare, quod certe omisisse jam innuit. Quapropter indebite illo ab anno ad mortem usque quotidianas distributiones solis præsentibus accrescentes percepisse, fatendum est. Canonici vero distributionibus ipsis cum statim non expoliarunt, quia novam facultatum prorogationem a Sede Apostolica reportasse, bona fide arbitrabantur.

Ut EE. VV. exequeretur jussa, Hæredibus prædictis terminum præfixi ad deducendum jura sua in Sacra Congregatione. Capituli petitionem justissimam esse, et Sacris Canonibus conformem arbitror.

quotidianas distributiones, qui statis horis interfuerint, recipiant, reliqui quavis collusionem, aut remissione exclusam, his careant juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit Consuetudinem, quod Sancta Synodus in usum revocat = ita Tridentina Synodus Sess. 24. Cap. 12. de reform., idemque colligitur ex Sess. 21. cap. 3.; Sess. 22. cap. 3., et ex cap. Licet de Præb., Extrav. Postulavi §. Licet, et Extrav. Cum nonnul-

la §. præterea eod. titul. Omnes itaque distributiones, quas Canonicus Posta per illud tempus percepit, quo sine Indulto absens fuit, indebite perceptas fuisse dicendum erit. *Monet. de distrib. parte 3. quæst. 5. num. 10., et seq., Barbos. ad Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. cap. 12. num. 108., et seq., Sac. Congr. in Cephaluden. Distributionum 31. Martii 1770. §. Ad tramites.*

Neque Canonico Posta prodesse ad lucrandas distributiones valuit adversa valetudo, quam nunc Medici testimonio evincere conantur ejus Hæredes, et de qua ipse in precibus tam anno 1814., quam anno 1815. huic Sacræ Congregationi oblati omnino siluit. Infirmitas enim absentis a Choro opitulatur, non autem absentis a loco residentis, qui etsi ægrotet, et Coadjutorem habeat, Indulto abessendi indiget, *Bened. XIV. De Synod. Dioces. lib. 13. cap. 9. num. 15, Rota in Recent. part. 1. decis. 608. num. 1., Sac. Congr. in Comen. 30. Septembris 1724. §. Tertio, et in Romana Fructuum 15. Aprilis 1780. §. At Beneficium.* Nulla vero in eodem Canonico bona fides, uti animadvertit Episcopus, præsumi potest. Siquidem, et apprime versatus erat in jure Canonico, et primo suæ absentis anno ab hoc Sacro Senatu veniam imploravit, ut ab Alatrina Civitate discedere valeret. Accedit, quod anno 1818. admonitus fuit ab Episcopo de necessitate Indulti prorogationem obtinendi, ut absens suas facere posset distributiones. Fastigium imponit protestatio, quam die 25. Februarii 1822. emisissent Canonici capitulariter congregati, et cujus exemplum Canonico Posta tradi curarunt. Hæc omnia quamlibet ab eodem Canonico bonam fidem abfuisse ostendunt.

Distributiones nihilominus jure a Canonico Posta perceptas fuisse, ipsius Hæredes contendunt, quia licet illis carere debeant absentes, excipiuntur tamen, quos infirmitas, seu justa, et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesie utilitas excusaret, verba sunt Bonifacii VIII. in *Cap. unic. De Clerico non resid. in 6.* Primus itaque casus, in quo de jure quotidianæ distributiones absentibus debentur, est infirmitas, uti monet etiam *Glos. ibid. v. infirmitas*, et perpendunt *Barbos. ad Concil. Trident. Sess.*



Sess. 24. Cap. 12. Monet. de Distribut. quotid. quæst.  
5. num. 48.

Canonicum: Posta morbis vexatum in Patriam rediisse, ut beneficio frueretur aeris, in quo lucem viderat, et ab anno 1814. usque ad obitum graviter ægro- tasse, ex jurata Medici fide constat. Discessit autem a loco residentiae post obtentum abessendi Indultum, et ad illum deinde reverti ob malam valetudinem nequivit. Denegandæ igitur eidem non videntur quo- tidianæ distributiones, cum illas Canonico, qui tem- pore vacationum a Civitate recessit, ac in morbum incidit, etiam post vacationum tempus infirmitate durante, deberi doceat *Pignatell. tom. 5. consult. 81. num. 8.*, et per tot. In Causa quoque *Romana distri- butionum* cum instantibus Canonicis Collegiatæ Ec- clesiae S. Marci in hac S. Congregatione propone- retur quæstio, an Canonici Coadjutus ejusdem Ec- clesiae, qui cum suo Coadjutore ob corporis infir- mitates, et pro recuperanda valetudine extra Urbem se contulerat, quotidianas distributiones consequi pos- set pro tempore, quo Ecclesia debito caruit servitio; cl. mc: Cardinalis Maresoschi, tunc Urbis Vicarius, cujus votum exquisitum fuit, auditis interesse ha- bentibus affirmative respondendum censuit, per *tex- tum in Cap. Unico de Cleric. non resid. in 6.*, *Card. de Luca de Canonic. Discurs. 12. num. 3.*, *Barbos. eod. tract. Cap. 29. num. 45.*, *Monacell. formul. 2. num. 76. tit. 13. tom. 2.*, uti late refertur in Folio diei 3. Decembris 1729. §. *Exquisito*.

Quod si hæc obtinent (ita Canonici Posta Hæredes) fa- vore Canonici Coadjutore carentis, vel quando ne- que Coadjutus, neque Coadjutor Choro inserviunt, eo magis pro Coadjuto militare debent, qui assiduum per Coadjutorem præstitit Chorale servitium. De hoc autem in longe duriori themate actum fuit in alia *Causa Romana Distributionum*, in qua Beneficiatus S. Mariae Transtyberim, Coadjutorem habens, anno 1768. Indultum abessendi a loco residentiae ob gra- vem ætatem impetraverat ad biennium, deinde pro- rogatum fuerat ad annum 1780., sequenti vero quin- quennio neglectum. Re comperta, Collegium Bene- ficiatorum cessavit a tradendis distributionibus, jam- que

que solutas repetere tentavit. Verum die 4. Aprilis 1789. proposito Dubio = *An sit locus repetitioni distributionum solutarum tempore deficientium Indultorum in casu etc.*, hæc Sacra Congregatio ob Beneficiati senectutem, ob morbos, quibus obnoxius evaserat, denique ob fidem optimam, qua distributiones perceperat, rescipit *Negative*; et instaurato certamine die 8. Augusti ejusdem anni resolutionem confirmavit responso *In decisis, et amplius.*

Impetratum fuisse Apostolicum Indultum ad quinquennium, cum primum Canonicus Posta in Oppidum *Sgurgola* patriam suam, se recepit, nulla est ambiguitas; elapso autem quinquennio prorogationis defectum eidem Canonico imputandum non esse contendunt ipsius Hæredes, cum opportunas preces semel, iterumque obtulerit, easque ad Episcopum pro Informatione, et Voto ablegandas curaverit. Gravis infortuniis obnoxius Episcopus, nunquam de memoratis precibus retulit: verum Canonicus Posta optima fide se gessit, cui fomentum præbuit quotidianarum distributionum a Capitulo nunquam interrupta præstatio, et quam novi Episcopi admonitiones nequaquam interceperunt. Novus enim Episcopus ad Alatrinam sedem venit anno 1818., atque ad ipsum pertinebat de precibus referre, de quibus decessor Episcopus minime retulerat.

Nihili vero faciendam dicunt prædicti Hæredes nimium seram Capituli protestationem, quæ *in jure* nullius est momenti, cum judiciorum ritum nunciata non fuerit; ac præterea *in facto* est omnino spernenda, quoniam exeunte Februario anni 1822. fuit emissa, ejusque notitia ad Canonicum Posta pervenire tantummodo potuit, quando gravissimo conflictabatur morbo, quo oppressus die 2. Maji sequentis occubuit. Quo factum est, ut protestationis nunciatio, si tamen expleta fuit, ne efficax quidem esse potuerit ad perimendum jus percipiendi nondum solutas distributiones, quum in id tempus inciderit, quo Canonicus Posta nunciationi parere nequibat, et paucos post dies vitam, et Canonicatum amisit. Cætera EE.  
PP.



PP. habent in Allegationibus utrimque distributis, ut pro sua sapientia definiant, quæ proponuntur

## Dubia

I. *An, et a quo tempore sit locus restitutioni distributionum in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An Capitulum præstare tenentur distributiones retentas in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Affirmative.

**P** LACENTINA PAROECIÆ = Relata fuit hujus controversiæ species in Folio diei 20. Novembris 1819., et quinque proposita fuere Dubia = I. *An constet de nullitate Decreti Episcopi Fallot de Beaumont in casu etc.*, et quatenus affirmative = II. *An redintegranda sit Paroecia in antiqua Ecclesia S. Michaelis de Revigozzo, vel sananda potius jam facta translatio in casu etc.*; et quatenus affirmative ad primam partem = III. *An, et quomodo sit locus dismembrationi, et respective novæ Paroeciæ erectioni in Oratorio S. Joannis in Burgo di Bettola in casu etc.*; et quatenus affirmative = IV. *An, et quomodo consulendum sit pro assignatione congruæ Dotis novæ Paroeciæ in casu etc.*, et quatenus negative ad III. dubium = V. *An, quomodo, quibus juribus, et quorum impensis sit locus deputationi Cappellani Curati in casu etc.* Responsum autem eadem die prodiit. Ad I. *Provisum in secundo.* Ad II. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Ad III., IV., et V. *Dilata, et scribatur Episcopo, qui auditis in scriptis Parocho, et Parochianis, referat distincte de vera necessitate vel erigendæ novæ Paroeciæ, vel deputandi Cappellanum Curatum; et de Congrua assignanda in uno, alterove casu.* Quum Litteræ ad implenda mandata EE. VV. datæ ad Placentinum Episcopo-

scopum pervenerunt, jam obierat Parochus S. Michaelis di Revigozzo: decessit deinde idem Episcopus, responsumque reddidit mox elapso Mense Februarii hodiernus Antistes his verbis.

- „ Communis erat sensus Parochianorum super neces-  
 „ sitate dismembrationis, seu divisionis Parœciæ in  
 „ duas, unam nempe superiorem sub antiquo titu-  
 „ lo S. Michaelis, et aliam inferiorem sub titulo S.  
 „ Joannis Baptistæ, non solum propter distantiam  
 „ habitantium in Burgo S. Joannis ab Ecclesia San-  
 „ cti Michaelis, rivo præsertim interfluente, et non  
 „ infrequentibus terræ scissionibus, *quas lavinas* ap-  
 „ pellant; sed multo magis propter dissitos animos,  
 „ et numquam conciliata dissidia inter Parochianos  
 „ inferiores, et superiores.
- „ Ast major erat difficultas in Dote statuenda pro no-  
 „ va Parœcia, cum vix congrua, et minime immi-  
 „ nuenda sit illa S. Michaelis. Porro incolæ Burgi  
 „ Bettolæ, propria industria pro majori parte ex mi-  
 „ nuto commercio viventes, subjici non poterant so-  
 „ lutioni taxæ cujuscumque, quæ certa foret, atque  
 „ perpetua.
- „ Ergo cum nihil proficerent initi tractatus, statuit  
 „ Antecessor meus fel. record. Episcopus Carolus  
 „ Scribani Rossi rem committere divinæ Providen-  
 „ tiæ, et ne diutius vacaret Ecclesia S. Michaelis,  
 „ relicta parochialitate in statu primævo, concursum  
 „ aperuit, ad quem solus comparuit Valentinus Bo-  
 „ glioli, cujus examen transmissum fuit ad Datariam  
 „ Apostolicam ob jam secutam devolutionem pro-  
 „ pter lapsum semestris, et amplius ab ultima va-  
 „ catione Parœciæ antedictæ. Gratia signata fuit pro  
 „ eodem Valentino. Verum interpositis novis oppo-  
 „ sitionibus ex parte Incolarum Burgi Bettolæ, ægre  
 „ ferentium se revocari ad antiquam sedem Paro-  
 „ chialem S. Michaelis. . . . consultum fuit curæ  
 „ animarum per deputationem duorum Œconomorum  
 „ pro parte superiore, et respective inferiore  
 „ dictæ Parœciæ, data administratione temporali uni  
 „ ipsorum, cum assignatione aliqualis partis reddituum  
 „ favore alterius, cujus tenuitati usquedum supple-  
 „ tum fuit subsidiis extraordinariis aliunde desum-  
 „ ptis.

„ De.

- Demum lux effulget Divinae providentiae, quam expectandam censuit praelaudatus Antecessor meus pro exequenda divisione Paroeciae cum sufficiente dote pro utraque. Siquidem vacavit elapso mense Julii reservato alia satis pinguis Paroecia hujus Dioecesis S. Mariae in Caelum Assumptae loci Tavernaghi, cui jam alias imposita fuit pensio scutorum quinquaginta circiter. Quare si similis pensio super ipsa Paroecia de Tavernago hodie imponeretur, perpetuo solvenda pro nova Paroecia S. Joannis Bettulae, desideranda dumtaxat superessent residua scuta quinquaginta pro complemento Dotis competentis mox dictae novae Paroeciae erigendae.
- Ut igitur assignatio adhuc deficientium scutorum quinquaginta a supremo Gubernio obtineretur, ipsam spem meam eidem obsequenter exposui, fore scilicet, ut a benignitate Apostolicae Sedis pensio perpetua *scut. 50.* super vacante Paroecia de Tavernago impetraretur, si totidem ex parte ejusdem Gubernii adjungerentur pro interga Dote efformanda novae Paroeciae S. Joannis Bettulae. Nec votum fefellit; enim vero acceptis Litteris diei 27. Novembris anni superioris, certus factus sum de pia mente Augustae Ducissae Nostrae supplendi optatae dotationi cum assignatione totidem bonorum stabilium.
- Haec favorabiles dispositiones cum intellexerit jam dictus Valentinus Boglioli, approbatus pro Paroecia S. Michaelis *di Revigozzo*, assensum suum libenter praestitit dismembrationi faciendae, et respective erectioni novae Paroeciae in Burgo S. Joannis, ut ex Chirographo ejus assensus, quod EE. VV. reverenter submitto.
- Urgente nunc necessitate stabiliter providendi curae animarum supradictorum Incolarum per proprios respective Parochos, et non per simplices Aeconomicos mercede conductos; videtur mihi id facile assequi posse, si EE. VV. dignarentur votum addere humillimae petitioni meae ad Summum Pontificem, quam
- jun.

„jungo litteris Testimonialibus expeditis Rev. Aloy-  
 „sio Gamba unico concurrenti, et in examine ap-  
 „probato pro memorata vacante Paroecia di *Taver-*  
 „*nago*, et hac ipsa die ad Sacram Datariam trans-  
 „mitto pro impositione super hac ipsa Paroecia pen-  
 „sionis perpetuæ *scut. 50.* favore novæ Paroeciæ eri-  
 „gendæ in Oratorio, seu in Ecclesia S. Joannis Bet-  
 „tulæ; delegando aliquam Ecclesiasticam Dignitatem  
 „hujus Diocesis, seu meipsum, si infirmitas mea  
 „non displicet, ad hoc ut cum bonis adjungendis a  
 „Supremo Gubernio constituatur integra Dos *scut.*  
 „*100.* pro sæpedita nova Paroecia, et prævia dis-  
 „membratione Loci ab illa di *Revigozzo*, et confi-  
 „nium designatione, (cum jam per Incolas Bur-  
 „gi prædicti constructa fuerit apud ipsum Oratorium  
 „commoda Domus Parochialis, et omnia provisa,  
 „quæ obcundis muneribus Parochialibus sufficiant)  
 „formiter erigatur, et sic erecta provideatur de ido-  
 „neo Parocho per concursum ad formam Sancti  
 „Concilii Tridentini. „

Quæ pro dirimenda controversia ad factum pertinent,  
 fuse habent EE.PP. ex hactenus relata informatione.  
 Quæ vero ad tramites juris dismembrationem Paroeciæ  
 S. Michaelis, ac novæ Paroeciæ erectionem aut  
 suadere, aut dismembrationi obstare possunt, tam  
 eximia diligentia a tunc temporis Secretario hujus  
 Sac. Congregationis, nunc Eñño, et Rñño Cardinali  
 Falzacappa collecta fuere in Folio *diei 20. Novem-*  
*bris 1819.*, ut nihil omnino addendum supersit: il-  
 lud proinde resumere EE. VV. dignentur, ac defi-  
 nire, quæ iterum proponuntur

### Dubia

I. *An, et quomodo sit locus dismembrationi, et respec-*  
*tive novæ Paroeciæ erectioni in Oratorio S. Joannis*  
*in Burgo di Bettola in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo consulendum sit pro assignatione*  
*congruæ Dotis novæ Paroeciæ in casu etc.*

Et quatenus negative ad I. Dub.

*An*

III. *An, quomodo, quibus iuribus, et quorum impensis sit locus deputationi Capellani Curati in casu etc.*  
 Dilata, et audiantur Ministri Datariae Apostolicae quoad impositionem pensionis.

**F**ERENTINA RESIDENTIAE = Rerum gestarum seriem habent EE. PP. in Folio diei 22. Novem. 1823., controversia vero proposita fuit in comitiis diei 20. Decembris sequentis sub duplici Dubiorum formula nimirum. I. *An Beneficiatus teneatur ad residentiam in casu ec.* II. *An, et quos fructus percipere debeat quoad praeteritum in casu etc.*; datumque fuit responsum ad I. *Affirmative saltem per alium.* Ad II. *Affirmative in omnibus, solutis fallentiis.*

Sess: 25. C. 12.  
 De reformat.

Minime arrisit definitio Archipresbytero, et Beneficiatis Parochialis Ecclesiae S. Mariae Assumptae in Caelum, Terrae S. Stephani Ferentinæ Diocesis, et veniam reintegrandi certaminis adversus Beneficiatum Sacerdotem Josephum Middelbourg Romanum enixe petierunt, ac facile impetrarunt. Omnes autem hodie intenderunt conatus, ut evincerent, Beneficia in indicata Ecclesia erecta personalem residentiam per alium nequaquam supplendam requirere.

Primus testimonium perhibet Archipresbyter, et Parochus, atque affirmat, se pluries monuisse Sacerdotem Middelbourg, *che questo è beneficio di vera residenza; e che avendo io predicato la parola di Dio per il lasso di venti, e più anni, non ostante què vi fossero dei Preti semplici senza Beneficio, che potevano supplire per me nella mia assenza, per essere come ho ridetto Beneficio residenziale, non hò potuto lasciare altro Prete, e sono stato obbligato in tal tempo pagare rigorosamente le puntature.* Iterum de necessitate personalis residentiae testatur idem Archipresbyter et Parochus una cum tribus beneficiatis; adduntque de Collegio agi Presbyterorum, qui **Ca-**  
**me-**

merarium quotannis eligunt, Signum Collegii habent, quo deliberationes collegialiter per secreta suffragia probatas muniunt, easque in peculiari Codice descriptas servant. Denique sex inducunt grandævos testes, quorum tres se possidentes dicunt, quartus est faber lignarius, quintus agricola, sextus lapicida, qui omnes asserunt, Beneficiatos Ecclesiæ S. Mariæ in Cœlum Assumptæ semper per se ipsos, nunquam per substitutum inservisse; et quotiescumque absque venia Ordinarii, et ultra tempus a Sacris Canonibus indultum abfuerint sono stati privati degli emolumenti; e perseverando più di un anno nella lontananza, sono stati privati delle rendite Beneficiali.

Videant autem EE. PP. an hisce sex testibus, præsertim procul a formali examine interrogatis, habenda sit fides, Episcopo referente, Beneficium teneri, et obligatum esse ad præstandam adsistentiam saltem per interpositam personam juxta usum, et consuetudinem ab immemorabili servatam. Perpendant quoque an ullius momenti esse possint testimonia Archipresbyteri, et Beneficiatorum, qui in hac controversia contradictores sunt Beneficiati Middelbourg, et de proprio commodo certant, nempe de retinendis Beneficii fructibus, quos inter se diviserunt; an potius omnia præsertim ab Archipresbytero asserta conciliari valeant cum præcedenti resolutione, qua Beneficiatus Middelbourg ad solvendas fallentias fuit damnatus: an denique probandum sit, ut idem Beneficiatus fructibus omnibus Beneficii privatus fuerit, nulla præcedente legitima citatione, ac monitione, quam ipse spreverit, et non residere perseveraverit contra ea, quæ docet hæc S. Congregatio in Romana Canonica 3. Decembris 1718. Resumpto autem Folio diei 22. Novembris 1823. dirimere dignentur

### Dubia

I. An sit standum, vel recedendum a decisis quo ad I. Dubium in casu etc.

An

II. An sit standum, vel recedendum a decisio quoad  
 II. Dubium in casu etc.

Noon proposita cum sequenti,

Sess. 25. C. II  
 de Reformat.

**S**POLETANA ALIENATIONIS. Matthæus Cirenei Oppidi Montis Falchi Archidiœcesis Spoletanæ ultimo suæ voluntatis elogio hæredem proprietariam anno 1807. instituit Ecclesiam B. Mariæ V. Gratiarum ejusdem Oppidi, usumfructum vero omnium suorum bonorum reliquit uxori Rosæ Ciccoli, cujus Dotem scut. 300. nuptialibus in tabulis auxerat aliis scutis 100., lege tamen ipsi indicta *di solo poter disporre della sua dote degli scudi 300. tantum, e non altro, volendo, che la sopradote resti convalidata a favore della Vergine Santissima delle Grazie.* Hæreditatem plurimo ære alieno gravatam invenit Rosa, illudque dimittere cupiens ab hac Sac. Congregatione facultatem alienandi aliquot bona hæreditaria imploravit: sed repulsam die 15. Novembris 1820. tulit, edito rescripto *Non expedire.*

Noxas deinde preces obtulit, fuitque requisitus tunc temporis Vicarius Apostolicus Spoletanus, ut suum aperiret votum, auditis interesse habentibus, ac præsertim Rectore Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum, utque transmissa particula Testamenti Matthæi Cirenei referret de viribus hæreditatis per peritum ex officio deputatum, et de summa æris alieni ad eandem hæreditatem spectantis. Responsum postea dedit Archiepiscopus, et hæc retulit. „ Prædia tum rustica, „ tum urbana ab Agronomo Francisco Giuliani, et „ altero perito Fabro Murario Michaeli Casini, illa „ scutatis septingentis sexaginta junctis obulis quin- „ que, ista ducentis quadraginta junctis obulis se- „ ptuaginta æstimantur. Aes alienum liquidum, „ prout ex catalogo, studio mei Vicarii Foranei Mon-



„ tia Falchi exarato, quod et est Rector Ecclesiæ Gra-  
 „ tiarum, quique diligenter perquisiverat, num no-  
 „ mina singula vigerent, non excedit scutata qua-  
 „ tuor, et tercenta junctis obulis undecim; illiqui-  
 „ dum scutata tercenta viginti et unum junctis obu-  
 „ lis quinquaginta novem. Annumeratur in hoc po-  
 „ stremo tum augmentum dotis, et lucrum dotale,  
 „ tum illa scutata nonaginta, quæ prout ex notula,  
 „ quæ exhibetur, coram eodem Vicario Foraneo vi-  
 „ detur justificata.

„ Profecto si de augmento dotis, et lucro dotali fas sit  
 „ tantisper discutere, meo qualicumque iudicio, etsi  
 „ ex contractu nuptiali utraque exoritur obligatio,  
 „ attamen cum Matthæus Cirenei in supremis tabu-  
 „ lis Rosam uxorem usufructuariam scriberet, etiam-  
 „ si alteras nuptias inituram perspiceret, eam adiecit  
 „ legem, ut si usufructu gaudere vellet, quæsitis ju-  
 „ ribus pro lucro dotali, et dotis augmento va-  
 „ lediceret: adeoque hoc in casu idem videtur  
 „ dicendum, ac de Trebellianica, quam hæres  
 „ gravatus non poterit amplius excerptare, si te-  
 „ statore prohibente detractionem, hæreditatem adi-  
 „ verit. Audito Rectore Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum,  
 „ hæredi proprietariæ ultro assentitur, ut de hæredita-  
 „ te tantum, quod non sit nec melius, nec deterius  
 „ licitetur, quantum pro dissolvendo ære alieno liqui-  
 „ do sufficiet. Ego in eandem sententiam descende-  
 „ rem. Cordi tamen esset, ut per licitationes dissolu-  
 „ tis debitis legitimis, Inventarium fidele scribere-  
 „ tur, ut status reliquæ hæreditatis semper cognoscatur,  
 „ ab usufructuaria diligenter custodiendus.

Hæreditariorum bonorum valor, Archiepiscopo referen-  
 te, ascendit ad *scuta* 1000. 75., æs alienum liquidum  
 ad *scuta* 304. 11.; illiquidum vero ad *scuta* 321. 59.  
 Conflant æs alienum, quod illiquidum dicitur, *scu-  
 ta* 100. pro augmento Dotis Rosæ, et *scuta* 75. pro ejus  
 lucro dotali; *scuta* 90. 79. a Rosa soluta, ac demum  
 sc. 55. 80. ob nonnullos Censuum fructus spectantes ad  
 Sodalitium B.M.V. de Monte Carmelo, a Matthæo Ci-  
 renei exactos, et Sodalitio non traditos. Sane cum  
 constet, Matthæum indicatos fructus exegisse, Sodalitium  
 autem pecunias nunquam acceperit, illiquidum ha-



haberi non poterit debitum, quo pro memorata summa scutorum 55. 80. ejus hæreditas obstringitur. Quantitas vero scutorum 90. 79. componitur ex sumptibus funeris Matthæi, quos ex hæreditaria substantia esse detrahendos docent *Sichard. ad Leg. 3. num. 1. Cod. De relig., et sumpt. funer., Barbos. ad eand. Leg. n. 1., Perez. Prælect. in Cod. L. 3. tit. 44 n. 18.* item ex fructibus Censuum ante ipsius Matthæi obitum decursis, et non solutis; demum ex nonnullis aliis nominibus, de quibus omnibus; eorumque extinctione Rosa docuit anno 1821. exhibitis Vicario Foraneo Montis Falchi acceptis syngraphis.

Cum igitur de ære alieno liquido nulla sit ambiguitas, cumque ad æs alienum liquidum referenda omnino videantur prædicta scuta 90. 79., itemque alia scuta 55. 80., omnis erit quæstio de augmento Dotis in scutis 100., ac de lucro dotali in sculis 75. Perspicua est Testatoris voluntas quoad augmentum Dotis, nam Uxori, cui usumfructum universæ hæreditatis reliquit, aperte legem dixit *di solo poter disporre della sua Dote degli scudi 300. tantum, e non altro, volendo, che la sua sopradote resti a favore della Vergine Santissima delle Grazie.* Viri testamentum, sibi que legatum usumfructum accepto habuit Rosa; Testatoris proinde voluntatem implere tenetur, *Leg. 1. Cod. De Sacros. Eccles., Leg 15. Cod. De Testam.*

Nullam habuit Matthæus mentionem de Lucro dotali, quod cæteroquin inter hæreditaria debita defuncti Conjugis adnumeratur, *Sperell. decis. 170 num. 2.* Cum tamen voluerit, ut Uxor, quam usufructuariam relinquebat, disponere possit *della sua dote degli scudi 300. tantum, e non altro.*, etiam Lucrum ab ipsa detrahi vetuisse videtur. Nam verba illa *tantum, e non altro*, quæ limitativa esse nemo ignorat, cætera omnia, præter Dotem, quamvis non expressa excludere sunt censenda. Perpendendum nihilominus, Lucrum dotale Rosæ ex contractu nuptiali proficisci, uti narrat Archiepiscopus, ideoque debitum esse voluntarium, uti monent *Sperell. citat. decis. 170. num. 83., Rota. cor. Molin. decis. 334. num. 3., et cor. Herrera decis. 80. num. 5.* Debitum autem voluntarium, ni secus Testator jusserit, non censetur com-

pensatum cum legato usufructus, *De Luca de Legatis discurs. 15. num. 2.*, *Sperell. loc. cit.*, *Rota cor. Cavalerio decis. 310. num 1.*, et *cor. Ratto decis. 248. num 2.*

Exploratum est, Usufructuarium, omnium etiam bonorum, non teneri ære proprio, vel ex hæreditatis fructibus Creditores defuncti dimittere; ac si dimiserit, solutas pecunias repetere posse, *Barbos. ad Leg. Creditores 7. n. 7. Cod. de hæredit. action.*, et *ad Leg. Neque aquam 1. Cod. Si certum petatur*, et *Perez. in Cod. tit. 33. lib. 3. num. 19.* Verum petit Rosa usufructuaria, ut Bona ad Ecclesiam spectantia distrahantur: pro alienandis autem bonis Ecclesiæ justa causa, nempe vel necessitas, vel evidens utilitas requiritur, *Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.*, et *Sac. Congreg. in Barsen. Transactionis 27. Aprilis 1816.*, et *in Nucerna Emphyteusis 8. Augusti 1818 §. At vero.* Cum autem æris alieni dimissio vel ad necessitatem, vel ad evidentem utilitatem pertineat, pro justa causa alienandi bona Ecclesiastica, ex cujus fructibus Creditores dimitti nequeunt, semper est habita, *Can. Hoc jus. 10. quæst. 2., cap. 5. de reb. Eccl. non alienand.*, *Clem. 1. eod. tit.*, *Ferrar. Biblioth. verb. alienatio art. 2. num. 1.*, et *Sac. Congreg. in Neapolitana Beneplaciti Apostolici 21. Septemb. 1822. §. Justa.*

Pro alienatione assensum in themate præstat Rector Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum, eamque utilem censet Archiepiscopus, qui tamen exoptat, *ut per licitationes dissolutis debitis legitimis*, Inventarium fidele conficiatur, ex quo verus reliquæ hæreditatis Matthæi Cirenei status semper cognoscatur, *ab Usufructuaria diligenter custodiendus.*

Vestrum erit EE. PP. dirimere

#### Dubia

- I. *An augmentum dotis Rosæ usufructuariæ inter debita hæreditaria sit recensendum in casu etc.*
- II. *An lucrum dotale compensatum censeatur cum usufructu in casu etc.*
- III. *An inter debita hæreditaria computanda sint scuta 90. 79., itemque scuta 55. 80. in casu etc.*
- IV. *An, in qua summa, et quomodo sit consulendum SSmò pro alienatione in casu etc.*

*Die Sabbathi 6. Augusti 1825. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia, juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.*

**F**ERENTINA RESIDENTIÆ.

Dubia

*Sess. 25. cap. 12.  
de reform.*

- I. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad  
primum Dubium in casu etc.*
- II. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad  
secundum Dubium in casu etc.*

Ad I. et II. in decisis.

Sess. 25. cap. 11.  
de reform.

## SPOLETANA ALIENATIONIS.

### Dubia

- I. *An augmentum dotis Rosæ usufructuariæ inter debita hæreditaria sit recensendum in casu etc.*
- II. *An lucrum dotale compensatum censeatur cum usufructu in casu etc.*
- III. *An inter debita hæreditaria computanda sint scuta 90. 97., itemque scuta 55. 80. in casu etc.*
- IV. *An, in qua summa, et quomodo sit consulendum SSmo pro alienatione in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative

Ad III. Affirmative in omnibus.

Ad IV. Affirmative in omnibus juxta votum Archiepiscopi, facta favore Ecclesiæ transcriptione superantantum bonorum hæreditariorum.

Sess. 24. cap. 1.  
de reform.

**BURDIGALEN. DISPENSATIONIS.** Quæstio de hac causa primum habita est in Comitibus diei 9. Februarii 1822., in qua propositis Dubiis I. *An constet de nullitate Matrimonii in casu etc.*, et quatenus negative II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato, et non consummato in casu etc.* Em̄i Patres respondendum censuerunt: Ad I. *Negative.* Ad II. *Negative.* Flagitante autem Catharina Latour, unico die 26. superioris Mensis Februarii proposito Dubio sub formula: *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad dispensationem Matrimonii in casu etc.* responsum prodiit = *Iterum proponatur*: = verum in Congregatione insequentis Mensis Aprilis placuit EE. VV. rescribere: *Prævio recessu a decisis, consulendum SSmo pro sanatione processus, et dispensatione Matrimonii rati, et non consummati.* Certaminis instaurandi veniam Matrimoniorum, Defensor postulavit, obtinuitque ad tramites Benedictinæ Constitutionis, et constantis hujus S. Ordinis praxis, quemadmodum ostendunt similia Causarum

rum exempla, quæ præstant in Thesuro Resolutionum, ac præsertim in Neapolitana Matrimonii 19. Septembris 1772., Nicen. seu Turritana Matrimonii 20. Maji 1786., Santandrien. seu Cubana Matrimonii 30. Augusti 1788., Chien. Matrimonii 16. Augusti 1794., Barchinonen. Matrimonii 23. Januarii 1803. Neapolitana Dispensationis 14. Decembris 1822.

Certaminis indicta die novas exhibuit allegationes mulieris Defensor, novasque animadversiones Matrimonii ex officio deputatus Assertor. Mulieris Defensor ad evincendum, serotinas apud S. Sedem querelas de primi viri frigiditate non Catharinæ negligentia, sed temporum circumstantiis esse tribuendas, testimonium affert hodierni Vicarii Generalis penes Curiam Archiepiscopalem Burdigalæ, fidem perhibentis: *Che Madama Latour si era diretta a Monsieur l'Abbè Praire in allora Vicario Generale della Diocesi di Bordeaux, per sapere in quale maniera doveva ella condursi nell'affare dello scioglimento del Matrimonio . . . . . che Monsieur l'Abbè Praire l'ha diretta fino all'epoca della sua morte: che in seguito Mad. Latour non ha mai deposta l'idea di far deliberare sulla nullità del suo predetto Matrimonio, ch'ella se n'è realmente occupata, e che se non ha ricorso a Roma prima dell'anno 1816. il ritardo non è provenuto, che da cause indipendenti dalla volontà di Mad. Latour, e tali cose costano a noi per fatto proprio.*

Cætera, quæ ad factum non minus quam ad jus pertinent, cum fuse in præteritis propositionibus fuerint exposita; idcirco, ne actum agere videar, precor EE. VV., ut, iterum consultis Foliis dierum 9. Aprilis 1822., et 26. Februarii 1825., nec non allegationibus utrinque distributis, decernere dignentur

#### Dubium

*An sit standum in primo, seu potius in secundo loco decisio in casu etc.*

In secundo loco decisio, ideoque consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato, et non consummato et ab impedimento criminis.

Sess. 24. cap. 12.  
dereform.

**C**ALLIEN. ET PERGULANA. Actum est de hac controversia in Comitibus diei 24. Julii superioris anni, et proposito dubio: *An, et cujus favore sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.* rescriptum prodiit: *Negative in omnibus, et Episcopus præfigat terminum unius mensis patronis ad explendam nominationem.* Antequam præfatum rescriptum ab hoc S. Ordine ederetur, nimirum die 4. Junii 1823. dispensationem a defectu ætatis, et die 13. ejusdem Mensis Bullas collationis a Dataria Apostolica obtinuerat Clericus Augustinus Luzi, quibus fretus possessionem iniyerat Archipresbyteratus: ubi vero nuncium adversi rescripti accepit, supplex adiit Summum Pontificem et Litterarum Apostolicarum imploravit sanationem. Preces, huic Sac. Congregationi a SSmo ablegatæ, remissæ fuerunt Episcopo pro informatione, et voto, ejusque responsum Clerico Luzi apprime favens habent EE.PP. in *Summariis circumferendis.* Canonicus quoque Thomas Gambèri a S. Pontifice impetravit, ut cum clausula *de aperitione oris arbitrio* in hoc Sac. Senatu disputatio super executione prædictarum Litterarum Apostolicarum institui posset.

**A**dversus Apostolicas Litteras, fraudibus, et mendaciis obtentas, aperitionem oris impertiendam contendit Canonici Gambèri Defensor *ex cap. super litteris de rescript.*, præsertim si per illas jus alicui quaesitum sublatum esse evincatur. *Rota in Terracinen., seu Setina Aperitionis oris 17. Junii 1819. §. 3. cor. Eminentissimo Odescalchi, et in Balneoregine Reintegrationis, seu Aperitionis oris 2. Aprilis 1824. §. 13. cor. R. P. D. Marco.* Litteras vero a Clerico Luzi impetratas, subreptionis, ac obreptionis vitio infectas arbitratur; nam Clericus Luzi reticuit, Canonicum Gambèri hanc adivisse S. Congregationem, in eaque proponendum Dubium, cujusnam favore esset SSmo consulendum pro dispensatione a defectu ætatis: quin imo (inquit) falsitatem narravit, exponen-

nendo, che nel parentado non esiste attualmente altro soggetto più idoneo a conseguire la detta Arcipretura, dum aderat Canonicus Gambèri ætate major, et ad sacros Ordines jamjam provehendus. Nec quidquam proficere valet Clericus Luzi, defectus, quibus scatent ejus preces, in Procuratorem refundendo; vitium enim obreptionis, aut subreptionis non ex persona conscribentis, sed ex iis, quæ in libello narrata fuere desumitur ad tradita per Rotam in *Recent. dec. 69.n.9.part.7.*, et in *Auximana, seu Recineten. 20. Junii 1806 §. 4. cor. Eñno Bardaxi.*

Subdit præterea, jus alteri quæsitum numquam sublatum censerì, nisi eidem Pontifex expresse derogaverit, *Cap. Postquam. de Præbend. in 6., Reg. 18. Cancell. De jur. quæsit. non toll.* In litteris autem collationis Archipresbyteratus Clerico Luzi concessis, adeo abest, ut ulla occurrat derogatio juri tertii, quin imo expresse cautum legatur: *dummodo die date præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum.* Iam vero Canonicus Gambèri jus sibi quæsierat, antequam Litteræ Apostolicæ favore Clerici Luzi relaxarentur; quandoquidem coram hac Sac. Congregatione lis pendebat super Archipresbyteratu, et ipsa litis introductio addit jus, cui Pontifex, nisi illius mentionem faciat, nunquam derogare putatur, *Rot. in Recent. Decis. 210. num. 16. part. 11.*

Cum itaque Litteræ Apostolicæ a Clerico Luzi obtentæ viribus destituantur, et nemo præter Canonicum Gambèri, et eundem Clericum in præsens existat, qui cum Fundatore sit consanguinitate conjunctus, recedendum a decisis, et institutionem Archipresbyteratus dandam esse Canonico Gambèri concludit ejus Defensor. Etenim ex Fundatoris lege ad Archipresbyteratum nominandi sunt *i di lui parenti idonei, e capaci*; ex Bulla vero Pii VI. illi dumtaxat, *qui in sacro Presbyteratus ordine, aut in eo sint initiati, ut infra annum ad illum commode promoveri possint; secus nominatio nulla sit, viribusque, et effectu penitus vacua.* Canonicus Gambèri hisce pollet dotibus; est enim cum Fundatore consanguinitate

conjunctus, Sacerdotio nuper insignitus, ætate, ac idoneitate Clericum Luzi antecellit; ac propterea eisdem, etiam invitis patronis, est præferendus, tamquam præsentatus ab ipso Fundatore, *Piton. de contr. patron. alleg. 72. n. 10., Rota cor. Molin. decis. 240. num. 1.*

Fructus quoque a Clerico Luzi perceptos Canonico Gamberi restituendos arbitratur idem Defensor: quem admodum enim accessiones sortem sequuntur, ita sortis decreta traditione, fructuum quoque demandanda est solutio, *L. 1. Cod. de pignor., Rota cor. Riminaldo decis. 111. num. 1., et decis. 69. num. 20. cor. Me.* Et quidem a die captæ possessionis; cum enim vitia, quibus infectæ sunt Litteræ Apostolicæ, et his in hac S. Congregatione pendens Clerici Luzi malam fidem pandant, fructus omnes perceptos restituere compellendus est, ad tradita per *Rot. cor. Olivat. decis. 54. num. 1., et per S. Congr. in Ariminen Capellanie 22. Septembris 1817. ad II. Dub.*

Aliter vero quæstionem dirigendam censet Clerici Luzi Defensor. In primis enim qualibet vi destitutum retur rescriptum a Cn. Gamberi impetratum cum clausula *de aperitione oris arbitrio*, quia obreptionis ac subreptionis vitio laborat, et ideo deneganda sit oris aperitio adversus Apostolicas Litteras: dein contendit patronos nullo cohiberi vinculo certas personas, scilicet ex Familia Giannini originem ducentes, nominandi; sed ipsis facultatem esse, quem sibi magis libeat, præsentandi. Quamvis enim Ægidius Giannini anno 1743. publicis confectis tabulis, quibus duos se erecturum Canonicatus, et singulis Canonicis exsoluturum quolibet anno *scuta quinquaginta* sponndit, ius patronatus reliquerit Nepoti Josepho, ejusque hæredibus, et successoribus, *col patto però, che . . . debbano nominare a detti Canonicali i di lui parenti idonei, e capaci*: attamen in Instrumento, quo dein tom ab Ægidio, tum ab ejus Nepote Luca Giannini bona in dotationem Canonicatum assignata fuere, Fundatores tantummodo reservarunt *sempre, ed in ogni tempo a loro favore il jus nominandi di dette due Prebende . . . cassando, ed annullando l'altro Istromento rogato sotto il dì 8. Luglio 1743. per quello riguarda la nomina etc.*, quin ullam juris patronatus passivi fecerint mentionem



nem. Huic Instrumento concinit Episcopi Decretum, quo Canonicatum expleta fuit erectio, patronisque tributum jus præsentandi *personas habiles, atque idoneus*. Injuria itaque conqueritur Canonicus Gamberi de patronis, qui ipsum in nominatione præterierunt; nam ad trames foundationis fas erat patronis etiam a Familia Giannini extraneum nominandi. Colligit exinde Clerici Luzi Defensor, nullo laborare obreptionis, aut subreptionis vitio preces ab eodem Clerico porrectas pro dispensatione a defectu ætatis, ac pro collatione Archipresbyteratus,

mo pergit, pleno gaudent robore eadem Litteræ etiam si juspatronatus passivum favore descendenti a Familia Giannini relictum existimaretur: quia revera nemo alius aderat in Familia Giannini; qui idoneitate Clericum Luzi antecelleret. Etsi enim Augustinus Luzi, æque ac Thomas Gamberi, minoribus tantum Ordinibus, esset insignitus, et eodem propinquitatis gradu cum Fundatore conjungeretur: nihilominus cum nullo esset provisorio Beneficio, a patronis omnibus nominatus; et ab Episcopo magis idoneus renunciatus, uti dignior habendus erat ad tradita per *Rot. cor. Burat. decis. 655. num. 5.*, præsertim quia major ætas Thomæ Gamberi erat qualitas Archipresbyteratus extrinseca, ac proinde opus non erat, ut Summo Pontifici significaretur, *Rota cor. Molin. decis. 815. num. 23.*

Nihilque Clerico Luzi timendum ex *Reg. 18. Cancell. de jur. quæsit. non tollen.*, siquidem hæc Regula præservat solum jus certum, quo sane non pollebat Canonicus Gamberi a patronis minime præsentatus, ætatisque dispensatione indigens. Eoque minus jus certum sibi asserere valet ex precibus huic S. Congregationi pro obtinenda dispensatione oblatis. Præterquam enim Clericus Luzi jam antea dispensationem ætatis, collationemque Archipresbyteratus a Summo Pontifice per Datariam efflagitaverat: illud etiam accedit, quod ex precibus Canonici Gamberi nec ei ullum jus quæri potuit; nunquam enim dicitur jus quæsitum, quod adhuc incertum est, an sit concedendum, *Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 53. n. 59, Pilon. discept. eccles. 154. num. 33.*, nec ulla invehi

litis pendentia, ad quam requiritur actus citationis per nunciū exequutæ, quin sufficiat partis scientia aliunde acquisita, *Rota cor. Burat. decis. 280. num. 3. et seqq.* in themate autem nullus interfuit citationis actus. Accedit, litis pendentæ, si qua forsā induta fuisset, derogasse Summum Pontificem qui Clerico Luzi Archipresbyteratum conferre voluit, *etiam si . . . super eo inter aliquos lis, cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa.*

Tandem si quo etiam defectu laborarent preces nomine Clerici Luzi porrectæ, id tribuendum foret ejus Procuratori, non autem ipsi Clerico, cujus optimam fidem testantur Episcopus, et Patroni; ac eadem preces, quibus Ordinarii interpellatio suadebatur, perspicue ostendunt; propterea cujusvis defectus sanatio ei foret indulgenda, cum æquum sit, ut hoc remedio insonti succurratur, *Rota cor. Olivat. decis. 690. num. 18. et in Colonien. Permutationis 20. Junii 1721 §. Ex quibus. cor. Cerro.*

Reliqua iusius haurient Em̄i Patres ex Allegationibus utrinque distribuendis, ut dirimere possint, quæ proponuntur

#### Dubia

I. *An intret arbitrium pro operitione oris in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis.

III. *An, et cui sit danda institutio, vel potius manutentio in casu etc.*

IV. *An, cui, a quo tempore, et in qua summa a Clerico Luzi sint restituendi fructus in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II., III., et IV. Provisum in primo.

**F**ERETRANA RESIDENTIÆ, ET DISMEMBRATIONIS. Prostat hujus Causæ series in Folio diei 30. Augusti 1817., in quo tria proposita fuere Dubia I. *An Archipresbyter Gambelli cogendus sit ad residentiam in Ecclesia S. Petri in Cultu in casu etc.* Et quatenus negative. II. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercatini, ejusque agri a Parœcia di Talamello in casu etc.* Et quatenus affirmative. III. *An, et quomodo constituenda sit congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu Oppidi Mercatini in casu etc.* prodiiitque responsum *Ad I. Affirmative. Ad II., et III. Provisum in primo.* Dein pluries, ac vario Marte inter partes dimicatum est, ut colligent Erii Patres ex Foliis seorsim distribuendis, quæ iterum typis excudi curavi. Die autem 24. Maji 1823 denuo instaurato certamine EE. PP. rescribendum duxerunt: *Dilata.*

Sess. 25. cap. 1.  
de Reformat.

Cum vero Archipresbyter Gambetti postea obierit, Mercatinenses, rem cum Talamellis componere cupientes, supplicem huic Sacræ Congregationi porrexerunt libellum, quo Parœciæ petiere dismembrationem. Preces Episcopo fuere ablegatæ, ut auditis interesse habentibus, eisque præfixo termino ad deducendum jura sua, Sacram Congregationem instructam redderet, animique sui sensum aperiret. Episcopus autem in sua informatione, quam EE. VV. integram habent in *Summario* ex parte Mercatinensium circumferendo, Parœciæ divisioni in præsens locum esse non posse retur. *Hac enim statuta (ait) plures, ac graves enascerentur difficultates, causa non solum præcedentiæ, verum etiam expensarum pro Ecclesiæ S. Petri instauratione; pro sacris utensilibus, quibus caret omnino, pro canonica domo ædificanda, ac dote Parocho constituenda.*

Diuturnam vero controversiam ita conficiendam arbitratur „ Parœcia una, et integra relinquatur, et unus „ tantum sit Parochus, qui tamen alternative resideat „ Talamelli, et Mercatini, et loco ubi non sit Parochus, „ ejus vices gerat Capellanus Curatus, alendus „ sumptibus omnium de Parœcia, et Parochi, qui ad „ hoc paratus est. Hæc alternativa fiat ad durationem „ Pa-

- „ Parochi, adeont actualis Parochus, ne etiam eon-  
 „ tra ipsum aliquid innovetur, Talamelli resideat ad  
 „ mortem usque, vel Beneficii dimissionem, et in-  
 „ terim Capellanus Mercatini degat. Futurus Paro-  
 „ chus autem eodem modo Mercatini sedem habeat,  
 „ et Capellanus Talamelli.
- „ Attamen non est, quod ita omnes sublatae sint diffi-  
 „ cultates, jurgiorumque causa. Ecclesia Mercatinen-  
 „ sium, seu S. Petri in Cultu, reparatione, supelle-  
 „ ctilibus, ac domo pro Rectoris habitatione indiget,  
 „ ad quae decenter habenda non leve requiritur im-  
 „ pendium. Ne populus ultra posse gravetur; ut scan-  
 „ dala, ac animi, corporisque pericula adimantur;  
 „ ut pax, et tranquillitas tandem obtineatur; faculta-  
 „ tem exoptulo impendendi in eadem causa scuta  
 „ mille ex bonis suppressorum Conventuum mihi assi-  
 „ gnatis pro hujusce Diocesis Parœciis subsidiandis „.
- Quamvis Mercatineses, si EE. PP. arrideat controver-  
 siam ad tramites juris definire, contendant, Archi-  
 prebyterum cogendum fore ad residentiam penes Ec-  
 clesiam S. Petri in Cultu; attamen, si rem ex æquo  
 componere, et spirituali Mercatinesium bono pro-  
 spicere placeat, concordiam ab Episcopo propositam  
 libenter amplecterentur.

Sed Talamellenses a Parœciæ dismembratione, imo, et  
 ab Episcopi voto penitus abhorrent; nullamque asse-  
 runt intercedere necessitatis rationem, cur residentia  
 Parochi ab Oppido Talamelli disjungi, et apud Merca-  
 tineses, vel alternis vicibus, constitui debeat. Ait  
 enim eorum Defensor, Parœciam ab Ecclesia S. Petri  
 in Cultu tribus fere ab hinc sæculis translata fuisse  
 in Ecclesiam S. Laurentii intra Oppidi Talamelli  
 ambitum erectam: Mercatinum ne uno quidem a Ta-  
 lamello distare lapide; vias autem nec asperas, nec  
 alluvionibus præpeditas: Mercatinum in ultima Parœ-  
 ciæ extremitate, Talamellum vero in media situm  
 esse Parœcia, ita ut cæteris Parochianis finitimos vicos  
 incolentibus facilius ad Talamellum, quam ad Mer-  
 catinum detur accessus. Nedum itaque (pergit) juri  
 Talamellensium, verum etiam fidelium commodo  
 adversatur modus ab Episcopo quoad Parochi resi-  
 dentiam propositus.

Quia

Quia imo nec Capellanum, qui in Oppido Mercatini vicibus fungatur Parochi, omnium Parochianorum sumptibus constituendum arbitratur: siquidem Parochus per se ipsum oves pascere cogitur, nec ad Capellani deputationem deveniendum est, nisi ejus opera necessaria ostendatur; quamlibet vero necessitatem respuit observantia plurimum sæculorum, ex quo in Ecclesiam Talamelli omni procul querela convenerunt Mercatinenses. Ecclesiam itaque Talamelli pro sacris audiendis functionibus, ac Sacramentis suscipiendis adeant Mercatini incole; sin minus Capellanum propriis sumptibus alere compellantur.

Reliqua deproment EE. VV. ex memoratis Foliis, atque ex Allegationibus utrimque iterum distributis, ut dirimere possint

### Dubia

- I. *An sit standum, vel recedendum ab ultimo loco decisis quoad primum Dubium in casu etc.*
- II. *An sit standum, vel recedendum ab ultimo loco decisis quoad secundum Dubium in casu etc.*
- III. *An sit standum, vel recedendum ab ultimo loco decisis quoad tertium Dubium in casu etc.*

Ad I., II., et III. In ultimo loco decisis, et amplius; et ad mentem: mens est, ut Episcopus pro sua prudentia, et arbitrio curet Ecclesiæ S. Petri in Cultu, et domus Parochialis instaurationem, et suppellectilium comparationem collatis etiam Mercatinensium subsidiis.

**P**OLEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Capitulum Collegiatae Castri Albonæ, Polensis Diocesis, anno 1801. a S. M. Pio VII. per Litteras in forma Brevis obtinuit, ut Ordinario facultas tribueretur reducendi onera Missarum; eisdemque Litteris inhærens Vicarius Capitularis suo Decreto diei 19. Novembris 1802. reduxit Missas ad normam resolutionis Capitularis . . . diei 23. Augusti 1753., roboratae Decreto bo. me. Joannis Andreæ Balbi Episcopi Polensis diei 11. Junii 1759. Verum redditus dein de sunt imminuti, ideoque Canonici

*Sess. 25. Cap. 4.  
de Reformat.*

ei supplices ab hac Sac. Congregatione novam reductionem implorant.

Requisivi Vicarium Capitularem, ut audito Capitulo votum suum aperiret, ac referret de necessitate novæ reductionis, et inculpabili diminutione reddituum post obtentum præcedens indultum; ipse autem respondit, *Quod non datur possibilitas, ut redditus augeri possint, vel nunc sint, qui de jure cogi possint ad supplementum. Septem sunt Canonici hujus Collegiate, redditus illorum cumulative ascendit ad scuta Romana 401. circiter, et sic ad singulos allinent scuta Rom. 57. De residentia habent aliquos tenues redditus de agnis habentes curam animarum.*

Onera Missarum post reductionem factam ascendunt ad Missas 1164., et sic unusquisque debet recitare Missas 167. In numero istarum Missarum sunt solemnes, idest cum cantu, et assistentia 155., semisolemnes, idest cum cantu, et sine assistentia 449., recitandæ autem 780. Ex istis proventibus Capitulum debet solvere Sacristam, Procuratorem, et Ceremoniarium, quod ascendit ad scuta Rom. 15. circiter. Quo vero ad novam reductionem Missarum, putarem, quod solemnes reducantur ad 70., semisolemnes ad 150., et recitandæ ad 700.

Capitulum Albonsæ habet quotidianam residentiam in Choro cum suis puntationibus, et etiam curam animarum. Utrum vero redditus, et Missarum assignationes diminuti sint absque Oratorum culpa post obtentum præcedens indultum reductionis, ingenue humilitas mea fatetur, quod redditus diminuti sint non propter Oratorum culpam, vel negligentiam, sed propter vicissitudines temporum, et convulsionum politicarum, nec spes ulla viget, ut ad meliora perveniatur hisce temporibus.

Reductioni Missarum obstare in themate videtur regula, qua cavetur, ne reductio reductionis concedatur, et quam secuta est Sacra Congregatio in Neapolitana Reductionis Missarum 19. Novembris 1729., Spoletana Reductionis 12. Julii 1817., et in Asculana Reductionis, et absolutionis 22. Januarii 1820. §. Petitiæ. Cumque aliis oneribus graventur Canonici, reducenda hæc potius erunt, quam Missæ juxta doctrinam Benedicti

Die 6 Augusti 1825.

177

cti XIV. de Synodo Diocesana Lib. 13. Cap. ult. n. 23. ,  
quam constanter tenuit Sac. Congregatio, ut in *Ur-  
banien. Reductionis Missarum* 16. Februarii 1788. , et  
in *Florentina Reductionis onerum* 2 Augusti 1823. :  
hinc Servitium Chori reduxit potius, quam Missas in  
*Romana Servitii Chori, et Missarum* 28. Martii 1722.  
minutis tamen redditibus, imminui solent etiam one-  
ra Missarum, Sac. Cong. in *Romana supplementi, et  
Reductionis* 23. Januarii 1802. §. Sin vero, in *Balneo-  
regien.* 17. Junii 1816. , et in *cit. Florentina Reductio-  
nis onerum* 2. Augusti 1823. §. Hisce. Nec obstat,  
quod alia reductio jam obtenta fuerit; nam probata  
inculpabili diminutione reddituum post obtentum in-  
dultum, novam reductionem Missarum concessit  
S. Cong. in *Novarien. Reductionis Missarum* 7. Septem-  
bris 1793. , et in *Ampurien.* 5. Aprilis 1794. , præser-  
tim cum de conservando necessario Chori servitio age-  
retur, ut in *Nullius S. Martini* 12. Septembris 1801. ,  
et in *Taurinen. Absolutionis, et Reductionis* 1. Mar-  
tii 1817.

gitur EE. VV. proponitur dirimendum

Dubium

An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum  
in casu etc.

Dilata, et expectetur novus Episcopus.

**F**OROLIVIEN. REDUCTIONIS CANONIS = Fun-  
dos octodecim spectantes ad simplex Beneficium  
S. Mariæ de Slavonia in emphyteusim, Apostolico  
intercedente Beneplacito, ad tertiam generationem  
masculinam tantum, anno 1794. a Clerico Damaso Co-  
lombini Massæ Ducalis, tunc ejusdem Beneficii Re-  
ctore, obtinuit Aloysius Placucci annuo canone con-  
vento scutorum 191. Rectori pro tempore solvendo =  
rimossa ogni eccezione sì di fatto, che di ragione, . . .

Z

li-

Sess. 22. Cap. 6.  
de Reformat.

libero da taglioni , e collette , quali con tutti gli altri pesi reali , e personali debbano sopportarsi , e restare a carico dell' Enfiteuta =. Onera Fundorum ad annua scuta quinque tunc ascendebant , verum ubi eas regiones paulo post occuparunt Gallorum copiae , illico ad annua scuta 60. creverunt: præterea Emphyteuta pecuniarum collatione multatus , et ad subministrandos boves , equos , plaustra vectoria , linteamina , stragula , et cujusvis generis annonam fuit adactus ; denique alter ex fundis impetu præterfluentis amnis eversus , et absumptus , omnes vero anno 1813. a Gallis fuere vastati , qui eo in loco bellum gesserunt , et castra posuerunt.

Impar itaque ad Canonem præstandum factus Emphyteuta , ab illius solutione cessavit. Defuncto Rectore Colombini , et pace Italiae reddita , ac Pontificio Regimine restituto , Beneficium S. Mariae de Sclavonia eximio Præsuli Josepho Antonio Sala anno 1822. fuit a S. M. Pio VII. collatum. Supplex novum Rectorem illico adiit Emphyteuta Placucci , et quæ contigerant , eidem narravit , atque ob infortunia , quibus fuerat obnoxius , simulque ob imminutum vilescens Annonæ pretium , emphyteutici Canonis reductionem impetravit , illumque a laudato Præsule ad annua scuta 120. , salvo tamen jure Successorum in Beneficio , reduci obtinuit. Nunc autem ab hac Sac. Congregatione petit idem Emphyteuta , ut præfatam Canonis reductionem ad totum tempus duraturæ emphyteusis ampliare , ac approbare velit.

Foroliviensem Episcopum requisivi , qui exemplum Instrumenti primæ Investituræ transmisit , ac per Peritum ex officio electum retulit de decennali Beneficii redditu , qui deductis oneribus ad annua scuta 116. 13. 8. ascendit. Addidit etiam , Præsulem Sala , de causis indultæ reductionis Canonis rogatum , respondisse = *Primo , che io non volea la rovina di una famiglia , ed era quindi disposto a quel ribasso , che dal mio Procuratore si giudicasse proporzionato al deterioramento dei fondi , all'aumento dei dazii , ed all'avvilimento del prezzo dei generi. Secondo , che nell' usare per parte mia di tutte le facilità , non intendeva di recare alcun pregiudizio all'interesse del Benefizio , ed all'interesse*



resse dei Successori . . . Se militino le stesse ragioni per una riduzione progressiva del Canone , non spetta a me il deciderlo. Potrebbero i terreni dare in progresso maggior frutto , potrebbero diminuirsi i dazj , potrebbe aumentare il prezzo dei generi. Nel caso però che si credesse di esaudire la supplica dell' Emphyteuta , io non intendo di frapporvi alcun' ostacolo.

Denique ita Episcopus animi sui sensum pallidit ,  
 „ Quæ in supplici libello Orator exposuit , veritati  
 „ consona minime diffiteor. Non autem videtur unum  
 „ ex præliis Oratoris culpa deperiisse , utpote flumi-  
 „ ni admodum rapido olim adnexam , a cujus im-  
 „ petu non facile defendi poterat. Habito igitur re-  
 „ specta ad redditus Beneficii per calculum decennali-  
 „ lem , nec non ad onera eidem a decennio inhæren-  
 „ tia , Oratoris precibus annuendum esse putarem  
 „ Verum meo judicio præ oculis habendæ sunt Re-  
 „ ctoris animadversiones prudenter enunciatae , tum  
 „ de majorum reddituum probabili perceptione , tum  
 „ de operum diminutione. „

Profecto cum ex decennali calculo constet , Beneficii re-  
 ditus annua scuta 116. 15. 8. non excedere , gravissi-  
 mum sentiret damnum Emphyteuta Placucci , si Ca-  
 nonem sculorum 191. solvere cogeretur : nemo au-  
 tem cum aliena jactura locupletari debet , ad textum  
 in *Lege Cum hoc natura. Cod. de Condict. indeb. ,*  
*et Leg. Si me , et filium. ff. Si certum petatur ;* eoque  
 minus Ecclesia æquitatis mater , ac justitiæ cultrix ,  
*Barbos. in Cap. Cum dilecti n. 17. de empt. et ven-*  
*dit. , Capon. Controvers. forens. 5. n. 9. , Lanfredin. resp.*  
*Jur. 16. n. 57. , Zanch. de Lesion: part. 2. Cap. 8.*  
 n. 100.

De Canone autem res est non pro recognitione tan-  
 tum directi domini , sed intuitu fructuum , ac ad  
 illorum compensationem convento : æquum est proin-  
 de , ut gravis Canon solvendas non sit , quando vel  
 nulli , vel modici fructus colliguntur , veluti perpen-  
 dunt *Reiffenst. lib. 3. tit. 18. de locat. et conduct. §.*  
*6. de obligat. , et Jur. Emphyt. , Zanch. de Lesion.*  
*part. 2. cap. 8. n. 140.* Atque hanc æquitatem secu-  
 ta , reductionem Canonis ob imminutos fructus Fun-  
 dorum indulgendam esse , non raro respondit hæc

Sac. Congregatio, ac præsertim in *Pistorien. seu Pra-*  
*ten. Emphyteusis* 21. *Novembris* 1761., in *Firmana*  
*Transactionis* 28. *Maji* 1791. §. *Clarum*, in *Senogal-*  
*lien. Transactionis* 8. *Maji*. 1819. §. *Esto*.

Integrum tamen annuum Canonem ab Emphyteutis sol-  
vendum esse suadet *L. 1. Cod. de Jur. Emphyt.*, in  
qua statuitur, omne damnum ad Emphyteutam per-  
tinere; et movet *Gloss. in Cap. potuit de locat, et*  
*conduct. Verb. Expellere*. Quinobrem sive res em-  
phyteutica deterior fiat, sive ex parte perit, con-  
ventum Canonem esse præstandum tradunt *Abbas*  
*in Can. fin. de locat. et conduct. n. 16.*, *Jason. in Leg.*  
*1. Cod. de Jur. Emphyt. n. 1*, et definiit *Rola in Ro-*  
*mana Reductionis affectus* 6. *Julii* 1804. §. 6. *cor. Emo*  
*Serlupi*. Idque in themate omnino tenendum videtur,  
quia Emphyteuta ad integri Canonis solutionem se  
obstrinxit, *rimossa ogni eccezione sì di fatto, che di ra-*  
*gione*.

Cæterum si Aloysio Placenci Canonis reductionem con-  
cedendam censeant EE. PP., cum illa ad tempus jam  
fruatur; qua tantopere præstant consilii maturitate,  
perpendere dignentur, quæ Præsul Beneficii Rector  
de onerum imminutione speranda, de possibili re-  
dituum augmento, deque majori frugum pretio in  
posterum obtinendo animadvertit. Dirimendum autem  
proponitur

### Dubium

*An, et pro quo tempore concedenda sit Canonis imminutio  
in casu etc.*

Pro nunc satis provisum per actualem Rectorem.

**LUCANA LEGATI** = Nulla piorum Legatorum, ac præsertim Missarum incidit mentio, quum huic Sac. Congregationi in Comitibus diei 24. Maji 1823. dubium proposuit: *An sit consulendum SSmo pro permutatione iurium*, quibus in Ecclesia SSni Salvatoris Lucanus Archiepiscopus, ac in altera S. Peregrini potiebatur Decanus Collegiatae S. Michaelis in foro Lucanae Civitatis. Rescriptum tunc prodit: *Affirmative*, quod a Summo Pontifice probari, et confirmari meruit; ideoque jurisdictionem in Ecclesia S. Peregrini obtinuit Archiepiscopus, ac vicissim in Ecclesia SSni Salvatoris jurisdictionem acquisivit Decanus prædictæ Collegiatae, cujus Capitulum paulo post preces obtulit, quibus narravit, sibi onus incumbere celebrandi in Ecclesia S. Peregrini Missam de requiem cum cantu quotannis die 29. Januarii, et Missam lectam pariter de requiem qualibet feria sexta, *il tutto in suffragio del fu Pompeo Sergiusti, il cui corpo riposa nella nominata Chiesa di S. Pellegrino, perchè costì il Sergiusti ordinò nel suo testamento, assegnando perciò al Capitolo esponente annue lire Lucchesi 67., e soldi 10.* Addidit Capitulum, *ab anno 1593., quo Testator decessit, religiose impletam ejus voluntatem fuisse usque ad annum 1808., quo contigit ob deplorandas eorum temporum calamitates, ut Ecclesiarum Bona Fisco (Demanium dicebant) fuerint addicta, quamvis „ questo Legato fosse indemaniato, pure non ne fu „ mai disposto, cosicchè ripristinato in oggi il Capitolo, ha trovato gli attuali Possessori disposti a pagare tanto gli arretrati, quanto per l'avvenire le dette annue lire 67. 10. „* Itaque cum Ecclesia S. Peregrini, quæ olim Parochialis erat, nunc Archiepiscopi jurisdictioni subsit, ac Parochiali, et Collegiatae Ecclesiae SS. Paulini, et Donati fuerit unita, actu vero clausa maneat: facultatem implorat Capitulum, *di soddisfare tanto l'obbligazioni passate dal 1808. al corrente giorno, quanto le avvenire nella propria Collegiata Chiesa di S. Michele, e questo non solo fino a che rimarrà chiusa la detta Chiesa di S. Pellegrino, ma ancora nel caso, che questa potesse nuovamente essere aperta.*

Archiepiscopum semel, iterumque rogavi, qui rem omnem, et animi sui sensum ita pandidit. „ Ecclesia S. Peregrini, quæ una erat ex Parœciis existentibus in hac Civitate, priusquam ob transactas vicissitudines Parœciæ ad octo tantum limitarentur, privilegio à Leone X. concessa Ecclesiæ S. Michaelis, in spiritualibus Capitulo, et Decano ejusdem subiciebatur, ideoque Capitulum libere, et licite in eadem sacras functiones exercebat. Postquam vero huic Ecclesiæ ordo restitutus fuit, cum prædicta S. Peregrini Ecclesia Ss. Paulini, et Donati Ecclesiæ unita fuerit, Parœcia vero S. Michaelis incorporata alia Parœcia vulgo nuncupati *del SSmo Salvatore*, annuente Summo Pontifice, ex voto hujus Sacræ Congregationis jurisdictionis Capituli, et Decani, quæ erit supra S. Peregrini translata fuit supra dictam Ecclesiam SSmi Salvatoris. Ex his apparet, dictam S. Peregrini Ecclesiam, nunc ad Ecclesiam S. Michaelis minime pertinere. Notandum insuper est, Testatorem, instituentem Legatum, in Ecclesia S. Peregrini fuisse sepultum.

„ Annuus reditus scutorum novem computatur; onera sunt *Missa de requiem cum cantu die 29. Januarii*, et una lecta in qualibet feria sexta. Legatum fuit adimpletum ad annum 1808., et postea omis- sum. Causa translationis ea adducitur, quia onus, quod Capitulo S. Michaelis addictum erat, modo ob supradictam translationem jurisdictionis, in Ecclesiâ assignata a Testatore non potest adimpleri. Spes adest redintegrationis Ecclesiæ S. Peregrini, et Capitulum Ss. Paulini, et Donati, cui prece communicavi, translationi se opposuit, protestando per se legatum satisfacere velle, quia Ecclesia, in qua legatum fuit constitutum modo Parœciæ Ss. Paulini, et Donati est annexa. Attamen Prior ejusdem Ecclesiæ translationi libenter assentitur, sic contradicens Capitulo, quia Ecclesiam prædictam S. Peregrini asserit, non Capitulo, sed sibi subjectam esse.

Capitulum autem Collegiæ Ss. Paulini, et Donati Archiepiscopo per suos Deputatos exposuit „ *che il Priore non ha verun diritto sopra il Capitolo, se si ec-*

„ cettui quello di presiederlo come Dignità nelle se-  
 „ dute Capitolari , e di essere il primo nel Coro , ag-  
 „ giungendo inoltre la giurisdizione della Chiesa , ed  
 „ il diritto di nominare dieci dei nostri Cappellani ,  
 „ o Beneficiati Corali tamquam Patronus. La somma  
 „ ingenuità per altro esigge dai sottoscritti il dichia-  
 „ rare , come dichiarano , che il Capitolo non ha la  
 „ benchè minima giurisdizione nella Parrocchia , nè  
 „ sulle Chiese in questa esistenti , come sarebbe in quel-  
 „ la di S. Pellegrino , della quale erroneamente si di-  
 „ ce , che sia passata sotto la giurisdizione del Ca-  
 „ pitolo de' SS. Paolino , e Donato : tutta questa giu-  
 „ risdizione è del Sig. Priore , la cui delicatezza lo  
 „ portò a condiscendere in voce , che il Legato in que-  
 „ stione fosse trasportato da S. Pellegrino in S. Mi-  
 „ chele ; ma siccome il Capitolo conosce abbastanza il  
 „ Sig. Priore per non dubitare , che quantunque non  
 „ obbligato chiamerà sempre il suo Capitolo alla sod-  
 „ disfazione di questo Legato in S. Pellegrino , così  
 „ prega l'È. V. Rma , che ben conosce l'assoluta po-  
 „ vertà del nostro Capitolo , a volersi degnare d'inter-  
 „ porsi presso la Sacra Congregazione del Concilio ,  
 „ onde non permetta la traslazione di questo Legato ,  
 „ moltopiù , che si tratta di un Testatore tumultato  
 „ nella Chiesa medesima.

Quæstio est , an Capitulum S. Michaelis remittens ju-  
 risdictionem , qua in Ecclesia S. Peregrini fruebatur ,  
 jus quoque cesserit adimplendi Legata , quæ a Bene-  
 factoribus in ipsa Ecclesia S. Peregrini fundata fue-  
 re. Profecto in permutationem id tantummodo venis-  
 se dicendum est , de quo expresse fuit actum : nemo  
 enim juri suo cedere præsumitur. *Sperell. decis. 157.*  
*num. 30. , Rota cor. Ratto decis. 299. num. 10. , ni-*  
*hilque vulgatius , quam omnes actus abdicativos*  
*strictissimi esse juris , neque ad alia extendi , quam*  
*quæ speciatim , et nominatim fuerint expressa , Rota*  
*cor. Riminaldo dec. 116. num. 17. , et decis. 362. num.*  
*1. , cor. Me decis. 69. num. 7. ad 9. , et in Narnien:*  
*Comparticipationis Multiplici quoad fructus ante obi-*  
*tum Francisci 9. Januarii 1816. §. 5. coram Emo*  
*Cesarei.*

De jurisdictione tantum permutanda fuit actum inter  
 Lucanum Archiepiscopum , et Collegiatæ S. Michaelis  
 De-

Decanum; nam ad eas declinandas quæstiones, quæ a promiscua jurisdictione possent oriri, ambo facultatem unanimiter petierunt jurisdictionem permutandi, ut scilicet Decanus in Paræciam SSimi Salvatoris jurisdictionem acquirat, Paræcia vero S. Peregrini Archiepiscopi jurisdictioni subsit, ut patet ex folio in Lucana Jurisdictionis 19. Aprilis 1823. Præsumendam ergo nequaquam videtur, in permutatione comprehendendi etiam voluisse jus adimplendi Legatum a pio Benefactore fundatum, quod ita est a jurisdictione distinctum, atque independens, ut sine hac perfecte consistere, quemadmodum hæc sine Legato stare possit: Præterea in permutatione magis etiam, quam in transactione requiritur inter contrahentes æqualitas, *l. 1. ff. de transact.*; hæc autem deficere videretur in themate, si præter jurisdictionem cessum a Capitulo S. Michaelis diceretur jus pia satisfaciendi Legata, cum non appareat ab Archiepiscopo aliud quidpiam Decano, et Capitulo ipsi fuisse tributum ultra jurisdictionem in Ecclesiam Sanctissimi Salvatoris.

**P**erpendendum est tamen, justam, et rationabilem in eundem permutationis causam habitam fuisse, ut ita omnes tollantur, quæ jam ortæ sunt, ac præoccupentur, quæ oriri possent controversiæ, quibus scandalum Populo facillime præberetur: uti colligitur ex citat. folio 6. *Justa*. Hinc etsi controversiarum origo futura solummodo videretur promiscua jurisdictio, quæsitum nihilominus generatim fuit: *An sit consulendum SSimo pro permutatione JURIIUM in casu etc.* Inde vero inferri posse videtur, quod Lucanus Archiepiscopus, et Decanus S. Michaelis dum permutationem proposuerunt, et probari exorarunt, multoque magis hæc Sacra Congregatio dum ipsis annuit, ut controversiæ tollerentur, minime voluisse non tam germina relinquere disceptationum, ac jurgiorum, quam his latiore sternere viam.

**C**ontentiones enim frequentissimæ, ac pene inevitabiles essent futuræ, si Canonici S. Michaelis jure proprio Missas, præsertim cum cantu, celebrare possent in Ecclesia olim suæ jurisdictionis, nunc autem non tantum in solo Archiepiscopi sita, sed et ejus ju-

isdictioni subjecta, et curæ Prioris, et Capituli SS. Paulini, et Donati demandata; præsertim cum facilitate duo Capitula simul concurrere possent ad functiones eodem tempore in eadem Ecclesia peragendas. Ceterum cum Ecclesiæ cessione conjuncta videatur concessio eorum, quæ sunt ipsi Ecclesiæ adnexa, uti est satisfactio pii Legati, quod intuitu Ecclesiæ, in qua Fundatoris adest sepulchrum, potiusquam favore Capituli relictum est censendum: adstipulante præsertim juris regula, quod pro expresso sit habendum, quod ab expressis perspicere consequitur, *Cap. Cinnolim. De cens., Leg. Cum quod ff. Si certum petatur, Rota cor. Ratto dec. 217. num. 17., et cor. Me dec. 1. num. 17., et decis. 8. num. 16.*

Quod si precibus Capituli Collegiatæ S. Michaelis annuant EE. VV., decernere quoque dignentur, an consulendum sit Sanctissimo pro translatione pii Legati Sergiusti ab Ecclesia S. Peregrini ad Sancti Michaelis Ecclesiam; quam sane translationem; justa, ac rationabili intercedente causa; indulgere consuevit hæc Sacra Congregatio, ut in *Placentina 29. Januarii 1794., Romana Translationis, et reductionis 8. Martii 1806., et in Casalen 30. Martii 1821.* Justam, rationabilemque causam suppeditare, imo veram etiam necessitatem præferre videtur jam indultæ jurisdictionis permutatio, ob mox indicata iurgia, et scandala; quæ nunc facilius oriri possent. Multa sane ad pacem fovendam a jure permittuntur, quæ alias non concederentur; uti *post-text. in Can. 1. c. 23. quest. 4. admonent Valeron. De transact. in proem. num. 34., et Rota in Firmana Executionis concordie 27. Junii 1760. §. 2. cor. Card. Riminaldo.* Præterea facilius concedi solet onerum, ac Missarum translatio, si interesse habentes assentiantur, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 26. §. 25. n. 809., Sacra Congregat. in Imolen. Aperitionis oris, et commutationis voluntatis 26. Februarii 1820.; assentitus autem est Prior Collegiatæ SS. Paulini, et Donati, cujus Canonici dum translationi repugnant, ingenue fatentur, non ipsis jus in Ecclesiam, sed uni Priori competere. Nihil demum de suffragio Avine Testatoris detrahitur,*

si Missæ in una potius, quam in alia Ecclesia celebrantur, *Passerin. De stat. homin. quest. 187. art. 4. num. 118.* Sacrificium enim quacumque in Ecclesia peragatur eodem modo semper defunctis prodest, *Pasqualig. de Sacr. nove Legis quest. 1149. num. 9., et Sacr. Congregat. in Usentina 13. Januarii 1748., in Placentina Legati pii 14. Septembris 1782., et in Alatrina 3. Julii 1819.*

Verum translatio Missarum commutationem secumfert voluntatis Defunctorum, quæ cum semper difficillime concedatur ad *text. in C. ultima voluntas. cau. 13. q. 2.*, tum præcipue cum Testator vel certum designavit Altare, vel etiam Ecclesiam tantum prædilexit, in ea celebrationem præscribendo, *Pasqualig. eod. tit. q. 1139., Fargna De jurepatr. part. 1. can. 6. cap. 3. num. 5., Sacr. Congregat. in Novarien. 6. Augusti 1791.* Præterea translationem Missarum constanter denegavit Sacra Congregatio, quando Testatoris cadaver, prout in casu, tumulatum fuerit in Ecclesia, in qua Missarum celebrationem ipse demandavit, ut *in Vicen. Translationis onerum Missarum 19. Aprilis 1766., in Placentina Legati pii 14. Septembris 1782., et in Patavina Translationis onerum Missarum 18. Novembris 1802.* Prætereundum nec est, translatione deteriore fieri conditionem Ecclesiæ S. Peregrini, Testatori apprime dilectæ, quæ si nunc est clausa, spes tamen adest, ut aperiatur, et Divino restituatur cultui, prout retulit Archiepiscopus; indulgentiam vero non esse Missarum translationem, si tertii jura lædantur, respondit Sacra Congregatio *in Panormitana Translationis oneris Missarum 26. Februarii 1739., in Comen. Translationis Missarum 15. Septembris 1764., et in citat. Placentina Legati pii 14. Septembris 1782.*

Dubia

I. An, et cui competat jus adimplendi pium Legatum Pompeji Sergiusti in casu etc.

Et quatenus affirmative favore Capituli S. Michaelis.

II.



II. *An sit consulendum Sanctissimo pro translatione Missarum in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

**LUCANA CAPELLANIARUM.** Apostolicæ Sedi immediate subest Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli in foro Lucensis Civitatis, uti monuit hæc Sac. Congregatio in *Lucana Jurisdictionis* 10. Aprilis 1825. præest Decanus Capitulo, a quo stipendium ex Massa Capitulari olim solvebatur Capellanis, qui chorale servitium præstabant, et amovibiles erant ad ejusdem Capituli nutum. Gallico invecto regimine anno 1808. sublata fuit Collegiata; verum anno 1818. Apostolicis Litteris diei 8. Aprilis in pristinum fuit restituta a S. M. Pio VII., qui omnia jura, et privilegia, quibus antea pollebat, amplissime confirmavit. Cum autem in Collegiatae reintegratione singulis Capellanis, æque ac singulis Canonicis, proprii redditus fuerint assignati; se non amplius amovibiles esse contendunt Capellani, idque ab hac Sac. Congregatione declarari poscunt, ut canonicam institutionem tantquam veri Beneficiarii consequantur.

Rogavi de more Archiepiscopum, qui audito in scriptis Decano, et Capitulo Collegiatae, ita rem omnem, suamque sententiam pandidit. „Oratores ante tractat lacrymabiles vicissitudines, Capellani ad nuntum amovibiles habebantur, a Canonicis ob chorale servitium in dicta Ecclesia præstitum de massa Capitulari precario alebantur, et quotannis Capitularium confirmatione, per suffragia faciendam, indigebant; ideoque aliqua tunc posita rationabili causa, ab officio, ad quod per Capitulum nominati, atque stipendiati erant, legitime poterant amoveri. An vero per Apostolicum Breve, a Pio VII. in hujus Lucanæ Ecclesiæ nupera restitutione ema-

*Sess. 22. cap. 6.  
de reform.*

„ nato, ad sortem Capellanorum vere Beneficiato-  
 „ rum Oratores evecti sint: rem hanc definire me  
 „ prorsus abstinere putavi. Etenim per ipsum Apo-  
 „ stolicum Breve Capellani propria dotatione, et bo-  
 „ norum suorum administratione, adjecta lege ter-  
 „ tiam reddituum assignatorum partem ad formam  
 „ Concilii Tridentini separandi, et in distributiones  
 „ quotidianas convertendi, donati sunt; sed Cano-  
 „ nica institutione, quæ ad vere Beneficiatos desi-  
 „ gnandos necessaria videtur, omnimode carent:  
 „ ideoque nil in ipsis, nisi tantum numerum, seu  
 „ Collegium Ecclesiasticorum Chori servitio legiti-  
 „ me addictum, propriis bonis, et privilegiis gau-  
 „ dens, recognoscere coactus fui. Nec me latebat,  
 „ quod Decanus in suis litteris habet de utilitate,  
 „ bonoque, quod si in executione Brevis prædictas  
 „ Capellanas vera Beneficia Ecclesiastica declarassem,  
 „ huic Lucanæ Ecclesiæ obvenisset; præsertim cum,  
 „ ut bene Decanus notat, ferme nulla simplicia be-  
 „ neficia ex tot, quot prius habebantur, remanse-  
 „ rint, atque ex familiarum depauperatione ægre vix  
 „ pauci filios suos in sortem Domini vocatos Eccle-  
 „ siasticis patrimoniis juxta Canones providere valeant;  
 „ idcirco datam occasionem et ipse ambabus ulnis  
 „ amplexus essem; sed ne facultatum mihi tanquam  
 „ Apostolico Delegato commissarum limites forsân  
 „ excederem, Capellanos dictæ Ecclesiæ in ipso, quo  
 „ prius reperiebantur statu, ac conditione, opportu-  
 „ no vi delegationis commissæ Decreto, ut Capitu-  
 „ lum in a me datis epistolis autumat, reposui; ac  
 „ isti Sanctæ Sedi rem totam prorsus definiendam  
 „ reliqui. . . . Si Oratorum preces excipere, eosdem-  
 „ que perbenigne exaudire bene visum fuerit, ea qua  
 „ par est reverentia libenti animo petitæ gratiæ con-  
 „ cessionem recipiam. „

Favet enixe Capellanorum votis Decanus Collegiatae ab  
 Archiepiscopo interrogatus, et postquam ea fuse dis-  
 seruit, quæ Archiepiscopus indicavit, ita concludit. =  
*Devo confessare, che questa dichiarazione (favore Ca-  
 pellanorum) verrebbe ancora tanto più da me gra-  
 dita, in quanto che porterebbe un termine defini-  
 tivo a molte dissensioni, e tornerebbe così la tran-  
 quil-*

Die 6. Augusti 1825.

189

quillità a questo mio Clero; cosa che mi sta molto a cuore. Fermo però stante il principio, che elevate le dette Cappellanie, come io spero, al grado di Benefizj, la nomina delle medesime rimanga presso il Capitolo di S. Michele, come è sempre stata, e come ancora dispone il Breve di sistemazione della Chiesa Lucchese del di 8. Aprile 1820., e la Canonica istituzione rimanga presso il Decano di S. Michele, il quale esente, com'è pe' suoi diritti, e privilegi, dalla giurisdizione dell' Ordinario, riveste egli stesso la qualità di Ordinario nella sua Chiesa, e Capitolo, e siccome egli dà, ed ha sempre dato le Bolle ai suoi Canonici, così crede di doverle dare anche ai Capitolari = .

Cappellanas Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis in foro nunc esse vera Ecclesiastica Beneficia eruere nuntuntur Capellani ex Apostolicis Litteris Pii VII., in quibus hæc leguntur = Tibi . . . . Apostolico Delegato, mandamus, ut bona, redditusque prædictos in dotationem Capitulorum, et Capellanorum Cathedralis Ecclesiæ, et trium Collegatarum Ecclesiarum; Cœnobiorum utriusque sexus, nec non in supplementum congruæ Parochorum, et propriis necessariis ad Divinum cultum in respectivis Ecclesiis Parochialibus . . . . æqua, et convenienti portione assignes, et attribuas . . . ., decernentes, ut singula Capitula, Parœciæ, et Regularium utriusque sexus Communitates tam redditus, et bona quam, Cœnobia, et Monasteria de novis Regularibus prædictis respective assignanda, tantumquam sua possideant, ac retineant = Cum itaque Pius VII. omnibus Ecclesiis sua bona statuenda decreverit, et Archiepiscopus, uti Bullæ Apostolicæ executor, reapse singulis Capellanis propria bona, redditusque assignaverit; eorum Capellanæ vera Beneficia effecta fuisse videntur, ad tradita per Garziam de Benef. part. 1. c. 2. num. 93., Lotter. de re benef. Lib. 1. quest. 31. in fine, Pignatell. Tom. 9. consult. 143. num. 47. addit quoque iisdem in Litteris Pius VII. = Volumus, tamen, tertiam partem reddituum tam Capitulorum et Capellanis Cathedralis Ecclesiæ, quam tribus præ-

prædictis Collegiatis Ecclesiis adsignandorum, ad formam Concilii Tridentini separari, et in distributiones quotidianas converti, quæ inter prædictas dignitates, Canonicos, et Capellanos divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem a te, tanquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa reddituum separatione faciendam, dividantur = Profecto de veris Ecclesiasticis Beneficiis ad divinum cultum, atque Ecclesiastica mania obeunda constitutis, loquitur Tridentina Synodus *Sess. 21. cap. 5. de Reformat.*, dum jubet tertiam reddituum partem separari, atque in quotidianas distributiones converti: Capellanas igitur inter Ecclesiastica Beneficia recensuit Pontifex, dum eandem reddituum separationem præcipiens expressam relationem ad Concilium Tridentinum habuit. Reque vera Capellani principaliter intuitu Ecclesiæ nunc redditus percipiunt bonorum, quæ ipsis ab Apostolico Delegato fuere assignata, ideoque Capellaniam statum beneficiale quævisse videntur; at olim ratione personalis servitii stipendium accipiebant a Canonicis, idque statum beneficiale prorsus excludit, uti monent *Garz. et Pignatell. loc. citat., et Redoan. de Spol. quest. 3. num. 35.*

Perpendendum tamen est, S. M. Pium VII. omnia confirmasse jura, et privilegia a suis Prædecessoribus tributa Decano, et Canonicis Collegiæ S. Michaelis, ac proinde jus quoque Capellanos nominandi, et ad nutum amovendi. Præterea Canonici epistolam afferunt die 26. Augusti 1824. ab Archiepiscopo ad Capitulum datam, in qua hæc habentur. *Mi sono portato a considerare i Decreti da me emanati nella qualità di esecutore del Breve Pontificio delli 8. Aprile 1820. e relativi alle Cappellanie delle Chiese Collegiate. Un tale esame mi ha portato a conoscere, che i Decreti à ciò riguardanti, quali sono bene a cognizione dei rispettivi Capitoli, hanno tolto qualunque dubbio, o controversia, dopo che letteralmente dichiarano, che le moderne Capellanie delle Chiese Collegiate sono quelle istesse, che come tali si riconoscevano prima delle passate vicende, e che perciò si trovano come le antiche sotto la dipendenza dei Capitoli. E' stato solo per quello, che riguarda le persone degli attuali*

Cap-

*Cappellani da me nella suddetta qualità collocati nei loro rispettivi posti, che io dovetti dichiarare, che non potesse essere nella facoltà dei Capitoli di rimuoverli, e ciò ancora per la necessaria veduta che il patrimonio Ecclesiastico residuale non venisse ad esser gravato di quelle pensioni, che sino ad ora si percepivano dai Cappellani Corali.*

*Ignorantur Archiepiscopi Litterarum Apostolicarum executoris ea fuit mens, ut Capellani Collegiatae S. Michaelis, prout antea, amovibiles essent ad nutum Capituli. Archiepiscopus vero aut Pontificis voluntatem perspectam habuit, aut eam est interpretatus ad normam Juris, quo statu um reperitur, Litteras Apostolicas ita semper esse accipiendas, ut neminem laedant, Barbos. claus. 157. num. 1., Gonzalez ad reg. 8. Cancellariae §. 4. Proem. num. 2, Cardinalis Petra ad Constit. Innocentii IV. Sect. 1. num. 31. Laederentur sane Canonici, si facultate amovendi Capellanos privarentur. Professi tamen sunt iidem Canonici, quod = qualora i Cappellani dalla Sacra Congregazione siano riconosciuti, o dichiarati veri Benefiziati, il Capitolo è sempre pronto a venerare quelle superiori determinazioni, che alla medesima piacerà di addottare su questo punto; e nel caso, che i Cappellani ottengano la grazia, non dubita il ridetto Capitolo, che debba restar fermo il diritto di nomina alle Cappellanie presso il Capitolo stesso, come dal Breve di Pio VII. si rileva, e chiede, che venga ingiunto ai Cappellani, dichiarati che siano veri Benefiziati, l'onore di soddisfare almeno per un terzo le Messe Conventuali, ed in fine debbano nell'uffiziatura dipendere pienamente dal Capitolo.*

**De Capellanorum electione in memoratis Apostolicis Litteris haec leguntur „ Firmo manente jure Prioris S. „ Pauli, et Capitulorum utriusque Collegiatae Eccle- „ siae ad Capellanas respective etiam in posterum nominandi „ De Missa vero Conventuali quotidie tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis Ecclesiis canenda sancivit Benedictus XIV. in sua celebri Constitutione. Cum semper oblatas, onus, hujusmodi spectare ad omnes qui Ecclesiae Clerum constituunt, et**

*in*

*in eadem Ecclesia sive Dignitates, sive Canonicales, Mansionariatus, sive Beneficia choralia obtinent. De elemosyna denique Missam conventualem celebrantibus præbenda, idem Benedictus XIV. in citata Constitutione hæc addidit = Alia exceptio fuit, quod Missa conventualis non semper a Canonicis, aut Dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam a Beneficiatis, aut Mansionariis, quos minus æquum videtur pro Missæ conventualis celebratione omni elemosyna carere, quæ unde desumi valeat ignoratur. Cui tamen rei pariter consultum est, demandando, ut ea desumatur ex Massa distributionum; quam sententiam semper tenuit hæc Sac. Congregatio ut in Auximana Missæ Conventualis 16. Decembris 1820. et 25. Januarii 1823.*

Cum autem Canonici dignitate Capellanos antecellant, æquum videtur, ut hi Canonicis obsequantur, et in choralis servitio subditi sint, ne secus perturbatio, et confusio oriatur. Cumque Decanus Collegiæ S. Michaelis omnibus nunc quoque privilegiis gaudeat, quorum vigore ab Archiepiscopi jurisdictione est exemptus, suo Capitulo præest, suamque Ecclesiam regit ordinario jure; si Capellaniæ inter Ecclesiastica Beneficia recenseantur ab ipso danda Beneficiatis à Capitulo nominatis erunt collationis Litteræ, quemadmodum illas Canonicis semper concessit.

Quare EE. VV. dirimenda proponuntur.

Dubia

I. *An Capellaniæ in Ecclesia Collegiata S. Michaelis sint Beneficia ecclesiastica, ita ut Capellanis canonica institutio danda sit in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An jus ad Capellanas nominandi spectet ad Capitulum in casu etc.*

III. *An, et ad quem spectet jus dandi Capellanis Bullas institutionis in casu etc.*

IV. *An, et quot Missas conventuales Capellani canere teneantur in casu etc.*

V. *An, et quomodo pro Missa conventuali elemosyna Capellano celebranti sit præstanda in casu etc.*

VI. *An, Capellani obsequi, et in Choralis servitio subditi Canonicis esse teneantur in casu etc.*

Die Sabbathi 3. Septembris 1825. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.

**LUCANA LEGATI.**

*Sess. 22. cap. 6.  
de Reformat.*

Dubia

I. *An, et cui competat jus adimplendi pium Legatum  
Pompeji Sergiusti in casu etc.*

Et quatenus affirmative favore Capituli S. Mi-  
chaelis.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro translatione  
Missarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore Prioris Collegiatæ SS. Paulini,  
et Donati.

Ad II. Affirmative ad Ecclesiam SS. Paulini, et Donati,  
donec cultui restituatur Ecclesia S. Peregrini.

**LUCANA CAPELLANIARUM.**

*Sess. 22. cap. 6.  
de Reformis*

Dubia

I. *An Capellania in Ecclesia Collegiata S. Michaelis  
sint Beneficia Ecclesiastica, ita ut Capellanis ca-  
nonica institutio danda sit in casu etc.*

B b

Et



Et quatenus affirmative

- II. *An jus ad Capellanas nominandi spectet ad Capitulum in casu etc.*
- III. *An, et ad quem spectet jus dandi Capellanis Bullas collationis in casu etc.*
- IV. *An, et quot Missas conventuales Capellani canere teneantur in casu etc.*
- V. *An, et quomodo pro Missa conventuali eleemosyna Capellano celebranti sit prestanda in casu etc.*
- VI. *An Capellani obsequi, et in Choralis servitio subditi Canonicis esse teneantur in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus, facta per Archiepiscopum canonica erectione.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative ad Decanum Capituli.

Ad IV. Affirmative pro tertia parte juxta petita.

Ad V. Affirmative ex massa distributionum ad formam Constitutionis *Cum semper oblatas*.

Ad V. Affirmative in omnibus.

sess. 22. cap. 6.  
de Reform.

**V**ERULANA SUBSIDII DOTALIS. In Comitibus diei 8. Maji 1819. propositis Dubiis I. *An sit locus constitutioni Dotis subsidiarie in casu etc.* et quatenus affirmative II. *An, quomodo, et in qua summa sit solvenda in casu etc.*, responsum dederunt Eñi Patres Ad I. *Negative*. Ad II. *Provisum in primo*. Juris sui rursus experiendi veniam tunc obtinuit Margarita Filonardi; nunc autem Causam iterum proponi satagit. Sodalitii S. Marie Jacobi Defensor argumentis in Allegatione, anno 1819. typis excusa, et denuo EE. VV. distribuenda, allatis adjungit, falso Margaritam huic Sac. Congregationi exposuisse, se esse *Zitella*, *ed aver pronto partito da maritarsi*, dum Francisco Serrirot jam ab anno 1815. nupserat; item Sodalitium ob præteritas rerum publicarum vicissitudines indictam ab hac Sac. Congregatione dotium suspensionem haud servasse, sed egenis Verulanis puellis cunctas dotes quotannis huc usque tribuisse; ideoque contendit, rejiciendam esse Margaritæ petitionem, confirmandamque superiorem hujus S. Ordinis resolutionem.

Mar-



**Margaritæ** autem Defensor dotis constitutioni in summa scutorum mille locum esse arbitratur. Etenim Marchio Filonardi subsidia dotalia conferre voluit a Zitelte *povere di detta Città* (Veruli scilicet) *dionesta vita*. Jam vero Margarita rei familiaris extrema premitur inopia, honestis est prædita moribus, et licet Veruli ortum non habuerit, originem tamen ducit a Parente Verulano, ac propterea eodem, quo puellæ Veruli in lucem proditæ, censenda est jure, uti post *lex. in L. Assumptio. ff. ad municip. tradunt Valent. de ultim. volunt. Pot. 4 n. 2.*, Ferrar. *Biblioth. verb. Civitas n. 101.*

Neque dotale subsidium (ita pergit) est Margaritæ denegandum propter initem Matrimonium; præterquam enim Testator legem dixit, ne dotes traderentur puellis, *se prima non è seguito il loro spozalizio*; accedit, quod Oratrix adhuc innupta, scilicet anno 1802. preces summo Pontifici obtulit, ut dotale subsidium assequeretur, quodque ab hac Sac. Congregatione anno 1809. demandata fuerit suspensio collationis saltem unius dotis usque ad exitum pendentis *recursus*; ideoque nequicquam Margaritæ obesse potuit matrimonium anno 1815. contractum; nam puellas, quæ dotem postularunt, jure suo non decidere, si postea conjugio socientur, docet S. Congregatio in *Cæsenaten. Subsidiorum dotalium 29. Novembris 1788.*, in *Romana 8. Septembris 1800. §. Tria, et in Narnien. 12. Julii 1823.*

Præterea Margarita sanguinis necessitudine cum Testatore jungitur, ac proinde eidem subsidium dotale denegari non poterat, cum ex præsumpta Testatoris voluntate cæteris puellis in subsidiorum distributione illæ sint præferendæ, quæ et paupertate laborant, et cum Testatore sunt sanguine conjunctæ. *Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 5. n. 16.*, S. Congr. in *Romana Subsidii dotalis 19. Januarii 1808. §. Verum, et in Cathacen. Legati pii 21. Septembris 1822. §. Tandem*. Reque vera egenis puellis, ex Familia Filonardi descendentibus, sæpius a Summis Pontificibus indulta fuerunt dotalia subsidia. Concludit itaque idem Defensor, Margaritæ jus esse ad subsidium dotale assequendum; cumque dotes nubentium conditioni, ac statui congruæ sint oportet, atque hic agatur de mu-

liere ex nobili genere prognata, Testatoris consanguinea, et gravi inopia laborante, dotem in summa scutorum mille, unius, aut plurium dotium suspensione exolvenda, decernendam esse suadere nititur.

Cætera EE. PP. habent in Allegationibus utrinque distributis, et in Folio diei 8. Maji 1819., quod resumere precor, ut definire possint.

### Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum Dubium in casu ec.*

Et quatenus recedendum

II. *An, et quomodo sit recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu ec.*

Iterum proponatur.

Sess. 24. cap. 1.  
de reformat.  
Matrim.

**M**ELEVITANA SEPARATIONIS TORI. Xaveria Vassallo, satis ampla dote, ac pluribus aucta paraphernalibus bonis, cum Antonio Agius Melitensi negotiatore, cui ab anno 1793. nuptui fuerat tradita, concordem, tranquillamque vitæ consuetudinem, multis etiam editis liberis, per annos fere triginta servavit. Quibusdam tamen anno 1822. de re familiari inter conjuges exortis jurgiis, verberibus affecta Xaveria a viri domo, filiam, cui nomen Maria, secum ducens, divertit, et Episcopalem adiit Curiam, decerni postulans perpetuam Tori separationem ob Antonii sævitias; itemque sibi, et filiae alimentorum præstationem, ac traditionem localium, indumentorum, et omnium, quæ ipsis forent necessaria.

Episcopalis Curia, antequam definitivam ferret sententiam, decrevit die 3. Octobris 1822., inductos a mul-

liere testes examini, servatis juris solemnibus, subijci; interim vero conjuges remanere debere per modum provisionis separatos, virumque condemnavit ad subministranda supradictæ ejus conjugi, et communi filie alimenta ad rationem scuti unius, et taren. octo quolibet die anticipate solven. de hebdomada in hebdomadam... ad consignanda ejus conjugi, et communi filie omnia necessaria ad quotidianum earum usum pro ratione earum status, et conditionis. Huic decreto obstitit Antonius, qui reductionem petit alimentorum, ac restitutionem rerum, quas Xaveriam a viri domo discedentem secum asportasse affirmabat: verum aliis ejusdem Curie coactis decretis pluries pro alimentis tum Uxoris, tum Filie, (nunc flagitante patre) in Monasterio collocatæ deposuit summas, opportunis emissis protestationibus.

Testes interea a Xaveria inducti, examini subjecti asseruerunt, se in pervigilio Nativitatis B. M. V. anni 1822. audivisse clamores, gemitusque Xaveriæ, et Mariæ de minacibus verbis, ac verberibus eis ab Antonio illatis conquerentium; vidisse eundem Antonium Uxori expulsionem e domo minitantem; rixæ vero causam præbuisse denegatum a Xaveria consensum tradendi in dotem filie Mariæ fundum ad eandem Xaveriam pertinentem: sed minime testantur, virum animo fero, ac truci esse præditum, neque alias in Uxorem sævitias exercuisse, una excepta famula de iracundo Antonii animo fidem perhibente. Hinc Episcopalis Curia animadvertens, adducta argumenta non constituere sufficientem probationem pro petito divortio... cum fere unice reducatur ad gravem rixam, ac verbera, quæ in pervigilio Nativitatis B. M. V. elapsi anni acciderunt, definitiva Sententia diei 10. Julii 1823. statuit, locum non esse divortio. Perpendens tamen, quod Conjuges prædicti hic, et nunc animum nimis exacerbatum habeant; idcirco ad præcavenda in his circumstantiis majora dissidia, quæ prævidentur, mandamus eosdem conjuges per modum provisionis, et usque ad aliud hujus magnæ Curie mandatum, remanere debere separatos, solutis interim consuetis alimentis ejus conjugi.

Ab hac Sententia Antonius Agius confestim ad S. Sedem

dem appellationem interposuit, quæ die 11. ejusdem mensis Julii ab Episcopali Curia Melitensi admissa fuit si, et quatenus: Citationem deinde in forma speciali idem Antonius die 15. insequentis mensis Octobris obtinuit ab R. P. D. Auditore SSm̃i, qui Xaveria constitutum vadimonium deserente, novam causæ cognitionem huic Sac. Congregationi ablegavit.

Rogavi Melitensem Episcopum de informatione, et voto, auditis, præsertim Oratoris Uxore, eidemque præfixo termino ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione: Episcopus autem iis, quæ supra narraui, hæc addidit „ Rationum momenta, quibus mea Curia fuit adducta in ferenda Sententia, fuerunt re-  
 „ vera, quod quamquam ex productis testium depositionibus constaret de iracundo, ac contentioso humore prædicti Antonii, deque dissidiis sæpius idcirco inter conjuges exortis, maxime anno 1822, haud tamen æque in facto constabat de gravibus minis, atque dissidiis, ob quæ in vitæ discrimen fuerit unquam adducta Xaveria; quam tamen, plus justo exacerbatum animum habentem erga eundem Antonium post obortum dissidium in pervigilio Nativitatis B. M. V., impossibile fuit adducere tunc temporis ad redeundum in domum viri; permissio illi idcirco separatim vivere ad tempus ab eodem suo viro „. Xaveriam quoque accersisse ait, eidemque terminum quadraginta dierum præfixisse ad deducendum coram S. Congregatione jura sua „ non omittens interim ego paterne illam hortari, ut deposita quacumque contentione ad domum sui Viri redire curet, maxime quia post editam a mea Curia Sententiam, qua petitum divortium denegatum illi extitit, satis sufficiens tempus est emensum, infra quod reconciliari poterat cum ejus viro. Plus nimio tamen verita ipsa excandescentem animum sui viri, nullo modo suaderi potest de resipiscencia ejusdem, nec propterea induci ad cohabitandum cum illo. Quidquid cæterum providendum duxerint EE. VV. prompto animo exequar „

Mulier licet citationibus, et Episcopi voce monita; nunquam se in hac Sac. Congregatione sistere curavit: Viri autem Defensor Causam proponi, distributa Al-

legatione, instanter petit, et Xaveriam ad virum suum redire compellendam esse contendit. Quamquam enim ob viri sævitias tori, habitationisque inter Conjuges separatio ad tempus ex Ecclesiæ legibus fieri permittatur; attamen eo sævitiae processerint oportet, ut mulier sine periculo vitæ, aut gravis in corpore damni cum viro cohabitare non valeat *ad text. in Cap. Ex transmissa, et Cap. Litteras. de restit. spoliat.* Ad evincendum vero hujusmodi periculum nec minæ verberationum, aut infestæ vexationis, nec levis, imo nec ipsa atrox verberatio ex insolita ira, animique perturbatione illata, satis habentur, *Sanchez de Matrim. lib. 10. disp. 18. n. 16., Layman. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. n. 17., Reiffenst. lib. 4. Decret. tit. 19. n. 43.* sed ea requiruntur ex sævo, et iracundo viri genio, atque ex frequentibus, gravibusque vexationibus deducta argumenta, ex quibus deprehendatur, virum mulieris vitæ insidias struere, aut saltem prudens, ac justus inducatur timor, ne graves, et atroces sævitiae a viro in futurum perpetrentur, *Pontius de matrim. lib. 9. Cap. 23. n. 5., Engel. lib. 4. Decret. tit. 19. n. 23.*

Sævitiae autem, de quibus a Xaveria insimulatur Antonius, aut ad minas, aut ad verberationes, nec quidem atroces, semel tantum, atque dissidiis super dote Filiae constituenda exortis, Uxori impactas cohibentur; ac propterea, inquit Antonii Defensor, omnino impares, quæ malum sæviendi animum ostendant, justumque, ac prudentem necis, gravisve damni ingerant timorem: eo vel magis, quo per plura lustra conjuges tranquille, et conjugali amore vitam insimul traduxerint, filiosque procreaverint, ut in simillimo casu perpendit *Rota in Melevitana Separationis tori 27. Aprilis 1818. §. 2. cor. R. P. D. Isoard.* Addit præterea, quod etiamsi aliquid mali ex cohabitatione cum Antonio Xaveriæ foret timendum; nihilominus instituta separationis actio esset penitus respuenda; quandoquidem satis sibi mulier consulere posset acceptis pignoribus, aut alia a viro præstita idonea cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre, uti post *text. in Cap. Litteras 13. de restit. spoliat.*

do-

docent Sanchez loc. cit., Pirhing. lib. 4. Decret. tit. 19. n. 62., et Rota in cit. Melevitana §. 4.

Infert exinde memoratus Defensor, Antonio restituendas esse pecunias omnes ex Decretis Curia Episcopalis solutas, vel depositas pro alenda Uxore: cum enim ipsa a viro suo nulla intercedente justa causa diverterit, quolibet destituebatur jure petendi alimenta, *Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 16.*, *Card. De Luca de matrim. disc. 11. n. 7.*, et *Cosci de separat. tori lib. 3. cap. 11. n. 1.*, præsertim quia Xaveria tot gaudet bonis paraphernalibus, ut ex illis honestam sibi comparare possit vitæ exhibitionem.

Proponuntur itaque dirimenda

### Dubia

I. *An constet de legitima causa separationis tori in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, et quæ pecunie solute, vel depositæ sint restituendæ viro in casu etc.*

Quatenus vero affirmative

III. *An, quomodo, et in qua summa vir teneatur præstare alimenta uxori, et filia in casu etc.*

IV. *An, et quæ indumenta, mobilia, jocalia vir teneatur exhibere uxori in casu etc.*

V. *An, et quæ res ab uxore sint restituendæ viro in casu etc.*

Ad I. Negative, præstita tamen per virum cautione de uxore bene tractanda.

Ad II. Negative in omnibus.

Ad III. IV. et V. Provisum in præcedentibus.

**PLACENTINA PAROECIÆ.** Proposita fuit hæc causa *Sess. 14. cap. 9. et Sess. 21. cap. 4. de Reformat.* in Comitibus diei 9. Julii nuper elapsi, rescriptumque prodit: *Dilata, et audiantur Ministri Datarie Apostolicæ quoad impositionem pensionis.* Ipsi autem mihi per epistolam percontanti hoc dederunt responsum „ Quæ omnia modernus Episcopus Placentinus, exposuit in supplicatione, qua desuper Apostolicæ Datarie Ministros audiendos EE. VV. Rmæ rescripserunt, veritati adamussim consonant. Verum namque, Litteras Apostolicas provisionis Prioratus Parochialis nuncupat. B. M. V. in Cœlum Assumptæ Loci *Tavernago* Diœcesis Placentinæ, per obitum Josephi Gulieri vacantis, fuisse ab usque præterito mox Majo relaxatas favore Presbyteri Aloysii Gamba in apposito concursu adhibitis Prosynodalibus approbati; annuam perpetuis futuris temporibus duraturam pensionem Romanorum quinquaginta scutorum super ejusdem Prioratus Parochialis fructibus, qui ad annua ducata auri octuaginta, et cum incertis centum triginta pertingunt, consensu in forma juris valido accedente præfati Aloysii Gamba fuisse reservatam pro erigenda in eadem Diœcesi Parœcia S. Joannis Loci *di Bettola*, ejusque pro tempore existenti Rectore; quemadmodum ex Actis Apostolicæ Datarie latius liquet. „ veniunt itaque EE. PP. resumere Folium diei 9. Julii prox. præt., ac dirimere, quæ rursus proponuntur

## Dubia

I. *An, et quomodo sit locus dismembrationi, et respective novæ Paroeciæ erectioni in Oratorio S. Joannis in Burgo di Bettola in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo consulendum sit pro assignatione congruæ dotis novæ Paroeciæ in casu etc.*



Et quatenus negative ad I. Dubium

III. *An, quomodo, quibus juribus, et quorum impensis sit locus deputationi Capellani Curati in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi.

Ad II. Satis provisum.

Ad III. Provisum in I.

*Sess. 21. Cap. 7.  
de Reformat. et  
Sess. 24. cap. 14.  
de Reformat.*

**A**LBANEN. MEDIÆ ANNATÆ = Rerum gestarum seriem habent EE. PP. in Folio diei 18. Septembris 1824. ; tunc autem proposito Dubio *An sit locus solutioni mediæ annatæ in casu etc.* responsum prodiit = *Dilata, et coadjuventur probationes circa legitimam assertam consuetudinem.* = Itaque ad evincendam consuetudinem protulerunt Aricini Canonici attestationem Sacerdotis Joannis Baptistæ Leuci, nunc Archipresbyteri Cathedralis Ecclesiæ Albanensis, qui affirmat, se anno 1800. Canonicatum obtinuisse in Collegiata Ecclesia Ariciæ, ac debuisse *in forza di pensione riservata, o di altra affezione alla Curia Romana, spedire le Lettere Apostoliche dalla Dataria: non ostante, presso le richieste fattemi, e le assertive di quei Signori Canonici più anziani, contestanti tal essere la consuetudine osservata in quel Capitolo, pagai senz'altra replica la così detta mezza annata per la fabbrica della Chiesa.*

Archipresbytero Leuci adstipulatur Canonicus Aricinus Dominicus Attenni, qui se fuisse Sacrarum custodem asserit anno 1781. quum tres obierunt Canonici, iisque successerunt Sacerdotes Antonius Laurenti, Paulus Attenni, ac Joseph Pigliucci, nunc pariter defuncti, a quali fu imposta una pensione, e dovettero spedire in Dataria, e pagarono la mezza annata, quæ pro fabrica Ecclesiæ Collegiatæ Ariciæ fuit erogata. Deniquæ



que Joachim Mancini ejusdem Collegiatæ Canonicens, dum se esse il più antiquiore adstruit, apertissimæ testatur, qualmente il mio Rmo Capitolo abbia sempre usato di far pagare la mezza annata a tutti e singoli novelli Canonici, compresi ancora quelli, li quali spedirono per Dataria, nè g animai veruno esenato, poichè molto grande è il bisogno per il mantenimento della Fabbrica, non avendo punto di doie, e vieppiù per tutto quello possa occorrere al servizio de' sacri arredi, e tutt' altro, mentre viene mantenuta del proprio dal Capitolo.

Consuetudini vim legis inesse, ipsam loco legis haberi, atque ex ea induci jura, et acquiri privilegia non ambigitur *Leg. 32, 33., et 35. ff. De Legibus, Sac. Congreg. in Reatina Juris ferendi suffragia 22 Julii 1815. §. Nullo.* Compertum est imo, consuetudine leges antiquari, *Reiffenst. Lib. 1. tit. 4. §. 1 num. 10., Derot. Instit. Canonic. §. 50. Proleg., et Sac. Cong. in-Balneoregien. 17. Junii 1820. §. His,* et ad abrogandas Constitutiones Apostolicas, et Leges Ecclesiasticas quadraginta annorum consuetudinem non raro sufficere, *Fagnan. in Cap. Treugas. De Treuga, et Pace num. 74., et Sac. Congregat. in Bovinen. Jurium Parochialium 27. Maji 1820. §. Licet.* Consuetudo autem plurimi est facienda, si agatur de restauratione Ecclesiarum, uti monet Rota in *Bononien. Exemptionis 17. Februarii 1777. §. 6. cor. Bayane, et in Auximana ampliationis Ecclesie, et Restorationis Aedium Parochialium 4. Martii 1785. §. 5. cor. Soderino.*

Verum perpendere dignentur Eñti Patres, an in themate legitime probata dici valeat consuetudo, ad quam invehendam frequentia in primis requiritur actuum, qui omni ambiguitate vacent, et ad aliam causam referri nequeant. *Rota in Viterbien. seu Nepe-sina Testamenti 27. Junii 1777. §. 6. cor. Ratta, Sac. Congr. in Albanen. Præcedentiæ 14. Decembris 1816. §. Canonicus.* Decernant autem, an consuetudini locus esse possit adversus notissimam Constitutionem S. M. Benedicti XIII. incipien. *Pius, et Misericors,* in qua adest clausula *non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus,* et quæ Decreto irritanti fuit munita: nam hujusmodi clausula, et Decreto vigen-

tem tolli consuetudinem, ac perpetuum obicem parari, ne qua in posterum consuetudo contraria inducatur, unanimiter docent *Fagnan. in Cap. Cum venissent. De judiciis num. 6. in Cap. cum olim. de Major. et obed. num. 37., et in Cap. Non amplius, de Instit. num. 30., Car. De Luca de Cens. disc. 3. num. 4., et disc. 10. num. 3., Rota cor. Molines decis. 406. num. 11., et Sac. Congregat. in Lucana Præminentiarum, et jurium 19. Januarii hujus anni §. Consuetudinem vero.*

Cætera EE. PP. haurient ex dicto Folio diei 11. Septembris 1824., quod resumere precor, et dirimere.

### Dubium

*An sit locus solutioni mediæ Annatæ in casu etc.*

### Negative

**F**AVENTINA ALIENATIONIS = . Causæ speciem habent EE. PP. in Folio die 14. Miji currentis anni, proposita vero fuit die 11. Junii sequentis, et Dubio *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro adprobatione contractus in casu etc.* responsum est redditum = *Dilata., et scribatur Episcopo pro deputatione Peritorum ex Officio, qui distincte referant de valore, et annuo redditu sex terrularum præbendæ Parochialis, et fundi Fratrum Rossini, nec non de expensa necessaria pro constructione domus colonicæ.*

Sess. 25. cap. 5.  
de Reformat.

Episcopus mandatis EE. VV. obtemperans, Peritum ex officio elegit, qui valorem Fundi Fratrum Rossini ad scuta 2400., ejusque annuos redditus ad scuta 120. evexit, et pro Domus colonicæ ædificatione scuta 353. impendenda esse affirmavit: pretium vero terrularum ad parochialem Ecclesiam spectantium ad scuta 1800., ac illarum annuos fructus ad scuta 90. cohibuit. Periti relationem transmittens hæc addit idem Episcopus, *Ad valorem quod attinet terrularum Præbendæ Parochialis, uti et fundi Rossiniorum ad permutationem oblatis, id utrumque videtur ulique constare satis, in-*

spe-

spectis, quæ confidentissime exhibentur Peritorum iudicii, quibus quidem, habita ratione accurationis omnimodæ, nihil obstat, quominus fides habeatur.

Quod vero attinet ad summam domus extruendæ parem, illud video animadvertendum, erroris aliquid irrepsisse in iis, ad quos primum appellabatur, calculis; scutatis quippe centum quinquaginta estimatam extructionis impensam, tametsi re diligentius inquisita animadversum, summam isthanc ad scutata ducentum quinquaginta pertingere. (Periti relatio impensas, ut monui, ad scuta 353 evehit) Atqui excessus hic ipse scutorum centum trium, (verus autem excessus est scutorum biscentum trium,) nihil omnino officit conditionibus, de quibus in contractu conventum est: hunc quippe excessum scutorum centum trium, sese ipse recipit Parochus Emiliani suo ipsius aere insumpturum.

Neque negligenda animadversio, quod fundus Rossinianus Præbendæ Merlaschii addicendus, utpote Domo colonica in posterum instructus, uberiores offeret redditus, atque adeo causæ piæ multo utilior evadet.

Permutationis contractum, de quo est quæstio, si EE. VV. probandum censeant, decernant quoque oportet, quomodo providendum sit pro scutis centum, quæ desunt, et necessaria sunt ad Domum colonicam in Fundo Fratrum Rossini ædificandam, et de quibus nihil habet Episcopi relatio. Resumere autem dignentur Folium diei 14. Maji labentis anni, et dirimere.

### Dubium

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione contractus in casu etc.

Affirmative juxta modum, nempe Episcopus præfigat terminum fratribus Rossini pro constructione domus proprio aere peragenda, acceptis scutis centum tribus a Parocho Emiliani oblatis: ipsique Rossini nomina Zambrini, et Magnani in solutum recipiant, quacumque evictione favore Parœciæ remissa; quo vero ad consignationem censuum suspendatur usque ad absolutam constructionem domus.

Sess. 21. cap. 3.  
 .et Sess. 23. cap  
 .1. de Reformat

**M**ACERATEN. Propositæ hac in Causa fuere die 20. Novembris præteriti anni sex Dubiorum formulæ, nempe I. *An deficiente Massa communi censi debeat Collegiata in pristinum restituta in casu etc.* Et quatenus affirmative. II. *An, et quomodo teneantur Canonici Choro inservire in casu etc.* III. *An, et quomodo sit providendum pro distributionibus in casu etc.* IV. *An, Canonici olim Capellani del Monte duas Missas statutis horis teneantur per turnum celebrare in casu etc.* V. *An constet de incompatibilitate beneficiorum in casu etc.* et quatenus affirmative VI. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione in casu etc.* Rescripta vero in Comitibus die 29. Januarii prox. elapsi prodierunt videlicet Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Affirmative ad integrum servitium ad formam Bullæ erectionis* Ad III. *Affirmative ex quarta parte fructuum, et quorumcumque proventuum ad formam ejusdem Bullæ.* Ad IV. *Affirmative, sed ab Episcopo posse dispensari, si plures in Ecclesia Missæ celebrentur.* Ad V. *Affirmative.* Ad VI. *Dilata, et scribatur Episcopo pro nova Informatione super præcisa necessitate sive temporanea, sive continua.*

Novas igitur ad Episcopum litteras dedi, et responsum his verbis ab ipso accepi „ Nullam modo video necessitatem existere, ut pro dispensatione, de qua „ in Dubio Sexto, Sanctissimo sit consulendum. Parochiæ enim, seu potius Parochiæ portioni, qua „ vulgo dicitur *Quartiere di S. Lucia*, quam per plures „ res annos rexit Joachim Ranieri Canonicus, tanquam Oeconomus administrator ab Antecessore meo „ designatus, hoc ipso ineunte anno præfeci alium „ Præbyterum, similiter Oeconomum, donec liceat „ legitimum Parochum eligere per concursum; dummodo non mihi contingat, quod pluries hactenus „ contigisse audio, ut proposito per consueta Edicta „ concursu, nullus Petitor comparuerit. „

„ Ruralis vero Capellania, cui diebus festis alter ex Canonicis deservire dicitur, nullam habet animarum „ curam adnexam. Ruriculæ ipsi Sacerdotem eligunt, „ qui mane pro ipsorum comoditate ad celebrandam Missam tantummodo accedat, cum obligatio-

„ ne præterea docendi pueros Doctrinam Christianam  
 „ iuxta Synodales Constitutiones. Utrum isti Canonico  
 „ hujusmodi officium interdicens sit, si præsertim  
 „ omnia sua munia in Collegiata Ecclesia statutis  
 „ horis præstare possit, Auctoritas, et Sapientia ve-  
 „ stra decernet. „

Canonico haud amplius Parochi vices gerere in Pa-  
 rœcia, seu Parœciæ portione nuncupata *Quartiere di*  
*S. Lucia* testatur Episcopus; nulla proinde adest quoad  
 ipsum necessitas, ut consulendum sit S<sup>mo</sup> pro di-  
 spensatione super beneficiorum incompatibilitate.  
 Omnem vero incompatibilitatem inficiari videtur idem  
 Episcopus quoad Canonico, qui rurali Ecclesiæ die-  
 bus festis inservit, Sacrum ibi faciendo, ac pueros  
 fidei rudimentis imbuendo; eo quod curam anima-  
 rum non habeat, omnia sua munia in Collegiata sta-  
 tutis horis præstet, ac utrique beneficio propter di-  
 scontinuum residentiam commode possit deservire, quo  
 in themate omnem abesse incompatibilitatem tradunt  
*Garz. de Benef. part. 2. cap. 5. num. 85., et 161.,*  
*Piton. Discept. Eccles. 142. n.6., Rota Diversor. part. 1.*  
*decis. 483. num.3., in Recent. part. 2. decis. 179. n. 5.,*  
*et Sac. Congreg. in Novarien. 12. Decembris 1708. ad*  
*IV. Dub.*

Verum ipsemet Canonico, qui uti Capellanus rurali  
 inservit Ecclesiæ, etiam Collegiatae statutis horis ser-  
 vitium semper se præstare non posse fatetur, dum  
 narrat, *che essendo la Chiesa rurale poco distante dal*  
*Paese, e di comodo accesso, può egli tornare, come*  
*ritorna di fatto, non solo ad assistere al Confessiona-*  
*le, ma nella State specialmente al Mattutino medesimo.*  
 Igitur ex ejus dictis, aliis anni temporibus, præter  
 æstivum, Choro non semper interest, dum matutina  
 officia peraguntur, ac proinde incompatibilitas oriri  
 videtur ob residentiam utroque in Beneficio eodem  
 tempore necessariam, uti disserit *Rigant. ad Reg. I.*  
*Cancell. §. 8. num. 28.*

Quia propter mei muneris esse duxi, quæstionem de in-  
 compatibilitate Beneficiorum quoad ruralem Capella-  
 num iterum judicio EE. PP. subijcere, ut ea qua præ-  
 stant Sapientiâ dirimere dignentur.

Du-

## Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis sub V. Dubio quoad ruralem Capellaniam in casu etc.*

Et quatenus standum in decisis

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. cap. 4.  
de Reformat.

**L**AURETANA TRANSACTIONIS = Thomas Giacchini ex Oppido Montis Luponis Lauretanæ Diocesis, anno 1766. ultimis tabulis Capellaniam laicalem sub invocatione B. Mariæ V. Septem dolorum fundavit in Collegiata Ecclesia S. Martini ejusdem Oppidi, et onus Capellano imposuit celebrandi *due Messe in ciascuna settimana, cioè una all' Altare della B. V. Addolorata nella Chiesa Collegiata di questa Terra, e l'altra nella Chiesa rurale di S. Martino*; atque hanc ruralem Ecclesiam futuris temporibus instaurandi, e perpetuamente mantenerla con tutti i suppellettili. Dotem Capellaniam in tot Censibus constituit, ex quibus nunc annua scuta 49. 50. percipiuntur.

Primum Capellanum Testator elegit Xaverium Gattucci, Mariæ Magdalenaë sororis suæ filium, eoque decedente, voluit, *che spetti la nomina del Cappellano a Saverio, e Simone figli d' Antonio Giacchini, e suoi figli discendenti in infinito, lege adjecta nominandi masculum a prædicto Antonio fratre suo, aut a Sororibus suis Maria Magdalena mox indicata, Firmana Angelo Cipollari nupta, et Maria Firmana uxore Domini Pannocchia descendentem: e mancando detta discendenza spetti di nominare il Cappellano a questa Comunità di Monte lupone, la quale prego, ed il Magistrato pro tempore, nel caso ancora i sopradetti nominati non accordino insieme la nomina sudetta del Cappellano, nel termine di un mese dopo la morte di detto Cappella-*

Die 5. Septembris 1825.

209

no da me testatore nominato, o da sopraddetti nominati, di fare un bussolo, ed includere separatamente uno per palla, e che si estragga uno a sorte di quelli Chierici, o Sacerdoti, che vorrebbero nominarsi dai sopraddetti, che hanno la nomina, affinchè mai, ed in verun tempo abbia da insorgere alcuna controversia. Denique in urnam conjiciendos designavit statuens, che si debbano descrivere, ed includere li discendenti delle soprascritte persone (fratris nempe, ac Sororum) che siano Chierici di prima Tonsura, o Sacerdoti, e non venendo il Chierico promosso al grado Sacerdotale entro gli anni 27., o 28. resti privo della suddetta Cappellania laicale, ed in suo luogo si venga all' estrazione di un altro Cappellano nella forma, e modo sopradescritto.

Vita functo Capellano Gattucci, Xaverius, et Simoë Fratres Giacchini, Antonii filii, Thomam prædicti Simonis filium nominarunt, qui deinde die 18. Octobris 1816. decessit. Simoni jam defuncto una superstes tunc erat filia Catharina uxor Blasii Mammoli, quæ Clericum Quintilium Mammoli filium suam ad Capellaniam præsentavit. Obierat quoque Xaverius, pluribus tamen relictis filiis, et Nepotibus, qui una excepta Marianna Ranaldi nepte, nominationem in Canonicum Firmanum Giacchini contulerunt. Marianna Clericus Mammoli elegit, sed mutata dein voluntate Canonicum Giacchini nominavit, qui expeditis Apostolicis Litteris dispensationis super medietate vocum, in Capellaniam possessionem ivit. Inde vero lis inter nominatos exarsit in Curia Episcopali Lauretana, sed votis Canonici Giacchini consona sententia prodiit, adversus quam Clericus Mammoli recursum ad Signaturam justitiæ habuit, rescriptumque obtinuit alteri cum facultate circumscribendi, quo Cause notio ad Sac. Rotæ Auditorium fuit delata.

Impar litis sumptibus ferendis Clericus Mammoli ad Ven. Congregationem S. Ivonis confugit, quæ causam defendendam suscepit; ipsi tamen juxta laudabile ejusdem Congregationis institutum præcepit, ut concordiam ineundam curaret. Itaque de transactione est actum, quæ tandem conciliata est, reservato Apostolicæ Sedis

D d

be-



beneplacito, et publicis obsignatis tabulis die 13. Octobris 1824. in quibus hæc conventa leguntur. Nulla erit hinc inde expensarum litis repetitio; Canonicus Giacchini a die impetrati Apostolici Beneplaciti Capellaniam favore Clerici Mammoli dimittet: redditus nondum percepti æqua lance dividantur, deductis expensis, et eleemosyna in obolis quindecim taxata pro Missis. quas hactenus celebravit, et usque ad diem dimissionis Capellaniam celebrare perget Canonicus Giacchini; cui denique ad ejusdem vitam Clericus Mammoli annuam pensionem scut. decem persolvat. Igitur ut concordia effectum sortiri valeat, ambo transigentes illius approbationem ab hac Sac. Congregatione implorant.

Rogatus de more Episcopus retulit, quod *Reditus annuus Capellaniam præfinitus est ad summam scut. quadraginta novem, et obolorum quinquaginta. Onera vero hæc sunt: Sacra bina singulis hebdomadis, quorum stipendia scuta duodecim important: item supplicatio in triduum quotannis recolendæ memoriæ Patroni celestis Firmani Abbatis, cujus supplicationis sumptus scutum non excedunt. Denique pro Templi, et Sac. utensilium tuitione duo scuta plus minus quolibet anno assignentur. Quapropter demptis supra memoratis scutis quindecim, restat summa scutorum triginta quatuor, et obolorum quinquaginta, quæ commoditati Capellani cedunt. Quod si inita transactio rata habeatur ab Ordine Vestro amplissimo, decretis scutis decem causa annuæ pensionis Giacchinio persolvendæ, reliqua summa decresceret ad scuta viginti quinque, obolosque quinquaginta, quæ Mammoli lucro tribuentur.*

Satis profecto inter eos dimicatum est, et magno utriusque detrimento in octavum annum actione forensi protracta in Tribunali Signaturæ. Hinc est, quod in ita transactioni hisce meis litteris adjectæ, singuli, quorum interest, annuerunt lubenter, exceptis tantum duabus mulieribus Marianna Ranaldia, et Maria Recanata, nulla certe ratione permotis. Quid ni et ego volens, lubensque assentiar? Ita enim litibus finis imponitur, quarum exitus ancipites, maximoque cum impendio conjuncti, præsertim cum agatur de censu Capellaniam in prædiis Gentis Robertiæ Recanatensis



constituto, cujus patrimonium universum ingenti aere alieno gravatum concursui judiciali obnoxium existit, et quod gravius est, defunctus Thomas Giacchini Sacerdos, qui anno 1816. migravit e vita, inscriptionem hypothecariam explere ex legum præscripto omisit, utpote ultimus Capellaniæ Rector.

Quæ cum ita sese habeant, cumque modicæ pensioni annuæ; ut supra innuitur, Giacchinio persolvendæ, satis sint redditus ejusdem Capellaniæ; hoc unum restat, ut singula, quæ memorata transactione continentur, supremo Vestro judicio comprobentur juxta bonorum omnium municipii Lupodunensis desideria.

Quædam folia pro transactione tuenda mihi exhibuit Clericus Mammoli, in quibus ad valide transigendum tria requiri ait. 1. Lis vigens, aut imminens. 2. Ut ambo contrahentes aliquid sibi invicem remittant. 3. Dubium quoad bonum jus utriusque partis. Omnia in themate concurrere asserit: Lis enim inter nominatos per diuturnum octo annorum spatium est acta, et initæ transactionis tempore adhuc res erat sub Judice. Canonicus Giacchini Capellaniam dimittet; Clericus Mammoli pensionem promisit. Dubius autem erat litis exitus, tum quia judicialium contentionum semper incertus est eventus; tum fortius, quia definiendum erat, num extantibus masculis fœminæ, non ex masculis tantum, sed ex fœminis etiam descendentes nominare possint; num Marianna tempore habili a prima nominatione recesserit: num denique voces Patronorum in stirpes, vel potius in capita sint numerandæ. Inde vero infert, probandam esse Transactionem, quæ vexationes, et dissidia per diuturnum adhuc tempus duratura sustulit, *Abb. in Cap. 1. n. 2. de Trans., Sac. Congr. in Firmana Concordiæ 21. Novembris 1807., in Montis Alti Transactionis 20. Februarii 1808.* cum cæteroquin ipsemet recessus a Lite pendente justissimam transigendi causam suppeditet, quoniam ad eliminandas Lites transactio fuit a Jure inventa *L. 1. Cod. de Transact., Valeron. de Transact. in proem., Sac. Congr. in Perusina transactionis 20. Decembris 1823. §. Justam.*

Obstare tamen videtur Testatoris voluntas, quam religiose servandam, et implendam esse, nemo ignorat,

*Can. ultima voluntas Caus. 15. quest. 2. , Sac. Congr. in Ravennaten. 29. Maji 1824., et in Lucana Legati 6. Augusti curr. anni §. Verum . Jussit enim Testator non modo , ut extincta Patronorum descendencia spetti a nominare a questa Comunità di Monte Lupone , sed præterea exoravit il Magistrato pro tempore , nel caso, che i predetti nominati ( patroni scilicet ) non concordino insieme la nomina suddetta del Cappellano di far fare un bussolo , ed includere . . . , e che si estragga uno a sorte di quelli , che vorrebbero nominarsi . Jus igitur est Municipio sortitionem faciendi , et ita Capellanum eligendi , neque probandus videtur contractus , qui jus tertii lædit , quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri , L. 74. ff. de Reg. Jur.*

**A**sserit quidem Episcopus, quod transactioni *singuli quorum interest annuerunt libenter* : ambiguum tamen est , an hisce verbis etiam Magistratus , et Consilium Montis Luponis designentur , quoniam de Consiliari resolutione nulla fit mentio . Cæterum ad litem finiendam necessaria in themate non est transactio , cum hodie possit , imo post mensem ab obitu ultimi Capellani debuerit Lis tolli ope sortitionis a prædicto Magistratu explendæ . Accedit denique , transactionem vergere posse in Ecclesiæ detrimentum , imposita pensione ad vitam Canonici Giacchini duratura : nam si eodem Canonico superstite decedat Clericus Mammo- li , fortasse novus Capellanus , qui pensionis onus acceptet , non facile inveniatur . Probari autem non meretur contractus , qui detrimentum Ecclesiæ secumferat , obstante notissima *Extrav. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* , de qua disserit Sac. Congregatio in *Novarien. Beneplaciti Apostolici 17. Februarii 1821. §. Sacris* , et in *Anconitana Emphyteusis 14. Augusti 1824. §. Nihil* :

**Vestrum erit EE. PP. dirimere**

### Dubium

*An sit consulendum SSmo pro approbatione Transactionis in casu etc.*

*Die Sabbathi 19. Novembris 1825. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia, juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.*

## MACERATEN.

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis sub  
V. Dubio quoad ruralem Capellaniam in casu etc.*

Et quatenus standum in decisis

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in  
casu etc.*

Ad I. Recedendum a decisis quoad incompatibilitatem, et Canonicum teneri ad integrum servitium Chori.

Ad II. Provisum in primo.

*Sess. 21. cap. 3.,  
et Sess. 23. cap.  
1. de Reformat.*

## LAURETIANA TRANSACTIONIS.

Dubia

*An sit consulendum SSmo pro approbatione Trans-  
actionis in casu etc.*

Affirmative.

*Sess. 25. cap. 4.  
de reform.*

Sess. 22. cap. 6.  
de reform.

**V**ERULANA SUBSIDII DOTALIS. Causa hæc primum proposita fuit in Congregatione diei 8. Maji 1819. sub Dubiorum formulis I. *An sit locus constitutioni Dotis subsidiariæ in casu etc.* et quatenus affirmative. II. *An, quomodo, et in qua summa sit solvenda in casu etc.*, prodiitque responsum *Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.* Iterum de ea actum est die 3. superioris Mensis Septembris: verum scissis in utramque partem Eñorum Patrum suffragiis prorogata fuit resolutio edito rescripto: *Iterum proponatur.* Rursus itaque consultis Foliis dierum 8. Maji 1819., et 3. Septembris currentis anni, nec non Allegationibus utrinque distributis, EE. VV. definire dignentur, quæ proponuntur

#### Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum Dubium in casu etc.*

Et quatenus recedendum

II. *An, et quomodo sit recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu etc.*

Ad I. Recedendum a decisis.

Ad II. Affirmative pro scutis sexaginta tantum solvendis infra biennium, et amplius; et non transeat in exemplum.

Sess. 24. cap. 18.  
de reform.

**H**YERACEN. ET RHEGINEN. CONCURSUS = Delata post Episcopi Hyeracensis, ac Metropolitanæ Rheginensis sententias ad Sedem Apostolicam controversia, ejusque definitione huic S. Congregationi ablegata, in Comitibus diei 24. Julii superioris anni duo proposita fuerunt Dubia. I. *An legitime appellaverit Sacerdos Englen, itaut locus fuerit revisioni Actorum concursus in casu etc.* Et quatenus affirmative. II. *An sint transportanda originalia Acta Concursus in casu etc.*, quibus Eñi Patres die 24. insequentis Mensis Augusti responsum de-

derunt Ad I. *Negative in omnibus.* Ad II. *Provisum in primo.*

Sacerdos Englen, implorata certaminis instaurandi venia, et nova imminente Causæ propositione, duobus memoratis Dubiis tria alia addere postulavit, nimirum super mala Examinatorum relatione, super irrationabili Episcopi iudicio, ac demum super desertione Appellationis a Sententia Metropolitanæ Rheginensis. Verum animadverti, eadem Dubia examini subijci non posse, usque dum EE. VV., prævio recessu a decisis decreverint, locum fuisse revisioni Actorum Concursus coram Metropolitanæ Rheginensi, et Acta originalia ejusdem Concursus esse transportanda; ideoque mei muneris esse censui instantiam rejicere quoad prædictorum Dubiorum concordationem, tributa instanti Sacerdoti Englen facultate hunc Sac. Senatui adeundi per Memoriale: Petitionem ipse iteravit, sed in Congregatione diei 16. Aprilis labentis anni repulsam tulit; edito ab hoc Sacro Ordine rescripto: *Nihil.* Novi igitur periculi sub iisdem Dubiis, partibus adstantibus, indicta die, Allegationem exhibuit Sacerdotis Congiusta Defensor, adversaria parte, licet opportune monita, vadimonium deserente. Cum vero, quæ a Defensore Sacerdotis Congiusta qua in facto, qua in jure narrantur, fuisse habeant Eñi Patres in Folio diei 24. Julii 1824., illud rursus consulere precor, ut dirimere possint

### Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum Dubium in casu etc.*

Et quatenus recedendum

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu etc.*

Ad I. et II. In decisis, et amplius.

Sess. 24. C. 15.  
de Reformat.

**U**RBANIEŒ, ET S. ANGELI IN VADO CAPELLANIE. Quæſtionem ſuper adimplemento onerum Cappellaniæ, a Francisco Battelli in Eccleſia Bmæ Virginis Mariæ prope Terram Saxicorvarii Urbanien. Diœceſis erectæ, et nunc a Sacerdote Joanne Antonio Sacchi reſtentæ, quam cl: me: Franciſcus Leonini Episcopus Urbanien. et S. Angeli in Vado in Relatione ad ſacra Limina dirimendam propoſuit; Eñus, ac Rñus Cardinalis Dandini rogatus, ut ſententiam ſuam aperiret, plene, ac ſapienter expendit. in ſuo elucubrato Voto. Quid decernendum ſit, ex eodem Voto Eñi Patres dignoſcent.

” Sacerdos Franciſcus Battelli teſtamento, quod ſcripſit  
 ” anno 1746., commemoravit, ſeſe jam inde ab an-  
 ” no 1735. erexiſſe = un jus Patronato, o Cappellania  
 ” laicalè nella Villa di Calavanna = nuncupatum Nati-  
 ” vitati Deiparæ Virginis. Huic Capellæ donavit agros,  
 ” ædes, et quidquid pecoris in ea Villa poſſideret. Vo-  
 ” luit autem, ut Capellanus deligendus ſingulis annis  
 ” ſolemni ritu celebraret = *La feſta in detta Chiesa il*  
 ” *giorno, che corre, alli otto Settembre* = Juiſſit quo-  
 ” que, ut = *il nominato Cappellano ſia tenuto, ed obbliga-*  
 ” *to a celebrare nella ſopradetta Chiesa di Calavanna, e*  
 ” *applicare il Sacrificio per l'anima mia tutte le Dome-*  
 ” *niche, e altri giorni feſtivi di precetto, in perpetuo* =  
 ” Adjecit onus celebrandi qualibet hebdomada Miſſas  
 ” tres ſtatis diebus, tum quoque = *ehe tutti li Sabati*  
 ” *dell' anno ſi tenga accesa la lampada, e ſi recitino le*  
 ” *litanie, = itidemque = che dal Cappellano il giorno*  
 ” *della feſta di detta Chiesa ſi ſpiani un ſtaro di grano*  
 ” *con fare il pane, e diſpenſarlo ai poveri* = quod ſi  
 ” Capellanus ſive ab ipſo delectus, ſive deinceps no-  
 ” minandus negligeret hæc omnia adimplere = *in tal*  
 ” *caſo ſarà cura del Sig. Arciprete pro tempore ſubent-*  
 ” *trare al poſſeſſo di tutto, con fare adempire la mia*  
 ” *volontà: = Primum Capellanum nominavit Pronepo-*  
 ” *tem ſuum, deinceps conſtituit, = che la nomina di*  
 ” *detto jus patronato cada uno dopo l'altro al primo fi-*  
 ” *glio maſchio nato dalle figlie di Girolamo mio fra-*  
 ” *tello, e miei Nipoti* = Placuit etiam = *che il Cappel-*  
 ” *lano nominato, e da nominariſi per lo più dovrà abi-*  
 ” *tare*

77 tare in Calavanna nella sua abitazione, nella quale ri-  
 77 troverà per suo servizio alcuni mobili, volendo, che si  
 77 elegga il Cappellano a soddisfare, essendo il nomina-  
 77 to lontano, non potendo da se adempiere l'obbligo,  
 77 e non permettere, che la mia volontà venga defrau-  
 77 data. = Hæc summa est piæ Fundatoris voluntatis.

77 Fertur, Capellanos aut nunquam, aut raro incoluisse  
 77 ædes Testatoris = nella Villa di Calavanna = ob loci  
 77 asperitatem, et solitudinem. Contigit autem, ut an-  
 77 no 1802. vacante Capellania Patronus nominaverit,  
 77 et Episcopus instituerit Joannem Antonium Sacchi,  
 77 qui tunc nonnisi minores Ordines susceperat. Cum  
 77 vero ad ætatem pervenit, qua liceret assurgere ad  
 77 Sacros Ordines, Capellania eidem, auctore Episco-  
 77 po, in titulum Sacri patrimonii constituta fuit. Suc-  
 77 cesserunt deinde luctuosissima tempora, quibus  
 77 partim aucta vectigalia, partim indictæ = *gravose*  
 77 *contribuzioni* = partim communis procella, quæ res  
 77 Ecclesiæ perculit, Capellanis quoque bona, et redi-  
 77 tus necessario debilitarunt: certe autem multo ma-  
 77 gis deterruerunt Sacchium Capellanum, ne Cala-  
 77 vannæ commoraretur, eundemque compulerunt,  
 77 ut alibi, et præsertim in Urbe Roma quæreret vitæ  
 77 præsidia.

77 Duo sane perspicuis documentis probata sunt. Pri-  
 77 mum ex auctoritate Sacræ Congregationis Episcopo-  
 77 rum, et Regularium, favente relatione Vicarii Ca-  
 77 pitularis Sancti Angeli in Vado, qua in Diœcesi Ca-  
 77 lavanna sita est, tributam fuisse Sacchio potestatem  
 77 creandi debitum scutorum biscentum, propterea quod,  
 77 ut supplici libello narratum est = *duranti le passa-*  
 77 *te luttuosissime vicende ha dovuto il supplicante con-*  
 77 *trarre diversi debiti per supplire alle gravose im-*  
 77 *poste, e sopracarichi del passato Governo, e perciò*  
 77 *non ha potuto fare i necessarij buonifici ai terreni di*  
 77 *essa Cappellania, nè riparare alla ruina delle Case*  
 77 *della medesima, attesa la sua miserabilità* = Id ta-  
 77 men exitu caruit, propterea quod nemo pecuniam  
 77 suam difficili alexæ voluit exponere.

77 Alterum quoque liquet, nimirum ex rescripto Sacræ  
 77 Pœnitentiariæ diei 20. Januarii 1810. indultum fuis-  
 77 se Oratori Sacchio, ut Missas, de quibus in preci-  
 77 bus

22 bus, durante ipsius paupertate, et accedente con-  
 22 sensu Patroni Capellanis, in quacumque Ecclē-  
 22 sia, et Altari celebrare licite valeat = cæterum jam  
 22 inde ab anno 1809. postulante eodem Capellano,  
 22 hæc ipsa Sacra Congregatio Concilii, *attenta rela-*  
 22 *tione Vicarii Generalis Urbanien., benigne commi-*  
 22 *sit Episcopo, ut tum prandium, tum distributionem*  
 22 *frumenti faciendi ad formam foundationis per quin-*  
 22 *quennium proximum tantum suspendere possit, et*  
 22 *valeat, firmo tamen interim remanente onere Mis-*  
 22 *sarum ad formam reductionis jam obtentæ ad an-*  
 22 *nuas Missas 195., et cum obligatione distribuendi*  
 22 *favore Christi pauperum panem pro annuis scutis*  
 22 *duobus in die festo Nativitatis B. M. V.*  
 22 Ab eo tempore, teste eodem Sacchio, ipse ex com-  
 22 memorato rescripto Sacræ Pœnitentiariæ Missas huc  
 22 illuc pro opportunitate celebravit, juratusque affir-  
 22 mat = *di avere di anno in anno fino a tutto il cor-*  
 22 *rente 1818. adempiti, e soddisfatti esattamente gli*  
 22 *obblighi di Messe ammontanti a 195. all' anno, ed*  
 22 *altri pesi inerenti alla Cappellania suddetta =, quin-*  
 22 *certo possit hujus satisfactionis documenta profer-*  
 22 *re, propterea quod in plurimis Ecclesiis, et forte*  
 22 *etiam in privatis Oratoriis expleta fuerit. Verunta-*  
 22 *men anno 1819. Præsul Franciscus Leonini, qui*  
 22 *tunc præerat unitis Ecclesiis Urbanis, et Sancti An-*  
 22 *geli in Vado, officii sui esse duxit sequestro man-*  
 22 *cipare redditus Capellanis, eaque de re in relatione*  
 22 *Sacræ Visitationis peculiari postulato certiorum red-*  
 22 *didit Sacram Congregationem, ut doceret, quid si-*  
 22 *bi, et quomodo cum hoc Sacerdote esset agendum.*  
 22 Causam hujus sequestrationis elicuit ex assiduis que-  
 22 rimoniis Patronorum, et Archipresbyteri, et ex con-  
 22 tumacia Sacchii, qui, monitus de exhibendo one-  
 22 rum implemento, nihil præstiterat. Ex ipsis autem  
 22 Episcopi litteris facile innotescit, ipsum ignorasse  
 22 rescriptum Sacræ Pœnitentiariæ, quo fretus Sacer-  
 22 dos Sacchius Sacra fecerat alibi, quam in Eccle-  
 22 sia Calavannæ. Ab ea epoca Æconomus deputatus  
 22 recuperavit redditus Capellanis, ex quibus conflata  
 22 dicitur non exigua vis pecuniæ deposito tradita;  
 22 factumque idcirco est, ut nemo satisfecerit celebra-  
 22 tioni Missarum, aliisque oneribus a fundatore præ-  
 22 stitutis.



Pluries ea de re Sacchius conquestus est apud Sa-  
 cram Congregationem, documentaque adduxit, et  
 præsertim titulum Patrimonii sacri, et rescri-  
 ptum Sacræ Pœnitentiariæ, quibus contumaciam  
 suam excusaret. Pluries quoque auditus tum de-  
 cessor, tum præsens Episcopus, multaque accepta,  
 quibus magna deterioratio tum fundorum, tum  
 pecoris portendebatur. Sed et SSîmus Dominus Noster  
 facultates opportunas, et necessarias etiam quoad re-  
 vocationem, quatenus expedire videatur, Rescripti  
 Apostolici per organum Sacræ Pœnitentiariæ die 20.  
 Januarii 1810. emanati, Sacræ Congregationi benigne  
 impertitus est. = Porro eadem Sac. Congregatio id  
 mihi dedit in mandatis, ut rem omnem perpende-  
 rem, et votum meum aperirem. Hæc igitur sunt,  
 quæ illius oculis, et sapientiæ pro mea tenuitate sub-  
 jicio.

Ac initio quidem arbitror, locum amplius esse non pos-  
 se rescripto Sacræ Pœnitentiariæ anni 1810., tum  
 quia facile patet, indultum fuisse pro temporum  
 acerbissimorum rationibus, quæ jamdudum, Deo  
 favente, cessarunt; tum quia pro conditione voluit  
 consensum Patroni Capellanæ Manifestus autem est  
 Patronorum dissensus, qui hoc cupiunt, hoc eni-  
 xe efflagitant, ut Sacrorum præsertim celebratio Ca-  
 lavannæ instauretur. Et certo etiamsi diceretur,  
 optasse quidem Testatorem, non autem stricte præ-  
 cepisse, ut ibidem Capellanus perpetuo commora-  
 retur, propterea quod nec vetuit Sacra per aliam  
 celebrari, et prospexit casui absentiae nominati, pro-  
 pter quam non posset = *da se adempire l'obbligo* =  
 plane evidentissimum est, hoc omnino voluisse  
 imo hanc fuisse finalem, et unicam suæ liberalita-  
 tis causam, ut in Ecclesia Calavannæ, Sacra fie-  
 rent, populoque præsidia æternæ salutis præberen-  
 tur. Ipse nimirum a fundamentis Ecclesiam extru-  
 xerat. Ipse eidem Ecclesiæ bona sua donavit. Ipse  
 eidem thesanros Indulgentiæ quesivit. Ipse Capel-  
 lano, ut facilius voluntatem suam impleteret, sua  
 ibidem Ædes, et domesticam suppellectilem legavit.  
 Ipse, absente nominato, voluit, ut per alteriun-  
 ministerium consuleretur = *che la mia volontà no*  
*venga defraudata* =, imo deside Capellano jussit =  
*che sarà cura del Signor Arciprete pro tempore*

„ *subentrare al possesso di tutto con fare adempiere*  
 „ *la mia volontà = . In tanta effusione voluntatis*  
 „ *non equidem tollerandum censerem, ut Ecclesia a*  
 „ *Testatore fundata, ut populus ab ipso prædilectus,*  
 „ *spiritualibus hisce præsiidiis diutius fraudentur, re-*  
 „ *clamantibus præsertim tum Episcopo, tum Archi-*  
 „ *presbytero, tum Patronis .*  
 „ Pleraque sunt, quæ Sacerdoti Sacchio Capellano ob-  
 „ jurgantur. Fatiscere Ædes ex ipsius culpa, distra-  
 „ ctum pecus, succisas arbores, desertam agrorum  
 „ culturam, aliaque ejusmodi. Verumtamen post tot  
 „ annorum spatium, post tot rerum vicissitudines, post  
 „ tantas temporum calamitates, post tam diuturnam  
 „ Æconomi administrationem, difficile admodum,  
 „ et fere impossibile foret dignoscere, quid, et quan-  
 „ tum sive Sacchio, sive tempori, sive aliis tribuen-  
 „ dum foret. Cum præsertim Sac. Congregatio Epi-  
 „ scoporum, et Regularium, dum Sacchio veniam  
 „ fecit contrahendi æris alieni ad scuta bis centum  
 „ pro reparandis Capellanæ damnis, non obscure  
 „ præjudicaverit magna saltem ex parte ea damna  
 „ non culpa Sacchii, sed vi majore contigisse, quam  
 „ omnes, et Ecclesiæ præsertim expertæ sunt. In-  
 „ terea cum id maxime urgeat, ut pii fundatoris vo-  
 „ luntas tot fluctibus jactata quam citius impleatur,  
 „ cumque Sacerdos Sacchius, qui tandem in Urbe  
 „ versatus est, alioque potitur officio, potius  
 „ non sit Calavannam remeare, ibique figere  
 „ domicilium; indulgendum quidem hac in parte illi  
 „ censerem, ita tamen, ut res omnis pro legibus fun-  
 „ dationis cautius, et salubrius administraretur. Hinc  
 „ quoad epocam anteriorem anno 1819., qua viguit  
 „ rescriptum Sac. Pœnitentiariæ, juratque Sacchius  
 „ ex ipsius beneficio oneribus satisfecisse, dum simul  
 „ percepit redditus Capellanæ, necessitas ipsa efficit.  
 „ ut in ejus conscientia conquiescere debeamus. Quod  
 „ vero pertinet ad tempus posterius, quo redditus Ca-  
 „ pellanæ sequestro devincti fuere, censerem ex depo-  
 „ sita per administratorem pecunia omnium pri-  
 „ mum satisfacendum esse celebrationi Missarum, et  
 „ distributioni eleemosynarum, quæ hactenus negle-  
 „ cta fuere, eo modo, quo prudenter disponet Episco-  
 pus

„ pus. Alia vero pars pecuniæ deposita iudicio ipsius  
 „ Episcopi erogetur in eas præsertim Ecclesiæ repara-  
 „ tiones, quæ præsens subsidium omnino requirant:  
 „ quod reliquum erit Sacerdoti Sacchii tradatur.  
 „ Jam vero cum testator partes præsertim Archipresby-  
 „ teri esse voluerit, ut consuleret implemento suæ  
 „ voluntatis, æquam censerem, et prudens, ut ipse  
 „ Archipresbyter rationes exposceret, et dispergeret  
 „ cum anterioribus administratoribus, easdemque Epi-  
 „ scopo probandas subjiceret. Exinde vero sive per sese  
 „ sive per alium, durante Sacchii absentia, curam  
 „ gereret bonorum Capellanæ. In primis autem et  
 „ Sacerdotem deputaret, qui onera impleret Ecclesiæ  
 „ Calavanæ, et quotannis paulatim prospiceret, ero-  
 „ gata aliqua pecunia, reparationi damnorum, qui-  
 „ bus bona Capellanæ affecta dicantur. Hæc autem  
 „ omnia secundum has leges penitus perficienda  
 „ committerem arbitrio, et conscientiæ Episcopi, qui  
 „ in rem præsentem, audito etiam Sacchio, melius,  
 „ et opportunius eliciet, et decernet modos executio-  
 „ nis sub vigilantia Archipresbyteri implendos. Mæ  
 „ hæc esset sententia, quam, ut mandatis EE. VV. ob-  
 „ temperarem, patefeci.

Itaque proponuntur

### Dubia

- I. *An constet de legitimo adimplemento onerum Ca-  
pellanæ usque ad integrum annum 1818. in casu etc*  
Et quatenus negative.
- II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro sana-  
tione, aut absolute in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sint erogandi fructus Capellanæ  
ab anno 1819. sequestro positæ in casu etc.*
- IV. *An Capellanus residere teneatur in Ædibus a Te-  
statore designatis in casu etc.*  
Et quatenus affirmative.
- V. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione favore  
Capellani Sacchi in casu etc.*  
Et quatenus Affirmative.

VI. *An*

VI. *An, et quomodo in posterum sit consulendum im-  
-plemento onerum, et administrationi Capellanie  
in casu etc.*

Ad I. Non satis constare.

Ad II. Affirmative, proviso, ut in sequenti.

Ad III. Affirmative juxta votum Eūm Relatoris, pro-  
rogato indulto reductionis ad totum currentem an-  
num tantum.

Ad IV. Affirmative ad formam foundationis.

Ad V. Dilata, et Capellanus Sacchi supplicet separatim,  
expositis, si quæ habet, causis dispensationis.

Ad VI. Affirmative juxta votum Eūm Relatoris, et Ar-  
chipsbyter, cum subjectione Episcopo incumbat exe-  
cutioni quoad futurum juxta legem foundationis.

*Sess. 22. cap. 6.  
de Reformat.*

**F**AVENTINA LEGATI. Supremas exaravit tabulas  
anno 1726. Sacerdos Dominicus Favolini, Parochus  
S. Jacobi Faventiæ, quibus nonnulla reliquit Legata  
Gentili, Victoriæ, et Lucretiæ Sororibus suis, omnium-  
que Bonorum suorum immobilium usufructuariam  
hæredem Gentilem cum ipso viventem instituit, adje-  
cta lege, quod „ morta, che sarà Gentile, voglio  
„ che dei miei beni stabili, cioè del mio podere, del-  
„ la mia vigna, e della mia piccola casa si istituisca  
„ un patrimonio, il quale possa servire per essere  
„ promosso un povero Giovine, che desidari farsi Sa-  
„ cerdote, e questo voglio, che sia il più prossimo  
„ del mio sangue, oriundo di una delle mie tre so-  
„ relle, il quale desideroso di farsi Sacerdote non ab-  
„ bia patrimonio . . . dia speranza di riuscir buon  
„ servo di Dio . . . , e costituito in sacris applicherà  
„ l'uffizio divino, con far celebrare Messe una la  
„ settimana per l'anima mia, finchè fatto Sacerdote  
„ applichi la S. Messa, cioè applichi Messe numero  
„ cento cinquanta l'anno per la stessa anima mia „ .  
Vita functis Francisco Antonio Baraldini, ac Francisco  
Benedetti Sacerdotibus, ad testamenti formam unus  
post alterius obitum in Bonorum possessionem immis-  
sis, anno 1790. eadem Bona usufruenda Michael Be-  
nedetti puer annorum sex, et mensium quatuor obti-  
nuit. Contradictorem tamen illico expertus est Jose-  
phum Baraldini, qui judicio egit in Tribunali Rotæ,  
ac responsum retulit = *Dandum esse immissionem Jo-*  
*se-*

Josepho Baraldini = , uti patet ex *Decis. in Faventina Im-*  
*missionis 27. Junii 1794. cor. Priolo*. Facile deinde Jo-  
 seph Bonorum possessionem est adeptus, qua nunc  
 quoque annis quadraginta major gaudet, etsi nun-  
 quam ad Sacros Ordines ascenderit, imo jamdiu cler-  
 icalem habitum dimiserit. Verum Ludovicus frater  
 Josephi in Clericorum numerum die 23. *Septem-*  
*bris 1815.* adscitus, annos octodecim numerans, pre-  
 ces huic Sac. Congregationi obtulit, quibus Josephum  
 possessione Bonorum privari, ad fructuum restitutio-  
 nem adigi a die, quo ipse clericali tonsura fuit insi-  
 gnitus, Bona denique sibi pro sacro patrimonio tradi  
 exorat.

Episcopum rogavi *pro informatione, et voto, ut auditis*  
*præsertim Oratoris fratre in scriptis, et Compatronis,*  
*referret de annuo redditu, et oneribus pii Legati, et de*  
*Oratoris bono jure, Testamenti transmissa particula.*  
 Ipse vero scripta transmisit a Fratribus Baraldini exhi-  
 bita, quæ Testamenti particulam superius allatam, ac  
 statum activum, et passivum continent pii Legati,  
 cujus redditus omnibus demptis oneribus nunc ad an-  
 nua scuta 25. ascendere dicuntur; atque hæc addidit,  
 „ Illud animadvertam, dubitari vix posse in præsens.  
 „ an Josephus Oratoris frater Beneficio, quod jamdiu  
 „ possidet jure patronatus, vere exciderit. Injuncta  
 „ siquidem pii Institutoris voluntate conditio Sacer-  
 „ dotii quantocius suscipiendi, non modo ad annos  
 „ longe plures omnino neglecta, sed etiam pessum-  
 „ datæ leges incedendi in habitu, et tonsura clerica-  
 „ li; quæ quidem hujusmodi esse, haberique nemo  
 „ non videt, ut beneficium, de quo agitur, vacare  
 „ plane constet, atque adeo devolvi illud æquum sit  
 „ ad adolescentem jure patronatus ad id obtinendum  
 „ rite appellatum. Adolescentem loquor Ludovicum,  
 „ optimæ spei adolescentem, sacris propediem ini-  
 „ tiandum, ac propterea beneficii oneribus jam pro-  
 „ pe per se satisfactorum. Cæterum illud ausim con-  
 „ firmare, adolescentem quippe, ad quem jus illud  
 „ patronatus vere spectat, optimis moribus, optimis-  
 „ que studiis ita commendari, ut optimus inde Sa-  
 „ cerdos obventurus videatur; siquidem S. Sedis ora-  
 „ culo, quod humillime propugnat jus patronatus  
 „ Orator Ludovicus Baraldinius, id sartum eidem  
 „ adseratur „ .

Testatorum voluntatem servandam esse nemo ignorat, eamque ex rerum adjunctis, atque ex dispositionis fine potius, quam ex verborum cortice colligendam esse innotuit Textus in *Can. Ultima voluntas quest. 15.*, in *Leg. Imperator ff. de Legatis 1.*, in *Leg. fideicommissum ff. de Legatis 5.*, et *Sac. Congreg. in Albingan. Legati 18. Martii 1820. §. Verum*. Quod autem Parochi Favolini voluntas fuerit, ut Sacros Ordines quamprimum susciperet possessor Bonorum ab ipso relictorum, inde perspicuum esse dicit Ludovicus, quia Patrimonium institui jussit = *per esser promosso un povero Giovine, che desidero farsi Sacerdote . . . il quale desideroso di farsi Sacerdote non abbia Patrimonio* =, cumque statim ac in sacris esset constitutus, onere gravavit curandi celebrationem unius Missæ qualibet hebdomada, donec Sacerdotali characterе easset insignitus: tunc enim ab eodem Missas 150. in expiationem animæ ipsius Testatoris celebrari voluit. Profecto, qui in Juvene ad obtinendum Patrimonium vocato desiderium exquirat *di farsi Sacerdote*, qui ab illo suffragia majora exposcit, quum Presbyteratus Ordinem fuerit adeptus; et Sacerdotem cito habere, et suffragia quantocius consequi se velle, manifesto ostendit: ac præterea statutum est jamdiu, quod nisi certum tempus a Testatore fuerit indultum, ejus voluntas quam celerrime sit implenda, *C. Si hæredes. 6. de Testamentis, et Leg. Cum res. 47. ff. de Legatis 1.*, *Abbas in citat. Cap. si hæredes. 6. num. 5. de Testam.*, *Covaruv. ibid. num. 4.*, *Layman. lib. 3. tract. 5. cap. 11. num. 12.*, *Reiffenst. lib. 3. tit. 26. num. 786.*

Parochi Favolini voluntatem nunquam implevit Josephus, qui per triginta jam annos, et ultra, ejus Bona possedit, et adhuc tenet, quin ad Sacros Ordines promoveri curaverit. Illud vero longe gravius, ipsum jamdiu ecclesiastica studia deseruisse, clericales vestes abjecisse, atque ita sæculari habitu, et vivendi ratione animum pandidisse ab Ecclesiastica militia alienum, quamobrem pium Legatum dimittere usque ab eo tempore debuisset. Cumque omnibus requisitis ad obsequendum Testatoris voluntati polleat Ludovicus, ipse, qui Patrimonio caret, et Sacros Ordines suscipere exoptat, Bona a Parocho Favolini relicta  
jure

jure petere est censendus; et saltem a die acceptæ ab eodem Ludovico tonsura clericalis adigendas erit Josephus ad perceptos fructus eidem tradendos, cum indebite percepti fructus omnino sint restituendi, *Leg. 5, et Leg. 8. §. Ex hoc ff. de Interd. Rota decis. 124. n. 1., et decis. 126. num. 5. cor. Me, et in Ferrarien. Fideicommissi de Serenis super Fructibus 13. Januarii 1777. §. 2. cor. Card. Hertzar.*

Verum Josephi nulla se censura notandum studere nititur, quia de pio Legato res sit, non de Beneficio Ecclesiastico, uti supponit Episcopus, et Parochus Favolini nullam præfixerit terminum ad Sac. Ordines suscipiendos: addit, se celibem esse, ideoque tunc voluntati ejusdem Parochi obtemperare posse. Affirmat autem, se non imprudenti ausu, sed ut propriæ tranquillitati consulere, vestes clericales dimisisse, quo tempore notissime contigerunt publicitatem, et privatarum rerum perturbationes: posse tamen illico prædictas vestes resumere, omnesque tum Fratris, tum Episcopi querelas avertere. Monet quoque, se nunquam interpellatum, nunquam in mora fuisse constitutum, quod omnino fieri debuisset, ut pio Legato privandus traduceretur: eoque certius, quia interpellatione secuta, moram pargisset, quo beneficio præsertim ex æquitate Sac. Canonum privari nequaquam potuisset, ad regulam, de qua *Rota in Nuperrim. tom. 4. decis. 11. cor. Lancetta, decis. 135. num. 44., et cor. Herrera decis. 88. n. 8.*

Inde vero concludit Josephus, odiosissimam esse Ludovici fratris petitionem, qui ipsum acerbissima caducitatis pœna plectendum contendit; ideoque evincere tenetur luculentissimis probationibus, non modo violatam fuisse Parochi Favolini voluntatem; sed etiam doloso, ac protervo animo id fuisse patratum. Nam sive inobedientiæ, sive doli, ac malitiæ probatio desit, aut imperfecta sit; in quavis ambiguitate omnis capienda est interpretatio, quæ caducitatem eliminet, *Rota cor. Bich. dec. 132. num. 3., et in Romana Fideicommissi super caducitate 16. Martii 1759. §. 2. cor. Ratta.* Sufficit imo ad caducitatem vitandam ipsa etiam erronea credulitas, et falsa opinio, ac levis quælibet causa, et fatua, uti admonent *Mans. consult.*

consult. 227. num. 37, et 40., Palma Nepos Allegat. 368. num. 26, Rota in Sutrina Caducitatis 1. Aprilis 1791, §. 8. cor. Resta. Hinc etsi in errorem incidisset, excusatione se dignum arbitratur Josephus, quoniam gravissima caducitatis pœna tunc solummodo est intelligenda, quum nulla ejus avertendæ, ac evadendæ ratio suppetat, Rota cor. Molin. dec. 918 num. 87., et plur. seqq., cor. Ansal. dec. 271. num. 24., et in Faventina Caducitatis 11. Maji 1792. §. 5. cor. Acciajuoli.

Fructuum vero restitutionem injuria prorsus a Ludovico peti Josephus propugnat, quum in Familiæ, ideoque et ipsius Ludovici alimenta fuerint consumpti. Fide autem optima, eosdem se percepisse asserit, quandoquidem se legitime pium Legatum possidere nunquam dubitavit, ac nemo ad hæc usque tempora ipsius possessionem turbaverat, aut disputationes de eadem excitaverat. Nihil autem exploratius, quam fructus bona fide perceptos, consumptosque, nequaquam esse restituendos, Leg. Senat. Consultum. Cod. de petit. hered., Cujac. ad cit. Leg. lib. 3. tit. 31 litt. B., et C., Gall. de Fruct. disp. 4. art. 2. num. 4., Rot. decis. 124. num. 5., et decis. 126. num. 6. cor. Me., et in Muceraten. Quoad Prædium Cerrete super Fructibus 20. Junii 1796. §. 4. cor. Acciajuoli.

Itaque dirimenda proponuntur

Dubia

- I. *An Josephus Legato pio sit privandus in casu etc.*  
Et quatenus negative
- II. *An, et quomodo Josepho præfigendus sit terminus ad Sacros Ordines suscipiendos in casu etc.*  
Et quatenus affirmative ad I. Dubium.
- III. *An Legatum pium Ludovico debeat in casu etc.*
- IV. *An, et a quo tempore sint restituendi Fructus in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.



**S**ENO GALLIEN. FABRICÆ ECCLESIE = Proposita Sess. 21. Cap. 7. de Reformat.  
 die 20. Februarii 1796. in hac Causa fuere Dubia =  
 I. An, et quomodo sit providendum reparationi Collegiæ Ecclesiæ Belviderii in casu etc., et quatenus affirmative = II. An, et quomodo sit locus suspensioni Canonatus Tosi, et prorogationi jam concessæ suspensionis Canonatum Ubertini, et Mei in casu etc. responsa vero prodierunt Ad I. affirmative juxta Votum Eñi Archipresbyteri = Ad II. affirmative juxta Votum Eñi Archipresbyteri etiam quoad Canonatus Ubertini, et Mei. Oportuit autem de eadem controversiâ verba facere in Comitibus diei 20. Martii 1824. sub Dubiis = I. An, et quomodo sit locus suspensioni Præbendæ Montileo, et Mansionariæ Gianfranchi, et prorogationi quoad alias jam suspensas in casu etc. II. An, et quomodo sit reducendum Servitium Chori in casu etc., quibus EE. PP. rescripserunt. Ad I. Affirmative in omnibus juxta Votum Eñi Archipresbyteri, et notificetur Ministris Datarie Apostolicæ. Ad II. Affirmative ad septennium, exceptis omnibus diebus festis etiam reductis, tempore Adventus, et Quadragesimæ, Octavis privilegiatis, et festo S. Titularis, **CUM OBLIGATIONE CELEBRANDI OMNIBUS DIEBUS REDUCTIS MISSAM LECTAM PRO BENEFECTORIBUS**, et ad D. Secretarium cum SSmo quoad omnia.

Canonici Collegiæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis de Misericordia Oppidi Belviderii, gratiam reductionis servitii Chori onerosam existimantes ob indictam quotidianam Missæ pro Benefactoribus celebrationem, preces porrexerunt, ut Missa diebus festis solummodo ab ipsis applicetur ad termines Rescripti diei 28. Augusti 1745. ab hac Sac. Congregatione editi, quo eisdem indultum fuit, ut *attenta tenuitate reddituum Missam conventualem pro Benefactoribus in genere, donec, et quousque eadem tenuitatis reddituum causa perduraverit, diebus Dominicis, et festis de præcepto dumtaxat applicare possint, et valeant.*

Rogavi Eñum, et Rñum Lateranensis Basilicæ Archipresbyterum, qui hæc retulit = *Erat Capituli Belvi-*

derii consuetudo , ut singulis diebus festis Sacrum pro Benefactoribus conficeret. At die 20. Martii anni nuper exacti ab hac S. Congregatione , et imploravit , et obtinuit , ut alternum Chori servitium in dies Festos , Quadragesimæ , et Adventus redigeretur , ut quatuor Præbendarum collatio ad perficiendum Ecclesie ædificium differretur , et ut constitutis chori diebus Sacrum pro Benefactoribus fieret.

Capitulo Oratori grave videtur , quod creverit Missarum pro Benefactoribus celebrandarum numerus ; idcirco implorat , ut vetus consuetudo restituitur conficiendi pro Benefactoribus Sacrum diebus dumtaxat festis. Lateranense Capitulum , quod audiivi , Oratoris preces adprobat. Mihi vero et justum , et æquum esse videtur Sac. hujus Congregationis rescriptum ; eaque sum sententia , ut ipsum in omnibus retineatur. Etenim onus celebrandi pro Benefactoribus Missas constitutis Chori diebus injunctum Capitulo fuit ob illius gratiæ rationem , qua ipsum et reductionem servitii , et suspensionem Collationis quatuor Præbendarum impetravit. Auctum Missarum onus , quod per se est admodum leve , nullo modo cum impetratæ gratiæ beneficio comparari potest. Contra vero æquum esse videbatur , ut defuncti Benefactores aliquo modo sarciantur ob omis-  
sa suffragia a reductione Chori , et a suspensione collationis quatuor Præbendarum.

Juxta SS. Canonum sanctiones tenentur Canonici tam Cathedralium , quam Collegiatarum singulis diebus Missam conventualem celebrare pro Benefactoribus ; et S. M. Benedictus XIV. in notissima sua Encyclica incipien. *Cum semper oblatas* diserte statuit , ut in Ecclesiis Patriarchalibus , Metropolitanis , Cathedralibus , et Collegiatis quotidie Sacrum pro Benefactoribus in genere conficeretur : sustulitque omnem consuetudinem etiam immemorabilem tam præsentem , quam futuram , quæ Capitulares ab hoc onere relevaret. Consonant Rescripta hujus Congregationis , præsertim in *Mazzarien. 2. Junii 1819. , et in Corcyren. Missæ Conventualis 8. Maji 1824.* Accedit denique , auctum Missarum onus in themate esse admodum leve , neque cum reductione servitii Chori comparandum

dum, et quandam compensationem suffragiorum pro defunctis secumferre, uti sapientissime animadvertit Eñus, ac Rñus Lateranensis Basilicæ Archipresbyter.

At Canonici Collegiæ Belviderii non ex consuetudine, sed ex rescripto hujus Sac. Congregationis, jam ab anno 1745. veniam obtinuerunt ob redituum tenuitatem, diebus tantum Dominicis, et festis de præcepto, Missam conventualem pro Benefactoribus celebrandi. Ambiguum nec est vel eamdem redituum tenuitatem nunc etiam perseverare, vel etiam præteritorum temporum calamitate minores hodie, quam antea, reditus ab iisdem percipi.

Perpendendum est quoque, Collegiatam Canonorum decem, duplicisque Mansionarii fuisse in Oppido Belviderii erectam, ceu colligitur ex Folio diei 22. Februarii 1796., quo anno pro reparatione Ecclesiæ tres Canonicatus suspensos fuisse constat. Cum autem sumptibus pro indicata reparatione necessariis non satis esset provisum, in Congregatione diei 20. Martii 1824. indulta fuit suspensio Præbendæ Montileo, et Mansionariæ Gianfranchi; ideoque Collegiata nunc a sex Canonicis, et unico Mansionario componitur, qui ad servitium chorale alternatim præstandum tenentur. Profecto ob paucitatem Ministrorum tolerari posse, ut Missa Conventualis quotidie non celebretur, tradit Pignatell. tom. 4. consult. 91. n. 1., et reductionem applicationis Missæ pro Benefactoribus ad dies festos tantum non raro, saltem ad tempus, indulgit hæc Sac. Congregatio, tum quando nimium tennes erant præbendarum reditus, nec scuta 30. excedebant, ut in Amerina Missæ Conventualis 12. Martii 1746., in Placentina 30. Julii 1785., et in Camerinen. 14. Decembris 1793., tum etiam quando annui fructus scutorum 40., imo etiam scutorum 80. a singulis Præbendatis percipiebantur, ut in Massanen. Reductionis operum 14. Decembris 1822. ad II. Dub.

Itaque resumpto Folio diei 20. Martii 1824. videant EE. PP., an probandum, aut potius moderandum sit rescriptum tunc editum: idcirco proponitur,

Du-

*An sit standum, vel recedendum a decisis in II.  
Dubio quoad celebrationem Missæ lectæ pro Be-  
nefactoribus in casu etc.*

*Sess. 21. Cap. 4.  
Sess. 22. Cap. 6.  
et Sess. 23. Cap.  
18. de Reform.*

**J**ANUEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET  
ABSOLUTIONIS. Christina Ludovica Centurioni Bra-  
celli anno 1718. supremis tabulis duas fundavit Ca-  
pellanias perpetuas, et unicuique Cappellano annuas  
assignavit Libellas Januenses 220., ac pro solutione  
Loca Montium Romæ, et Januæ, atque in subsidium  
universam suam hæreditatem ita devinxit. *Per ele-  
mosina, o sia Dote, il di cui frutto, e provento do-  
vrà darsi, e pagarsi annualmente al Cappellano, ob-  
bliga, ipoteca, ed assegna sin d' ora in perpetuo tan-  
ta somma e proventi di Luoghi di Roma, e della  
Camera (di Genova) quanto importa la somma di  
annue lire duecento venti Moneta corrente di Geno-  
va . . . Ed in caso, che i Luoghi di Monti di Roma,  
e Camera (di Genova) non pagassero, o si estin-  
guessero, in tal caso obbliga tutta la sua Eredità, per  
soddisfare, e pagare ogni anno de' frutti della mede-  
sima le lire 440. moneta corrente, Dote di dette due  
Cappelle. Alteri e Cappellanis amplam fecit potesta-  
tem celebrandi in qualibet Ecclesia; alteri vero onus  
imposuit Sacrum faciendi die festo de præcepto in  
Ecclesia Parochiali S. Bartholomæi de Promontorio ex-  
tra moenia Januæ.*

*Perturbatis Italiæ rebus tum publicis, tum privatis, ma-  
ximum hæreditaria Christina Ludovicæ bona sunt  
passa detrimentum ob imminutionem capitis, et fru-  
ctuum Locorum Montium, et ob graviora Fundis*

urbanis, et rusticis imposito tributa. Itaque anno 1810. Antonius Maria Bracelli, hæres medietus Christianæ Ludovicæ, a tunc Eñño Archiepiscopo Januensi implo-  
 ravit suspensionem, aut reductionem Capellaniarum, et sequens obtinuit rescriptum = *Utendo extraordinariis facultatibus ab Apostolica Sede tributis, decernimus, ac declaramus, ut Orator pro adimple-  
 mento Capellaniarum, celebrari annualim curet in Ecclesia Parochiali S. Bartholomæi de Promontorio sacrosanctum Missæ sacrificium singulis Dominicis, ac festis de præcepto.*

Decessit deinde Antonius Maria, et uxorem Angelam Baidino hæredem in usufructu scripsit, quæ cum experta sit, ob Sacerdotum deficientiam, et loci distantiam, quinque saltem Libellas Januenses quolibet die festo Sacerdoti celebraturo in Ecclesia S. Bartholomæi de Promontorio solvi oportere, ideoque obtentam a viro suo gratiam pene irritam evasisse: a Sac. Congregatione suppliciter implorat, ut sublato onere Missæ festivæ, in præfata Ecclesia celebrandæ, ipsi indulgeatur, ut Sacra ad duplum numerum aucta in alia qualibet a se eligenda Ecclesia fieri curet. Præterea ingenue fatetur, se per tres annos, et ultra, implementum Missarum ob rei familiaris angustias neglexisse; ideoque condonationem, et absolutionem petit, oblata conditione curandi in Ecclesia sibi bene visa celebrationem Missarum, quæ duobus tantum annis die festo fuissent celebrandæ.

Rogatus hodiernus Archiepiscopus, pluries de Angelæ precibus retulit, ac ea, quæ hæcenus narra-  
 vimus, confirmavit, simulque hæc addidit. „ Ex adhibitis in-  
 „ sitionibus resultat, Oratricem ex hæreditate Chri-  
 „ stinæ Centurioni, a qua duæ Capellaniæ fundatæ  
 „ fuerunt, nihil amplius ( deductis censibus ) annua  
 „ tim percipere, quam 239. circiter scutata Romana,  
 „ eaque onere affecta duplicis Capellaniæ, de quo agi-  
 „ tur, nec non tempestatum discrimini obnoxia: non  
 „ parum quippe detrimenti ex postremorum tempo-  
 „ rum vicissitudine passa est hujusmodi hæreditas,  
 „ cujus tantum usufructuaria, non proprietaria est  
 „ Oratrix. Resultat item, esse eandem Oratricem  
 „ usufructuariam aliorum bonorum, a quibus de-

„ tra-

- „ tracto onere alterius Capellanæ , a præfatis distia-  
 „ ctæ , annuus redditus ei obvenit *scut. circiter 93.* ,  
 „ nec quidquam præterea possidere. Totâ igitur Ora-  
 „ tricis fortuna ex prædictis inquisitionibus in an-  
 „ nuis *scutis 352.* circiter consistit. Mihi insuper ex-  
 „ ponitur , quod in sua qualitate hæredis usufructua-  
 „ riæ , super bona postremo loco recensita , *scuta 550.*  
 „ pro una tantum vice solvere debeat.  
 „ Porro si attendatur Oratricis ingenua conditio , eius  
 „ ætas 68. circiter annorum , gracilisque valetudo ,  
 „ angusta admodum videtur hæc provisio , dignaque  
 „ ; miserationis Apostolicæ.  
 „ Omissio celebrationis extenditur ad quatuor circiter  
 „ menses supra triennium.  
 „ Hisce præmissis , ut EE. VV. morem geram , animam  
 „ meum aperio : imposita aliqua præsentia , conce-  
 „ dendam censerem Oratrici sanationem quoad præ-  
 „ teritum. Quoad futurum essem in voto , ut nec ex  
 „ una parte frustranem evaderet Antecessoris mei re-  
 „ scriptum ; nec ex alia parte Ecclesia S. Bartholo-  
 „ mæi spoliaretur suo jure Missæ festivæ , quæ val-  
 „ de interest , ut in tali Parochiali Ecclesia conserve-  
 „ tur : propono , Oratricem absolvi ab obligatione pro-  
 „ videndi Cappellanum festivum , eamque curam de-  
 „ mandari Parocho , et Massariis dictæ Ecclesiæ ; hi  
 „ enim interpellati responderunt , malle se ex Eccle-  
 „ siæ elemosynis addere quod decrit , ut haberi pos-  
 „ sit Missa festiva , quam ea priyari ex insufficientia  
 „ redditus Capellanæ. Decerni igitur , ac statui posset ,  
 „ Oratricem a memorato onere immunem futuram ,  
 „ modo solvat annuas 220. libellas monetæ Januen.  
 „ ( *scut. Rom. 33.* , vel 54. juxta Cambii varietatem ) ,  
 „ dimidium de semestri in semestrem Parocho , et Mas-  
 „ sariis prædictis , qui ei exhibebunt scripto exaratum  
 „ testimonium , se celebrare fecisse in dicta Ecclesia  
 „ festivam Missam in implementum obligationis , quæ  
 „ Oratrici superfuit vi præcitati rescripti „ .

Jussit testatrix Christina Ludovica expresse , et enixe *il*  
*Cappellano avrà l'obbligo di celebrare detta Messa nelli*  
*giorni di festa nella Parrocchiale di S. Bartolomeo*  
*del-*

della costa di Promontorio, che così è la sua volontà. Suprema Testatorum placita esse religiose servanda traditur in *Can. Ultima voluntas quæst. 13. Cap. Qui Monaster. De Relig. Domibus, Concil. Trid. sess. 21. cap. 4., sess. 22. cap. 6., sess. 23. cap. 18. de Reform.*: hinc nisi justa concurrat causa, necessitas scilicet, aut evidens Ecclesiæ utilitas, commutatio voluntatis Defunctorum nunquam conceditur, uti respondit Sac. Congr. in *Perusina 12. Maji 1768., et in Aculana Commutationis Voluntatis 8. Augusti 1801.* Nulla hic adesse videtur causa tam urgens, quæ ad commutationem voluntatis impellat; erit imo eo magis deneganda, quia translatio quoque Missarum petitur, quando Testatrix Ecclesiam designavit pro earum celebratione, Parochialem nempe S. Bartholomæi, cui procul a Civitate, alpestri, et incommodo in loco sitæ, Missæ desunt, et quæ proinde grave pateretur detrimentum, *Navarr. in Manual. cap. 25 num. 134., Sac. Congr. in Neapolitana Capell. 16. Junii 1731., Picen. Translationis oneris Missarum 19. Aprilis 1766., in Firmana 3. Augusti 1782.*

Verum retulit hodiernus Archiepiscopus, quod non parum detrimenti ex postremorum temporum vicissitudine passa est hæreditas Christianæ Ludovicæ; quodque comprehensis etiam aliis Bonis ad dictam Hæreditatem nequaquam spectantibus, et annua scuta 93. reddentibus, Oratricis fortuna in annuis scutis 332. circiter consistit: ac aperte addidit, quod si attendatur Oratricis ingenua conditio, ejus ætas 68. circiter annorum, gracilisque valetudo, angusta admodum videtur hæc provisio, dignaque miserationis Apostolicæ. Oratrix, uti hæres usufructuaria defuncti Viri, patrona est Capellaniarum: plurimum autem semper valuit apud hanc Sac. Congregationem Patronorum inopia, ut reductione onerum subsidia ipsis ad vitam necessaria indulgeret, ut in *Januen. Capellaniarum 31. Junii 1819., et in Ravennaten. Capellaniæ 15. Aprilis 1820.* Quin obsit, Angelam esse extraneam hæredem: jamdiu enim receptum est, canonicam hujusmodi indulgentiam ad quoscumque patronos,

234 Die 19. Novembris 1825.

etiam extraneos esse porrigendam, uti articulo plenissime discusso statuit Rota in *Salernitana Alimentorum* 11. Januarii 1712., et in *confirmatoria Junii eod. ann. cor. Scotto*, cujus definitionem probavit hæc. Sac. Congr. in *Aquen. Cappellaniæ* 20. Januarii 1787., et in *citat. Ravennaten. Cappellaniæ* 15. Aprilis 1820.

Animadvertendum tamen, reditus hæreditatis *Christinæ Ludovicæ* nunc quoque ascendere ad annua *scuta* 239.; ad implendum vero *Missarum* onus juxta *Rescriptum anni 1810.* satis esse *scuta* 54. circiter, ideoque onere detracto, superesse *scuta* 185., quæ lucro *Oratrici* cedunt. Persæpe ad hanc Sac. Congregationem querelæ de imminutis reditibus delatæ sunt pro obtinenda onerum imminutione; preces tamen constanter rejecit, quando pares oneribus invenirentur reditus, ut in *Burgen. Reductionis* 1. Martii 1777., in *Regien.* 24. Julii 1784., in *Bruganten.* 25. Januarii 1791., et in *Romana Reductionis* 8. Augusti 1818.: multoque magis quando lucrum aliquod, etsi tenue superesset, ut in *Ecclesien.* 16. Augusti 1794. ad *I. Dub.*, in *Romana Capellaniæ* 13. Augusti 1743., et in *alia Romana* 5. Septembris 1718. Accedit in themate, pro dote duplicis *Capellaniæ* universam hæreditatem, si *Loca MM.* periissent, gravatam fuisse a *Fundatrice*, quæ ita suam pandidit voluntatem, ut *Missarum* onera præ cæteris adimplerentur, usque dum aliquid de eadem hæreditate reliquum foret, veluti opportune monent *Pasqualig. de Sacrif. nov. Leg. quæst.* 1026. num. 3., et *Bened. XIV. quæst. can.* 264. §. *Inter cætera.*

Quod si *Oratrix* exaudienda videatur, perpendant *EE. PP.* an probandus sit modus, quo *Archiepiscopus* tum eidem *Oratrici*, tum *Ecclesiæ S. Bartholomæi* provideri posse censet. Absolvendam scilicet putat *Angellam* ab onere quærendi *Sacerdotem*, qui *Missam festivam* celebret, dummodo quotannis *Januenses Libellas* 220. solvat *Massariis*, et *Parocho* dictæ *Ecclesiæ*, hi enim *interpellati responderunt*, malle se ex *Ecclesiæ eleemosynis addere*, quod deerit, ut haberi possit



possit Missa festiva, quam ea privari ex insufficientia redditus Capellanie. Videant quoque, an id Angela tantum, an ejus etiam successoribus sit concedendum, quos forsani iisdem rei familiaris angustiis minime premi contingat: cum enim paupertas causa non sit perpetua, onerum reductionem ejus intuitu non perpetuam, sed ad tempus indulgere consuevit Sac. Congreg., ut in *Jannen. Capellaniarum* 51. Julii 1819., et *Mutinen. Reductionis Missarum* 17. Februarii 1821.

Quoad omissam Missarum celebrationem, pro qua condonationem, et absolutionem Angela poscit, vehemens oboritur suspicio, ipsam fide non bona sese gessisse, cum neque onus ignoraverit, neque redditus honorum a Fundatrice relictorum ad illud implendum defuerint: hinc neque condonatio, neque absolutio concedenda videtur Sac. Congr. in *Spoletana Absolutionis, et Reductionis* 24. Novembris 1797., in *Bononien. Reductionis Missarum* 26. Junii 1823., et in *Novarien. Reductionis, et absolutionis* 18. Septembris 1824. Verum Angela et suæ, et duarum Filiarum sustentationi consulere coacta, præfatos redditus hanc in causam impendit; neque nunc in tenui patrimonio ei suppetit, unde pro omissionibus præteritis supplere valeat: hinc Archiepiscopus imposita aliqua pœnitentia concedendam censet *Oratrici sanationem quoad præteritum*, uti similibus in casibus illam indulgit Sac. Congr. in *Asculana Reductionis, et absolutionis* 22. Januarii 1820., in *Mazzarien. Missæ Conventualis* 2. Junii 1821. §. *At quidquid.*

Pœnitentiam ipsamet injungendam proponit Oratrix, quæ spondet, se curaturam, ut in Ecclesia suo arbitrio eligenda Missarum numerus annuo festivo duplex unica vice celebretur. Pro sua tamen sapientia statuant EE. PP., an magis expediat, ut in Ecclesia S. Bartholomæi de Promontorio tot sacra fiant diebus festis, quot fieri poterunt eadem pecuniarum quantitate, quæ pro indicatis Missis alibi celebrandis esset eroganda; et dirimere dignentur

## Dubia

- I. *An, et quomodo sit locus commutationi voluntatis, ac translationi Missarum in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione, et condonatione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

*Sess. 25. cap. 1. de Reform.* **A**SSISIEN. BENEPLACITI = Collegiatam Ecclesiam S. Mariæ Majoris Oppidi Bictonii Diocesis Assisiensis, quæ proximam ruinam minabatur, instaurare cupientes ejusdem Collegiatæ Canonici, anno 1803. operam conduxerunt Josephi Cerrini Fabri Murarii Perusini, et publicis obsignatis tabulis eidem se quotannis numeraturos promiserunt *scuta biscentum* hisce adjectis conditionibus = *Che la fabbrica in tempo di anni quattro sia perfettamente terminata ... Che i Canonici debbano somministrare i cementi, che occorreranno per la detta fabbrica, come ancora tutti i legnami, chiodi, corde, ed altri simili attrezzi ... Che terminato, che sia il lavoro si debba misurare, e per la somma; che resterà a pagarsi al Capo Mastro, i Sig. Canonici si obbligano pagare i frutti a scaletta, a ragione di un quattro per cento all'anno ... Che il Capo Mastro nella misura, che si fa, debba accordare un ribasso del dodici per cento, ed ancora rilasciare tutti i rotti, che potranno accadere sopra il cento. =*

**C**ontigit autem, ut Canonici neque subministrare cæmenta, neque annua scuta biscentum suppeditare possent Fabri Murario Cerrini, ideoque Ecclesiæ fabrica quadriennio ad finem perduci nequiverit. Igitur mense *Novembris* anni 1809., communi partium placito, duo Fabri Murarii metiti sunt opus peractum a Cerrinio, qui die 22. Junii 1810. renunciatus fuit

li.

liquidus Creditor pro summa scutorum 4156., additumque fuit liquidationis Folio, a quatuor Canonicis, atque ab eodem Cerrinio subscripto, quod prædictæ summæ restano incaricati li Signori Canonici a pagarne i frutti compensativi alla ragione di scudi quattro per cento. Nihil tamen persolverunt Canonici, qui paulo post, ob notissimam Pontificiæ ditiosis hostilem occupationem, omnibus Collegiatae Bonis fuere spoliati.

Obiit deinde anno 1812. Josephus Cerrini pluribus relictis Filiis, qui post restitutam anno 1815. in pristinum statum Collegiatam, cum neque sortis, neque fructuum solutionem a Canonicis obtinerent, die 15. Aprilis ejusdem anni coram A. C. Requisita Castrensia prædictis Canonicis nuncianda curarunt tam pro sorte scutorum 4156., quam pro fructibus scutorum quatuor in singula centum, et annos, ut nomine damnorum, et interesse annuos fructus scutorum octo pro quolibet centenario super integra quantitate sortis, et decursorum fructuum assequerentur; eandemque Requisitorum Castrensium nunciationem die 1. Septembris 1820. in Assisiensi Curia Episcopali renovarunt, sed annuos fructus scutorum quatuor tantum in singula centum petierunt super quantitate sortis, quam ad scuta 4000. coercuerunt. Supplices demum hanc Sac. Congregationem adierunt, orantes, *affinchè si degni in vista delle circostanze di approvare la convenzione del corso de'frutti al quattro per 100. stipolata dai Canonici dell'insigne Collegiata di S. Maria Maggiore di Bettona col Padre degli Oratori, ed in conseguenza il pagamento de'frutti fatto dai Canonici dal 1815. in poi sopra la somma di scudi 4000. Ed in questa guisa gli Oratori si contenteranno di rinunciare al diritto di percepire i frutti dal giorno della liquidazione, come ancora di conseguirli alla ragione dell'otto per cento dopo l'interpellazione fatta avanti il Tribunale dell'A. C., ed accorderanno all'insigne Collegiata il termine a pagare gli scudi 4000. di anni nove di più, quanti sarebbero necessarij per compiere il pagamento alla ragione di scudi 200. annui secondo l'Istrumento del 1805., con sicurezza però mediante un'ipoteca speciale sopra i fondi stabili della Collegiata.*

Silente Episcopo Assisiensi, quem pluries rogavi, preces Fratrum Cerrini ad viciniorum Episcopum Perusinum remisi pro Informatione et voto, ut audito in scriptis Capitulo Collegiatæ Bictonii referret de legitima conventionione fructuum, et exemplum contractus inili anno 1803., aliaque opportuna Documenta transmitteret. Ipse autem omnia mox narrata confirmavit, sed a pandendo animi sui sensu abstinuit, animadvertens tantummodo, quod „reluctantibus  
 „Canonicis solvere stipulatos fructus, seu debitum  
 „extinguere, agnoscentesque Hæredes Josephi Cerrini necessitatem sibi consulendi, confugerunt ad  
 „interpellanda Castrensia requisita, sed forte minus  
 „caute, utiliterque minus. Quibus sic stantibus ad  
 „summam EE. VV. clementiam, et pietatem preces  
 „fundunt pro obtinenda minoratione tanti damni,  
 „et præjudicii, quod a quindecim annis perferunt  
 „in retinenda proprii crediti non parva quidem  
 „summa sine ullo fructu, et sine pariter usu ad  
 „eorum Familiæ utilitatem „

Transmisit autem Perusinus Episcopus exempla tum contractus anni 1803., tum liquidationis anno 1810. peractæ, tum geminæ Requisite Castrensium nunciationis, quibus addidit tum folium, ex quo constat, Canonicos ab anno 1816. ad exitum anni 1824. Fratribus Cerrini nomine fructuum scuta 1360. 72. 5. numerasse, tum Litteras a Collegiatæ Canonico Archipresbytero, et Parocho acceptas, in quibus hæc leguntur, *Checchè i Canonici del Capitolo deputati all'esecuzione della Fabbrica abbiano arbitrato, è già manifestamente riconosciuto incoerente all'Ecclesiastiche Leggi, e non avrebbero nel caso contrario, che maggiormente involupata questa miserabile Collegiata nella positiva impotenza di sostenere l'enormi spese della detta Fabbrica, non meno, che di pagare un così vistoso debito, unitamente ad altri, per i quali si hanno quotidiane inquietezze, e vessazioni.*

*E' tanto vero, che questa Collegiata è fin dall'origine, ed anche per la invasione Francese, involuta in tanti disesti, ed in tanta deficienza, che per la miseria, e tenuità della prebenda Canonica di soli scudi 35.*

Die 19. Novembris 1825.

239

annui, è rimasta al presente con due Canonici, uno accidentato, e l'altro solo attivo in persona mia, a sostenere il peso della Parrocchiale Arcipretura, alla Collegiata medesima annesso, di due mila anime situate in una circonferenza di circa 40. miglia. E sebbene la Sacra Congregazione del Concilio abbia erogate le vacanti prebende al bisogno della Fabbrica per dieci anni, tuttavia non risultano a tanto da poter disimpegnare la giornaliera vistosa spesa, e debiti contratti ec. I Signori Cerrini a tenore del contratto, per entrare in ragione di pretendere i frutti convenuti, avrebbero dovuto terminare prima la Fabbrica, ed interpellarne anzi i Canonici anche giudizialmente per il proseguimento, dopo accaduto il ripristinato possesso della Collegiata. Tuttavia colla medesima buona fede gli si sono pagati da quest'epoca di ripristinazione non già gli scudi 200., perchè sospesa la Fabbrica per le suddette vicende, ma gli scudi 180., che hanno inteso i Signori Cerrini a se tirare a titolo di frutti.

**Hisce ex Litteris Archipresbyteri habent EE. PP. rationum momenta, quæ Canonicis favent. Namque monet Archipresbyter, Canonicos deputatos, quavis caruisse facultate paciscendi cum Josepho Cerrini fructuum pensitationem; neque potuisse absque Apostolico indulto iniri pactionem, quæ detrimentum, et quidem gravissimum Ecclesiæ erat illatura, ceu docent Redoan. de Reb. Eccles. non alienan. Rub. 1. Can. 47. num. 14., Leuren. Ius. Canon. lib. 3. tit. 13. quæst. 142., Rota in Recent. part. 17. decis 235. num. 7., et Sac. Congr. in Romana Beneplaciti 24. Novembris 1804. §. Quamquam. Nunquam obtenta, nunquam imo petita fuit Apostolicæ Sedis venia: damnum autem enorme sensit Ecclesia, quoniam Collegiata ad duos tantum Canonicos redacta, quorum alter apoplexiæ morbo correptus, alter animarum cura oneratus, impar evasit non modo ferendis gravissimis Fabricæ sumptibus, sed etiam sustinendis quotidianis, ac omnino necessariis divini cultus expensis.**

**Addit quoque, Fratres Cerrini, ut inita (cæteroquin inani) fructuum pactione juvarentur, Ecclesiæ Fabricam ad exitum perducere debuissent: idcirco præ-**  
pro-

properam fuisse, ac nullius esse momenti habendam rationum disjunctionem, et crediti liquidationem, quam Joseph ipsorum pater annis 1809., et 1810. explendam curavit. Perperam proinde nunciata fuisse Requisite Castrensia tum anno 1815., tum iterum anno 1820., cum fratres Cerrini, abjecta quavis fructuum petitione, *avrebbero dovuto terminare prima la fabbrica, ed interpellare anzi i Canonici anche giudizialmente pel proseguimento, dopo accaduto il ripristinato possesso della Collegiata.* Hæc autem si probanda EE. PP. videantur, consequens erit, ut irrita, et inanis declaranda sit præstandorum fructuum conventio; fructus in quantitate scutorum 1360. 72. 5. jam soluti sint in sortis imminutionem supputandi ad *text. in L. 8. Cod. De pignorat. action., Leotard De usur. quest. 89. num. 25., Rota post Cenc. de Cens. Dec. 12. num. 2., decis. 127. num. 4., et cor. Seraphin. dec. 1006. num. 4. et 6.;* et respuenda sit oblata a Fratribus Cerrini concordia, quæ ipsis tantum utilis esset, et Ecclesiæ omnino damnosa contra regulam, de qua in *Leg. 38. Cod. De Transact.,* et disserit Rota in *Romana nullitatis Transactionis 3. Julii 1820. §. 5. cor. Spada.*

Reponunt tamen Fratres Cerrini, cuilibet potestatem esse a jure indemnitati suæ consulendi, ne dispendium patiatur, unde præmium meruisse videtur, *C. Pervenit. De Fidejus.;* iniquum enim, et inhumanum est, beneficia in damnum benefactoris converti, *Gloss. in Cap. quoniam 14. quest. 4., L. Sed si quis. ff. quemadmodum testamet. aperiuntur, L. Si Commissa ff. Rem ratam haberi.* Officium singulare Collegiatae S. Mariæ Majoris Bictonii præstitit Joseph ipsorum fratrum Pater, dum ære proprio, ex quo usuras supra quatuor in singula centum percipiebat, ad statum, et formam, in qua nunc est, redegit Ecclesiæ fabricam. Etenim frugiferum nomen exegit, quo erga Fratres Franciscanos Bictonii pollebat, acceptasque pecunias in eadem fabrica elevanda insumpsit; Audiendum proinde non esse dicunt Canonicum Archipresbyterum, dum ex defectu Apostolici Beneplaciti evertere conatur pactum solutionis fructuum, quod necessario erat ineundum, ut Faber murarius ædificium sumptu plurium scutorum millium quadriennio complendum susciperet, acceptis tantum scutis 200. quolibet anno; quodque tum juri, tum natu-

rati æquitati congruere cum nemini damnosum esse oporteat officium illud, ex quo alter utilitatem haurit, et commodum, *argum. L. Socium qui ff. pro Socio, et L. un. C. de sentent. que pro eo.*

Rectissime verò, subdunt Fratres Cerrini, annuciata Capitulo fuere Requisita Castrensia, cum iamdiu esset in mora solvendi, et quoad ipsos Fratres de lucro cessante, ac damno contingente non esset dubitandum; et prompta non deesset pecunias investiendi occasio; quum quidem annunciationem eo certius probandam sustinent, quoniam, et sortem ad scuta 4000. et fructuum annuam rationem ad scuta quatuor in singula centum, ultro eceperunt. Hinc saltem a die nunciationis Requisite Castrensium fructus sibi indubitanter deberi contendunt; cum nemo ignoret, iisdem Requisite concurrentibus etiam ex pecunia fructus condici posse, *Leotard. de Usur. quest. 74. n. 2. et seq.; Anald. de Commer. disc. 67. n. 9., Rota in Centumcellarum Pecuniaria quoad expensas, et interesse 20. Junii 1791. §. 4., et per. tit. cor. Acciajuoli; cumque nemo dupletari debeat cum alterius iactura; quoque minus Ecclesia æquitatis mater, et justitiæ cultrix, *Barbos. in Cap. Cum dilecti n. 17. de Empt. et Vendit.; Capon. controv. forens. 5. n. 9., Sac. Congr. in Forolinien. Reductionis Canonis 6. Augusti 1825. §. Prefecto.**

Quis obsit Ecclesie fabricam nondum fuisse completam: id enim contigit culpa Canonicorum, qui neque labente quadriennio ædificationi constituto, neque postea cimenta, ligna, aliæque necessaria subministrarunt, et quibus huiusmodi culpa prodesse non debet, *Cap. Ex litteris 2. De dolo, et contum., et Reg. 25. de Reg. Jur. in 6.* Collegiatae autem angustias ad modum crevisse post notissimas calamitates; ipsemet testatur Archipresbyter, qui duos tantum superesse Canonicos, et redditus vix pares esse ferendis quotidianis sumptibus fatetur. Igitur frustra Canonicos ad fabricam prosequendam interpellassent Fratres Cerrini: defectus autem interpellationis, quæ nullo modo profutura, imò frustranea, certo certius fuisset, neque nocere, neque jura cuiquam exprobrari potest, uti monet *Rota in Recent. part. 5. tom. I. decis. 390. n. 6.; in Perusina Salviani 12. Maji 1783. §. 5. cor. Card.*



Lancellotto, et in Eadem super resolutis 21. Junii 1784. §. 6. cor. Eodem.

Itaque Fratres Cerrini tum uti a jure alienam, tum uti aperte inhumanam carpunt Canonici Archipresbyteri contradictionem, dum suadere nititur a Collegiata nihil esse solvendum, scilicet neque fructus, quia perperam fuere conventi, neque sortem, quia nondum fabrica Ecclesiæ fuit ad exitum perducta. Utillimas vero esse Collegiatae propositas Concordiæ conditiones tuentur, cum ipsi Fratres, quibus, et jus, et æquitas, et expressa favet pactio anni 1803., renovata actu expletæ liquidationis anno 1810., ultro spem omnem abjiciant assequendi fructus a die ejusdem liquidationis decursos ante nunciata Requisita Castrensia; cum hoc ipso Crediti sortem ad scuta 4000. cohibeant; cum fructuum decursorum annos a die præfatæ nunciationis Requisitorum Castrensiarum numerent; cum eorundem fructuum mensuram ad scuta octo cor. A. C. evectam, nunc ad mitissimam rationem scutorum quatuor in singula centum, et annos limitent; cum novam dilationem ad novennium indulgeant Capitulo ad dissolvendum nomen, quod jamdiu dimisisse debuerat: cum denique in extinctionem sortis annua scuta 200. sint accepturi, dum procul a Concordia et integram sortem, et omnes decursos, et nondum solutos fructus judicio petere possent. Quod si hypotheca speciali Bona Collegiatae devinci postulant; nulla æquior proponi potest petitio, ut in tuto posita sit executio Concordiæ, quam sapientissimo EE. VV. judicio probari sperant.

Proponuntur idcirco dirimenda:

Dubia

I. *An sustineatur fructuum conventio in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An, et ad quam rationem, a die primæ nunciationis Requisitorum Castrensiarum debeantur fructus in casu etc.*

Et quatenus negative.

III. *An fructus debeantur a die secundæ nunciationis Requisitorum Castrensiarum in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione Concordiæ in casu etc.*

DIE



*Die Sabbathi 17. Decembris 1825. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

## F AVENTINA LEGATI.

Dubia

*Sess. 22. cap. 6. de reform.*

I. *An Josephus Legato pio sit privandus in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, et quomodo Josepho præfigendus sit terminus ad sacros Ordines suscipiendos in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad I. Dubium.

III. *An Legatum pium Ludovico debeatur in casu etc.*

IV. *An, et a quo tempore sint restituendi fructus in casu etc.*

Ad I. Providebitur in secundo.

Ad II. Affirmative, et præfigatur terminus arbitrio Episcopi sive ad suscipiendos Ordines, sive ad dimittendum.

Ad III. Affirmative, quatenus in termino ab Episcopo præfixo Josephus non ascendat ad Sacerdotium.

Ad IV. Negative.

Sess. 21. cap.  
7. de reform.

## SENOGALLIEN. FABRICÆ ECCLESIE.

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in II.  
Dubio quoad celebrationem Missæ lectæ pro Be-  
nefactoribus in casu etc.*

In decisis pro Missa lecta diebus festis etiam reductis.

Sess. 21. cap.  
4., sess. 22. cap.  
6., et sess. 23.  
cap. 18. de Re-  
form.

## JANUEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET ABSOLUTIONIS.

### Dubia

I. *An, et quomodo sit locus commutationi volun-  
tatis, ac translationi Missarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo  
pro absolutione, et condonatione quoad præteritas  
omissiones in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad vitam tantum Oratricis juxta vo-  
tum Archiepiscopi.

Ad II. Affirmative celebratis tot Missis ferialibus infra  
annum in Ecclesiis ab Archiepiscopo designandis,  
quot celebrandæ erant proxime præterito biennio in  
diebus festis de præcepto.

**A**SSISIEN. BENEPLACITI. Post Comititia superiori Mense habita Fratres Cerrini ad jura sua tneuda mihi nonnulla exhibuerunt documenta, quæ ob oculos EE.VV. ponere muneris mei esse reor, cum ad illustrandam rerum gestarum seriem pertineant. Liquet ex iis, Familiam Josephi Cerrini, qui jamdiu vitam cum morte commutavit, pluribus constare filiis, eosque rei familiaris angustia premi; ideoque grave passuram esse detrimentum, nisi proposita transactio huic Sacro Ordini probetur: item Peritos anno 1810. opus a Cerrinio peractum metitos fuisse, atque æstimasse *per la sola costruzione in ossatura*; quo casu Fabri Murarii *restano pregiudicati nel loro interesse, ch' essi acquistano a fabbrica compita*: denique eundem Josephum nedum Templum extruxisse, verum etiam rem Ecclesiæ utilem gessisse; siquidem domum instauravit Templo adhærentem, et addictam Ecclesiæ Ministris, pro quibus alienas ædes conducere Canonici adigebantur.

Sess. 25. cap.  
11. de reform.

Ut autem ostendant, contractum pro nova ædificanda Ecclesia fuisse a Canonicis, etiam quoad fructuum præstationem, rite initum; hujus S. Congregationis rescriptum afferunt. Cum enim Canonici anno 1802. supplicem obtulissent libellum, quo collationem vacantis Archipresbyteratus, cui animarum cura imminabat, suspendi efflagitabant, ut ejus reditus una cum quotidianis aliorum Canonicorum distributionibus extollendo Templo applicarentur; ab hac S. Congregatione die 13. Novembris ejusdem anni tributa fuit Episcopo Assisiensi facultas, *ut enunciatae Paræciæ collationem per sexennium tantum pro suo arbitrio, et conscientia gratis suspendere possit, et valeat juxta petita, ita tamen, ut reditus inde provenientes integre, et fideliter in expressam Fabricæ causam erogentur, deputato in Æconomum pro cura Animarum uno ex Collegiæ Canonicis, ab eodem Episcopo approbando, cum annuo emolumento scutorum quadraginta, nec non contributis per Oratores ex Massa communi in præfatam reædificationis causam annuis scutis centum quinquaginta usque ad integram Fabricæ perfectionem*; atque ad tramites hujus rescripti opportu-

in eam die 10. Decembris 1802. ab Episcopo editum  
fuit decretum.

Hoc rescripto autumant Fratres Cerrini, Canonicos Col-  
legiatæ Bictoniæ auctos fuisse necessariis facultatibus,  
ut assignatos redditus, quo modo ipsi magis expedire  
judicarent, in Ecclesiæ ædificationem insumerent;  
ac proinde etiam ut operam conductorum Fabri Mu-  
rarii, cui cæmenta, et certam pecuniæ vim pro ra-  
tione reddituum suppeditarent, ac tandem ut exple-  
tum opus a Peritis æstimaretur, et summæ, cujus  
creditor fuisset renunciatus Faber Murarius, fructus  
sentorum quatuor pro singulis centenis usque ad in-  
tegi nominis dissolutionem penderentur. Etenim nisi  
Canonici pacta huiusmodi inivissent, assignatis re-  
ditibus Templum, prout necessitas, ac utilitas expo-  
stulabat, brevi construi nequivisset. Neque redarguen-  
dus Faber Murarius Cerrini, si quatuor annis Tem-  
plum non perfecerit; nam in tabulis Instrumenti  
cantum habetur = *Che nel tempo, e termine di anni  
quattro, da principiarsi nel futuro mese di Maggio  
1803. al 1807. sia inviolabilmente terminata la Fab-  
brica, PURCHÉ non manchino i necessarij cementi,  
non intendendo però i Sig. Canonici di obbligarsi al  
medesimo prefisso tempo, ma che possono i medesi-  
mi liberamente prolungarlo secondo le circostanze,  
purchè un tale prolungamento di tempo non passi il  
termine di mesi sei, che altrimenti si obbligano a  
pagare i frutti dello speso dal Capo Mastro sulla su-  
detta Fabrica sino a quel tempo.* Canonici numquam  
cæmenta Cerrinio suppeditarunt, atque ideo Fabro  
Murario culpæ vertere nequeunt, si opus quadrien-  
nio absolutum non fuerit.

Cetera fuscæ habent Eñi Patres in Folio præcedentis Con-  
gregationis, ut dirimere possint, quæ denuo propo-  
nuntur

### Dubia

I. *An sustineatur fructuum conventio in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, et ad quam rationem a die primæ nun-  
cia-*

Die 17. Decembris 1825. 247  
ciationis Requisite Castrensiū debeantur fructus in casu etc.

Et quatenus negative

III. *An fructus debeantur a die secundæ nunciationis Requisite Castrensiū in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro approbatione Concordiæ in casu etc.*

Ad I. II. et III. Providebitur in quarto.

Ad IV. Affirmative juxta preces a Cerriniis porrectas, et ad mentem: mens est, quod Episcopus rationum redditionem exigit a Canonicis, et quatenus fieri possit, curet solutionem etiam citius, quam in Concordia fuerit statutum.

**T**IBURTINA SACRÆ SUPPLEMENTILIS. Ad plurimas dirimendas controversias Episcopum inter, et Capitulum Tiburtinæ Ecclesiæ exortus S. M. Benedictus XIV. particularem deputavit Congregationem ex tribus S. R. E. Cardinalibus, ac duobus Romanæ Curie Præsulibus compositam. Hujus Congregationis examini præter alia complura, etiam quæ sequuntur, Dubia proposita fuere, nimirum I. *An Episcopus teneatur quartam partem fructuum Mensæ Episcopalis contribuere Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis in casu etc.* II. *An Episcopus teneatur concurrere cum Canonicis ad expensas opportunas tam pro reparationibus Ecclesiæ Cathedralis, quam pro Sacristia in casu etc.* III. *An Episcopus propriis expensis teneatur reficere sacra paramenta pro Ministris Missæ, vel Officii Pontificalis opportuna in casu etc.*, rescripta vero die 10. Decembris anni 1743. prodierunt Ad I. *Negative.* Ad II. *Negative* quoad ordinarias reparationes tantum, et in casu, de quo agitur. Ad III. *Ad mentem: mens est, quod per modum consilii ab utraque parte tradantur Sacristiæ quatuor Dalmaticæ albæ, nempe binæ ab utraque parte.*

Sess. 7. cap. 8.,  
et Sess. 21. cap.  
7. de Reform.

Fer-

Fertur, Canonicos tum quoad memorata Dubia, tum quoad alia, in quibus victi discesserunt, veniam instaurandi certaminis obtinuisse: illud vero certe constat, numquam fuisse ad trutinam revocata, atque Episcopum Placidum Pezzangheri, fervente adhuc lite, scilicet die 19. Maji 1743. uberem, quam sibi comparaverat, sacram suppellectilem per donationem inter vivos irrevocabiler factam Mensæ Episcopali, atque adeo iisdem suis Successoribus dumtaxat donasse, adjecta lege numquam distrahi, aut donari debere, sed in meliorem formam, usum, et commodum eorundem Successorum dumtaxat commutari posse. Hanc donationem Apostolicis Litteris diei 6. Septembris 1756. confirmavit laudatus Pontifex Benedictus XIV., cumque nihilominus Canonici post obitum Episcopi Pezzangheri sacram suppellectilem vigore Constitutionis S. Pii V. incipien. *Romani Pontificis*, cui in Benedictinis Litteris expresse derogatum non fuerat, Sacratio Ecclesiæ Cathedralis devolutam arbitrarentur, Clemens XIII. die 30. Martii 1762. donationem confirmavit, ac Piana Constitutioni derogavit.

Factum hinc est, ut Episcopi Successores, nemine in posterum obsistente, sacris uterentur paramentis ab Episcopo Pezzangheri donatis, usque dum Canonici a Sa. Me. Pio VII. die 25. Junii 1807. Apostolicum Breve sunt assequuti, quo demandatum fuit, ut, postquam Vincentius Manni tum temporis Episcopus supremum diem obiisset, Piana Constitutio in Ecclesia Tiburtina plene servaretur. E vivis enim anno 1815. crepto Episcopo Manni, existimantes Canonici nullo jure cogi posse ad suppeditandam Episcopis rem divinam facientibus sacram suppellectilem, hodiernum Episcopum monuerunt, ut paramenta, aliaque pro Pontificalibus peragendis necessaria proprio ære sibi acquireret; eo autem contendente sibi jus esse utendi sacris vestibus, quæ in Sacratio asservantur, ad A. C. Triumviros confugerunt, atque opportunum Monitorium die 24. Februarii superioris anni expediendum curarunt. Cum vero SSm̄us Causæ definitionem, Episcopi postulatu, huic Sacro Ordini ablegaverit, Canonici, præter quæstionem super paramentorum usu, secundum, ac tertium Dubium in supra-

dicta particulari Congregatione propositum, ac definitum in disceptationem rursus vocari efflagitarunt. Tria itaque in calce hujus Folii descripta Dubia, Allegationibus utrinque distributis, Eñorum Patrum judicio subjiciuntur.

Canonorum Defensor usum Ecclesiasticæ suppellectilis ad Sacrarium spectantis, invito, ac reluctantæ Capitulo Episcopis Tiburtinis competere omnino iustificatur. Etenim tum solum Episcopis jus esse autumat utendi paramenti, aliisque Sacrarii suppellectilibus, cum ipsi in Sacrarii, et Ecclesiæ maintenance quartam reddituum Mensæ Episcopalis partem impendant, aut Sacrarium necessariis proventibus est suffultum, aut legitima, et Episcopis secunda viget consuetudo, *Albert. de Sac. Utensil. cap. 12. num. 61. et 68., et cap. 13. num. 2., Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 3. tit. 7. num. 13.; ac S. Congr. in Terracinen. et Selina 23. Novembr. 1771.* Episcopi autem Tiburtini, licet ex Mensâ Episcopali annua *scut. 2145.* 1. percipiant, nullam in Sacrarii levamen erogant suorum reddituum partem: Sacrarium adeo tenui censu est præditum, ut ære alieno prematur, quamvis singuli Canonici in eorum ingressu *scuta decem*, et quolibet anno *scuta duodecim* Sacrario representent: consuetudo tandem suadet, nullo Episcopos pollere jure utendi rebus Sacrarii.

Id quippe noverunt Episcopi, qui paramenta, vasaque sacra proprio ære sibi quæsierunt, iisque dumtaxat in divinis obeundis functionibus semper usi sunt. Hujus rei testes appellat idem Defensor insignia tum veterum, tum recentiorum Episcoporum paramenti, quæ in Sacrario asservantur, insita; item documenta fidem perhibentia, Episcopos, quos inter hodiernum Antistitem, præsentî pecunia a Sacrario nonnumquam emisse sacram suppellectilem, aut nummos tradidisse Sacrario pro Sacrorum utensilium usu sibi impertito, ut Episcopus Mazzotti, qui *ad annum 1820.* Tiburtinam rexit Ecclesiam; denique annosos viros asserentes, Tiburtinos Præsules, dum sacris sunt operati sive in Ecclesia Cathedrali, sive in privato Sacello, Ecclesiasticam suppellectilem, qua ipsi utebantur, adhibuisse, *senza che sia stata mai obbligata la Sagrestia della Cattedrale di Tivoli di somministrarli ai medesimi Vescovi.*

Neque huic consuetudini quidpiam detraxisse retur controversiam anno 1743. agitatam. Cum enim Canonici veniam redeundi impetraverint, Episcopus autem Pezzangheri sacras vestes sibi comparatas suis in Episcopatu Successoribus utendas reliquerit, ac posteriores Antistites iisdem usi sint, quin jus ullum sibi asseruerint in res Sacrarum; antiqua observantia nullo pacto interrupta remansit, sed potius ex Episcoporum acquiescentia majus robur accepit ad tradita per *Rot. cor. Ansaldo decis. 92. num. 19., et in Ferrarien. Manutentionis super bono jure 10. Junii 1793. §. 11. cor. Priolo*. Igitur Tiburtini Antistites qua ex juris censura, qua ex diuturna, ac pereanni consuetudine, qualibet facultate destituantur utendi suppellectili ad Sacrarium spectante: quæ quidem, si in cæteris obtineant, eo magis sibi locum vindicant quoad Thronum, seu Sedem Episcopalem; hæc enim uni Episcopo inservit, ac propterea illius sumptibus ornanda, ac manutenda est ex judicio hujus Sac. Congregationis apud *Pignatell. consult. Canon. 50. tom. 5. num. 1., Nicol. Floscul. verb. Sed num. 3., Ferrar. Biblioth. verb. Paramenta Sacra n. 34.*

Dein Capituli Defensor animadvertit, secundum Dubium, in Congregatione anni 1743. disputatum, nunc ad trutinam revocari ob postremam tantum partem, quæ respicit expensas pro Sacristia, et controversiæ definitionem veluti in Episcopi optione collocat; ait enim, aut Sacrarum expensas Episcopus quoque ferat, aut a rebus Sacrarum se absteat; siquidem ferendus non est is, qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, *Reg. 55. J. in 6., et L. unic. Cod. de caducit. tollend.* Sumptus autem, quos complectitur tertium Dubium, quovis eventu Episcopo imminere contendit: quum enim agatur de paramentis, quorum dominium pertinet ad Episcopum, quibus Ministri utuntur, dum Episcopus Pontificalia exercet, quæque consumuntur propter servitium a Canonicis Episcopo exhibendum, sequitur, ut ad expensas pro hujusmodi Sacris vestibus reficiendis Episcopi sint cogendi.

Episcopi vero Defensor usum paramentorum, aliarumque rerum Sacrarum pro Pontificalibus obeundis Tiburtinis Præsulibus denegari non posse arbitratur.



Die 17. Decembris 1825.

251

Explorati siquidem juris est, Episcopis in Ecclesia Cathedrali, aut in privato Sacello sacras functiones exercentibus usum Ecclesiasticæ suppellectilis, cujus copia est in Sacrario, concedi oportere, quin eam sibi comparare compelli possint, *Scarfant. ad Ceccoper. lib. 3. tit. 7. num. 12.*, *Ferrar. loc. cit. in addit. n. 1.*, *Albert. de sacris Utensil. cap. 13. num. 12.*, et concinit *S. Congreg. in Terracinen. et Selina 9. Maji 1772.*

Neque ab hujusmodi usu Episcopum Tiburtinum repellendam ait, propterea quod nullam suorum reddituum partem in Sacrarium conferat. Quanquam enim Episcopis onus ferendi una cum Capitulo expensas Sacrarii aliquando incumbere fateatur; attamen quum Sacrarium Tiburtinæ Ecclesiæ in præsens paramentis non indigeat, Canonicos nec usum paramentorum, quorum copia est in Sacrario, Episcopo præpedire, nec eum ad expensas sustinendas cogere posse existimat. Neque etiam eidem interdicendus est usus Sacræ suppellectilis propter Apostolicas Pii VII. Litteras, Piamque Constitutionem *Romani Pontificis* in antiquum statum restituentes. Et sane hac Constitutione omnia quidem paramenta, vasaque sacra, quibus Episcopi, et alii Beneficia ecclesiastica obtinentes, dum vita fruebantur, in divinis peragendis usi sunt, Sacrario Ecclesiæ, cui præfuerunt, addicuntur, nunquam verò Episcopi, et ceteri Ecclesiarum Rectores ab usu sacrae suppellectilis Sacrario devolutæ prohibentur: imo cum ea fuerit Constitutionis vis, ac ratio, ut abusus tollerentur, et in Ecclesiis paramenta non deficerent, ideo edita fuisse videtur, ut Episcopi, cæterique Beneficiati sacrae suppellectilis copiam, et usum in propriis Ecclesiis semper haberent. Tiburtinus autem Antistes non dominium, sed usum tantummodo postulat ecclesiasticæ suppellectilis, et ornamentorum ad Sacrarium Ecclesiæ, cui præest, pertinentium, ac proinde ejus petitio nedum Pii V. Constitutioni, et Pii VII. Litteris non adversatur, verum etiam earumdem menti, ac rationi apprime consonat.

Idem præterea Episcopi Defensor, agens de *secundo Dubio*, in Congregatione particulari *anni 1743.* proposi-

to, loquitur de expensis tum pro Sacristia, tum pro reparationibus Ecclesiæ, easque sive ordinarias, sive extraordinarias Mensæ Episcopali imminere denegat, ea ductus ratione, quod hisce in casibus consuetudini Ecclesiarum innotendum sit, uti docet *Benedictus XIV. Instit. Eccl. 100. §. 11.*, *Ferrar. Biblioth. verb. Ecclesia: art. 3 n. 63.*, et *S. Cong. in Spoletana Restauratio- nis Ecclesiæ, et Domus Parochialis 21. Febr. 1824. §. Fatiscentes*. Jam vero in Cathedrali Tiburtina antiquis- sima viget consuetudo, ut hujusmodi expensæ ex Fa- bricæ, et Sacrarii redditibus, atque ex Massa Capitu- lari pe agantur, nullumque affirmat extare monumen- tum, unde elici queat, Episcopos aliquid in eam cau- sam erogasse. Addit, Episcopum adeo tenui potiri Mensa, ut ejus redditus vix ad *scut. 1403. 01.* quolibet anno pertingant, ex quibus si detrahantur sumptus Seminario, itinerum ad visitanda sacra limina, elee- mosynarum, et alia plura, ne illi quidem supersunt redditus, qui decenti Episcopi tuitioni sunt necessarii. Itaque Tiburtinus Antistes, utpote superfluis rediti- bus omnino carens, neque ad ordinarias, neque ad extraordinarias pro Ecclesia, et Sacristia expensas adigi potest, sed ad eas tenentur Canonici, aliique fru- ctus ex Ecclesiæ censu percipientes, *Cap. De his. De Eccles. ædifican., Bened. XIV. loc. cit. §. 12. et 13., Reif- fenst. lib. 3. Decret. tit. 48. n. 28.*

Similiter sumptus, quos complectitur *tertium* Dubium, Canonicis incumbere contendit, tum quia Episcopus nihil ex Ecclesiæ Cathedralis redditibus, ac fidelium oblationibus percipit, tum quia agitur de impensis pro reficiendis paramentis, quæ usui ipsius Episcopi non inserviunt.

Cætera fusius habent Eñi Patres in distributis Allegatio- nibus, ut dirimere possint

### Dubia

I. *An Episcopo functiones in Ecclesia Cathedrali, vel in suo privato Sacello exercenti jus competat utendi ve- stibus tam Sacerdotalibus, quam Episcopalibus, supel- lectili, vasis, aliisque ornamentis, etiam Aræ Majo- ris*

ris, ac Throni Episcopalis, ad Sacrarium ejusdem Ecclesie spectantibus in casu etc.

II. An sit standum, vel recedendum a decisis die 10. Decembris 1715 in Congregatione particulari quoad secundum Dubium in casu etc.

III. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad tertium Dubium in casu etc.

Ad I. Affirmative in omnibus quoad Ecclesiam Cathedralen; et quoad Sacellum pro paramentis necessariis ad functiones Pontificales, et amplius.

Ad II. In decisis

Ad III. Ad mentem: mens est, ut Episcopus per modum consilii in casu renovationis, seu reparationis Throni, et paramentorum personæ Episcopi Pontificalia exercentis inservientium, quatenus redditus Sacristiæ non sufficiant, concurrat cum Canonicis.

Sess. 22. cap. 6. et 9., Sess. 23. cap. 18. de Refor.

**V**ERULANA CAPELLANIE = Sacerdos Paulinus Giorgi ex Oppido Riparum Verulanæ Dioecesis anno 1776. Capellam SS. Paulino Episcopo Nolæ, et Raphaeli Archangelo dicendam in Ecclesia S. Rocchi ejusdem Oppidi extrui mandavit, in qua Capellaniam fundavit, ut tot Sacra licent, quot essent hereditatis suæ redditus, cum elemosyna obolorum 10. pro quolibet Sacro, quoadusque æs alienum dimitteretur, ac deinde obolorum 15., et illa applicarentur pro animabus Parentum suorum, nec non consanguineorum, quos distincte præfatis in tabulis indicavit. Sacerdotem Angelum Toti primum Capellanum nominavit, eoque defuncto jussit, ut Capellanus eligeretur inter tutti li Preti discendenti da Ignazio Rota . . . tutti li Preti discendenti dal Sig. Paolino Mariani, e in ultimo tutti li Preti discendenti dal Sig. Tommaso Mariani . . . se mai succedera, che in queste Famiglie vi fossero due, o tre Preti, voglio, che quello debba essere Cappellano, il quale sarà stato prima ordinato dal Reverendo . . . Se li nominati di tutte le suddette Famiglie fossero minori, ed inabili a nominare, voglio, che nominati il Reverendo Arciprete col suo Capitolo, e la nomina la faccia ogni volta, che li Cappellani nominati faranno passare il termine di venti giorni dalla morte del Cappellano passato. Se poi tra li nominati di dette Famiglie non vi fosse Prete veruno, allora voglio, che

che fra loro congregati tutti li discendenti di dette Famiglie eleggano per Cappellano qualunque Prete, che a loro parerà e piacerà; e detto Cappellano estero nominato come sopra, o dal Capitolo, o dalle dette famiglie come sopra nominate, debba essere amovibile, cosicchè subito giunto al Presbiterato qualcuno delle famiglie da me nominate, debba entrare al possesso di detta Cappellania, e celebrare le Messe, come sopra ordinate. Declaravit deinde quod tutti li suddetti Cappellani devono servire per celebrare le dette Messe, summe pandidit eorum votum, che nessuna persona di qualunque stato, o dignità, e condizione abbia ardire di derogare, o far derogare a questa mia ultima volontà.

Obiit die 17. Novembris 1824. Capellanus Toti a Testatore nominatus, et descendentes ex designatis Familiis, cum nullus inter ipsos adesset Sacerdos, Capellanum amovibilem elegerunt Sacerdotem Joannem Venditti, qui statim in possessionem ivit Benorum Capellanix. Tunc autem Joseph, a Paulino Mariani descendens, preces obtulit, ut Capellania Jo. Baptistæ ejus filio Clerico concedatur, simulque reductio Missarum indulgeatur, ut idem Clericus studiis vacare, et ad Sacerdotium ascendere possit.

Episcopum requisivi, qui auditis compatronis hæc retulit „ Ascendit ad annua circiter quinquaginta scutata redditus Capellanix, qui redditus potest quotannis augeri, vel minui, pro majore, vel minore pretio, quo mensibus Majo, vel Junio singulorum annorum vendendi erunt (ita siquidem præcipit Testator) fructus agrorum, quos fundator Sacerdos Paulinus Giorgi reliquit ad dotem prædictæ Capellanix. Inest in dicta Capellania onus dumtaxat Missarum, quarum numerus quotannis est incertus, videlicet nunc major, nunc minor pro quantitate annui redditus. Fundator enim præscripsit „ che quando il frutto crescesse, allora voglio, che crescano le Messe „ taxavit etiam pro qualibet Missa stipendium, quod non excedit obolos quindecim.

Orator Joseph Mariani nonnulla possidet prædia, quorum fructus est tenuissimus, ideoque minime respondens numero filiorum, quos quotidie alere debet: quapropter illi

*illi deest modus alendi in Seminario Clericum Joannem Baptistam, qui annos sexdecim natus, bonis adhuc moribus est imbutus, studet grammaticæ, et dispositionem ad statum Ecclesiasticum modo ostendere videtur.*

*Capellania, de qua agitur, est ex meo iudicio Sacerdotalis actu, non quia Fundator pluries utitur in sua fundatione vocabulo Preti, sed pro nonnullis aliis rationibus, quæ ex toto ipsius fundationis contextu dignosci mihi videntur, quamvis non adhibeat iuxta Canonistas verba negativa. Fundator enim ipse prævidens in tribus familiis, quas ad Capellaniam vocavit, posse eodem tempore existere „ due Preti, o tre, allora vi sarebbe confusione, chi Prete di dette Famiglie debba „ preferirsi, in tal caso voglio, e comando, che quello debba essere Cappellano, il quale sarà stato prima „ ordinato dal Vescovo „. Quod si quis hæc Fundatoris verba satis non esse dixerit ad constituendam Capellaniam Sacerdotalem, cum supponi possit, quod per ea verba ipse noluerit a Capellanie possessione simplicem Clericum excudere, sed voluerit dumtaxat in concursu plurium Sacerdotum nominatorum, eodem tempore viventium ostendere, et decernere, quid in casu huiusmodi pluralitatis agendum esset (quæ tamen suppositio mihi videtur aliena a Fundatoris voluntate), non desunt tamen in ipsa fundatione aliæ sententiæ, alia verba, quæ meam confirmant opinionem. Nam paullo inferius, prævidens in Familiis defectum Sacerdotis hæc addit „ Se poi tra i nominati di dette Famiglie non vi fosse „ Prete veruno, allora voglio, e comando, che fra loro „ congregati tutti li discendenti di dette Famiglie, „ eleggano per Cappellano qualunque Prete. ...., e „ detto Cappellano estero ... debba essere amovibile, „ cosicchè subito giunto al Presbiterato qualcuno delle „ famiglie, da me come sopra nominate, debba entrare „ al possesso di detta Cappellania, e celebrare le „ Messe come sopra ordinate „. Quid enim significant „ illa verba „ se poi tra i nominati di dette famiglie non „ vi fosse Prete veruno „, et præsertim illa „ subito „ „ giunto al Presbiterato qualcuno delle famiglie „ nisi „ firmam Fundatoris voluntatem, ut Capellanus pro „ tempore sit actu Sacerdos? Quid sibi vult, deficientem*

te in familiis Sacerdote, electio Sacerdotis exteri; donec aliquis de familiis character. Sacerdotali fuerit insignitus; nisi quod requirat in sua Capellania Sacerdotem celebrantem per seipsum?

Clariori etiam modo Testator declarat voluntatem, ut Capellania ab ipso fundata credatur, et existimetur Sacerdotalis: addit enim hæc „ Se qualche Cappellano delle nominate famiglie si trovasse carico di Messe di lascito, allora succeda per ordine a chi tocca in appresso „ Que expressio videtur habere hunc sensum. Si quis ex Capellanis nominatis habeat alia onera Missarum satisfacienda, sicut non potest per seipsum celebrare Missas mee Capellanie, sic in hoc casu eum abdicet; ipsamque adeat ille ex nominatis, qui sequitur juxta ordinem, et seriem a me præscriptam.

Que cum ita sint, etsi optarem favere precibus Josephi Mariani, ut sic ejus filius studiis vacare posset, et augeri in illa Terra numerus Sacerdotum; attamen attendita qualitate, ut mihi videtur, Capellanie Sacerdotalis; attento jure quesito nominatum, quod suum sortitum est effectum; attenta acceptatione Sacerdotis Venditti, qui intra terminum præscriptum Capellaniam adiit vi nominationis factæ a majori parte Patronorum; attenta contradictione istorum: mihi videtur Oratoris desideria non posse hac vice satisfieri. Eo vel magis, quod fundator ipse circa finem dispositionis vetet quancumque derogationem.

Demum Capellania, de qua agitur, est simplex Legatum piium Missarum, et numquam erecta in titulum Ecclesiasticum.

Patronos pauperes omni miseratione dignos semper existimavit hæc Sac. Congregatio, et eorum inopiæ sæpe subvenit vel per suspensionem nominationis, vel per administrationem Beneficii; quia Ecclesia benigna mater non sinit, ut patronus stipem quærere cogatur, ceu videre est in Montis Regalis Capellaniarum 23. Novembris 1795., Asculana Dispensationis 25. Maji 1786. Concilium autem Toletanum IV. can. 37. expresse jubet = Ut Patroni, eorumque filii redacti ad inopiam, ab Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu recipiant =: cui accedit Clemens III. in cap. Nobis. De jure patronat. diserte statuens, quod si Pa-  
tro-



tronus ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste succurratur.

Indubium est, Clericum Mariani esse Patronum, utpote a Paulino Mariani descendente: ipsum vero paupertate laborare innuit Episcopus, et evincitur tum ex attestazione Oppidi Præsidis, tum ex Parochi fide; quæ inopia opus non est, ut sit absoluta, cum S. Congregatio sæpe rescripserit, succurrendum esse Patronis laborantibus inopia respectiva, quando nempe ipsis pro suo gradu, et conditione subsidia vitæ necessaria desint, ut in *cit. Asculana Dispensationis 23. Maji 1786.*, et in *Aquen. Capellanie 20. Januarii, et 3. Februarii 1787.* Precibus vero indulgendum eo facilius videtur ob Ecclesiæ utilitatem: nam Clericus Mariani, si Capellaniam obtineat, studiis in Diocesano Seminario vacare, et ad Sacerdotium conscendere poterit; quod præcipue hac nostra ætate curandum, cum fere omnes Ecclesiarum Pastores de nimis exiguo numero Ministrorum conquerantur. Si Clerico Mariani concedendam esse Capellaniam EE. PP. decernant, reductionem quoque Missarum ad tempus indulgeant oportet, de qua nihil retulit Episcopus: cum enim juxta Fundatoris voluntatem tot Missæ, quot redditus, quolibet anno sint celebrandæ, nihil Clerico superesset, si hujusmodi onus implere cogeretur. Benigne autem hæc Sac. Congregatio patronis opem ferre consuevit per temporaneam Missarum reductionem, ut in *Novarien. Legati Missarum 21. Maji 1788.*, in *Romana Reductionis 21. Junii 1803.*, in *Maturen. Reductionis, et Transactionis 8. Februarii 1817.*, et in *Callien.*, et *Pergulana Reductionis, et Absolutionis 23. Decembris 1823. §. Plurimi.*

Verum obstat Fundatoris voluntas, quam adamussim servandam esse omnia jura clamant, et statuitur in *Can. ultima voluntas. Caus. 13. quest. 2.*, ac monet *Sac. Congreg. in Novarien. Reductionis, et Absolutionis 18. Septembris 1824.*, et in *Tiburina 20. Novembris ejusdem anni §. Servanda.* Voluit enim Fundator, Capellaniam esse actu Sacerdotalem, uti late disserit Episcopus in sua Informatione, et aperte constat ex ejusdem Fundatoris declaratione, quod *tutti li suddetti Cappellani devono servire per celebrare le*

dette Messe. Commutatio quidem voluntatis Fundatorum non raro conceditur; sed justa causa, necessitas nempe, aut evidens Ecclesiæ utilitas, intercedat oportet, *Conc. Trid. Sess. 22. cap. 6. de Reform., et Sac. Congregatio in Forolivien. Reductionis 12. Julii 1799. ad II. Dub.* In themate autem animadvertendum est, Fundatorem aperte vetuisse, ne in posterum ullo modo, vel a quovis ejus dispositio immutaretur: qua enixa voluntate obsistente, ne in melius quidem faciendam esse commutationem docent *Piton. controv. Patronor. alleg. 80. n. 5., Rota cor. Rezzonico dec. 158. n. 3, Sac. Congr. in Florentina Commutationis voluntatis 15. Februarii 1747., et in Januen. Commutationis voluntatis, et Reductionis 25. Maji 1822. §. contra.*

Præterea non adesse pro Clerico Mariani paupertatis causam contendit Ignatius Rota, a Familia Patronorum descendens primo loco a Fundatore vocata: affirmat enim, Josephum, Clerici patrem, alia laicali Capellania frui, quæ satis est ad ejus Familiam honeste sustentandam. Sorores vero Theresia, et Anna Maria Mariani Cascioni, a Thoma Mariani descendentes exorant, ut Sacerdos Venditti, ab ipsis, et majori Patronorum parte nominatus, Capellaniam obtinere perseveret; vel si Clerici Mariani preces exaudiri mereantur, eadem gratia tribuatur Clerico Thomæ Cascioni, qui Romæ studiis incumbit, et gravissima paupertate premitur. Cætera EE. PP. habent in relatione Episcopi, quæ suadere videntur, precibus non esse annuendum. Itaque dirimere dignentur

#### Dubia

I. *An Clerico Joanni Baptistæ Mariani concedenda sit Capellania Giorgi in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo reducendum sit onus Missarum in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.



**P**ISAUREN. Pluries in hoc Sacro Consessu, ac præsertim diebus 9. Septembris 1679., 15. Januarii 1718. 8. Junii 1765., 9. Julii 1785., ac demum 3., et 24. Martii 1792. sub titulo *Pisauren. Decimarum* disputatum est de Decimis, quas Parochi Pisaurensis Diœcesis in vigesima parte frumenti, et lini exigunt. Integram lini decimam percipiunt rurales Parochi, in quorum Parœciis bona sunt sita; frumenti decima in prædialem, et sacramentalem, ratione bonorum, et domicilii æquo jure inter rurales, ac urbanos Parochos dividitur, sive unum ex quadraginta, ut incolæ ajunt, unicuique Parocho solvitur: qui alibi morantur, et domum Pisauri apertam retinent, sacramentalem decimam urbanis Parochiis præstant; integrum locatores, et domini directi solutionis onus in conductores, et emphyteutas refundunt.

Sess. 25. cap. 12.  
de reform.

Romam venit anno 1824. Pisaurensis Patricius Comes Aloysius Ciacchi, et inter Romanæ Curie Præsules cooptatus decimum sacramentalem proprio Parocho S. Michaelis Pisauri solvere prætermisit: inde vero oborta cum Parocho controversia, de qua Præsul eximius hujus Sac. Congregationis oraculum implorat.

Episcopus pro informatione, et voto rogatus, hæc retulit

„ Nova hand est petitio, quam modo exhibet Præsul  
 „ egregius Aloysius Ciacchi Pisaurensis: fuit pertra-  
 „ ctata, et discussa usque ab anno 1792. de mense  
 „ Martii inter possidentes, et Parochorum cœtum,  
 „ et resoluta favore Parochorum. Quæ fuerint ratio-  
 „ num momenta tunc deducta coram hoc Sac. Ordine,  
 „ facile retulissem, nisi timor fastidiendi EE.PP.,  
 „ me retinisset, præsertim cum in actis hujus Sac.  
 „ Congregationis extet contemporanea positio, quam  
 „ humiliter precor raassumere. „

Parochus autem S. Michaelis Pisauri ab Episcopo interrogatus, et ad resolutionem diei 24. Martii 1792. ab hac Sac. Congregatione editam se referens, ita respondit: *L'obbligo di pagare la Decima viene prescritto dalla Legge Divina, umana, ed ecclesiastica . . . Nella nostra Città, e Diocesi il peso della Decima è annesso solamente al predio . . . ed è talmente annesso, che nella vendita, e compra di quello viene*

questo peso difalcato , perchè ne ha il diritto la Chiesa . . . . Se il possessore non ha aperta la sua abitazione in Città , nè in Diocesi , allora l' intiera Decima va a vantaggio del Parroco , ove esiste il predio ; e quella che sarebbe sacramentale , diventa allora tutta prediale . Si dice Decima , ma impropriamente , perchè di ogni venti sacchi di riscosso , se ne paga uno ; si dice prediale , e sacramentale , ma questo ancora abusivamente , perchè anche gli Ebrei , che non ricevono Sacramenti , pagano al Parroco della Città la Decima de' loro terrenj. Qui costuma per antichissima consuetudine da tempo immemorabile introdotta , che questa Decima viene pagata dai possessori de' Predii metà al Parroco , ove esiste il predio , e l' altra metà al Parroco , ove il possessore medesimo ha la sua abitazione aperta . Ne è necessario , che vi abiti , o vi dimori egli stesso , ma basta semplicemente , che si tenga aperta la casa , e vi abiti o qualche suo familiare , o Ministro , che abbia la custodia de' suoi beni .

Inde vero infert , Præsulem Ciacchi , qui prædia in Pisaurensi Diœcesi possidet , ac Domum apertam , et familiares suos in ea degentes Pisauri habet , ad Decimam præstandam teneri , idque pluribus exemplis confirmat Possidentium , et Procerum , qui alibi , ac etiam Romæ vivunt , Domum , et in ea familiares Pisauri retinent , et decimam Parocho Pisaurensis Domicilli persolvunt .

Quæ Parocho S. Michaelis favent rationum momenta ex ipsius responso habent EE. PP. , neque ulla subest dubitatio de consuetudine immemorabili , quam ipse allegat , et cujus maximam esse vim , præsertim in materia Decimarum opportune monent Fagnan. in Decret. lib. 3. cap. Cum contingat , de Decim. num. 18. , Rota in recent. part. 2. decis. 279. num. 3. , cor. Clemente decis. 32. num. 5. , et in Cracovien. Decimarum. 29. Novembris 1752. §. 13. cor. Card. Elephantutio . Disputatum autem anno 1792. in hac Sac. Congregatione fuit III. Dubium An , cui , et ad quam rationem sit solvenda Decima ab iis , qui retinent Domum tantum apertam in Civitate Pisauri , nec ibi aut continuo , aut in majori anni parte habitant in casu etc. ; et responsum die 24. Martii redditum est = Affirmative ad

formam resolutionis anni 1785., quæ quidem resolutione probata fuit antiquissima consuetudo, cum proposito Dubio: *An, quomodo, et cui sint solvendæ Decimæ in casu etc.* responsum prodierit *Affirmative juxta solitum, et amplius.*

Decimæ deberi Parocho, qui Sacramenta, et alia divina ministrat, ultro fatetur Præsul Ciacchi, et admovent Abbas in *Cap. Ad Apostolicæ. 20. De Decim. n. 1., Pirhing. De Decim. num. 84., Engel. lib. 3. tit. 30. Cap. final. de Paroch., Rota in Recent. part. 18. decis. 400. num. 22., Sac. Congreg. in Reatina Dismembrationis 19. Decembris 1818. §. Canonici*, nec ab hujusmodi onere quemquam liberari, nisi justo aliquo titulo, aut ipso jure specialiter sit exemptus, *Cap. Ex transmissa, et Cap. A nobis. De Decimis, Reiffenstuel. lib. 3. tit. 30. num. 40., Moneta de Decim. in Cap. 5 num. 26.* Immunitatem tamen a solutione Decimarum Parocho Domicilii se esse contendit, quoniam pro participatione Sacramentorum tribuntur; quæ ratio cum in eo cesset, qui Romæ commoratur, cessare debet etiam Legis dispositio, *Leg. Adigere §. Quamvis ff. de Jure patron., Glossa in L. Si cum §. Post annum ff. de eo quod mort. caus., Voet. ad Pand. lib. 1. tit. 3. de Leg. n. 43.* Addit quoque, a jure devium esse, ut ipse duplici Sacramentalium Decimarum onere eodem tempore gravetur, Pisauri nempe, et Romæ, ubi expensæ funeris juxta Statutum Cleri locum obtinent Decimarum: neque enim bis idem exigi debet ad textum in *Cap. Bona fides. De regul. Juris, et in Leg. 58. ff. eod., Rota decis. 58. num. 1., et decis. 87. num. 3. cor. Me.*

Illud vero præcipue perpendendum proponit Præsul Ciacchi, se Pisauri, reservatis duobus tantum cubiculis pro famulis, suam in avitis ædibus diætam aliquot mobilibus instructam fratri suo Sacerdoti Maximo Ciacchi Pisaurensis Ecclesiæ Cathedralis Archidiacono locasse; ideoque nullam amplius ea in Civitate habere domum apertam, imo ne mansionem quidem propriam, in qua se recipiat, si in Patriam se conferat. Dubitandum proinde non esse, inquit, se ne animo quidem domicilium retinere Pisauri, sed illud Romam omnino transtulisse, et ideo ad ipsum non pertinere hujus Sac. Congregationis resolutiones, quæ ab Epi-

scopo, et a Parocho S. Michaelis fuere memoratæ. Respiciunt enim eos, qui licet absentes, Ministros tamen, vel reliquam ipsorum familiam habent Pisauri, animoque ibi domicilium retinent, uti legitur in Folio Cause Pisauræ. Decimarum 3. Martii 1792. §. Conveniunt: illos uno verbo, qui domum Pisauri apertam habent, quam se habere negat, eo quidem certius, quia duo cubicula in contractu locationis excepta hujusmodi sunt, ut famulorum tantum habitationi inservire possint.

Itaque EE. PP. dirimere dignentur.

#### Dubium

An, et quomodo Parocho S. Michaelis sit solvenda, Decima in casu etc.

Sess. 22. cap. 6.,  
et Sess. 25. c. 4.  
de Reform.

**C**ALLIEN. SANATIONIS, ET ABSOLUTIONIS. Rerum gestarum seriem habent EE. PP. in Folio diei 21. Julii 1821: tunc autem proposita fuere dubia I. An sit consulendum SSmo pro sanatione transactionis in casu etc. et quatenus affirmative II. An investimentum scutorum 950. favore Legati Gaugelli Lenci sit adprobandum in casu etc. III. An sit concedenda sanatio pro summis impensis favore Orphanotrophii in casu etc. IV. An pro reliqua summa scut. 298. sit annuendum precibus Oratorum in casu etc. V. An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc. Rescripta vero in Comitibus diei 18. Augusti sequentis prodierunt ad I. Affirmative, facta reductione Capitalis scut. 1700. debit. Antonio Lenci, et fructuum tam solutorum, quam solvenderum ad formam legis, et tariffæ. Ad II. Affirmative, facta inscriptione ad formam Edicti. Ad III. Affirmative. Ad IV. Affirmative, quatenus supersit aliqua summa dimisso prius Antonio Lenci. Ad V. Affirmative; et hujus Sac. Congregationis resolutiones quoad primum, et quin-

quintum dubium die 22. prædicti mensis Augusti Sa. Mem. Pius VII. benigne approbavit, et suprema sua Auctoritate confirmavit.

Pluribus præsertim quoad definitionem *primi* dubii exortis controversiis, Administratores Orphanotrophii anno 1822. fructus capitis *scutorum* 1700. emissa protestatione persolverunt; sequentibus vero annis 1823. et 1824. omnino a solutione cessarunt. Decesserat interea Antonius Lenci, et hæredem ex asse Christinam uxorem scripserat, quæ ex indicatis *scutis* 1700. quantitatem *scutorum* 600. cessionis titulo in Franciscum Lenci transtulit, secundas iniit nuptias cum Carolo Massioni Senogalliensi, atque ex eo filium Gregorium suscepit, qui pupillarem agens ætatem obeunti Matri hæres extitit. Gregorii Pater, ac Administrator Carolus Massioni *scuta* 233. ab Orphanotrophio exegit: reliqua vero *scuta* 867. distraxit, atque hujus quantitatis Cessionarii novum cum Orphanotrophio inire parabant certamen, ut demandatam capitis, et fructuum reductionem vitarent. Calliensis autem Episcopus, ad litis sumptus, et pericula præcavenda, novam conciliari transactionem curavit, qua fiet, = *che il Massioni, e Cessionarij acquirenti si contentino di ricevere per i frutti dei due anni arretrati, e decorrendi fino all' effettivo sborso della sorte, e per soddisfazione del residuo prezzo degli scudi 867. la somma di scudi 500*: hujus vero Transactionis approbationem Orphanotrophii Administratores suppliciter implorant.

Rogavi memoratum Episcopum pro informatione, et voto, ut auditis præsertim creditore Massioni, et Cessionariis, referret de summa adhuc debita ab Orphanotrophio, de facta reductione sortis, et fructuum etiam solutorum juxta resolutionem Sac. Congregationis, de legitima causa, et vera necessitate propositæ Transactionis, transmissa ejus minuta, ac de evidenti utilitate: ipse autem hæc retulit. „ Quæstio de „ prædii valore, ejusque fructibus compensativis inter Administratores Orphanotrophii, et legitimos „ Creditores excitata, humanissima Amplissimi Cardinalis Episcopi Senogalliensis intercessione, penitus „ evanuit, atque per laudati Eñi Vicarium Generalem, „ toto judicii strepitu evitato, ad æquam, et pacificam

- „ cam concordiam redacta fuit. Antedictæ concordiæ  
 „ hæc summa est „ .
- „ Debat Orphanotrophium adhuc solvere pro plena  
 „ sortis satisfactione, juxta pretium, in venditionis In-  
 „ strumento constitutum; *scutata* 867., quibus ad-  
 „ dendi erant decursi fructus pro annis duobus in  
 „ *scutatis* 78. 02. 5. Totale igitur residuum, quod ad-  
 „ huc solvendum erat, nulla peracta reductione,  
 „ ascendebat ad *scutata* 945. 03. Porro facta reductione  
 „ ne tum residuæ sortis, tum fructuum solvendorum,  
 „ ut supra, ad tramites vigentis reductionis Legis,  
 „ pendenda tamen essent ab Orphanotrophio *scuta-*  
 „ *ta* 324. 03. 9. In proposita igitur Concordia pende-  
 „ rentur, supra memoratam reductionem *scuta-*  
 „ *ta* 175. 96. 1., ex quibus conficeretur summa *scu-*  
 „ *tatorum* 500. „ .
- „ Consideratis itaque non exiguis impensis, quæ ad cau-  
 „ sam hanc sustinendam necessario forent peragen-  
 „ dæ; perpensa ex parte Orphanotrophii enunciatae  
 „ Causæ dubietate, cujus exitus anceps profecto, et  
 „ incertus admodum remaneret, præsertim quia Ad-  
 „ versarii satis validis, firmisque rationibus fulciri  
 „ arbitrantur, quibus omni conatu partes suas tueri  
 „ contendunt; mihi quidem videretur, hujusmodi  
 „ concordia in evidentem Orphanotrophii utilitatem  
 „ esse cessura „ .

Transactio, utpote cessionem, et remissionem necessa-  
 rio continens, speciem præferret alienationis *Sac. Congreg. in Civitatis Castellæ Concordiæ 8. Augusti 1818.*; ideoque de rebus Ecclesiæ prohibita est, et absque Apostolico Beneplacito iniri nequit, *Urceol. de Transact. quest. 22. num. 2., et seqq., Rota cor. Coccin. Decis. 301. num. 1., cor. Duran. Decis. 459. num. 2., et seq.* Beneplacitum autem nunquam conceditur, nisi justa concurrat causa, necessitas nempe, aut evidens Ecclesiæ utilitas, *Sac. Congr. in Caven. 2. Maji 1818., in Perusina Transactionis 20. Decembris 1823. §. Ecclesiæ*. Profecto quævis abesse in themate videtur tum necessitas, tum utilitas transactionis: ac præterea conditiones proponuntur, quæ jus tertio quæsitum lædunt, atque ideirco minime probari possunt, cum nemo jure ipsi quæsito privari absque justa, et gra-

vi causa debeat, *Ciarlin. lib. 2. contrav. 210. num. 37., Ferraris Biblioth. verb. Ecclesia art. 5. num. 11., et 12., Sac. Congr. in Lucana Scamni 22. Martii 1822. §. At hujusmodi.*

Si enim sors, ejusque fructus juxta Sac. Congregationis resolutionem reducantur, ab Orphanotrophio erunt solvenda tantummodo *scuta 324. 03. 9.*; damno proinde Orphanotrophii cadit quidquid ad complendam summam *scutorum 500.* additur. Necessitatem quidem transigendi secumferre possent jura Antonii Lenci, in ejus successores, eorumque Cessionarios translata; sed hæc incerta sunt, et gravissimæ controversiæ obnoxia, præsertim post indicatam hujus Sac. Senatus resolutionem a S. M. Pio VII. confirmatam. Denique Hæredibus Canonici Fioravanti, defuncti Administratoris Orphanotrophii, debentur *scuta 202. 39.*, de quibus disserit *Folium diei 21. Julii 1821. §. Ad summam*; iisque ex responso ad IV. Dubium superius relato quæsitum est jus, ut ex *scutis 298.* superextantibus ex pretio Fundi *Tarsia* satisfactionem consequantur: hac autem frustrarentur, si loco *scutorum 324. 03. 9.* Cessionariis Lenci *scuta 500.* juxta propositam transactionem numerarentur.

Verum Creditores, Cessionarii hæredum Lenci, firmum jus sibi præsto esse censent, ideoque etiam adversus æditas ab hac Sac. Congregatione, et Apostolica auctoritate roboratas resolutiones audiri confidunt. Calliensis enim Episcopus Cingari, vir piissimus, tunc Vicarius Apostolicus, in stipulatione antiquæ transactionis die 19. Junii 1801. inter Antonium Lenci, et Orphanotrophii Administratores initæ, se subscripsit: *Giudice esecutoriale*: ex quo colligunt Creditores, intercessisse Beneplacitum Apostolicum; idque confirmant ex facto Sac. hujus Congregationis, quæ facultatem indulsit fundum *Tarsia* alienandi, quam nunquam concessisset, nisi omnino validam prædictam transactionem habuisset. Nec monetæ reductioni locum esse arbitrantur, quia sive tempus inspiciatur contractus, ut in stipulatione, sive contractus insimul, et traditionis, ut in emptione venditione, pretium Fundi *Tarsie* semper fuit reale, ac proinde minime reductioni obnoxium. Præterea in indicata tran-



sactione anni 1801. indulta Orphanotrophio fuit dilatio annorum viginti ad pendenda scuta 1700. addita disertis verbis conditione, *che questa somma dovesse essere pagata in tanta moneta d'oro, e d'argento al valore, che sarà allora definito dal Principe, escluse le carte di ogni sorte, colla corrisposta del cinque per cento all'anno in moneta metallica qualunque.* Inde vero inferunt, fructus quoque non esse reductioni obnoxios, præsertim vero fructus jam solutos, cum repeti nequeat quidquid non facti, sed juris errore fuerit persolutum, *Leg. 9. ff. De jur. et fact. ignor.; L. 9. Cod. ad Leg. Falcid.; L. 6. et 7. Cod. De condict. in debit.*

Notandum tamen, Beneplacitum Apostolicum haud presumi, nisi litteræ exhibeantur, *Arg. Can. Nobilissimus. Dist. 97., L. Unic. Cod. Mand. Princip., Azorius part. 2. lib. 5. cap. 27. quest. 8.* Peculiare S. R. E. Cardinalium privilegium est, ut ipsorum assertionibus, etsi litteras non exhibeant, plena fides habeatur propter eorum excellentiam, et auctoritatem, atque ex æquitatis decore, prout inquit *Layman. in Cap. Quod translationem num. 5. de Offic. Legat., et monet Sac. Congr. in Spoletana Impetrationis 22. Novembris 1823. §. Plurima.* Quoad indebitum vero, Ecclesia, cujus appellatione, et pia loca comprehenduntur, jure minorum gaudet per *tex. in Cap. I. De ia integr. restit.,* ideoque, ut minoribus, ita etiam locis piis ignorantia Juris minime obest. Reductio quoque facienda videtur, uti sapienter definivit hæc Sac. Congregatio; quoniam fundus *Tarsia* æstimationem recepit *scutorum* 3547. 60. monetæ ærosæ: quod si deinde conventum fuit *scuta* 1700. Antonio Lenci debita, esse solvenda post annos 20. ab ejus obitu in moneta aurea, et argentea, additum illico fuit = *al valore, che sarà allora definito dal Principe* =, quibus verbis indicaverunt Contrahentes, aurum quidem, et argentum esse pendendum, sed facta ad ejus valorem reductione monetæ ærosæ, *L. 187. ff. De reg. jur., L. Si filius ff. De verb. oblig.*

Hæc autem reductione peracta, nihil superesse potest, quod hæredibus Fioravanti tribuatur; nullum proinde jus quæri eisdem potuit, præter illud, quo pollebant,

bant, ac jugiter gaudent, ut ab Orphanotrophio pecunie ipsis reddantur, quas in illius commodum Administrator Canonicus Fioravanti de proprio impendit. Cæterum, ut omnes tollantur, quæ jam ortæ sunt, ac præoccupentur, quæ oriri possunt controversiæ, quas grave dispendium, et mutuae vexationes sequentur, probari tanquam apprime utilis consuevit transactio, ut in *Firmana Concordiæ* 20. *Novembris* 1807., atque avertendarum litium causa semper adeo rationabilis, et justa est habita, ut ejus intuitu multa a Jure permittantur, quæ alias non facile approbarentur, veluti docet hæc Sac. Congregatio in *Montis Alti Transactionis*. 20. *Februarii* 1808. et in *Perusina Transactionis* 20. *Novembris* 1825.

Dirimenda igitur proponuntur

### Dubia

I. *An consulendum sit SSmo pro approbatione transactionis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo sit providendum Hæredibus Fioravanti in casu etc.*

**C**AMERINEN. CONCORDIÆ = Philippus Penna ex Oppido Caldarolæ, Camerinensis Archidiececesis, anno 1806. supremas condidit tabulas, quibus Lucie Matri usumfructum universæ suæ hæreditatis legavit; hæredem vero in proprietate esse jussit animam suam, statuitque, *che col fruttato di detta sua eredità si erigesse una perpetua Cappellania Laicale sotto l'invocazione, e titolo del SSmo Sacramento nella Chiesa Collegiata di S. Martino, con l'obbligo al Cappellano di celebrare tante Messe, quanto ne comportava*

*Sess. 25. cap. 3.  
de Reformat.*

il fruttato di detta eredità, ragguagliata l'elemosina secondo la Tassa del Concilio Romano, e sopravanzando per la Messa quotidiana, dovesse il giorno di S. Filippo Neri far celebrare Messe 5. oltre la propria. Primum Capellanæ Rectorem nominavit Clericum Antonium Jacobini, cui successorem designavit Sacerdotem Rupertum Fabroni, quo defuncto voluit, ut Rector, Prior, et Camerarius Confraternitatis SSm̃i Sacramenti eligerent Clericum Oppidi pauperiorem, e più prossimo ad essere iniziato in Sacris, eoque deficiente Sacerdotem pauperrimum. Testamentarium vero Exequutorem esse voluit Philippum Cortesi, cui amplissimas tribuit facultates per rinvestire in Terreni il denaro, se fosse stato possibile, con pagarli anche più delle stime, come avrebbe fatto esso stesso, essendogli stato a cuore più il rinvestimento in terreni, per evitare li Censi.

Exequutor testamentarius, expunctis hæreditatis rationibus, aliquot bona immobilia Capellanæ assignavit. nec non Litteram collibysticam scutorum 977. 18. 4. a Petro Croci implendam, quæ ex societate proveniebat Coriaria, quam defunctus Philippus cum Evangelista Torquali inierat. Renuente Capellano Litteras collybi recipere, Exequutor testamentarius Petro Croci vadimonium constituit coram Tribunali, quod tunc Camerini de primis instantiis jus dicebat, et mandatum obtinuit, quod super duabus domibus ad Debitorem spectantibus fuit executioni commissum. Tunc autem Petrus Croci R.P.D. Auditorem SSm̃i adiit, ac facultatem imploravit cedendi Capellanæ nonnullos Census in extinctionem collybisticæ Litteræ; sed dimissus fuit Rescripto *Relatum*. Itaque ad Sac. Congregationem Episcoporum, et Regularium negotiis, et consultationibus præpositam confugit, quæ illico respondit = *Recurrat ad R.P.D. Auditorem SSm̃i jam præventum*; ad quem cum redierit, responsum accepit = *Utatur jure suo* =

Supplex igitur Summum Pontificem exoravit Petrus Croci, ut prævia suspensione Actorum judicialium, rei notationem ad hanc Sac. Congregationem ablegaret, votique compos est factus. Archiepiscopum rogavi de more, qui auditis in scriptis tum Clerico Jacobini, ejus-

Die 17. Decembris 1825.

259

eiusque designato successore Sacerdote Fabroni, tum Vicario Foraneo, ad ea se retulit, quæ ab iisdem fuere narrata, animique sui sensum aperiens hæc addidit. „ Ut controversiæ de qua agitur, finis imponatur, expedire videtur, propositam concordiam exequi, et Capitalia Censuum in satisfactionem Cappellaniæ recipere. „

Vicarius autem Foraneus, cui et Clericus Jacobini, et Sacerdos Fabroni assentiuntur, postquam rerum gestarum seriem superius expositam confirmavit, ita disserit. *Il valore complessivo ( Censuum ab Oratore addendorum ) è di scudi 771. 47. coll'annua rendita ( forse soggetta alla così detta rata di comodo ) di scudi 34. 17. 1. in ragione in maggior parte del quattro per cento, e nel resto del cinque. Apparisce ancora, che sono stati iscritti nel competente officio dell'Ipoteche nell'anno 1819., e 1820. dichiarandosi disposto l'Oratore a provare con gli opportuni certificati, allorchè si avrà a stipolare l'Istrumento di solennità, che la ritardata Iscrizione non ha in alcuna parte pregiudicato alla sostanza dei Censi, o loro esigibilità in futuro. Perchè i detti Censi appartengono ai figli del supplicante, così mi dice l'Oratore, che farà accedere gli stessi suoi figli nella relativa obbligazione in forma, che dovrà essere stesa con atto solenne per esservi due Minori, ed una Donna.*

*Mi convien dire, che esso ( Orator ) trae l'origine da una famiglia di Caldarola possidente, e negoziante nelle manifatture di corami; che si trova nell'età di anni 62., che ha tre soli figli, due Maschi cioè, uno de' quali maggiore, ed emancipato Commerciante nel suddetto genere, l'altro minore, ed applicato agli studj, ed una Zitella femina di anni 17., e che per varj infortunj (tra quali attesa una fidejussione, prestata al fu Filippo Maraviglia di Caldarola lo spogliò di alcuni mobili, e capitali, ad istanza della Regia Finanza del Tronto) non giace più nel primiero florido stato, tanto che in oggi non sarebbe atto a sostenere per l'intiero tutti, e singoli i debiti, che lo gravano, volendo non intaccar le industrie, le ragioni, e i beni de' figli.*

*E ben*

*E' ben vero, che l'Esattore dei Crediti della Cappellania Penna Signor Girolamo Casini per il debito del Croci li 27. Maggio 1823. fece oppignorare al medesimo due Case, che ancor rimangono esegutate; deve però considerarsi, che l'affare non potrebbe progredire senza qualche contrasto giudiziario, minacciando i Figli, sia per ragioni solide, sia per effimere, di voler fare le competenti opposizioni.*

*Ho procurato di aprire una trattativa di conciliazione tra le parti, e vi sono riuscito: esse hanno fissato quanto appresso.*

- 1. L'oratore, e suoi figli daranno per saldo in solutum Censi attivi num. 4. in sorte principale complessiva scudi 771. 47. regolarmente iscritti nel competente ufficio dell'Ipoteche, e ben sicuri, che si appoggeranno ancora all'obbligo dell'evizione.*
- 2. Per il di più sino a scudi 977. 18. 4. il Cappellano pro tempore farà un annuo deposito di scudi 5. per il relativo regolare reinvestimento a datare dal primo Gennajo 1827.*
- 3. Essi Croci indennizzeranno il Cappellano Giacobini per tutte le spese giudiziarie fin qui occorse.*

*Fa duopo però supplicare la superiorità, che a compimento di una tale conciliazione, e in corresponsività dei frutti, che il Croci non paga, malgrado i requisiti Castrensi protestati fin dalli 8. Novembre 1820. voglia degnarsi d'assolvere il Cappellano dalla Messa quotidiana, che a tenore dell'istituzione sull'appoggio di detti frutti avrebbe dovuto in detti 4. anni far celebrare. Approvandosi poi la detta trattativa, crederci opportuno di far fissare un congruo tempo ai Signori Croci, per venire alla stipulazione dell'Istromento, passato il quale inutilmente per loro colpa, adesso per allora si dovrebbe mettere in libertà il Cappellano di ultimare per l'intero della sorte, e dei frutti l'incoato giudizio.*

*Probanda videtur proposita concordia, cum utilitatem Ecclesiæ præseferat. Nam debitor Croci ferme decoctus est, ideoque difficillime poterit Rector Capellaniæ Penna vel collybistica Litteræ implementum, vel aliorum honorum subrogationem obtinere. Nec prodest duas domos esse oppignoratas; nam has ad se pertinere asserunt filii debitoris, cum quibus iudicio*

erit decertandum. Recessus vero a lite imminente pro-  
 justa semper causa fuit habitus ad incundam transac-  
 tionem, quæ ad lites eliminandas est a jure invec-  
 ta, *L. 1 Cod. de transact., Valeron. de transact. in Proem.,*  
*et Sac. Congr. in Perusina Transactionis 20. Decem-*  
*bris 1823.* Eoque certius in themate, quia ope con-  
 cordiæ complures perimuntur contentiones, et acer-  
 rima dissidia diuturno tempore duratura, et quibus  
 finitis, Ecclesia nihil forsitan exigere poterit, uti simi-  
 libus in casibus perpendunt *Abb. in cap. 1. n. 2. de*  
*Trans., Sac. Congr. in Firmana Concordiæ 21. No-*  
*vembris 1807., et in Montis Alti Transactionis 20. Fe-*  
*bruarii 1807.*

Obstare tamen videtur tum animadversio quod proban-  
 da non sit transactio, ex qua unus tantum e con-  
 trahentibus commodum sentit, *Leg. 38. Cod. de tran-*  
*sact., et Rot. in Romana Nullitatis 5. Julii 1820 §. 5.*  
*cor. Spada,* tum fortius voluntas testatoris religiosis-  
 sime servanda ad textum in *Can. ultima voluntas. caus.*  
*13. quest. 2., Sac. Congr. in Ravennaten. 29. Maii*  
*1824., et in Lucana Legati 6. Augusti 1825. §. Ve-*  
*rum.* Jussit enim Capellanæ Fundator, ut pecuniæ  
 investimento in tot bonis immobilibus collocarentur,  
 et expresse addidit = *per evitare i Censi* =; ac præte-  
 rea per annos 40: et ultra reditus scutorum 100, in  
 annuis scutis quinque supputati, essent deponendi;  
 ac proinde contra ejusdem Fundatoris voluntatem ero-  
 gari nequeunt in celebrationem Missarum.

Si EE. PP. concordiam probandam censeant, pro ea,  
 qua pollent sapientia, animadvertent, reductionem  
 Missarum juxta reditus, duraturam quoad usque ope  
 annui investimenti scutorum quinque habeatur quan-  
 titas scutorum 205. 71. 4., quæ ad integram sum-  
 mam scutorum 977. 18. 4. complendam deest, neces-  
 sariam esse concordiam sequelam. Decernant autem  
 oportet, an absolutio quoad Missas in præteritum  
 non celebratas sit impertienda; de quibus Missis cum  
 teneri nequeat Capellanus, qui fructus minime per-  
 cepit, vix quicquam sperandum erit a Petro Croci ob  
 eius paupertatem. Sæpe autem ob inopiam obligati,  
 et probabilem impotentiam supplendi, absolutionem  
 quoad præteritas omissiones hæc Sac. Congregatio indul-

dulsit, ut in *Feretrana* 17. Septembris 1808., in *Maz-*  
*zariën.* 2. Junii 1821., in *Leodien. Reductionis, Trans-*  
*lationis, et absolutionis Missarum* 24. Maji 1823., et  
in *Corcyren. Missæ Conventualis* 8. Maji 1824.

### Dubia

- I. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro ad-*  
*probatione Concordiæ in casu etc.*
- II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad*  
*præteritas omissiones in casu etc.*



# INDEX RESOLUTIONUM

*Quæ prodierunt in causis in S. Congreg. Concilii  
anno 1825. propositis.*

## A

**J**uxta votum Archiepiscopi Iannuensis esse locum commutationi voluntatis Ludovicæ Centurioni Bracelli, nec non Missarum translationi dixit S. Congregatio, quæ facto verbo cum Sanctissimo *absolutionem*, et condonationem quoad præteritas omissiones concessit, celebratis tot Missis feriabilibus infra annum in Ecclesiis ab Archiepiscopo designandis, quot celebrandæ erant proximo præterito biennio in diebus festis de præcepto, *in Januen Commutationis voluntatis, et absolutionis 17. Decembris ad I. et II. Dub.*

**A**nquam S. Congregatio aliquid decerneret de alienatione sexterrularum ad Parochialem Ecclesiam S. Mariæ in Merlaschio Faventinae Dioecesis pertinentium, præscripsit, ut scriberetur Episcopo pro deputatione peritorum ex officio, qui distincte referrent de valore, et annuo reddito sexterrularum, et fundi fratrum Rossini, nec non expensa necessaria pro constructione domus colonicæ, *in Faventina Alienationis 11. Junii.*

**A**lienationem, de qua supra, seu permutationis contractum appro-

bavit S. Congregatio juxta modum; statuit enim, quod Episcopus præfigeret terminum fratribus Rossini pro constructione domus proprio aere peragenda, acceptis scutis centum tribus a Parocho Emiliani oblatis, ipsique Rossini nomina Zambrini, et Magnani in solutum reciperent, quacumque evictione favore Parrocchie remissa; quo vero ad consignationem censuum, voluit, ut suspenderetur usque ad absolutam constructionem domus, *in eadem 3. Septembris.*

**C**anonicos Collegiatae Terræ Ariciae Albanen. Dioecesis a Sede Apostolica provisos minime obstructos esse ad solvendam mediam Annatam Fabricæ Ecclesiæ declaravit S. Congregatio, *in Albanen. Mediae Annatae 3. Septembris.*

**N**on intrare arbitrium pro aperitione oris dixit S. Congregatio in literis Apostolicis a Clerico Augustino Luzj obtentis, quibus ei collatus fuerat Archipresbyteratus Capituli S. Antreae Pergulæ et ideo censuit, provisum esse tum quoad decisionem ab hac S. Congregatione alias latam, nec non institutionem, vel maintenancem, tam quoad fructuum restitutionem, *in Callien. et Pergulana 6. Augusti ad I. II. III. et IV. Dub.*

M m

Decisionem alias latam, qua negatum fuit legitime appellasse Sacerdotem Paschalem Englen a relatione Examinatorum, et a iudicio Episcopi in concursu Parociae S. Nicolai ex Aliph in oppido Rocellae Hyeracen Diocesis, apud Curiam Metropolitanam Rheginen., confirmavit S. Congregatio in Hyemien., et Rheginen. *Concursus 19. Novembris ad I. et II. Dub.*

## B

Stetit in decisis S. Congregatio, nempe Beneficiatum Parochialis Ecclesiae S. Mariae Assumptae in Caelum Terrae S. Stephani Ferentinae Diocesis teneri ad residentiam saltem per alium, et deo Sacerdoti Josepho Mildeburg deberi fructus omnes, solutis tantum fallentis in *Ferentina Residentiae 6. Augusti ad I. et II. Dub.*

Concordiam initam inter Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Mariae Majoris Oppidi Bictonii Diocesis Assisiensis, et Josephum Cerrini Fabrum murarium approbandam esse, praevio beneplacito Apostolico, censuit S. Congregatio iuxta preces porrectas a Cerriniis, addita mente, nempe quod Epi. s' opus redditionem rationum exigat a Canonicis, et quatenus fieri possit, curet solutionem etiam citius, quam in concordia fuerit statutum. Qua responsione providit petitioni fructuum, et nunciationi requisitorum Castrensi in *Assisien. Beneplaciti 17. Decembris ad I. II. III. et IV. Dub.*

## C

Canonicos olim Capellanos del Monte duas Missas statutis horis per turnum celebrare teneri, sed ab Episcopo posse dispensari, si plura in Ecclesia sacrificia offerantur, censuit S. Congregatio in eadem ad *IV. Dub.*

Praevio recessu a decisis sub die 12. Julii 1823., S. Congregatio censuit, manutentionem Capellaniae Fassi, dandam esse Clerico Achilli Pellei, quia ipse legitime nominatus fuerat a majori patronorum parte in *Montis Alti Cappellaniae 25. Februarii.*

Capellanis Collegiatae Ecclesiae S. Michaelis Lucanae Civitatis canonicam institutionem dandam esse, facta prius per Episcopum canonica erectione, dixit S. Congregatio Ad Capitulum vero nominationem, et ad Decanum Capituli jus, dandi Bullas collationis dictis Capellanis spectare, et hos pro tertia parte Missas Conventuales canere teneri cum elemosyna ex Massa distributionum sumenda ad formam constitutionis *Cum semper Oblatas*: Capellanos quoque teneri obsequi, et subditos esse canonicis in choralis servitio eadem S. Congregatio decrevit, in *Lucana Capellaniarum 3. Septembris, ad I. II. III. IV. et V. Dub.*

Non constare de legitimo adimplemento onerum *Capellaniae* a Francisco Battelli erectae sub invocatione Nativitatis Deiparae Virginis in Ecclesia Villae Galavanna Urbanien. Diocesis usque ad integrum annum 1818., Attentis vero peculiaribus circumstantiis consulendum Sanctissimo

pro sanatione, et absolutione, et fructus Capellaniae ab anno 1819. sequestro positos, erogandos esse juxta votum Emi Rectoris, prorogato inulto reductionis ad totum currentem Annum, dixit S. Congregatio, in *Urbanien. et S. Angeli in Fa- do Capellaniae* 19. Novembris ad I. II. et III. Dub.

Rectorem Capellaniae, de qua supra, ad residentiam teneri in aedibus a testatore designatis ad formam foundationis; quo vero ad actualem Capellanum Sacerdotem Joannem Antonium Sacchi definitione dilata separatim exponere debere causas dispensationis, si quas habet, rescripsit S. Congregatio, quae providit quoque in posteram onerum implemento, et administrationi Capellaniae juxta votum Eminentissimi Rectoris, statuendo, ut Archiprae- sbyter cum subjectione Episcopo incumberet executioni juxta legem foundationis in eadem ad IV. V. et VI. Dub.

Antequam S. Congregatio aliquid decerneret quoad evacuationem cubiculorum, ut provideatur pro regulari clausura in Coenobio S. Romani Lucanae Civitatis, prorogavit judicium; interim vero voluit, ut Archiepiscopo juxta mentem scriberetur, in *Lucana* 26. Februarii ad I. et II. Dub.

Coadjutorem, et Capellanos Congregationis laicalis SS. Apostolorum Petri, et Pauli translatos ad Ecclesiam S. Dominici oppidi Vici Sipontinae Archidioecesis, at- tenta dismembratione Paracciae; distinctum, separatimque corpus constituere a Clero Ecclesiae ma- tricis, seu S. Mariae in Caelum Assumptae Collegiatae ejusdem Oppidi; dixit S. Congregatio; na ut erectio distincta Crucis,

aliaque attributa corporis eccle- siastici eidem computant, in *Sipontina dismembrationis Pa- racciae* 11. Junii ad II. Dub.

In ecclesiam Sancti Blasii Montis Milonis Maceraten. Dioecesis Collegiatam in pristinum resti- tutam esse dixit S. Congregatio, quavis communis deficiat Mas- sa cum haec deficientia Cano- nicis tribuenda esse videatur, et interim nonnullis ex Canonicis statuta pensio a P. G. J. salva- tur. Restituta Collegiata canoni- cos teneri ad integram Chorale servitium ad formam Bullae ere- ctionis, dixit eadem S. Congre- gatio, quae provideri voluit quo- tidianis distributionibus ex quar- ta parte fructuum, et quernum- cumque preventium ad formam dictae Bullae in *Maceraten.* 29. Januarii ad I. II. et III. Dub.

Ad D. Secretarium cum SSino ju- xta mentem rescripsit S. Con- gregatio quoad augmentum con- gruae Aemygdio Pauro Plebano Castri Ferretti Anconitanae Di- oecesis apoplexia correpto in *Anco- nitana Congruae* 9. Julii.

## D

Abbatibus Spada veluti quartae digni- tati Metropolitanae Ecclesiae Lu- canae competere jus Missam can- endi diebus solemnioribus, si illam Archiepiscopus non cantet, nec non eundem habere vocem Activam in Capitulo, quando de rebus spiritualibus, et Mixtis aga- tur; non vero si de rebus tan- tum temporalibus, quamvis tunc Capitulo interesse possit, dixit haec S. Congregatio, quia red- itibus Capituli non gaudet, ne- que temporalia onera sustinet; eamque ob causam decrevit quo-

que, ut ad munera Capitularia eligi possit, et illa obire, si spiritualia, et mixta sint, si vero temporalia tum solum poterit cum ad formam Bullae erectionis Abbatiae suae reditus in Massam Capitularem contulerit. Tandem censuit eidem competere jus percipiendi emolumenta legatorum quae post Abbatiae fundationem erecta fuere, in *Lucana Praeeminentiarum*, et *Jurium* 26. *Februarii ad I. II. III. IV. et V. Dub.*

*Distributiones* quotidianas a Francisco Posta Canonico Decano Ecclesiae Cathedralis Alatrinac perceptas, dum erat absens a residentia infirmitatis causa, quamvis absque Apostolico indulto, restituendas Capitulo non esse, imo hoc teneri illius haeredibus praestare distributiones retentas decrevit S. Congregatio, in *Alatrina Residentiae* 9. *Julii ad I. et II. Dub.*

In suppressione Paraeciae S. Martini Civitatis Forolivien. peracta ab Episcopo Mercuriali Prati specialibus ab Apostolica sede facultatibus munito, statutum eodem Praesule fuit, ut bona Paraeciae suppressae post obitum actualis Parochi aliis Paraeciis egentibus ab Ordinario essent applicanda. Anno 1819. Forolivien. Episcopus jussit, ut quatuor Terrulae pertinentes ad Paraeciam S. Thomae, cui assignata fuere bona suppressae Parochialis Ecclesiae Apostolico impetrato indulto Paraeciae suburbanae S. Joan. Baptistae in Vico nuncupat. *de' Cappuccini* traderentur. Hanc *dismembrationem*, et applicationem terrularum approbavit, et confirmavit S. Congregatio in *Forolivien. Dismembrationis*, et *applicationis* 16. *Aprilis*.

Distulit S. Congregatio iudicium super *dismembratione* Paraeciae di *Revigozzo* Placentinae Dioecesis, et respectiva erectione novae Praeciae in Oratorio S. Joannis vulgo di *Bettola*, nec non super assignatione *Dotis* novae Paraeciae, et audiendi decrevit Ministros Datariae Apostolicae quoad impositionem pensionis super Paraecia di *Tavernago*, in *Placentina Paraeciae* 9. *Julii ad I. II. et III. Dub.*

Juxta votum Episcopi esse locam *dismembrationi* Paraeciae di *Revigozzo*, et respectivae novae Paraeciae erectioni in Oratorio S. Joannis vulgo di *Bettola*; dixit S. Congregatio in *eadem* 3. *Septembris ad I. II. et III. Dub.*

Quamvis S. Congregatio denegaverit locum esse constitutioni *dotis* subsidiariae favore Margheritae Filonardi debitae a sodalitate S. Mariae Jacobi, tamen re iterum discussa, scissis Patrum suffragiis, prorogatum fuit iudicium in *Verulana Subsidiij Dotulis* 3. *Septembris ad I. et II. Dub.*

Recedendum vero a decisis, et solvendum esse summam *scut.* 60. tantum infra biennium, et amplius, dummodo res non transeat in exemplum; dixit S. Congregatio in *eadem* 19. *Novembris ad I. et II. Dub.*

## E

Antequam decerneret S. Congregatio, cujus sumptibus recuperanda sit Ecclesia S. Andrae Paleani Praenestinae Dioecesis, prorogavit iudicium, et in executionem praecedentis decreti 27. *Maji* 1820. statuit, ut Eminentissimus Episcopus dignaretur prae-

figere terminum unius Meusis Capitulo ad exhibendum statum activum, et passivum Praebendarum, et Beneficiorum in dicta Ecclesia existentium, nec non ad docendum de erogatione scut. 486. in reparationibus Ecclesiae in *Praenestina Reparationis Ecclesiae 9. Julii.*

Pro nunc satis provisum per Actua-lem Rectorem respondit S. Congregatio petitioni Aloysii Placucci, qua Canonem *emphiteuticum* scut. 191. Beneficii S. Mariae de Slavonia Forolivien. Dioecesis reducendum esse ad scut. 120. postulabat, quia actualis Rector quoad se ad dictam summam scut. 120. jam reducerat canonem in *Forolivien. Reductionis Canonis 6. Augusti.*

Postquam S. Congregatio sententiam distulit quoad aperitionem oris adversus litteras Apostolicas, quae expeditae fuerant favore Cajetani Mensii, et disputationem an hae Apostolicae litterae executioni mandandae essent, vel non; repropo- sita causa censuit intrare arbitrium pro aperitione oris, et ideo non esse locum earum executioni, in *Placentina Executionis litterarum Apostolicarum. 29. Januarii ad I. et II. Dub.*

## F

Ad sequentem Congregationem prorogatum fuit iudicium de majoritate Collegiarum Hispelli Fulginaten. Dioecesis, nec non de jure privato Fontis Baptismalis, et de observantia rescripti S. Congregationis, in *Fulginaten. Fontis Baptismatis 16. Aprilis ad I. II. et III. Dub.*

Quamvis constaret de majoritate Collegiarum Hispelli, et de eorum jure privato *Fontis Baptismalis*; tamen ob peculiare- circumstantias Eminentissimi Patres censuerunt consulendum esse Sanctissimo pro concessione Fontis Paraeciae S. Andreae juxta votum Episcopi, addita lege assistentiae illius Parochi benedictioni Fontis in Collegiatis, et ad mentem, in *eadem 14. Maji ad I. II. et III. Dub.*

Ad Parochum domicilii, nempe SS. Joannis, et Pauli Ariminen. Civitatis spectare jus tumulandi, et percipiendi emolumenta *funeris* Sacerdotis Angeli Barbanti improviso morbo correpti, dum rurali Paroco in audiendis Fidelium Confessionibus opem ferebat, dixit S. Congregatio, quae censuit, non expedire cadaveris exhumationem, et restitutionem, in *Ariminen. Juris tumulandi, et funeris 29. Januarii ad I. II. et III. Dub.*

## I

*Incompatibilia* dixit S. Congregatio esse Beneficia Parochialia in Ecclesiis ruralibus prope Oppidum Montis Milonis Maceraten. Dioecesis sita cum Canonicatu Ecclesiae Collegatae ejusdem oppidi; Quoad dispensationem ab incompatibilitate facto verbo cum Sanctissimo elargiendam, sententiam S. Congregatio prorogavit, et interim scribi voluit Episcopo pro nova informatione super praecisa necessitate, sive temporanea, sive continua in *Maceraten. 29. Januarii ad V; et VI. Dub.*

Re melius discussa quoad assertam *incompatibilitatem Canonici-*

catus Collegiatae Ecclesiae Montis Milonis Maceraten. Dioecesis cum rurali Capellania S. Congregatio recedendum esse a decisio sub die 20. Novembris Anni 1824. dixit: Voluit tamen, ut Canonicus teneretur ad integrum Chori servitium, ideoque provisum esse, quoad dispensationem a SSmo petendam pro utriusque Beneficii retentione in *Maceraten. 19. Novembris ad I. et II. Dub.*

*Jus Nominandi* Rectorem ad Capellaniam Pesci Communitati Camerinen. competere dixit S. Congregatio cum linea Francisci Zampetti extincta, esset: commutationem vero voluntatis facto verbo cum SSmo approbavit, qua jura, et onera ad Capellaniam spectantia, juxta votum Archiepiscopi, Collegio Praesbyterorum S. Mariae de Piazza cedebantur in *Camerinen. Jurispatronatus et Commutationis voluntatis 29. Januarii ad I. et II. Dub.*

Attento continuo, et laudabili quadraginta annorum servitio ab Archidiacono Antonio Cerroni in Collegiata Ecclesiae S. Mariae Frusinonis Verulanae Dioecesis praestito, S. Congr. ei *jubilationem* concessit, in *Verulana jubilatiois 26. Februarii.*

## L

*Legata* pia a Longianensibus relicta quae Dioecetano Seminario addicta erant ab Ariminensi ad Caesenatense Seminarium translata sunt, cum Longiani Oppidum huic Dioecesi unitum fuerit, in *Ariminen. et Caesenaten. Legatorum 29. Januarii.*

Attenta permutatione, seu jurisdictionis translatione Ecclesiarum

SSmi Salvatoris, et S. Peregrini Lucanae Civitatis S. Congregatio censuit, ad Priorem Collegiatae SS. Paulini, et Donati spectare jus adimplendi pium *Legatum* Pompei Sergiusti, nec non ad Ecclesiam dictae Collegiatae transferenda esse onera Missarum, facto verbo cum SSmo, donec cultui restituatur Ecclesia S. Peregrini, in *Lucana Legati 3. Septembris ad I. et II. Dub.*

*Legatum* pium relictum a Sacerdote Dominico Favolini jam Parocho S. Jacobi Faventiae, a Josepho Baraldini possessum, ex voluntate Testatoris Sacerdotalem Ordinem requirere in possessore, decrevit S. Congregatio, cum praescripserit eidem Josepho praefigi terminum arbitrio Episcopi, sive ad suscipiendos Ordines, sive ad dimittendum *Legatum*. Quod si Josephus in termino ab Episcopo praefigendo ad Sacerdotium non ascenderit, tunc *Legatum* pium Ludovico Baraldini illius Fratri deberi dixit eadem S. Congregatio, quae fructuum restitutionem penitus denegavit, in *Faventina Legati 17. Decembris ad I, II, III. et IV. Dnb.*

## M

*Sacra* Congregatio iterum proponi jussit dubium quoad dispensationem *Matrimonii* initi inter Catharinam Desideratam Latour, et Bernardum Laujacq Burdigalen. Dioecesis, in *Burdigalen. dispensationis Matrimonii 26. Februarii.*

Cum de hujus *Matrimonii* non consumatione constaret, S. congregatio praevio recessu a decisio sub die 9. *Februarii* 1822. consulendum SSmo dixit pro sa-

- tionem aeris alieni operis pii Cruciani, antequam stare, vel recedere a decisis decerneret, quoad tertiam Paracciam erigendam in territorio Reinctensi, quod Molis veteris nuncupatur. Superextantibus redditibus dicti operis pii pro dimissione aeris alieni providendum voluit eadem S. Congregatio, quae augmentum congruae Parochis S. Crucis, et S. Petri dicti Territorii denegavit in *Recanaten* 24. *Maji ad I. II. et III. dub.*
- Ad formam sententiae Archiepiscopi Sipontini S. Congregatio erectionem Ecclesiae S. Dominici in *Paracciam* confirmavit, quae spiritali gaudet jurisdictione a Collegiata Ecclesia vici penitus sejuncta, facto verbo cum Sanctissimo in *Sipontina Dismembrationis Paracciae* 2. *Junii ad I. Dub.*
- Sacra Congregatio decrevit, Sacerdotem Franciscum Salviani teneri ad solutionem pensionis favore Caroli de Carlis, quamvis habitum, et Tonsuram Clericalem dimiserit. Verum attempta reddituum tenuitate ad medietatem, nempe ad annua scuta decem pensio reducta fuit, in *Caesenaten. Pensionis* 16. *Aprilis ad I. et II. Dub.*
- Parocho S. Mariae Gaudentium Ferentinae Dioecesis denegavit S. Congregatio deletionem, vel reductionem pensionis scut. 60. cum imminuti non sint redditus post illius acceptationem; imo eundem Parochum teneri dixit persolvere fructus census creati pro fabricae Ecclesiae instauratione. Tandem voluit, ut firma remaneret pensio scut. 60. etiam elapso decennio solvendo a dicto Parocho pro Ecclesiae fabrica, et juxta votum Episcopi providendum esse censuit pro fabrica explenda, et extinguendo censu facto verbo cum Sanctissimo in omnibus in *Ferentina Pensionis et reparationis Ecclesiae* 2. *Junii ad I. II. III. et IV. Dub.*
- Quam Clerus Collegiatae Ecclesiae Caprearum non probaverit suam matricitatem, vel unitatem corporis totius Cleri quemadmodum quassierat S. Congregatio die 22. *Novembris* 1823. declaravit eadem Saer. Congr. Clerum Anacapritanum non teneri interesse divinis officiis, et processibus, tam in accessu, quam in recessu in festis Sanctissimi Corporis Christi, et S. Constantii, quae sunt a Capitulo Collegiatae Caprearum in *Surrentina Processionum* 11. *Junii ad I. II. III. et IV. Dub.*
- Vicario Generali Abbatiae nullius Foripompilii competere habitationem in cubiculis Hospitalis Meldulae, et decretum Sacrae Visitationis exequendum esse ad formam declarationis Ordinarii diei 22. *Augusti* 1824. censuit S. Congregatio, quae statuit, ut ab Hospitali, de quo agitur, solvenda esset procuratio. Quo vero ad executionem decreti Sacrae Visitationis diei 24. *Octobris* 1818. quod rectam Hospitalis administrationem respiciebat distulit Judicium donec novae Visitationis relatio transmitteretur, in *Nullius Foropompilii Sacrae Visitationis* 14. *Maji ad I. II. et III. Dub.*

## R

Cum fundus a Philippo Portio relictus cum onere Missae quotidianae impar omnino sit ad hoc sustinendum onus, S. Congregatio Missarum reductionem concessit ad tot Missas, quot sunt redditus, tradito tamen fundo favore Ecclesiae, et voluit quo-



que, ut Eiscopus transcriptionem curaret. Praeterea absolutionem quoad praeteritas omissiones, attenta haeredis Portii paupertate, facto verbo cum Sanctissimo concessit, imposita arbitrio Episcopi aliqua prece quotidiana ad vitam dicti haeredis, et firma remanente obligatione compensationis in totum, vel in parte, quatenus hic ad meliorem fortunam pervenerit. Tandem praescriptum fuit, ut eidem Episcopo haec resolutio notificaretur, pro illius executione, et Litterae ejus agenti traderentur, in *Fo-rolivien. Absolutionis, et reductionis* 11. Junii ad I. et II. Dub.

Antequam aliquid decerneret S. Congregatio quoad reductionem Mis-sarum a Capitulo Collegiatae Castris Albonae Poleni. Dioecesis petitam differre sententiam, et expectari novum Episcopum, censuit in *Polen. Reductionis Mis-sarum* 6. Augusti.

In ultimo loco decisio, et amplius seu Archipresbyterum Gambetti adigendum esse ad residentiam in Ecclesia S. Petri in cultu Feretranae Dioecesis dixit S. Congregatio, et ad mentem, quae fuit, ut Episcopus pro sua prudentia, et arbitrio curaret Ecclesiae S. Petri in Cultu, et domus Parochialis instaurationem, et supellectilium comparationem collatis etiam Mercatinensium subsidiis, in *Feretrana Residentiae. et dismembrationis* 6. Augusti ad I. II. et III. Dub.

## S

Non constare de legitima causa *separationis Thori* Xaveriae Vassallo ab Antonio Agio Insulae Melitensis, dixit S. Congregatio,

quae praescripsit, ut a viro praestaretur cautio de uxore bene tractanda: pecunias vero solutas vel depositas restituendas viro non esse censuit; quibus responsionibus provisum fuit etiam quoad petitionem praestandi alimenta uxori, et Filiae, aliaque in *Melevitana Separationis Thori* 3. Septembris ad I. II. III. IV. et V. Dub.

Pro Petro Barilani, qui vicesimum aetatis annum agens obiit, Paulum ejus Patrem eligere non potuisse *sepulturam* in Ecclesia S. Bernardini PP. Minor. Observan. seposita Parochiali Ecclesia, dixit S. Congregatio, et ideo censuit, restituenda esse Ecclesiae Parochiali S. Agnetis Ariminen. Civitatis omnia emolumenta, quae occasione funeris Ecclesia tumultans percepit in *Ariminen. Juris tumulandi, et funeris* 9. Julii ad I. et II. Dub.

Censuit S. Congregatio competere Episcopo Tiburtino exercenti functiones in Ecclesia Cathedrali jus utendi vestibus tam Sacerdotalibus, quam Episcopalibus, *supellectili*, vasis, aliisque ornamentis, etiam Arae majoris, ac Throni Episcopalis ad Sacrarium ejusdem Ecclesiae spectantibus. Quo vero ad privatum Sacellum concessit tantum usum pro paramentis necessariis ad functiones Pontificales. Stetit in decisio a Congregatione particulari die 10. Decembris 1743., nempe Episcopum non teneri concurrere cum Canonicis quoad reparaciones ordinarias tantum tam Ecclesiae Cathedralis, quam Sacristiae, quo vero ad expensas pro reficiendis sacris supellectilibus attenta consuetudine Ecclesiae Tiburtinae, dixit S. Congregatio, ut Episcopus per modum consilii in casu renovationis, seu

natione processus, et pro dispensatione Matrimonii rati, et non consummati, *in eadem* 16. *Aprilis*.  
 Hanc sententiam confirmavit, imo consulendum SSmo dixit etiam pro dispensatione ab impedimento criminis, ut in faciem Ecclesiae conjungi possent Catharina Desiderata Latour, et Franciscus Sanguineau *in eadem* 6. *Augusti*.

In decisis sub *die* 20. *Martii*. 1824. quoad secundum dubium tunc propositum standum esse censuit S. Congregatio, nempe Canonicos Collegiatae Ecclesiae B. Mariae Virginis de Misericordia Oppidi Belviderii Senogallien. Dioecesis teneri ad celebrationem *Missae* pro Benefactoribus in genere etiam diebus, in quibus reductum fuit Chori servitium, facta tamen eis potestate, ut iis diebus Missam tantum lectam offerant, *in Senogallien. Fabricae Ecclesiae* 17. *Decembris*.

## P

**A**ttenta Ecclesiarum Seminarii Pergulani exemptione S. Congregatio ad Rectorem Seminarii spectare dixit, ne dum functiones non Parochiales in Ecclesiis ejusdem Seminarii celebrandas, verum etiam functiones mortuarias non Parochianorum, qui tumulandi sint in dictis Ecclesiis, tum in depositionis die, tum in diè tertia, septima, trigesima, et anniversaria. Hinc nullum jus competere *Parocho* in funeris emolumentis, excepta quarta funeraria snorum Parochianorum juxta consuetudinem loci, *in Pergulana* 29. *Januarii ad I. II. III. IV. V. et VI. Dub.*

Decretum Episcopi Reatini, quo Parocho, seu Vicario Curato Ecclesiae Cathedralis confessiones audire in Cathedrali absque permissione Canonice vetuit, servandum non esse censuit S. Congregatio: idem statuit pro erectione altaris occasione conferendi Baptisma nobilibus pueris; verum censuit, ut altare hoc erigatur sumptibus Vicarii Curati, qui veniam petere debeat ab Ordinario. Quo vero ad facultatem, quam Episcopus sibi reservavit Sacerdotem delegandi pro administratione Baptismi, eadem S. Congregatio denegavit sustineri decretum Episcopi, cui dixit, licere eidem uti jure suo hac in re ad formam Ritualis Romani, *in Reatina Jurium Parochialium* 9. *Julii ad I. II. et III. Dub.*

Ad Archipresbyterum, et Primum Collegiatae Ecclesiae S. Andraee Nullius Sublacen: veluti *Parochos* actuales, dixit S. Congregatio spectare stolae delationem in Cadaverum associatione, et Missas cantare, officium peragere, et absolutionem impertire super cadavera. Eademque ratione ad ipsos pertinere statuit publicationes, seu denunciations Matrimoniorum, promovendorum ad Sacros Ordines excommunicationum, et indulgentiarum facere; item in Sabato Sancto domos benedicere, et Missas celebrare pro populo. Canonicos vero primae erectionis non teneri solvere elemosynam Missae pro populo Parochis, cum hi ex officio absque elemosyna illam celebrare debeant, *in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium* 29. *Januarii ad I. II. III. IV. V. et VI. Dub.*

Sacra Congregatio prorogavit iudicium usque ad integram dimis-

reparationis Throni, et paramen-  
torum personae Episcopi Ponti-  
ficalia obeuntis inservientium,  
quatenus reditus Sacristiae non  
sufficiat, concurrat cum Canoni-  
cis, *in Tiburtina Sacrae Su-  
pellectilis 17. Decembris ad I.  
II. et III. Dub.*

## T

*T*ransactionem initam inter Ca-  
nonicum Giacchini, et Clericum  
Mammoli, quoad Capellaniam  
Laicalem sub invocatione B. M. V.  
septem Dolorum, fundatam in  
Collegiata Ecclesia S. Martini Op-  
pidi Montis Luponis, Lauretanae  
Dioecesis probandam esse dixit  
S. Congregatio facto verbo cum  
SSmo, *in Lauretana transactio-  
nis 19. Novembris.*

## U

*S*ententiam distulit S. Congregatio  
quoad petitam unionem quatuor  
Ecclesiarum in Civitate Auxani-  
citerioris Aprutii Lancianen. Dioc-  
cesis in unicam receptitiam nu-  
meratam, ac Praeciae translatio-  
nem in Ecclesiam S. Augustini,  
*in Lancianen Unionis 9. Julii.*  
Lucrum Dotale, et augmentum Do-  
tis favore Rosae Ciccoli, quod  
peregit Matthaes Cirenei Oppi-  
di Montis Falchi, Archidioecesis  
Spoletanae inter debita haeredi-  
taria ejusdem Matthaes non esse

recensendum, quia ex Testato-  
ris dispositione compensatum cen-  
setur cum omnium bonorum  
*usufructu*, dixit S. Congregatio;  
Secus vero censuit quoad debi-  
ta *scut.* 90. 79. ex sumpibus  
funeris proficiscentium, et *scut.*  
55. 80. ob nonnullos censuum  
fructus a Testatore non solutos.  
Quo vero ad alienationem bono-  
rum, pro dimissione aeris alieni  
consulendum esse SSmo dixit S.  
Congregatio juxta votum Archie-  
piscopi, facta favore Ecclesiae  
transcriptione superextantium bo-  
norum haereditariorum, *in Spo-  
letana Alienationis 6. Augusti  
ad I. II. III. et IV. Dub.*

## V

*C*um restituta fuerit ad primae-  
vum Statum Collegiata SSmi Ro-  
sarii Oppidi S. Archangeli Ari-  
minen. Dioecesis S. Congregatio  
censuit ad pristinum statum, et  
primaevam dependentiam a dicta  
Collegiata redire teneri *Vicarios*  
perpetuos, qui cedere debent Ca-  
pitulo bona ipsis assignata. Quoad  
congruam vero judicium distulit  
et voluit, ut scriberetur Episco-  
po, qui transmitteret distinctum  
statum activum, et passivum  
omnium bonorum restitutorum  
favore Collegiatae, comprehenso  
fundo a Parochis cedendo *in Ari-  
minen. 16. Aprilis ad I. II. et  
III. Dub.*

# I N D E X

## C O N C L U S I O N U M

*Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum anni 1825.*

### ABSOLUTIO

Ab oneribus inadimpletis conceditur ob paupertatem gravati pag. 80. §. *Absolutionem*, pag. 271. §. *Si*.

Conceditur quoque si Missarum celebratio fuerit omissa bona fide, et absque culpa gravati, pag. 81. §. *Videant*.

### ADMINISTRATOR

Non expunctis rationibus neque Creditor, neque Debitor est renunciandus pag. 149. §. *Hisce*.

### ALIENATIO

Bonorum Ecclesiæ permittitur ob manifestam utilitatem, pag. 112. §. *Litr*, et pag. 164. §. *Exploratum* Vide *Ecclesia, Transactio*.  
Altera ex justis alienandi causis censetur Creditorum solutio, si ex fructibus dimitti nequeunt, pag. 164. §. *Exploratum* Vide *Ecclesia, Transactio*.

### ALIMENTA

Vide *Separatio Thori*.

### ALTARE

Erigi permittitur pro nobilium Baptismo, pag. 127. §. *Liberam*. Hæc altaris erectio, cum ad Baptismum referatur, Parocho tribuitur, *ibid*.  
Verum permittente Episcopo, pag. 132. §. *Ex*

### APERITIO ORIS

Adversus litteras Apostolicas fraudibus, et mendaciis obtentas conceditur, pag. 168. §. *Adversus*.

Presertim si jus quaesitum alicui est læsum, *ibid*.

### BAPTISMUS.

Episcopus potest per se conferre Baptismum, vel alium sibi benevisum delegare pag. 132. §. *Justitia*. Vide *Altare, Baptismalis Fons, Parochus*.

### BENEFICIUM.

Incompatibilia ob qualitatem servitii dici nequeunt beneficia, quibus propter discontinuam residentiam potest commode provisus deservire, pag. 207. §. *Canonium*.

Namque incompatibilitas oritur presertim ob residentiam utroque in beneficio eodem tempore necessariam pag. 207. §. *Verum*.

Quomodo Capellanæ vera Beneficia evadant indicatur pag. 189. §. *Capellanas, et seq*.

Vide *Ecclesia, Patronus, Pensio*.

### BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Laudum, ut compromittentium successores afficiat Apostolico indi-

get Beneplacito pag. 75. §. *Nihil.* Vide *dignitas, Supellex, Testes.*  
 Præsertim si illud pronunciauerit,  
 qui jurisdictione non polleat in-  
 compromittentes, *ibid.*

Beneplacitum Apostolicum non præ-  
 sumitur, nisi literæ exhibeantur,  
 pag. 266. §. *Notandum.*  
 Vide *Alienatio, Transactio.*

### CADUCITAS.

In quouis dubio omnis interpretatio  
 est capienda, quæ caducitatem  
 eliminat pag. 225. §. *Inde.*

Imo erronea credulitas, et levis  
 etiam, ac fatua causa caducita-  
 tem eliminat, *ibid.*

Quia hæc gravissima pœna tunc  
 est infligenda, cum nulla adsit  
 ratio illam evadendi. *Ibid.*

### CAMPANÆ

Necessariæ sunt in Ecclesiis Paro-  
 chialibus, saltem duæ, pag. 125.  
 §. *Rursus.*

### CANONICI

Qui cura habituali gaudent, curam  
 actualem invitis Parochis exerce-  
 re nequeunt, pag. 4. §. *Rursus.*

Iis tantum, qui intersunt, debentur  
 distributiones quotidianæ pag.  
 151. §. *Quotidianas.*

Quando justæ et legitimæ adsunt  
 absentiae causæ Canonici nedum  
 fructus præbendæ, sed ipsas quo-  
 tidianas percipere debent distri-  
 butiones, pag. 41. §. *Quod.*  
 152. §. *Distributiones.*

Quædam ex his Causis enumeran-  
 tur pag. 41. §. *Quod.*

Canonici aliique addicti choro tan-  
 quam præsentibus habentur, si  
 Missam de licentia superioris in  
 propria Ecclesia celebrent, pag.  
 125. §. *Præterea.*

### CANONICI.

Infirmas non opitulatur absentia a  
 loco residentiae pag. 152. §. *Ne-  
 que.*

Etiam si coadiutorem habeat, *ibid.*  
 Excipitur casus, quo quis infirmetur  
 legitimæ absentiae tempore,  
 pag. 153. §. *Canonicum, et seq.*

### CAPELLANIA

Laicalis, vel ad nutum amovibilis  
 non subest regulis Beneficialibus,  
 pag. 56. §. *Nova.*

Ideo Patronis nullum est præstitu-  
 tum tempus ad nominandum,  
*ibid.*

Imo eis permittitur etiam penden-  
 te lite nominationis variatio,  
*ibid.*

### CARDINALES.

Peculiare privilegium S. R. E. Car-  
 dinalium est, ut ipsorum asser-  
 tionibus plena fides habeatur,  
 etiamsi literas non exhibeant,  
 pag. 266. §. *Notandum.*

### CLAUSULÆ

In medio posita ad antecedentia  
 nou ad subsequencia sunt refe-  
 renda pag. 17. §. *Neque.*

Præsertim si antecedentia sint ge-  
 neralia, et amplissima, subse-  
 quentia specialia, *ibid.*

Clausula sine alterius præjudicio,  
 neminem lædere interpretanda,  
 pag. 18. §. *Inde.*

Clausulæ generales, et amplissimæ  
 nullam limitationem admittunt,  
 pag. 21. §. *Eoque.*

## CLAUSURA.

Cœnobitæ ad Clausuram servandam tenentur ex Summorum Pontificum Constitutionibus, pag. 11. §. *Addunt.*

## CLERUS.

Sæcularis universus sub unica Cathedralis Cruce incedere debet in processionibus, pag. 72. §. *nullum*

Verum si promiscue incedat, vel in Choro sedeat, æqualitas arguitur dignitatis, pag. 74. §. *Cleri.*

Sæcus si in incedendo, et in sedendo unius Ecclesiæ Clerus distincto, et honorifico gradu gaudeat pag. 77. §. *Unitas.*

A civitate longe distans, et degens in loco, ubi distinctam habet plebem, cogi non potest ad interessendum processioibus, quæ fiunt in distantia Parœcia, pag. 77. §. *Quod.*

Vide *Processio.*

## COADIUTOR.

Vide *Congrua, Parochus.*

## COEMETERIUM

Vide *Parochus.*

## CONFESSARIUS

Adire debet Rectores Ecclesiarum, in quibus Sacramentum Pœnitentiæ administrare cupit, pag. 130. §. *Argumentis.*

## CONFIRMATIO

Ad illud non extenditur, quod in confirmatis litteris non includitur pag. 103. §. *Independens.*

## CONGRUA

Debetur animarum pastoribus pag. 51. §. *Congruam.* pag. 135. §. *Compertum.*

Ad annua scuta 100. pertingere debet, ut sit sufficiens ad honestam Parochi sustentationem *ibid.* et pag. 63. §. *Quoad.* pag. 87. §. *Praebenda,* pag. 135. §. *Compertum.*

Et saltem ad Scuta quinquaginta, si de Vicariis perpetuis sermo sit, pag. 59. §. *Quod,* et pag. 63. §. *Quoad.*

Si inminuti sint redditus, providendum pro congrua augenda, pag. 64. §. *Parochus.*

Parochis Coadjutoribus assignari debet ex fructibus Parœciæ, et si desint Parochiani compelli possunt ad congruam suppeditandam, pag. 135 §. *Compertum,* et seq.

Ut congruam consequi possit Parochus, pensiones reduci, vel extinguere possunt, pag. 136. §. *Animadvertit.* Vide *Pensio.*

## CONSUETUDO

Rationabilis, et legitima legem humanam, etiam Canonicam præscribit, pag. 2. §. *Jam.* pag. 203. §. *Consuetudini.*

Præsertim in præminentiarum, et jurisdictionis controversiis pag. 2. §. *Jam,* et pag. 19. §. *Consuetudinem.*

Consuetudo præter legem decennio inducitur, cit. pag. 2. §. *Rationabilis.*

Quadragesima annorum satis est si de consuetudine adversus Ecclesiasticas constitutiones agatur *ibid.*

Centenaria consuetudo præsumptionem inducit privilegii, et indulti Apostolici, *ibid.* et pag. 19. §. *Consuetudinem,* pag. 76. §. *En imvero*

Præsumptio tamen corrui, si pateat titulus unde processit consuetudo pag. 146. §. *Patrimonii*.

Inmemorabilis consuetudo per literas apostolicas non obrogatur, nisi eidem nominatim derogetur pag. 3. §. *neque*. Maximam vim habet in decimarum materia pag. 260. §. *Quæ*, pag. 146. §. *Patrimonii*.

Contrarium suadet, pag. 5. §. *Nec*. Nulla consuetudo jura Parochialia potest infirmare, ut pag. 5. §. *Minus*.

Decreto irritanti contrariam consuetudinem induci prohibitum est pag. 25. §. *Consuetudinem*, pag. 203. §. *Verum*.

Consuetudo, quæ foundationis legem evertit abusus, et corruptela dicitur, pag. 24. §. *Nulla*.

Plurimi facienda est consuetudo, si agatur de restauratione Ecclesiarum, pag. 203. §. *Consuetudini*.

Ut legitima habeatur requiritur frequentia actuum, qui ad aliam causam referri nequeant, pag. 203. §. *Verum*.

### CONTRACTUS

Correspectivus ita est constitutus, ut corruente uno ex correspectivis, alterum quoque corruat, pag. 147. §. *Cum*.

Contractus, qui Jus tertii lædit non est probandus, pag. 24. §. *constare*, pag. 264. §. *Transactio*.

Neque contractus, qui detrimentum Ecclesiæ secumferat, probari meretur, pag. 212. §. *Assertit*. Vide *Ecclesia*.

### CORRESPECTIVITAS.

Vide *Contractus*.

### C R U X.

Vide *Ecclesia*, *Processio*.

### D E C I M Æ

Debentur Parocho, qui Sacramenta et aia divina ministrat pag. 261. §. *Decimas*.

Neque ab hujusmodi onere quisquam liberatur, nisi justo aliquo titulo, aut ipso jure, et specialiter sit exemptus, *ibid*.

Qui Romæ degit exemptus ab onere solvendi decimas Sacramentalibus Parocho proprii domicilii extra Urbem dicitur; *ibid*. Vide *consuetudo*.

### D E L E G A T I O.

Absolute negotio, delegati cessat jurisdictio, pag. 29. §. *Verum*.

### D E R O G A T I O.

Vide *Consuetudo*.

### D I G N I T A S.

Dignitatem constituunt administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione, nomen cum prærogativa tam in Choro, quam in Capitulo, et quod de consuetudine habeatur pro dignitate pag. 17. §. *illud*.

Missas diebus solemnioribus impedito vel nolente Episcopo canere, ad Capituli dignitatem spectat, pag. 16. §. *Ultero*. pag. 21. §. *Eoque*

Post dignitates Canonicis ordine antianitatis servato jus est canendæ Missæ pag. 17. §. *Illud*.



# INDEX CONCLUSIONUM

287

## DISMEMBRATIO.

Vide *Paræcia*.

## DISPENSATIO.

Vide *Matrimonium*.

## DISTRIBUTIONES.

Vide *Canonici*

## DONATIO

Eiam jurispatronatus irritatur ob filiorum supervenientiam, et insinuationis defectum pag. 33. §. *Expositis*; et pag. 37. §. *Irritam*.

Actio rescindendæ donationis iisdem subest regulis, quibus quærela de inofficioso testamento, cit pag. 33. §. *Nec*.

Causa donationis impulsiva est amor erga fratres pag. 37. §. *Donationem*

Donatio favore extranei jurispatronatus familiaris, aliis existentibus patronis ejusdem familiæ, ipso jure resolvitur, *ibid.*

## D O S.

Non decidunt jure suo puellæ, quæ congruo tempore dotem sibi debitam postularunt, quamvis nupserint, antequam Dotem perceperint, pag. 195. §. *Neque*.

Præsertim si cum Testatore sanguine sint conjunctæ. *ibid.*

Et paupertate laborent, *ibid.*

Imo ex præsumpta testatoris voluntate ceteris sunt præferendæ, *ibid.* Vide *Origo*.

## DOTALE LUCRUM

Inter hæreditaria debita conjugis de-

functi adnumeratur pag. 163. §. *Nullam*.

Est Debitum voluntarium, si ex contractu nuptiali proficiatur, *ibid.*

Debitum voluntarium non censetur compensatum cum legato usufructus, *ibid.*

## ECCLESIA

Equitatis Mater, ac Justitiæ cultrix non debet locupletari cum aliena Jactura, pag. 179. §. *Profecto*.

Omnis Pactio, quæ detrimentum quodcumque afferat Ecclesiæ absque beneplacito Apostolico iniuriæ acquit, pag. 239. §. *Misce*.

Ecclesia jure minorum gaudet pag. 266. §. *Notandum*.

Parochialis dicitur, si Sacramenta in ea conferantur, pag. 129. §. *At*.

In eadem Ecclesia plura erigi possunt Beneficia, alia simplicia, aliud Curatum, pag. 130. §. *Imo*.

Si in Sacello erectum sit beneficium Curatum, in hoc tantummodo, non in reliqua Ecclesiæ parte Parochiales functiones exerceri possunt, *ibid.*

Instauranda est ex fructibus, et proventibus ad eam quomodolibet pertinentibus, pag. 87. §. *præterea*, et pag. 147. §. *Ubi*.

Vel ex redditibus Paræciæ, aut Beneficiorum ad Paræciam spectantium, pag. 88. §. *Animadvertendum*, pag. 147. §. *Ubi, et seq.*

Per medias annatas Beneficiorum Ecclesiæ mantentioni consulitur pag. 148. §. *Verum*.

Ecclesiæ tumultantis Crux erigitur in funeribus, pag. 107. §. *Neque*. Vide *Consuetudo, Crux, Sive pellex*.

## EMPHITEUSIS.

Gravis Canon solvendus non est, quando vel nulli, vel modici colliguntur fructus, pag. 179. §. *De*

Hinc ob imminutos fructus fundorum canonis reductio est indulgenda, *ibid.*

Ve una extat dispositio juris, quæ integer canon solvendus sit, pag. 1<sup>o</sup> §. *Integrum.*

Cum omne damnum ad Emphyteutam perineat, *ibid.*

Sive res Emphyteutica deterior fiat, sive ex parte pereat, *ibid.*

### E P I S C O P U S.

Vide *Baptismus*, *Paræcia*, *Pensio*, *Supellex.*

### F A B R I C A.

Vide *Ecclesia.*

### F O N S B A P T I S M A L I S

Ex veteri disciplina Ecclesie in Cathedrali tantum erat, pag. 131. §. *Alteram.*

Hujusmodi fontis benedictio signum est jurisdictionis in eumdem fontem, pag. 131. §. *Neque.* Vide *Atare.*

### F R U C T U S

Tanquam accessiones sortem sequuntur, pag. 170. §. *Fructus.*

Mala fide percepti restitui debent, *ibid.*, pag. 224 §. *Parochi.*

E contrario bona fide percepti, et consumpti non sunt restituendi pag. 226. §. *Fructuum.*

Fructus soluti ultra legitimum debitum in sortis imminutionem supputantur, pag. 239. §. *Addit.* Vide *Requisita Castrensia.*

### F U N D A T I O.

Foundationis leges Religiose servandæ sunt, pag. 108. §. *Verum.* Vide *Consuetudo.*

### F U N U S.

Funeris expensæ ex hæreditaria substantia detrahuntur pag. 162. §. *Hæreditariorum.*

Vide *Parochus.*

### H Æ R E S

Qui legatum accipit testatoris voluntatem implere tenetur, pag. 163. §. *Cum.* Vide *Reductio.*

### H O S P I T A L E

A qualibet servitute immune est renunciandum, pag. 94 §. *Enim.*

In sacra visitatione Ordinarius tanquam Apostoli æ sedis Delegatus jus habet statuta corrigendi, novæque sancienti, pag. 98. §. *Capitula.*

Nec non statuenda ea quæ ad rectam conducunt administrationem, *ibid.* Vide *Procuratio.*

### I N C O M P A T I B I L I T A S.

Vide *Beneficium.*

### I N T E R P R E T A T I O

Vide *Canducitas.*

### J U B I L A T I O.

Jubilationis indulto donantur, qui continuum, et laudabile servitium quadraginta annorum Ecclesie præstitunt, pag. 40. §. *Canonicos.*

Nonnullæ enumerantur absentie causæ, ob quas tempus quadraginta annorum pro jubilatione assequenda non interrumpitur, pag. 41. §. *Quod si.*

Qui Jubilatione gaudent, dum oportet, ad Chori servitium revocantur.

ri possunt ab Episcopo, pag. 45.

c. Si.

Vide *Canonici Testes.*

JURISDICTION.

Vide *Consuetudo.*

J U S.

Nemo juri suo, cedere præsuntur pag. 183. §. *Quæstio.*

Ideo actus abdicativi strictissimi juris sunt, *ibid.*

Neque ad alia extenduntur, quam ad ea, quæ speciatim fuerint expressa, *ibid.*

JUSPATRONATUS.

Reservatio juris patronatus adversatur dispositioni juris, quæ libertati favet Parochiæ, pag. 70. §. *Major.*

JUS QUÆSITUM.

Nulli dicitur quæsitum jus, quod adhuc incertum manet, an sit concedendum, pag. 171. §. *Nihilque.*

Vel si non adsit litis contestatio, *ibid.* Vide *aperitio oris, Contractus, Litteræ Apostolicæ, Translatio.*

L A U D U M.

Vide *Beneplacitum.*

L E G A T U M.

Vide *Dotale Lucrum.*

L E X.

Vide *Consuetudo.*

L I S.

Ad Lit's pendentiam requiritur actus citationis, pag. 171. §. *Nihilque.* Vide *jus quæsitum, Transactio.*

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

Jus quæsitum non censetur sublatum nisi litteræ Apostolicæ expresse eidem derogaverint, pag. 169.

§. *subdit, et pag. 191. §. Igitur.*

Qualitas extrinseca opus non est, ut unum Pontifici significetur, pag. 171. §. *Imo.* Vide *aperitio Oris.*

M A T R I M O N I U M

Ratum, et non consummatum solo conjugum consensu Pontifice annuente dissolvi potest, pag. 28. §. *Quod.*

An abalienatio animorum, absque ulla reconciliationis spe legitimam suppeditet dispensationis causam, *ibid. et pag. 31. §. Quoad.*

In dispensationis Judicio regidæ, et severæ non requiruntur probationes, pag. 26. §. *In sum-*

*mario.* Hanc praxim S. Penitentiaria tenuisse dicitur, *ibid.*

Verum hæ probationes non consummationis graves, perspicuæ et superabundantes esse debent, pag. 29. §. *Allatas, et pag. 31. §. Quoad.*

Præsertim si conjuges sub eodem tecto steterint, *ibid.*

Nonnulli asserunt in foro externo unum Conjugum juramentum septima manu roboratum in dispensationis judicio satis esse, pag. 26. §. *In Summario.*

Contrarium dicitur, quia Conjuges aliquando colludere possunt, pag. 29. §. *Allatas.*

O O

Aliqui Canonistæ putant a temporis diuturnitate majorem non sequitæ consumationis probationem haberi posse *pag. 28. §. Pe-titæ.*

Verum ex diuturno silentio doli, fraudisque suspicio ingeritur, *pag. 30. s. Hanc.*

Mulieris juramento defertur, si per aspectum corporis virginitatem ostendat, *pag. 30. §. Hanc.*

Ad Matrimonium dispensandum mulieris arctitudo, quæ humano modo superari non possit, probanda est, *pag. 31. §. Quoad.*

Mulier, quæ a primo viro cognosci non valuit, non est ei restituenda si aliis iuris nuptiis primo viro apta reddatur, *ibid.* Vide *Separatio Thori*

#### MEDIA ANNATA.

Vide *Ecclesia.*

#### M I S S A.

Missa Conventualis ad omnes, qui Choro addicti sunt, per turnum spectat, *pag. 191. §. De.*

Ejus eleemosina ex Massa distributionum desumenda est, *ibid.*

Hæc Missa quotidie pro Benefactoribus in genere est applicanda *pag. 228. §. Juxta.*

Sublata quacumque contraria, etiam immemorabili consuetudine, *ibid.*

Verum, ob paucitatem Capitularium ad dies festos tantum aliquando reducitur, *pag. 229. §. Perpendendum.*

Eadem reductio conceditur, si tenues sint præbendæ, *ibid.*

Vide *Absolutio Dignitas, Reductio, Translatio.*

Translatio Missarum de una ad aliam Ecclesiam numquam conceditur, nisi adsit necessaria causa, *pag. 232. §. Jussit.*

#### M O R A.

Moræ purgatione ex æquitate canonica, nemo privari potest, *pag. 225. §. Verum.*

#### O B R E P T I O.

Vide *litteræ Apostolicæ.*

#### O R I G O.

Eodem jure utitur, qui ortum habuit in aliqua Civitate, quam qui originem tantum ducit ab illius loci Cive, *pag. 195. §. Mar-garita.*

Hoc præsertim locum habet in puellis ad dotem recipiendam vocatis *ibid.*

#### O R I S A P E R I T I O.

Vide *Aperitio Oris.*

#### P A R C C H I A L I A J U R A.

Vide *Consuetudo, Parochus, Quarta.*

#### P A R O C H U S

Fructibus Paræciæ privari nequit, nisi ex legitima causa, *pag. 58. §. Vicarios.*

Parochus, qui jurisdictione pollet in sua Paræcia, separatimque habet territorium Crucem erigere potest in casibus a jure permissis *pag. 107. §. Contendit.*

Funeris emolumenta Parochis tribuuntur, ut officio curæ, et Sacramentorum administrationi incumbant, *pag. 115. §. Jus.*

Ideoque in propria Ecclesia Parochiali defuncti debent sepeliri, *ibid.*

Nisi habeant majorum sepulcrum, vel aliam sibi elegerint sepulturam, *ibid.*

Filius familias, dummodo pubes sit absque consensu Patris sepulturam potest eligere, *pag. 116. §. Paulum.*

Vide *Altare, Canonici, Congrua Ecclesia, Quarta, Sepultura, Vicarius.*

Nequit vero Pater puberi Filio sepulturam eligere, *ibid.*

Que facultas illi conceditur pro filio tantum impubere adhuc vivente, *ibid.*

Cemeteriis noviter constructis sublatum non fuit jus emolumentum percipiendi, nec jus peragendi exequias, *pag. 116. §. Animulvertendum.*

Parochus etiam in alieno territorio suorum Parochianorum Confessiones audire potest, *pag. 126. §. Observantiam.*

In propria Ecclesia parochiali extraneorum confessiones excipere valet, *pag. 126. §. Quo.*

Que consuetudo juris communis naturam induit, *ibid.*

Parrocho, sen Vicario perpetuo jus est privativum conferendi Baptismum, *pag. 127. §. Similiter.*

Nec fas est Episcopo sine gravi causa hanc collationem Parochis auferre, *ibid.*

Cum jura Parochialia pervetere, non liceat, *ibid.*

Parochis infirmis Coadjutor dandus est, *pag. 135. §. Compertum.*

P A R Æ C I A

Semper præsumitur libera, *pag. 72. §. Matricitatem.*

Nisi ostendatur ab alia Ecclesia prodisse per dismembrationem, ac dotationem, *ibid.*

Deficientibus tabulis dismembrationis, et dotationis alia signa, et

monumenta clara, et perspicua sint oportet *ibid.*

Ut ad diversam causam referri nequeant, *ibid.*

Si est Baptismali fonte insignita, si in ea functiones Parochiales exercentur proprio Jure a Parocho, immunitas censetur ab alterius Ecclesie subjectione, *pag. 74. §. Templum.*

Ecclesie, a qua fuit dismembrata aliquem honorem exhibere debet. *pag. 76. §. Profecto.*

Novam Paræciam constitinere possunt Episcopi, ob populi necessitatem, aliasque causas, que habentur. *pag. 62 §. Tridentina, et §. Deneganda, et pag. 105. §. Coadiutores.*

Vide. *Jus patronatus, Sepultura.*

Denegatur dismembratio, si animarum utilitati, et divini cultus splendori detrimentum afferat, aliasque ob causas, que enumerantur in *pag. 109. §. Enim.*

P A T R O N U S

Post expletam donationem non tenetur ad illius supplementum in casu ejus diminutionis, vel preemptionis, *pag. 147. §. Quod.*

Sed periculo Ecclesie damnum cedit *ibid.*

Qui unus omnibus a fundatore statutis gaudet prerogativis etiam invitis patronis in beneficii institutione est præferendus, *pag. 169. §. Cum.*

Etiam si alter a patronis fuerit præsentatus *ibid.*

Cum ille ab ipso fundatore nominatus censetur, *ibid.*

Beneficiatus a patronis omnibus nominatus, et ab Episcopo magis idoneus renunciatus, uti dignior est habendus *pag. 171. §. Imo.*

Vide *Ecclesia, Reductio.*

Patrono inopi subvenitur per suspensionem nominationis, vel per administrationem Beneficii, pag. 256. §. Patronos.

Inopia respectiva, et non absoluta sufficit, pag. 257. §. in dubium.

### P E N S I O.

Ab Episcopo beneficia conferente jure ordinario pensiones imponuntur ad vitam titularis gravati, et consentientis, pag. 47. §. Communis.

Verum pensiones Ecclesie non conceduntur ex stilo. et observantia Curie, nisi Clericis cum exercitio, seu Privilegio clericali, *ibid.*

Limitatur si pensio non excedat senta sexagiuta, pag. 48. §. Pensionem.

Pensionis onus ita grave esse non debet, ut congruam titulari sustentationem detrahat, pag. 48. §. Addit.

Nec dimidiam beneficii reituum partem excedere potest, *ibid.* et pag. 49. §. Præterea.

Pensio a Parocho accepta, et per plures annos soluta excludit querelam de congruæ deficientia, si redditus non sint imminuti, pag. 87. §. Præbende. Vide. Congrua.

### P E R M U T A T I O.

In permutatione magis, quam in transactione requiritur inter contrahentes æquitas, pag. 183. §. De.

Juxta permutationis causa est controversiarum finis, pag. 184. §. Perpendendum.

Vide Translatio.

### P R Æ E M I N E N T I A.

Vide Consuetudo.

### P R Æ S C R I P T I O

Deest, si contrariis actibus interrupta fuerit, pag. 95. §. Neque.

### P R Æ S U M P T I O.

Vide Consuetudo.

### P R O B A T I O N E S

Perspicuos, et firmiores esse debent, si de graviore onere imponendo agatur, pag. 71. §. Anacapritani.

### P R O C E S S I O.

In Processionibus quilibet Clerus suam erigere potest Crucem, et sub ea incedere, pag. 107. §. Neque.

Capellani, et Coadjutor Ecclesie succursalis unum corpus constituunt cum Ecclesia matrice, pag. 110. §. Negat.

Ideoque erigere nequeunt propriam Crucem *ibid.* Vide, Ecclesia.

### P R O C U R A T I O.

Beneficia omnia, locaque pia procuracionem Episcopo visitanti tenentur præstare, pag. 95. §. Procuracionem.

Eximuntur ab hoc onere Hospitalia, *ibid.*

Nec non alia pia loca ad pauperum levamen erecta, *ibid.*

Non desunt auctores, qui contrariam tenent sententiam, pag. 97. §. Nosocomium.

Si Nosocomio adnexa sit Ecclesia a procuratione eximi nequit, pag. 98. §. *Neque*.

Adversus procurationem nulla induci potest præscriptio pag. 97. §. *Nosocomium*.

In procuratione solvenda plurimi facienda est observantia, pag. 98. §. *Neque*.

#### QUARTA FUNERALIS

Competit Parocho super funeribus, quæ in aliena Ecclesia, etiam Regulari peraguntur, pag. 118. §. *Igitur*.

Quartæ nomine venit medietas, vel alia pars juxta consuetudinem Diocesis omnium emolumentorum, quæ Ecclesia tumultans percipit, pag. 115. §. *Si*.

#### R E D U C T I O

Missarum conceditur attentata obligati paupertate, pag. 80. §. *Paupertas*.

Nec non ob imminutos, aut deficientes fundorum redditus, pag. 80. §. *Paupertas*, et pag. 81. §. *Præterea*, pag. 177. §. *Imminutis*.

Denegatur reductio onerum a Testatore impositorum, si hæreditas, absque beneficio legis, et inventarii adita sit, pag. 81. §. *Verum*.

Denegatur quoque, si de oneribus accepto habitis agatur, *ibid.*

Reductionis reductio denegatur, pag. 176. §. *Reductioni*.

Denegatur quoque, si redditus, quamvis imminuti pares tamen sint oneribus, pag. 234. §. *Animadvertendum*.

Potius alia onera, quam Missæ reducuntur, *ibid.* pag. 234. §. *Animadvertendum*.

Nisi agatur de necessario servitio Chori, *ibid.*

Onera reducuntur, ut patrono inopi subsidia necessaria præstentur, pag. 253. §. *Verum*, pag. 257. §. *Si*.

Etiamsi patronus non sit de familia Testatoris, *ibid.*

Verum ad tempus hæc reductio conceditur, pag. 234. §. *Quod*.

Reductio, et absolutio denegatur, si fide non bona obligatus se gesserit, pag. 235. §. *Quoad*.

Vide *Translatio*.

#### REQUISITA CASTRENSIA.

Ex pecunia fructus percipi possunt legitime unciatis Castrensibus requisitis, pag. 241. §. *Rectissime*, et seq.

#### R E S I D E N T I A.

Vide *Canonici*.

#### S E V I T I Æ.

Vide *Separatio Thori*.

#### SEPARATIO THORI

Non permittitur, nisi adsit vitæ periculum, aut grave damnum, pag. 198. §. *Mulier*.

Minæ damni inferendi tanquam justa separationis causa non habentur, *ibid.*

Sevitæ excluduntur ex longa, atque tranquilla conjugum cohabitatione, pag. 199. §. *Sevitæ*.

Aliqua præstita cautione consulitur conjugum, ne illi malum inferatur, *ibid.*

Mulieri a viro injurio separatæ non debentur alimenta, pag. 200. §. *Infert*.

#### S E P U L T U R A.

Jus tumulandi cadavera solummodo



ad Parochiales Ecclesias antiquitas pertinebat, pag. 115. §. *Jus*.  
Vide *Parochus*.

## SERVITUS

Pacto, Testamento, præscriptione probari debet, pag. 54. §. *Enim*.

## SUBREPTIO.

Vide *Aperitio Oris*.

## SUBROGATIO.

In subrogatum omnia transeunt jura, et onera ejus, in cujus locum subrogatur, pag. 3. §. *Neque*.

## SUBSIDIUM DOTALE.

Vide *Origo*.

## SUELLEX.

Jus est Episcopis utendi Sacrarum suppellectilibus, si quartam partem redditum mensæ in Sacrarum mantentionem impendant, pag. 249 §. *Canonorum*.

Vel si Sacrarum necessariis proveniunt sit suffultum, *ibid*.

Vel si legitima, et Episcopis secunda vigeat consuetudo, *ibid*; et pag. 251. §. *Idem*.

Episcopi est Thronum, seu sedem Episcopalem ornare, pag. 250. §. *Neque*.

Verum si in Sacrarum copia est paramentorum, Episcopus eis uti potest tum in Ecclesia Cathedrali; tum in privato Sacello sacras exercens functiones, pag. 150. §. *Episcopi*.

Si Episcopo nulli supersint redditus, neque ad ordinarias, neque ad extraordinarius pro Ecclesia, et

Sacristia expensas adigi potest, pag. 251. §. *Idem*.

Sed ad eas tenentur Canonici, alique fructus ex Ecclesie censu percipientes, *ibid*.

## TESTAMENTUM.

Querela de inofficioso Testamento quinquennio perimitur, pag. 33. §. *Nec*. Vide *Donatio*.

## TESTES.

Canonici pro consocio rite testes adhibentur, pag. 40. §. *Canonicos*. Præsertim si ex eorum testimonio, aliquid incomodi sentiant, *ibid*.

## TRANSACTIO

Est species alienationis, pag. 264. §. *Transactio*.

Ideoque de rebus Ecclesiasticis, absque beneplacito Apostolico iniri nequit, *ibid*.

Probanda est, quando vexationes, et disidia adhuc duratura sustulit, pag. 211. §. *Quædam*, pag. 266. §. *Hæc*, pag. 270. §. *Probanda*.

Cum Transactio ad lites eliminandas fuerit a jure inventa, *ibid*.

Transactio, quæ uni tantum parti utilitatem affert, irrita est, pag. 239. §. *Addit*, pag. 271. §. *Obstare*.

## TRANSLATIO

Onerum justa, et rationabili intercedente causa conceditur, pag. 185. §. *Quod*.

Jurisdictionis permutatio juxta translationis causa dicitur, *ibid*.

Conceditur quoque attentio consensu præstito ab interesse habentibus, pag. 185 §. *Præterea*.

Denegatur vero, si testatoris voluntas obstet, pag. 186. §. *Verum*. Etiam si non sit expressa, sed tu-

## INDEX CONCLUSIONUM

295

mulatione ejus cadaveris praesumatur, *ibid.*  
Denegatur quoque, si jura tertii laedantur, *ibid.*  
Vide *Missa*.

### VICARIUS

Perpetuus est verus Parochus, et curam Animarum independenter a Capitulo gerit, pag. 58. §. *Vicarios*.  
Vide *Congrua*, *Parochus*.

### VISITATIO.

Visitoris decreta nullius roboris sunt, si juris non adhibeat Solemnitates, pag. 94. §. *Ait*.  
Vide *Procuratio*.

### VOLUNTAS

Testatoris religiose servanda est, pag. 211. §. *Obstare pag. 224.*  
§. *Testatorum*, pag. 232. §. *Jussit*.  
Immutari nequit, si obstet dispositio testatoris, etiamsi commutatio in melius esset, pag. 257. §. *Verum*.  
Nisi concurrat justa causa, pag. 232. §. *Jussit*, pag. 257. §. *Verum*.  
Nisi certum tempus a Testatore fue-

rit indultum, ejus voluntas, quam celerrime est adimplenda, pag. 224. §. *Testatorum*.

Ex rerum adjunctis, atque ex dispositioni sine potius, quam ex verborum cortice Testatoris voluntas est colligenda, pag. 224. §. *Testatorum*.

### UNIO

Non facile conceditur, pag. 141. §. *Exploratum*.  
Nisi adsit militas, aut necessitas Ecclesiae, pag. 141. §. *Locum*.  
Utilitas est opportunitas locorum, qualitas temporis, deficientia redditus, aliaque hujusmodi, *ibid.*, et seq.  
Extinctiva perimit unius Ecclesiae jura, pag. 124. §. *Fallerinius*.  
Sed Ecclesiae unitae status non mutatur, si unio subjectiva sit, et accessoria, pag. 129. §. *At*.

### USUSFRUCTUS

Omnium bonorum haeres usufructuarius non tenetur aere proprio, vel ex haereditatis fructibus defuncti creditores dimittere, pag. 164. §. *Exploratum*.  
Si dimiserit, solutas pecunias, repetere potest, *ibid.*  
Vide *Dotale Lucrum*.

F I N I S



**THESAURUS  
RESOLUTIONUM  
SAC. CONGR. CONCILII**

QUE CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,  
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

**MUNUS SECRET. EJUSDEM SAC. CONGREG:**

**O B E U N T E**

**R. P. D. JOSEPHO ANTON. SALA**

**P R O D I E R U N T**

**I N C A U S I S S U B A N N O 1826.**

**P R O P O S I T I S**

**EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,  
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS  
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.**

**T O M U S L X X X V I .**

**T R I P L I C I**

**I N D I G E L O C U P L E T A T U S**

---

**R O M A E M D C C C X X V I I .**

---

Typis Vicentii Poggioli Rev. Cam. Apost. Typographi

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896

1897

1898

1899

1900

1901

1902

1903

1904

1905

1906

1907

1908

1909

1910

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930

1931

1932

1933

1934

1935

1936

1937

1938

1939

1940

1941

1942

1943

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

# I N D E X

III

## ALPHABETICUS CAUSARUM

*Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1826. per Dioeceses dispositus*

---

### A

- A**latrina 23. Decembris *pag.* 275.  
Albanen. Præcedentiæ 22. Julii *pag.* 172.  
Alben. Præbendæ Parochialis 16. Septembris *pag.* 221.  
Ariminen. 22. Aprilis *pag.* 100.  
Ariminen. et Caesenaten. Juris quæstuandi 22. Aprilis *pag.* 98.  
Assisien. et Maceraten. Professionis fidei 25. Februarii *pag.* 27.

### B

- B**alneoregien. Beneplaciti Apostolici 17. Junii *pag.* 148.  
Bononien. Absolutionis et reductionis 26. Augusti *pag.* 200.  
Bononien. Applicationis reductionis et translationis Missarum 16. Septembris *pag.* 223.  
Bononien. Patrimonii Sacri 18. Novembris *pag.* 246.

### C

- C**allien. Sanationis et absolutionis 21. Januarii *pag.* 2.  
Camerinen. Commutationis voluntatis 23. Decembris *pag.* 278.  
Camerinen. Concordiæ 21. Januarii *pag.* 2.  
Cathacen. Legati 18. Novembris *pag.* 240.

- Civitatis Plebis Canonicatus 23. Decembris *pag.* 269.  
Comen. Legati Missarum 21. Januarii *pag.* 9.

### F

- F**abrianen. Missæ Conventualis 18. Novembris *pag.* 233.  
Faventina Beneplaciti Apostolici 25. Februarii *pag.* 27.  
Ferentina Reaedificationis 22. Julii *pag.* 172.  
Fesulana 17. Junii *pag.* 147.  
Firmana Decimarum 17. Junii *pag.* 146.  
Firmana Obsequiorum matrimonialium 18. Novembris *pag.* 234.  
Forolivien. Legatorum 23. Decembris *pag.* 262.  
Forolivien. Præcedentiæ 18. Novembris *pag.* 233.  
Fulginaten. fontis Baptismalis 22. Julii *pag.* 172.

### I

- I**anuen. Reductionis Missarum 17. Junii *pag.* 146.

### L

- L**ucana Præeminentiarum et iurium 25. Februarii *pag.* 39.  
Lunen. Sarzanen. Commut. volunt.

applic. et reduct. 22. Aprilis pag.  
99.

Lunen. Sarzanen. Stipendii concio-  
natoris 25. Februarii pag. 34.

Lycien. Servitii Chori 18. Martii  
pag. 75.

## M

Maceraten. Missæ pro populo 21.  
Januarii pag. 5.

Mathilicen. 18. Novemb. pag. 236.

Mazzarien. Missæ conventualis 22  
Aprilis pag. 100.

Montis Alii Capellanice 27. Maji  
pag. 118. , et 26. Augusti pag.  
199.

## N

Neapolitana Dispensationis matri-  
monii 18. Martii pag. 69. , 22. Julii  
pag. 161. , et 25. Decemb. pag. 262.

Neapolitana Dispensationis matri-  
monii 22. Aprilis pag. 95.

Neapolitana Dispensationis matri-  
monii 27. Maji pag. 115. , et 26.  
Augusti pag. 189.

Neapolitana Reductionis servitii cho-  
ri 22. Aprilis pag. 100.

Nullius Feriopompilii Sacrae visita-  
tionis 25. Decembris pag. 28.

Nursina Decima unum 25. Decembris  
pag. 251.

## O

Oveten. Missæ pro populo 25.  
Decembris pag. 251.

## P

Perusina Cneris missarum 21. Janu-  
arii pag. 2.

Pinnen. Jurium et praecminentiarum  
26. Augusti pag. 189.

Pisanren. 21. Januarii pag. 1.

## R

Romana Legati pii 25. Februarii  
pag. 28. , et 17. Junii pag. 143.

Romana seu Montis Politiani Lega-  
torum 22. Julii pag. 165.

## S

Signina Indulti 22. Julii pag. 174.

Spoletana Absolutionis et reductio-  
nis missarum 22. Aprilis pag. 98.

Spoletana et Fulginaten. Ordinatio-  
nis 17. Junii pag. 147.

## T

Tarentina Procurationis 18. Mar-  
tii pag. 74.

Terracinen. et Privernen. Emolumen-  
torum 23. Decembris pag. 264.

Terracinen. et Setina Administratio-  
tionis legatipii et reductionis Mis-  
sarum 16. Septembris pag. 223.

Theatina Dispensationis 16. Septem-  
bris pag. 219.

Tiburina 17. Junii pag. 148.

Tolentinaten. Commut. volunt. 27.  
Maji pag. 120.

## U

Urbanien. Reductionis et commut.  
volunt. 16. Septembris pag. 254.

## V

Vetulana Capellanice 21. Janua-  
rii pag. 1.

Viterbien. Executionis Litterarum  
Apost. 16. Septembris pag. 222.

Viterbien. Jurium parochialium 16.  
Septembris pag. 222.

*Die Sabbathi 21. Januarii 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**V**ERULANA CAPELLANIE.

Dubia

I. *An Clerico Joanni Baptiste Mariani concedenda  
sit Capellania Giorgi in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo reducendum sit onus Missarum  
in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Provisum in primo.

*Sess. 22. cap. 6.,  
et 9., Sess. 23.  
cap. 1. de Reform.  
mat.*

**P**ISAUREN.

Dubium

*An, et quomodo Parocho S. Michaelis sit solvenda*

*Decima in casu etc.*

Affirmative ad formam consuetudinis.

*Sess. 25. cap. 12.  
de Reform.*

**CAL**



Sess. 22. cap. 6.  
et Sess. 25. cap.  
4. de reform.

## CALLIEN. SANATIONIS, ET ABSOLUTIONIS.

Dubia

I. *An consulendum sit SSmo pro approbatione transactionis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo sit providendum heredibus Fioravanti in casu etc.*

Ad I. Negative, et exequatur resolutio Sacrae Congregationis diei 21. Julii 1821. quoad reductionem ad formam legis, et tariffae.

Ad II. Jam provisum sub Dubio quarto eadem die, ut supra.

Sess. 25. cap. 3.  
de Reform.

## CAMERINEN. CONCORDIAE.

Dubia

I. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione concordiae in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad praeteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Quoad Capellanum non indigere, quoad reliquos negative.

Sess. 24. cap. 15.  
de Reformat.

**P**ERUSINA ONERIS MISSARUM = Extant in Perusina Diocesi duo Beneficia unita, alterum S. Mariae de Baltrignana, alterum vero S. Mariae Pontis novi, in respectivis ejusdem tituli Ecclesiis fundata, eorumque Rector nunc est eximius Praesul Raphael Mazio, qui cum a decessore suo cl. mc. Carl. Pelagallo acceperit, ea gravari nonnullis annuis oneribus, ac praesertim celebrationis Missarum 42., omnia plenissime hactenus implevit. Onerum deinde originem investigando, novit laudatus Praesul, neque in tabulario Monachorum S. Benedicti Perusiae, ad quos olim Ec-

cle-

Die 21. Januarii 1826.

clesiæ de Baltrignana, et Pontis novi spectabant, fundationem beneficiorum reperiri, neque in Actis SS. Visitationum ab anno 1566. ullam fieri mentionem Missarum usque ad annum 1629., a quo tempore ad annum 1752. numerus modo major, modo minor eadem Missarum aliquando in una, aliquando in alia e predictis duabus Ecclesiis celebrandarum indicatur.

Verum in Actis Sac. Visitationis explete anno 1764. ab Episcopo Philippo Amadei, hæc de Ecclesiâ S. Mariæ de Baltrignana leguntur = *Rector hujus Beneficii habet onus . . . curandi celebrationem Missarum num. 42. in perpetuum* = Consonant Acta Visitationum, quæ deinde annis 1768., et 1770. ab eodem Episcopo Amadei, annis 1781., 1787., et 1803. ab Episcopo Odoardi, ac demum anno 1821. ab hodierno Episcopo Cittadini fuere peractæ. Cum tamen Præsuli Mazio frustra quæsierit, qua auctoritate, et a quo fuerit impositum hujusmodi onus, quo Episcopis Beneficia gravare non licet; ab hac Sac. Congregatione declarari petiit, se, suosque successores ad annuam celebrationem Missarum 42. nullo modo teneri.

Episcopus de more rogatus hæc breviter animadvertit = *Apud Patres Cassinenses hujus Monasterii S. Petri, quibus olim spectabant Ecclesiæ, et Beneficia nunc simul unita S. Mariæ de Baltrignana, et S. Mariæ Pontis novi de hac Diocesi, nulla extat memoria de onere Missarum a fundatione ipsis infixæ.* = Deinde relationem habens ad Acta Visitationum, quæ paulo ante indicavi, monet, quod obligatio Missarum in numero 42. quolibet anno per postremos religiosissimos Beneficiatos fuit adimpleta. Ex Apostolicis collationibus nihil pariter de oneribus Missarum habetur, ita ut de legitima origine ipsorum quodcumque deficiat fundamentum.

Post Beneficii erectionem nova onera non sunt imponenda, nisi legitima id postulet causa utilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ. Sac. Congr. in *Veliterna Residentiæ* 20. Martii 1790. §. *De viribus, et in Trauen. Reductionis, et Commutationis onerum* 24. Julii 1824. §. *Quod.* Gravare siquidem Beneficia non est Episcopi, sed Fundatoris, uti ex textu in *Cap. Porro de Privilegiis* admonet *Fagnan. in Cap. Conquerente de Clericis non residen. num. 24. et seq., Barbos. ad Concil.*

Die 21. Januarii 1821.

*Trid. Sess. 25. cap. 5. num. 7. de Refor. , Garzias De Benef. part. 7. cap. 1. num. 112. , Monacell. Formular. tom. 2. tit. 15. ad Formulam primam num. 19. , et Sac. Congr. in Vercellana 12. Septembris 1750. §. Confugit.*  
Cum itaque in SS. Visitationum vetustissimis Actis ad tempus fundationi Beneficiorum proximum pertinentibus, nulla de Missarum celebratione mentio fiat; cumque ad integram fere saeculam, et ultra, hujusmodi silentium protendatur, censendum erit, non ex Fundatoris voluntate, sed vel ex Episcoporum placito, vel ex Beneficiatorum devotione Missas fuisse celebratas. Eoque certius, quia deinde ab anno 1629. per aliud saeculum, et ultra, Missae nunquam eodem numero, ac praeterea modo in una, modo in alia e memoratis duabus Ecclesiis fuisse celebratae. Profecto Beneficiatorum devotio nullum successoribus imponere onus valet; atque ad Episcopos spectat non imponere onera, sed eorum implementum sedulo curare. Perpendendum tamen est, etiam ex consuetudine onera favore Ecclesiae induci posse, uti pluries monuit Sac. Congr., et praesertim in *cit. Vercellana 12. Septembris 1750.*, et Missarum onera evinci non modo prolata fundatione, sed etiam probato per diuturnum tempus implemento, uti docuit ead. Sac. Congreg. in *Burgi S. Donnini Beneficii 17. Martii 1781. §. Huic, et in Comen. Legati Missarum 20. Martii 1824.* Cum igitur ab anno 1764. ad haec usque tempora Missas 42. semper celebratas fuisse constet, totidem Sacra nunc quoque, et in perpetuum a Rectore Beneficiorum S. M. de Baltrignana, et S. M. Pontis novi offerenda videntur.

Accedente praesertim temporis diuturnitate, cum onus praedictarum Missarum per annos plusquam sexaginta constanter, ac religiose impletum fuisse ex Actis Visitationum constet. Compertum enim est, observantiam decem annorum sufficere ad inducendam obligationem celebrationis Missarum, *Amst. de Causis piis Lib. 2. cap. 2. num. 56. , Ferrar. Biblioth. verb. Oblationes num. 11. , et Sac. Congr. in Romana 6. Maji 1786. , et in Cerretana Legati 17. Septembris 1808.* Vestrum erit EE. PP. dirimere.

Du=

## Dubium

An Missæ 42. sint in perpetuum celebrandæ in casu etc.

## Affirmative

**M**ACERATEN. MISSÆ PRO POPULO. Parochialis Ecclesia S. Blasii Oppidi Montis Milonis Diœcesis Maceratensis a S. M. Benedicto XIV. ad Collegiatæ honorem erecta, Parœcia vero tres in partes, seu Regiones fuit divisa, quarum altera SS. Salvatoris, altera S. Mariæ, tertia S. Lucie nuncupatur; singulis autem singuli Curiones, scilicet uni Præpositus Collegiatæ, alteri Canonicus Curatus, tertiæ Beneficiatus Curatus fuere addicti. Horum quisque distinctas gregis portiones intra suos limites proprio, ac pleno jure custodit, ac regit, unam tamen omnes, eandemque habent, Ecclesiam, scilicet Collegiatam S. Blasii, et Missam pro Populo non singuli, sed unus tantum celebrat Canonicus Curatus, cui hoc munus jam inde ab initio fuit demandatum.

Sess. 23. Cap. 1.  
De Reformat.

Divisione tamen Parœciæ non satis erat provisum Agriculis, qui prope Abbatialem Ecclesiam S. Mariæ de Rambona morabantur, et qui propter nimiam distantiam ab Oppido non raro spiritualibus subsidiis carebant, Itaque anno 1819., Apostolica intercedente Auctoritate, erecta fuit Capellania Curata, cujus Rector Capellanus Curatus perpetuus foret, ac parochialia munera exerceret, Territorio ipsi designato, quod antea ad Regiones, et Curatos partim SS. Salvatoris, partim S. Mariæ pertinebat: eique pro Parochiali adscripta est Ecclesia Abbatialis cum exigua parte adnexarum ædium pro sua residentia, reservatis tamen nonnullis juribus Ecclesiæ Matrici S. Blasii, quæ inferius erunt indicanda. Capellaniam obtinuit Sacerdos Joseph de Angelis, qui *pro Populo* Missam diebus festis applicare debeat, Provicarium Generalem Maceratensem consultit, ac responsum habuit, „quanto all' applicazione della Messa *pro populo* non se ne fa alcuna menzione nè nel Breve del S. Padre, nè nella Patente del!

Die 21. Januarii 1826.

5  
" Eñño Abbate Patrono, ed essendosi riserbati anche  
" varii dritti alla prima Chiesa Parrocchiale, pare, che  
" a questa sola rimanga il peso della Messa, non es-  
" sendosi il Cappellano posto, che per ajuto dell' in-  
" tera Parocchia, Verum, ut majori conscientiae suæ  
" tranquillitati consulat, idem Capellanus Curatus per-  
" petuus ab hac S. Congregatione declarari implorat, an  
" ad Missam pro Populo applicandam teneatur,  
" Preces remisi Episcopo, ut, audito Capitulo, et trans-  
" missa copia Litterarum Apostolicarum erectionis Ca-  
" pellanæ, referret, utrum agatur de Capellano Curato  
" costituito in subsidium Parochi, seu Capituli, vel  
" potius Oratoris Cura fuerit proprie dismembrata ab Ec-  
" clesia Matrice, et a quo in hac celebretur Missa pro  
" Populo. Omnia ipse confirmavit, quæ superius narra-  
" vi, et exemplum transmisit Apostolicarum Litterarum  
" S. M. Pii VII, ex quibus patet, quod cum prope Eccle-  
" siam (S. Mariæ de Rambona) nonnullæ per agrum sparsim  
" consite reperiuntur Agricoliarum Familiæ, quæ omni pla-  
" ne spirituali subsidio carere noscuntur, electus fuit  
" Presbyter, Capellani Curati illi tributa denominatione, qui  
" Familiis predictis assidua Sacrorum procuratione præsto  
" esset, constituto eidem annuo centum scutorum stipendio,  
" ultra scuta decem pro manutentione Lampadis . . . . ,  
" et impositum fuit Possessori Abbatie perpetuum onus  
" annuatim persolvendi ex prædictæ Abbatie fructibus  
" scuta 100. pro congrua sustentatione Capellani Curati  
" perpetui, per futurum, et pro tempore existentem Ab-  
" batem Commendatarium nominandi, et præsentandi, ac  
" per Ordinarium loci prævio examine ad curam anima-  
" rum approbandi, qui omnia, et singula parochialia  
" munia in territorio per Episcopum designato, seu desi-  
" gnando diligenter exercere teneatur, reliqua vero sc. 10.  
" pro Lampade etc.

Capitulum vero Collegiatæ ab Episcopo interrogatum cen-  
" set, che il Cappellano Curato di S. Maria di Rambo  
" na, che gode la perpetuità, sia stato installato in sus-  
" sidio della Chiesa Parrocchiale Matrice, cui appar-  
" teneva la porzione di anime ad esso addette, tant  
" pel titolo di Cappellano, che gli vien dato nel Bre-  
" ve, quanto perchè la prima Chiesa Parrocchiale ha r-  
" servati a se varj dritti, come sono quelli della cera c  
" funerali, del Fonte Battesimale, de' Registri de' Battes-  
" mi, come ancora quelli d' intervenire alle processio-  
" sottq.

„ sotto la Croce della prima Chiesa Parrocchiale, o sia  
 „ Capitolo, lo che mostra dipendenza, e non perfetto  
 „ smembramento. La Messa *pro Populo* si fa celebra-  
 „ re dalla Chiesa Matrice, ossia dal Capitolo, che in  
 „ origine aveva no tal peso, soltanto al Canonico Cu-  
 „ rato *pro tempore* „. Eadem sententiam amplexus  
 est Episcopus, ita Informationem suam claudendo:  
*mihî videtur facta esse Capellania Curata in subsidium*  
*universæ Parochiæ, non vero Cura dismembrata ab*  
*Ecclesia Matrice, unde putarem non inductum fuisse*  
*novum onus Missæ pro Populo, sed eam tantum suffi-*  
*cere, quæ a Canonico Curato celebratur pro omnibus,*  
*qui olim in integra veteri Parœcia censebantur.*

Itaque in Provicarii Generalis epistola, in resolutione Ca-  
 pituli Collegiatæ, et in Episcopi voto habent EE. PP.  
 omnia ea, quæ suadere possunt, Capellanum Cura-  
 tum perpetuum S. Mariæ de Rambona immunem esse  
 ab onere applicandi Missam *pro populo* diebus festis:  
 pauca pro meo munere addam, quæ adversari videntur.  
 Parochos enim, eosque omnes, quibus animarum  
 cura imminet, Divino præcepto teneri pro ovibus  
 suis Sacrificium offerre, declaravit Tridentina Syno-  
 dus *Sess. 23. cap. 1. de Reformat.*: atque hæc obligatio,  
 ita inhæret Parochis, ut ii quoque teneantur, qui con-  
 gruo destituuntur stipendio, *Benedictus XIV.* in cele-  
 berrima sua Constitutione incipien. *Cum semper obla-*  
*tas, vel qui incertos habent redditus, Clericat. foren.*  
*discord. 29. de Benef. num. 43.* Ratio est, quia non ad  
 habendam sustentationem, sed ratione officii applica-  
 tio Missæ *pro Populo* ipsis incumbit, uti animadvertit  
*Piringh. in Jus Canon. lib. 1. tit. 31. n. 142.*, ac tradidit  
 hæc Sacra Congregatio in *Nonantulana 10. Maji 1692.*,  
 in *Ovaten. 12. Januarii 1774.*, et in *Nullius Sublacen.*  
*Jurium Parochialium 29. Januarii prox. præt. ad du-*  
*bium VI.*

Accedit, in memorati Constitutione Benedicti XIV. ex-  
 presse sancitum fuisse „ Vicarios Ecclesiarum Paro-  
 „ chialium, sive perpetui sint, sive ad nutum amo-  
 „ viles omnes *indistincte* teneri ad applicationem  
 „ Missæ *pro Populo* ipsorum curæ commisso . . .  
 „ statuimus, atque declaramus, quod iisdem diebus  
 „ festis, quibus Populus Missæ interesse debet, omnes  
 „ animarum curam gerentes, Missam *pro Populo* ce-  
 „ le-

„celebrare, et applicare teneantur,, . Nemo igitur ex  
 iis, qui actualem animarum curam habent, ab hac  
 obligatione applicandi Missam pro Populo est immu-  
 nis: imo quisquis separatam custodit animarum por-  
 tionem, eamque jure proprio regit; illam spirituali  
 auxilio applicationis Missæ diebus festis privare non  
 debet. Distinctam vero, ac separatam populi partem  
 Capellano Curato perpetuo S. Mariæ de Rambona fuisse  
 adscriptam, non est ambigendum, cum et Apostolicæ  
 Literæ sa. me. Pii VII. de territorio per Episcopum de-  
 signato, seu designando mentionem habeant, et Ma-  
 ceratensis Antistes moneat, prædictum Capellanum  
 parochialia munia exercere in territorio ipsi designato;  
 quod antea pertinebat ad regiones, et Curatos partim  
 SS. Salvatoris, et partim S. Mariæ.

Capellaniæ vero curatæ perpetuæ erectio a locorum di-  
 stantia originem habuit, et Capellanus propriam ha-  
 bet congruam scutorum 100. ab Abbate Commendata-  
 rio pro tempore præstandam. Hinc hodiernæ quæstio-  
 ni omnimode convenire videntur definitiones hujus  
 Sac. Congregationis in *Egitanien. Visitationis Sac. Li-*  
*minum*, et in *Castri Albi Visitationis Sac. Liminum*;  
 utraque proposita die 27. Junii, et resoluta die 18. Ju-  
 lii 1789., quorum in prima quæsitum fuit: *An, et a*  
*quibus Vicariis, seu Curionibus sit applicanda Missa*  
*pro Populo in casu etc.*, et rescriptum prodit: *Affir-*  
*mative ab omnibus*; in secunda vero propositum fuit  
 III. Dubium. *An Ecclesiarum filialium Rectores te-*  
*neantur Missam pro Populo applicare, seu potius spe-*  
*ctet ad Parochos Ecclesiarum principalium, seu Matri-*  
*cum in casu etc.*, et EE. PP. responderunt: *Affirmative*  
*ad primam partem, negative ad secundam*. Dirimen-  
 dum igitur proponitur

Dubium

*An Capellanus Curatus perpetuus Missam teneatur*  
*applicare pro Populo in casu etc.*

*Affirmative.*

**COMEN. LEGATI MISSARUM.** Proposita hæc controversia fuit in Comitibus diei 20. Martii anni 1824. duobus sub Dubiis I. *An constet de Legato Missarum in casu etc.*, et quatenus affirmative II. *An, et quomodo cogendus sit Fundi possessor ad Legati implementum in casu etc.*, quibus EE. VV. responsum dedere = *Dilata, et exquirantur probationes a Familia Bettetini, et ab Eñno Episcopo Novariensi, perquisitis Cancellariæ libris, et SS. Visitationum decretis quoad Oratorium S. Materni jam dirutum.*

Sess. 22. Cap. 6.  
de Reformat.

Joannes Bettetini asserit, partem Fundi in loco S. Materno, quam ipse possidet, gravatam esse onere sex Missarum, idque patere ex Instrumento donationis a Bernardina Allidi, Vidua Caglioni, expletæ favore propriæ filiæ Joannæ Caglioni, ipsius Joannis Bettetini Materteræ, *con l'obbligo di far celebrare annualmente messe sei a tenore del Legato esistente sopra detto Fondo.* Addit quoque, Materteram dixisse, *che anche l'altra parte del Fondo ridetto portava l'obbligo delle sei Messe annue*, sequæ de hujusmodi onere multoties collocutum esse cum Francisco Antonio Gaja, pro redemptione quoque partis Fundi ab ipso empti, ac assumptione adimplementi Missarum etiam pro tempore præterito: in irritum tamen omnia cecidisse, quia Franciscus Antonius constanter professus est, se Fundum ab omni onere liberum emisse, illumque retinere velle. Hæc omnia Joseph Vacchini, et Andreas Caglioni extrajudicialiter ab Archipresbytero Asconæ Cæsare Caglioni interrogati confirmant.

Rogatus autem Eñnus Episcopus Novariensis hæc retulit, „ Quod postulabant EE. VV. . . . ut nimirum  
 „ in Libris Cancellariæ, et Archivii mei Episcopalis  
 „ perscrutarer, si quod extaret monumentum, quo  
 „ liquido pateret, Novarienses Episcopos Ecclesiam,  
 „ seu Capellam suæ olim jurisdictioni subjectam ha-  
 „ buisse in finibus Asconæ, in Comensi Diœcesi; id  
 „ sedulo me superioribus mensibus præstitisse profi-  
 „ teor. Verum res minime cessit ex sententia. Nul-  
 „ lum enim hujusmodi rei vestigium inveni, cui for-  
 „ tasse originem dedit Antecessor meus Cæsar Specia-  
 „ nus, qui post obitum D. Caroli, quæd a Summo



- 77 Pontifice Asconensis Collegii Rector fuerit nomina-  
 77 tus, fieri sane potuit, ut dum illic degeret muneris  
 77 sui obeundi causa, Ecclesiam aliquam, vel Capel-  
 77 lam eidem Collegio addictam, suo quodam veluti  
 77 jure lustraverit; ex quo tamen, meo quidem judi-  
 77 cio, conjici nequit, perpetuam, absolutamque habuis-  
 77 se Novarienses Episcopos in Ecclesia aliqua Asco-  
 77 nensi jurisdictionem „ .  
 Comensis vero Episcopus requisitus de more hæc addi-  
 dit „ . Quanto a me, persisto nel sentimento espresso  
 77 nel voto del mio Promotore delle Cause pie; cioè,  
 77 che non si possa obbligare il Gaja alla celebrazione  
 77 di dette Messe, *donec, et usquequo solidis ratio-  
 77 bus, verisque documentis pateat*, a lui incombere  
 77 questa passività. Ora le ragioni, ed i documenti,  
 77 prodotti dall'Arciprete di Ascona, non sembrano ta-  
 77 li da dimostrar solidamente questa passività. Pre-  
 77 scindendo, che il Gaja, se non io, potrebbe far ec-  
 77 cezione sù i citati testimonj, l'uno de'quali è fratel-  
 77 lo dello stesso Arciprete, e di lui amici, e parenti  
 77 gli altri; le lor testimonianze si risolvono, quella  
 77 del Bettetini in attestare la persuasione di una sua  
 77 Zia dell'esistenza del Legato, di cui si tratta, e  
 77 quella degli altri nell'attestare questa stessa persua-  
 77 sione del Venditore del fondo, e del di lui fratello, e  
 77 cognata; ma non provano, che questa lor persua-  
 77 sione sia fondata sulla verità, potendo essi aver cre-  
 77 duto obbligo stretto di Legato ciò, che non era se  
 77 non una pratica di divozione, o la dote canonica  
 dell'Oratorio ora distrutto. „  
 77 Che sia vero Legato quello, di cui si controverte, pa-  
 77 re, che non possa altrimenti costare, che dai do-  
 77 cumenti della Cancelleria Vescovile di Novara, e  
 77 dagli atti di Visita di quell'Oratorio, già soggetto alla  
 77 giurisdizione dei Vescovi di quella Città, che code-  
 77 sta Sacra Congregazione richiama da quel Sig Car-  
 77 dinale Vescovo. E quand'anche dai documenti di  
 77 Novara risultasse la verità dell'istesso Legato, re-  
 77 sterebbe ancora a vedere, se l'obbligo di adempirlo  
 77 incomba al Gaja piuttosto, che agli Eredi del Ven-  
 77 ditore del fondo, avendolo egli acquistato libero da  
 77 tal peso, e senza deduzione del prezzo corrispon-  
 den-

„ dente a tale passività; per lo meno se si volesse at-  
„ tribuire l'obbligo al Gaja per la ragione, che del  
„ Legato n'è affetto il fondo, di cui egli è l'attual pos-  
„ sessore, avrebbe egli diritto di esigere dagli Eredi  
„ del Venditore quella deduzione di prezzo, che non  
„ si fece nell'atto della di lui compera, equivalente  
„ alla passività delle sei Messe. Giacchè l'offerta, che  
„ si dice essergli stata fatta dagli Eredi del Venditore,  
„ e che gli si là dal Bettetini, di ricomperare l'intero  
„ fondo al prezzo da lui pagato per la compera dello  
„ stesso, assumendosi l'obbligo delle sei Messe, prova,  
„ che il Gaja comperando quel fondo fece un contrat-  
„ to vantaggioso, e che per l'aumento di valore, che  
„ acquistaron i fondi, si potrebbe ora comperare  
„ quel fondo con l'aggiunta dell'istessa passività al prez-  
„ zo sborsato dal Gaja; ma non prova, che ci sia ob-  
„ bligato a retrodare il fondo, e rinunziare al van-  
„ taggioso suo contratto, nè che debba assumersi un  
„ carico non compreso nel suo contratto, e per cui  
„ non si è fatta nel contratto la necessaria deduzione  
„ di prezzo „

Cum igitur EE. VV. facti seriem una cum rationum mo-  
mentis, quæ utraque ex parte afferri posse videntur,  
ex Folio diei 20. Martii 1824. haurire valeant; dignen-  
tur illud resumere, ac dirimere, quæ rursus propo-  
nuntur

Dubia

I. *An constet de Legato Missarum in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An, et quomodo cogendus sit Fundi possessor ad  
Legati implementum in casu etc.*

Ad I. et II. Negative.

beneficiorum simplicium, quorum alterum sub invocatione S. Mariæ Majoris in Ecclesia ejusdem tituli Civitatis Assisii, alterum sub auspiciis S. Mariæ Suburtii in Ecclesia S. Antonii Abbatis Terræ Montis Milonis Diœcesis Maceraten. tribus circiter ab hinc annis possessionem iniiit. Exeunte anno 1824. fidei professionem quoad primum Beneficium per Procuratorem emisit: supplicem dein huic Sacræ Congregationi porrexit libellum, quo definiri petiit, utrum ad prædictam fidei professionem teneatur, et quatenus affirmative, perceptorum fructuum condonationem efflagitavit.

Episcopus Assisiensem, et Maceratensem rogavi de more, atque ab Assisiensi responsum his verbis habui „ Philippus Antonius Mattei sua epistola sub *die octava Septembris* 1824. petierat a me, utrum adesset consuetudo in hac Diœcesi, quod Beneficiati simplices tenerentur ad emittendam professionem fidei: habuit a me responsum sub *die 23. ejusdem Septembris*; non solum ex consuetudine, sed etiam ex dispositione Concilii Romani, id præcipi *num. 4.* Post meum responsum implevit onus professionis fidei, præbuit Inventarium honorum sui simplicis Beneficii, et omnia alia præstitit, ad quæ etiam Beneficiati simplices tenentur. Unde ex hac parte cum munus suum impleverit, putarem, ut pro fructibus male perceptis per triennium possit dispensari „

Episcopus vero Maceratensis animi sui sensum ita pandidit „ Acta hujus meæ Curix perquirenda curavi. Comperii ex his, Oratorem ab usque *die 17. Octobris* 1821. Beneficii simplicis sub Titulo S. Mariæ Suburtii in Ecclesia S. Antonii Abbatis in Oppido Montis Milonis hujus Maceraten. Diœcesis, possessionem per Procuratorem adeptum esse. Nulla tamen mentio occurrit de professione fidei, quæ fuerit emissa sive ab ipso Oratore, sive ab alio quocumque ex ejus Beneficii Rectoribus, qui præcesserunt. Neque mirum; in hac enim Curia nunquam in more positum est, ut præter Dignitates tam Ecclesiæ Cathedralis, quam Collegiatarum, et Canonicos Cathedralis, et Parochos, cæteri Rectores Beneficiorum simplicium . . . . fidei professionem emitterent, ea fortasse ducti ratione, quod Ecclesia

„ sia hæc, cum Metropolitanò Firmano, ejusque Pro-  
 „ vinciali Synodo subjecta sit, non omnibus Concilii  
 „ Romani, qua scilicet parte Provinciale dicitur, De-  
 „ cretis, et Legibus comprehendi videatur. Quare de  
 „ bona fide Oratoris minime dubitandum, esse cen-  
 „ serem „

Tridentinum Concilium obligationem emittendi profes-  
 sionem fidei, cujus studiosissimum fuit; dum im-  
 ponit Episcopis, et Prælati *Sess. 24. Cap. 1., et Sess.*  
*25. Cap. 2. de Reformat.*, provis de Canonicatibus  
 in Cathedrali, et Beneficiis cum animarum cura  
 conjunctis *Sess. 24. cap. 12.*, Magistris quoque in Uni-  
 versitatibus *dicta Sess. 25. Cap. 2.*, nihil de iis con-  
 stituit, qui Beneficia simplicia obtinent; et de iis-  
 dem nullam habet mentionem Pius IV. in sua Bul-  
 la, quæ incipit *Injunctum nobis*, et exactum conti-  
 net Catalogum omnium, qui ad fidei professionem  
 emittendam sunt adigendi. Merito proinde Benedi-  
 ctus XIV. in *Instit. 60.* de iis, qui Beneficia non cu-  
 rata possident, hæc disserit = *eos commendabimus, qui  
 comparato sibi Beneficio simplici . . . . fidei profes-  
 sionem agere . . . non recusaverint, quamvis nullo ju-  
 re adigantur* = Sic decisum fuisse ab hac Sac. Con-  
 gregatione die 19. Februarii 1588. refert Garzias de  
*Beneficiis part. 3. Cap. 3. n. II.*, et conveniunt *San-  
 chez lib. 2. Decalog. C. 5. n. 1.*, *Squillant. de oblig.*  
*Clericorum q. 2. punct. 4. §. 1. n. 9.*, *Barbos. de  
 offic., et potest. Episcop. allegat. 61. n. 15.*, et de *Ca-  
 nonic. Cap. 17. n. 14.*

igitur de jure communi ad fidei professionem emitten-  
 dam non tenentur Beneficia simplicia possidentes;  
 teneri autem possunt vel ex consuetudine, vel vigo-  
 re Legum Diœcesanarum, in quibus fere omnibus sanc-  
 titum reperitur, ut etiam prædicti Beneficiati intra  
 duos menses coram Episcopo, vel ejus. Generali Vi-  
 cario professionem fidei emittere debeant. Idque sta-  
 tutum expresse fuit in Synodo *Antuerpiensi anni 1609.*  
*tit. 1. Can. 14.*, *Melchinesi ejusdem anni tit. 1. Can.*  
*4.*, *Alexandrina habita Mense Maji anni 1732. tit. 1.*  
*de professione fidei*; nec non in Decretis synodalibus  
*Diœcesis Augustanæ part. 1. Cap. 3. n. 2.*, potissimum  
 vero in Sinodo Romana a Benedicto XIII. anno 1725.

coacta, in qua sub titulo I. *De Summa Trinitate, et fide Catholica Cap. I.* decernitur, quod professionem fidei emittant *Episcopi, aliique de clero . . . Dignitates, et Canonatus obtinentes . . . Beneficia cum animarum cura habentes . . . quicumque alia Beneficia obtinentes*

At hæc Romana Synodus Diœcesim Maceraten. minime afficit, cum Benedictus XIII. non ut Caput univ-  
ersi Orbis Christiani visibile, atque in terris Christi Vi-  
carius, neque ut Italiæ, ac totius Occidentis Primas  
et Patriarcha, sed tantum uti Archiepiscopus Pro-  
vinciæ, quam vocant suburbicariam, eandem Sy-  
nodum indixerit, atque ut verbis Bullæ Indictionis  
utar, omnes Episcopos in speciali Provincia Romani  
Imperii constitutos complectatur. Hinc est, quod De-  
creto de Synodi Conclusionem, et dimissione, licet ap-  
posita legatur accurata series Episcoporum omnium,  
qui vel per se, vel per Procuratorem eidem interfue-  
runt, ejusque Decreta subscriptione vallarunt; Epi-  
scopi tamen, qui tunc Diœcesim Maceratensem re-  
gebat, nomen desideratur. Hodiernus quoque illius  
Diœcesis Episcopus rationem, ob quam simplicium  
Beneficiorum Possessores professionem fidei emittere  
ibi non solent, in eo ponit, quod Ecclesia Macera-  
ten., cum Metropolitano Firmano, ejusque Provin-  
ciali Synodo subjecta sit, non omnibus Concilii Ro-  
mani, qua scilicet parte Provinciale dicitur, Decre-  
tis, et legibus comprehendi videatur.

Nullam vero peculiarem legem, vel consuetudinem loci  
adesse, quæ fidei professionem a prædictis Beneficia-  
tis fieri postulet, apertissime ex ejusdem Episcopi Ma-  
ceratensis informatione superius transcripta elicitur.  
Quamobrem exploratum esse videtur, Sacerdotem Mat-  
tei, quoad Beneficium Maceratense, ab obligatione  
emittendi fidei professionem esse omnino solutum.

Aliter tamen de Assisiensi Beneficio sentiendum erit,  
cum Diœcesim Assisien. Synodo Romanæ subjici ex  
eo deducatur, quod ejus Episcopus Matthæum Sca-  
glionum, Sacrosanctæ Ecclesiæ Lateranensis Canoni-  
cum, Procuratorem ad eandem cum excusatione mi-  
serit, ut Acta Synodi ejus nomine subscriberet. Ro-  
gatus autem a Sacerdote Mattei hodiernus Assisien-

Die 21. Januarii 1826.

15

sis Antistes, utrum ibi consuetudo adest, quod Beneficiati simplices tenerentur ad emittendam professionem fidei, respondit = *non solum ex consuetudine, sed etiam ex dispositione Concilii Romani id præcipi.* Quod ut cognovit Sacerdos Mattei implevit onus professionis fidei (prosequitur idem Episcopus) *Præbuit Inventarium bonorum sui simplicis Beneficii, et omnia alia præstitit, ad quæ etiam Beneficiati simplices tenentur.*

**Verum professio fidei** saltem intra duos menses a die adeptæ possessionis Beneficii sub pœna contra contumaces amissionis fructuum, est emittenda, *Concil. Trid. Sess. 24. Cap. 12. versic. Provisi de reform., Pius IV. enunciata Constit., et Benedictus XIII. Titulo superius relato de Summa Trinitate, et Fide Catholica cap. 10.* Cum itaque Sacerdos Mattei professionem fidei expleverit post lapsum trium circiter annorum, hæc illi proderit ad percipiendos fructus temporis futuri, nequaquam tamen suffragabitur ad retinendos fructus annorum, qui elapso primo biennio, usque ad tempus emissæ prædictæ professionis præterierunt, *Barbos. Cap. 17. de Canonic. n. 25., Sanchez lib. 2. in Decalogum Cap. 5. n. 5., Navarr. consil. 11. n. 3. de jurejurando.* Primi enim biennii fructus (nisi quid aliud obsit) provisus lucratur sive professionem fidei postea emittat, sive non, uti monent *Barbos. allegat. 61. n. 25., Sanchez citato loco n. 10., Castro Palao Tract. 4. disput. 1. de fide punct. 19. n. 14.*

Horum nihil inficiatur Sacerdos Mattei, qui sibi præsidium tantummodo querit ab ignorantia suæ obligationis. At ignorantia juris neminem excusat. *L. regula ff. de jur., et fact. ignorantia, Cap. turbatur 1. q. 4. eodem de Restitut. q. 8. art. 11. n. 65.* Lex autem, qua fidei professio Beneficiatis præcipitur, est pene universalis, ideoque sine culpa ignorari nequit. Peritos quoque consulere, vel Episcopum illico interrogare poterat Sacerdos Mattei, ad quem tres circiter post annos litteras dedit, cum vel ipsos Rusticos natura doceat, in eo, quod nesciunt, consulere peritiores, *Bald. in Leg. Juris ignorantia 6. q. 2. Cap. qui admitti, Grat. discept. 235. n. 46.*

Putat nihilominus Assisiensis Episcopus Sacerdoti Mattei pro fructibus male perceptis per triennium posse condonationem indulgeri. Profecto hæc Sac. Congregatio in similibus casibus Ordinario commisit aliquando, ut erogata aliqua summa in eleemosynam Christi pauperum ejus arbitrio taxanda, fructus condonare posset, veluti colligitur ex Litteris ab eadem Sac. Congregatione die 2. Augusti 1736. ad Eñum Cardinalem Prosperum Lambertini tunc Bononiæ Archiepiscopum, et postea Summum Pontificem datis, et in ejus *Institutione* 60. relatis. Aliquando etiam fructus integre remisit, prout in *Tuscanen.* 5. Martii 1614. Angelo Costantino ejusdem Tuscanen. Cathedralis Primicerio, teste *Barbos. cap. 17. de Canonic., et Dignitatibus n. 25.*, et in *Summa Apostolicar. Decis. Verb. professio fidei n. 7.* Quare EE. VV. definienda proponuntur

### Dubia

- I. *An, et pro quo Beneficio Sacerdos Mattei teneatur ad emittendam professionem fidei in casu etc.*
- II. *An, et quos fructus restituere debeat in casu etc.*

*Sess. 22. cap. 6.  
de Reformat.*

**F**AVENTINA BENEPLACITI APOSTOLICI. Ultimis tabulis anno 1631. Sebastianus Scarsellini Faventinus annuas Libras 400. (Rom. scuta 72. 72.) Antonio Scarsellini, totidemque Jacobo Philippo Pani legavit, ipsisque vita functis, eadem Legata eorum descendentibus perpetuo præstari jussit, *purchè sieno uomini, che si affatichino in qualche onesto esercizio, ed attendino alla vita cristiana, nè siano uomini scandalosi, e di vizj publici macchiati, perchè in tal caso*  
in-

Die 21. Januarii 1826.

17

intende detto Sig. Testatore, che tali sieno privi di detti Legati in tutto, e per tutto = Hæredem deinde ex asse scripsit Ven. Sodalitium S. Gregorii in levamen Pauperum verecundorum Faventiæ erectum, lege adjecta, ut impletis annuis Legatis reliquos hæreditatis fructus multiplico collocaret = il quale multiplico, frutti di esso, et etiam il proprio capitale occorrendo, la Compagnia lo debba convertire in maritare, e dar la dote alle figliuole femmine del suddetto Antonio, e Giacomo Filippo, e de' suoi discendenti, la qual dote deve essere di L. 2500. (idest Rom. Scut. 450.) da pagarsi al tempo, che si mariteranno, cioè L. 500. alla mano, ed ogni anno L. 250., sino che saranno pagate. =

Quod si puellæ dotandæ non adessent, voluit Testator, ut Sodalitium teneretur a sovvenire, e soccorrere alli suddetti Antonio, e Giacomo Filippo, e discendenti di essi oltre al primo Legato delle suddette L. 400. per ciascheduno, con il detto multiplico, destinato per le doti, di quella somma, e quantità ad arbitrio di detta Compagnia: ed a tutte due le famiglie, e più ad una, che all'altra secondo il bisogno, che conoscerà detta Compagnia. Verum nequid juris ex hac nova liberalitate sibi arrogarent Legatarii, eorumque descendentes, iisdem præcepit, quod debbano acquietarsi onninamente secondo che sarà stato determinato da detta Compagnia, e conforme a quanto ad essa parerà, e piacerà per carità: contradicentibus autem poenam caducitatis indixit, intendendo esso Testatore, che questo sia più per carità, che per obbligo di detta Compagnia, e peso dell'eredità. Deficientibus demum omnibus utriusque Legatarii descendentes, duas puellas Faventinas quotannis a Sodalitio statuit Libellis 200. esse dotandas, ac reliquos fructus hæreditatis in pauperum verecundorum cleemosynas juxta pium ejusdem Sodalitii institutum esse erogandos.

Defuncto Testatore ejus voluntas religiose a Sodalitio fuit impleta; sed aliquot post annos defecit Antonii Scarsellini descendencia, auctusque plurimum est numerus descendencium a Jacobo Philippo Pani, qui

C

gra-



gravi urgente necessitate ampliozem anno 1695. præstationem ab eodem Sodalitio petierunt. Reuente Sodalitio, acta lis est usque ad annum 1705.; quo inita fuit conventio, ut singulis e prædicta Familia Pani annua scuta 30. præstarentur. Crescentibus autem hæreditatis redditibus ex multiplico a Sodalitio expleto, descendentes Jacobi Philippi contendere cœperunt, annuam præstationem sibi ad ratam eorundem reddituum esse assignandam; et Sodalitium, quod non hæredem, sed administratorem dixerunt, ad exactam gestæ administrationis rationem reddendam esse cogendum.

Itaque die 4. Maji 1772. proposita huic Sacro Senatui fuere Dubia I. *An, et quomodo, et in qua summa sit locus subministratiõni alimentorum ex hæreditate Sebastiani Scarsellini in casu etc.* II. *An, et quomodo per Societatem sit facienda redditio rationis in casu etc.* quibus EE. PP. die 30. ejusdem Mensis responderunt ad I. *Ad mentem, et mens est, quod subministrentur alia scuta decem pro quolibet capite ad quinquennium, et donec non adsint Puellæ proxime dotandæ, et cum declaratione, quod Puellis nuptis cesset in totum subministratio.* Ad II. *Negative, salvo jure Episcopi, et amplius.*

Subversis postea Italiae publicis, privatisque rebus, descendentes Jacobi Philippi Pani anno 1802. Sodalitium ad duplicandam annuam præstationem adegerant; cumque anno 1805. contigerit, ut Bona Sodalitii S. Gregorii, jussu eorum, qui tunc imperii summam tenebant, Congregationi, quam dixerunt = *Istituto di Carità* = fuerint addicta, Ministrum, quem nuncupabant *del Culto* adierunt præfati Descendentes Pani = *pretendendo di avere un diritto di aumento sulla parte degli effetti Scarsellini già spettanti all'estinta linea di Antonio.* Ipso autem favente Ministro, conciliata, publicisque tabulis die 9. Augusti ejusdem anni 1805. consignata fuit Transactio, cujus hæc sunt capita.

- I. *Che l'assegnamento, che si dovrà passare annualmente alle Famiglie Pani, tutte in complesso, da questo Comitato debba aumentarsi fino alla somma annua di scudi 1400. moneta da paoli X. per scudo, qualunque*

que aumento, o minorazione potesse accadere negl'individui delle Famiglie Pani, e da continuare un tal assegnamento fino all'ultimo di dette famiglie.

- II. Che un tale assegnamento debba considerarsi incominciato in favore delle Famiglie Pani fino dal primo Gennajo 1804. in poi, e debba alle medesime pagarsi di bimestre in bimestre anticipatamente la quota.
- III. Che in tale assegnamento debba rimanere compreso tutto ciò, che le Famiglie Pani pretendevano doversegli dalla porzione dell'Eredità Scarsellini, già stracciata, ed unita agli effetti generali di questo Istituto di Carità. . . ; giacchè con l'aumento fattogli vengono a percepire un maggiore assegnamento di quello conseguissero presentemente, non ostante l'accrescimento provvisorio del doppio, che da questo Comitato erugli stato fatto fin sotto li 12. Gennajo 1802.
- IV. Che non ostante il detto assegnamento resti a carico del Comitato la dotazione delle femmine Pani in qualunque caso possa accadere il loro matrimonio o spirituale, o temporale, alla forma sempre del Testamento Scarsellini, d'accrescersi però ad arbitrio del detto Comitato, o suoi.
- V. Che restino pure a peso del Comitato le prime spese, necessarie per collocare in educazione i figli, e figlie di dette Famiglie Pani, purchè tali spese non eccedano la somma di scudi 30. per ciascun individuo, e con la condizione, che fattusi una volta simile spesa per un individuo, non si possa pretendere dalle Famiglie Pani, che si rifaccia per il medesimo individuo . . . rimanendo però a peso delle Famiglie Pani il mantenimento di detti individui in educazione con la rata del loro assegnamento.
- VI. Che il Comitato debba somministrare li soliti soccorsi alle Famiglie Pani in caso di morte d'uno de' loro individui, come pure è stato fin quì praticato.
- VII. Che l'annuo assegnamento non debba mai soffrire veruna diminuzione, restando a carico del Comitato tutte le eventualità, che fossero per accadere sulli Fondi dell'asse Scarsellini, come pure tutti gli altri pesi, ed aggravj alli medesimi infissi.
- VIII. Fra li pesi, che sopporta il Comitato essendovi sei livelli di sei individui delle Famiglie Pani, quattro

*Monache, e due ex Frati, che fra tutti ammontano a scudi 60, resta fissato che di mano in mano, che tali individui mancheranno, il loro Livello decada al Comitato, e che dal momento, in cui seguirà la transazione, debbano stare a carico delle Famiglie Pani tutte le spese de'livelli, sì di Maschi, come Femmine, che passassero allo stato Claustrale, e le spese tutte di collocamento per li soli Maschj.*

**IX.** *Che tutti gli obblighi di Messe infissi all'eredità Scarsellini debbano farsi soddisfare dagl'Individui ex Frati delle Famiglie Pani, li quali attualmente esistono, o da quei Sacerdoti, che potessero venire nelle dette Famiglie, li quali dovranno percepire il solito assegnamento, ossia emolumento, purchè all'atto di ritirarlo facciano costare all'Agente di questo Comitato la soddisfazione di tali obblighi, e non altri.*

**X.** *Che debba riportarsi la superiore placitazione per la presente concordia; ed acciocchè questa resti sempre ferma, e stabile anche presso i posteri, si dovrà deputare giudizialmente un Curatore ai futuri chiamati, il quale con li rappresentanti le Famiglie Pani, dovrà accettare per li medesimi la presente Transazione, e rinunciare in loro nome a qualunque pretensione contro questo Istituto di Carità, e di lui Comitato.*

**Concordiam, illico a Ministro del Culto probatam, servare oportuit donec Regnum stetit, quod Italicum dixerunt; sed legitimo rerum ordine tandem redintegrato, et Provincia Aemilia Apostolicæ Sedi reddita, hæreditaria Bona Sebastiani Scarsellini Sodalitio S. Gregorii fuere restituta. Sodales igitur iisdem Bonis administrandis deputati hanc Sac. Congregationem adierunt orantes, ut irrita, et inanis declaretur Concordia absque Apostolico Beneplacito inita, quæ gravissimum Sodalitio, ac pauperibus attulit detrimentum; præsertim cum nihil ex Legatis Scarsellini mereantur hodierni descendentes Pani, qui contra legem a Testatore sub poena caducitatis indictam = ben lungi dall'esercitare qualche professione, vivano disoccupati, ed in un ozio non commendevole, con abuso di quelle rendite, che erogar si dovrebbero a sollievo de' poveri vergognosi.**

Episcopum Faventinum requisivi de more, qui hæc distincte retulit. „ Ad redditus quod attinet Hæreditatis „ Scarsellinæ, et onera eadem incumbentia, tabula scite exarata, contractaque ad quinquennium, exhibet uno intuitu rationes dati, et expensi, qua ex tabula constat redditus ad *scuta* 1506. 77. 7. ascendere, deductisque *sculis* 411. 07. 5. pro tributis, vectigalibus, et expensis administrationis, superesse *scuta* 1065. 70. 21.; cumque pro implendis oneribus in Concordia anni 1805. Sodalitio impositis annua requiratur *scuta* 1530. 90., manifestum est, deesse quotannis *scuta* 465. 19. 8. Calculus autem ad quinquennium tantum fuit ductus, quia usque ad annum 1818. Bona hæreditatis Scarsellini locata fuere pro gravissimis pensionibus, quæ deinde obtineri amplius nequiverunt; et quia annonæ pretia ante annum 1820. longe majora fuerunt, quam nunc habeantur.

„ Cives duodecim (pergit Episcopus) ante novissimam rerum perturbationem quidquid in præsens publicæ Beneficentiæ nomine audit, rite administrabant: rebus autem perturbatis, coacta in unum piarum institutionum, quotquot sunt, administratio, eaque Congregatio Charitatis appellata, et Civibus in rem delectis ab obtinente id temporis potestate demandata. Rebus denique auspiciatissime conversis, dissoluta iterum coagmentatio illa, atque adeo sua pro singulis institutionibus indicta administratio; ita qui olim viguerant Administratores, quasi postliminio auctoritate suprema revocati. Ex hujusmodi vicissitudinibus oblata fuit ex gente Pani hæreditatis Scarsellinæ Legatariis opportunitas alia, atque alia in hæreditatem illam jura obrudendi, persequendique, eousque, ut invitis etiam parendum fuerit iniquitati temporum, imo vero ipsi parendum iniquitati Transactionis, neque enim appellare aliter ausim quidquid ea de re præpostere actum publicæ Beneficentiæ malo.

„ De Apostolicæ Auctoritatis sanctione, sive de Apostolico, ut ajunt, Beneplacito nulla omnino mentio; quasi vero neque bona, neque personæ ad Ecclesiæ potestatem ullatenus pertinerent; quasi vero „ Trans-

„ Transactio id genus , sanctione illa prorsus negle-  
 „ cta , non irrita habeatur , ac plane nulla „ .

Monuit denique Episcopus , se Litteras dedisse ad Patres-  
 familias Pani , quibus terminum dierum viginti eis-  
 dem præfixit ad jura sua deducenda coram hac Sac.  
 Congregatione ; transmisitque responsum nomine eo-  
 rumdem Patrumfamilias redditum . Nihil in hoc re-  
 sponso de jure alias jactato succedendi in locum ex-  
 tinctæ Familiæ , ac descendentiæ Antonii Scarsellini ,  
 ac Legatum eidem relictum assequendi ; nihil pro  
 demonstranda , uti oportebat , Transactionis æquita-  
 te : plures imo quærelæ de detrimentis Familiæ Pani  
 illatis , quia = *per rimediare ai bisogni , e disordini  
 della numerosa Famiglia si dovettero assoggettare i  
 Pani a quanto venne dettato dal Comitato . . . . . Le  
 imperiose circostanze di famiglia , la decisa contra-  
 rietà in ogni tempo dimostrata dalla Congregazione  
 a danno della Famiglia Pani , e massime in tale cir-  
 stanza ; necessità volle l'approvazione , e perciò si sti-  
 polò la transazione =*

Administrationem denique hæreditatis Scarsellini a So-  
 dalitio gestam carpunt Patresfamilias Pani , atque ad  
 omnia dissidia avertenda proponunt , eximi posse So-  
 dalitium *dal bimestrale fastidio di sborsare alla Fa-  
 miglia scudi 253. 33. 4. , ed in pari tempo liberarsi  
 dalle spese di amministrazione , necessaria per i beni  
 separati , dall'eredità Scarsellini provenienti , cedendo  
 alla Famiglia tanti stabili rustici , ed urbani di ragio-  
 ne di detta eredità , e vincolare il tutto a così stret-  
 ta ipoteca , per cui non fosse dato a nessuno della  
 Famiglia Pani in infinito , ed a senso della transa-  
 zione , nè di alienare , nè di distrarre , nè ipotecare  
 veruno de' fondi da convenirsi , sotto quelle commi-  
 natorie , e pene , e caducità , che potrebbero essere a  
 beneplacito della Congregazione in causa de' diritti ,  
 e delle prescrizioni testamentarie , che militano a fa-  
 vore della Congregazione medesima . Con ciò ecco tol-  
 to ogni dubbio , ogni sospetto , ogni fastidio , ed ogni  
 timore ancora sulle venture entrate .*

Quæstio est de Bonis spectantibus ad Sodalitium San-  
 cti Gregorii , auctorante Episcopo Faventino anno  
 1517. erectum ad opem pauperibus verecundis fe-  
 ren-

rendam : ambigi proinde nequit eadem Bona , quamvis a Laicis administrata , inter Ecclesiastica , nempe Ecclesiæ , et piis operibus dicata , esse recensenda ad *Tex. in Cap. Ad hæc 4. De religio. domib. , et ibi Glossa* , uti de hoc ipso Sodalitio disserens animadvertit Rota in *Faventina Nullitatis Transactionis 17. Februarii 1823. inter impress. decis. 122. n. 2. cor. R. P. D. Gamberini* nunc Episcopo Urbevetano , qui omnium plausu hujus S. Congregationis Secretarii munere functus est. Transactio igitur de iis bonis iniuncta deficiente Apostolico Beneplacito nullo modo consistere valet ad *Tex. in Extrav. Ambitosæ . De reb. Eccl. non alien. , Card. Petra ad cit. Extrav. Ambitosæ per tot. , et Sac. Congr. in Novarien. Transactionis 20. Januarii 1821. §. Porro , et in Anconitana Emphyteusis 14. Augusti 1824.* Nihil autem exploratius , quam Beneplacitum Apostolicum pro alienatione bonorum Ecclesiæ absque justa causa nunquam concedi ; justamque causam in necessitate , vel evidenti ejusdem Ecclesiæ utilitate consistere , *Cap. ex hoc 10. qu. 2. ; Sac. Congr. in Novarien. Beneplaciti Apostolici 17. Februarii 1821. §. Sacris. , et in cit. Anconitana Emphyteusis §. Nihil.*

Deest prorsus Apostolicum Beneplacitum , ejusque defectum sanare nequivit approbatio Transactionis a *Ministro del Culto* obtenta Quod sane cum per se apertum est , ac patens , tum eo certius est retinendum , quia vigeat anno 1805. in Regno Italico notissimum *Concordato* cum Apostolica Sede initum præcedenti anno 1804. , quo constitutum quidem fuerat , quinam esse deberent *Locorum piorum Administratores* , nihil tamen speciatim cautum reperiebatur quoad alienationes Bonorum ad eadem Loca pia spectantium ; imo fuerat expresse conventum , *quanto agli altri oggetti Ecclesiastici , de' quali non è stata fatta espressa menzione , le cose rimarranno , e saranno regolate a tenore della vegliante disciplina della Chiesa .* Patet igitur , Apostolici Beneplaciti necessitatem suo in robore permansisse , uti concludit Rota in *cit. Faventina Nullitatis Transactionis dec. 22. num. 4.*

Nulla sane Loci pii necessitas transigendi aderat , neque ejus



loco haberi potest coactio, quam passi sunt Administratores hæreditatis Scarsellini, quibus *invitis etiam* ( uti refert Episcopus ) *parendum fuit iniquitati temporum; imo vero ipsi parendum iniquitati transactionis: gravior siquidem, ac urgentior inde profluit improbandæ Transactionis ratio. Utilitas autem non modo penitus defuit; sed enorme damnum Sodalitio fuit illatum. Conventio enim anni 1705. singulis e Familia Paniscutis 50. quotannis tribuit, quæ anno 1772. hujus Sac. Congregationis judicio aucta fuere aliis scutis 10. ad quinquennium, et donec puellæ dotandæ adessent. Vivebant eo anno octodecim descendentes a Jacobo Philippo Pani, inter quos sex puellæ numerabantur: hinc annua scuta 540. præstabat Sodalitium; additisque scutis 10. ab hoc Sac. Senatu benigne indultis, præstatio ad annua scuta 720. ascenderat. Facile aliqua e sex puellis vel in sæculo, vel in Domino erat nuptura; brevi proinde augmentum scutorum 10. deficere poterat, ac fortasse defecit: quodque apprime notandum, tam puellarum nubentium, quam masculorum decendentium pensio omnino cessabat.*

Transactione vero anni 1805. solvenda sunt quotannis scuta 1400. ; ideoque fere in duplum aucta est præstatio, cujus nulla unquam est imminutio speranda, cum vel unie Familia Pani superstiti, eadem quantitas sit numeranda. Conventum est imo ad imminutionem perpetuo eliminandam, ut Sodalitii detrimento *tutte le eventualità, che fossero per accadere sulli Fondi Scarsellini, atque ad ipsum spectarent tutti gli altri pesi, ed aggravj alli medesimi infissi.* Præterea Dotes puellis nubentibus tradere Sodalitium tenetur, ac onera perferre, quæ *Capitibus V. VI., et IX.* Transactionis indicantur, quæque a Testatore minime imposita, forsitan consuetudine tantum fuere injecta. Quamobrem nil mirum, si annui redditus hæreditatis Scarsellini impares sint implendæ Transactioni, et annua desint scuta 465. 19. 8., quæ ex aliarum hæreditatum fructibus, gravissimo Pauperum verecundorum detrimento, et cum aperta justitiæ, ac piæ voluntatis aliorum Testatorum læsione, sunt decerpenda.

Si Transactionem anni 1805. improbandam EE. PP. censent, decernant etiam oportet, quænam annui pensio Descendentibus Pani, et quibus conditionibus sit solvenda. Etenim ex anteriori conventione anni 1700. singulis debeantur tantummodo scuta 30, augmentum autem sculorum 10. ab hac Sac. Congregatione anno 1772. indulgentiam ad quinquennium, tandem cessavit: sed anno 1802. a Sodalitio obtinuerant præfati Descendentes, ut eorum cuilibet dupla quantitas, nempe scula 60. præstarentur. Quælibet autem statuatur pensio, ad uniuscujusque vitam pendenda videtur, procul a quævis accrescendi jure favore superstitem consanguineorum: quoad puellas vero, cum nupserint, cesset oportet quævis subministratio, ut præfato anno 1772. fuit definitum, quoniam Testatore jubente sunt a Sodalitio dotandæ. Quæ quidem si EE. VV. statuenda videantur, nullus erit locus traditioni fundorum, quos sibi assignari optant Descendentes Pani, quia tunc sive decedentibus masculis, sive nubentibus puellis, eadem perpetuo maneret præstatio.

Cæterum pro Legatariis Pani animadverti potest, anno 1805. conventum in Transactione fuisse, *che debba riportarsi la superiore placitazione*: neque tunc obnotissimas publicarum rerum perturbaciones facile peti, ac obtineri potuisse Beneplacitum Apostolicum; ideoque succensendum ipsis non esse, si nunc tantummodo illud implorent. Præsertim cum ad validitatem quidem contractus de rebus Ecclesiæ initi requiratur predictum Beneplacitum, at tamen non sit formalis solemnitas, sed mere effectualis ejusdem contractus, quæ superaccedere, atque idcirco ejusdem defectus suppleri potest, veluti monent *Thesaur. quest. forens. 37. n. 2. lib. 3., Menoch. consil. 154. n. 34., et 35., Rota decis. 16. n. 3. p. 7. Recent. et Sac. Congr. in Perusina 31. Januarii 1824.* in qua EE. PP. decreverunt, esse consulendum SSmo pro sanatione Transactionis absque Beneplacito Apostolico firmatæ.

Transactio autem Sodalitio, et piæ Cause vel necessaria, vel certe utilis fuit: nam anno 1805. proposita a Legatariis Pani fuere jura obtinendi præstationem annuam ob defectum descendentie Scarsellini vacantem; eaque apud Ministrum *del Culto* adeo valuerunt,



runt, ut mostrò il Ministro una particolare premura, perchè dal Comitato s'intraprendesse colla Famiglia Pani una trattativa, e si terminassero le vertenze con un'amichevole concordia. De conditionibus transactionis diu est actum, ac ex demum statuta fuere, quæ non levem utilitatem Sodalitio attulerunt; ut nempe certam, et perpetuo eandem summam persolvat, incertosque eventus crescentis in dies Familiæ Pani, ac proinde augendi pensionum numerum evaserit. Siquid autem commodi etiam Legatariis obvenit, apprime id congruit voluntati Testatoris, qui eorum Familiam adeo dilexit, ut non modo annuam perpetuam subministrationem illi reliquerit, inter omnes ex eadem familia dispertiendam, sed et puellas omnes dotari præceperit, iisque non extantibus, ex multiplico, quod confici jussit, opem ferri universæ Familiæ voluerit; arbitrio quidem Sodalitii, quod tamen esse ad juris normam temperandum facto suo probarunt Sodales, qui jugiter hujusmodi subsidia præbuerunt.

Quod si annua præstatio scutorum 1400. gravior videatur, quam hæreditatis vires ferre valeant: cum id fieri possit vel ex majoribus, quam oporteat, administrationis sumptibus, vel ex annonæ pretio nimium nunc vilescente, vel demum ex non satis diligenti opera Colonorum, et Ministrorum Sodalitii; omnibus hisce incommodis occurrere facile poterit assignatione Fundorum ad hæreditatem Scarsellini spectantium. Hos autem accipient Legatarii iis legibus, et conditionibus, quibus et perpetuæ conservationi eorundem Fundorum in Familia Pani consulatur, et Sodalitium a quovis onere erga prædictam Familiam liberum, ac immune fiat. Idcirco definienda proponuntur

Dubia

I. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro sanatione Transactionis in casu etc.

Et quatenus negative

II. An, quomodo, et in qua summa Descendentibus Jacobi Philippi Pani sit solvenda annua præstatio ex redditibus hæreditatis Sebastiani Scarsellini in casu etc.

III. An, et quomodo loco præstationis assignanda sint Bona hæreditatis Scarsellini in casu etc.

**DIE**

*Die Sabbathi 25. Februarii 1826. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia, juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.*

**ASSISIEN. ET MACERATEN. PROFESSIONIS FIDEI**

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

**Dubia**

- I. An, et pro quo Beneficio Sacerdos Mattei tenea-  
tur ad emittendam professionem fidei in casu etc.  
II. An, et quos fructus restituere debeat in casu etc.*

**Ad I.** Affirmative pro Beneficio in Diocesi Assisiensi tan-  
tum.

**Ad II.** Pro gratia condonationis, erogata in Christi pau-  
peres aliqua elemosyna arbitrio Episcopi, facto ver-  
bo cum SSmo,

**F AVENTINA BENEPLACITI APOSTOLICI**

*Sess. 22. Cap.  
6. de Reform.*

**Dubia**

- I. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro sana-  
tione Transactionis in casu etc.*

**Et quatenus negative**

- II. An, quomodo, et in qua summa Descendentibus  
Jacobi Philippi Pani sit solvenda annua præstatio  
ex redditibus hereditatis Sebastiani Scarsellini in  
casu etc.*

**D 2**

**III. An,**

III. An, et quomodo loco præstationis assignanda  
sint Bona hereditatis Scarsellini in casu etc.

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Dilata, non retardata interim per modum provi-  
sionis executione Transactionis anni 1705., et scriba-  
tur Episcopo ad mentem.

Ad III. Negative in omnibus.

Sess. 22. Cap.  
6., et Sess. 25.  
Cap. 4. de Re-  
form.

**R**OMANA LEGATI PII = Cardinalis Antonius Barberini  
supremis tabulis an. 1645. obsignatis universalem sibi  
scripsit hæredem Sacram Congregationem de Propagan-  
da Fide, adjecta lege quædam præstandi Legata *senza po-  
ter pretendere di non sodisfarli*, ac pœna etiam caducita-  
tis indicta, *se il detto Erede per qualsivoglia causa  
tralascerà in tutto, o in parte di adempire questa mia  
volontà*. Cætera inter ferenda onera hæredi injunxit  
di pagare in perpetuo scudi trecento l'anno alle pove-  
relle di S. Filippo, li quali non si possino spendere  
in altro uso, che per comprare lino, e lana da tessersi  
dalle medesime poverelle.

Piæ Testatoris voluntati obtemperans eadem Congrega-  
tio annuas Legati præstationes Monialibus S. Philippi  
accurate repræsentavit ad notissimas publicarum, pri-  
vatarumque rerum vicissitudines. Qui enim tum tem-  
poris summam tenebat imperii duo Trajecti ad Rhe-  
num edidit Decreta; alterum die 8. Octobris 1811.  
quo decernebatur = 1. Li Proprietarij di censi, o cre-  
diti ipotecarij, o esigibili sugli stabilimenti addetti all'  
istruzione pubblica, ed alla beneficenza, Ospedali,  
Ospizj, e Monti di Pietà esistenti nei Dipartimenti di  
Roma, e del Trasimeno contratti avanti il primo  
Gennajo 1810. si porteranno al Consiglio di Li-  
quidazione sedente in Roma per far liquidare quel-  
lo che a loro è dovuto. 2. Quei Creditori che non  
avranno prodotto i loro titoli al Consiglio di Liqui-  
dazione avanti il primo del prossimo mese di Mag-  
gio; saranno decaduti da qualuunque diritto per il  
loro rimborso =

At.

Alterum die 28. Februarii 1812., quo cautum fuit =  
 „ 1. Le rendite e crediti ipotecarj, o esigibili, con-  
 „ tratti anteriormente al primo Gennaio 1810, dagli  
 „ Ospizj, Ospedali, e Conservatorj della Città di Ro-  
 „ ma, la cui liquidazione è stata autorizzata dal No-  
 „ stro Decreto degli 8. Ottobre 1811. saranno rimbor-  
 „ sati come debiti dello Stato . . . . 2. Le rendite,  
 „ e crediti dovuti allo Stato, ed alle Corporazioni  
 „ soppresse dagli Ospizj, Ospedali, e Conservatorj del-  
 „ la Città di Roma sono dichiarati estinti. 3. In se-  
 „ guito alle disposizioni convenute negli Articoli pre-  
 „ cedenti, e del prodotto degli Octroi accordati alla  
 „ Città di Roma, non vi ha luogo al rimborso de-  
 „ luoghi di Monte, delle rendite, e de crediti dovuti  
 „ a detti Ospizj, Ospedali, e Conservatorj, sia dal-  
 „ lo Stato, sia dai Corpi e Corporazioni soppresse „

Post hujusmodi decretorum publicationem, licet aliquas  
 Legati pensiones Monasterio S. Philippi exhibuerit Con-  
 gregatio de Propaganda Fide; attamen postea a quali-  
 bet solutione sibi abstinendum censuit, adeout Mo-  
 niales ad integrum annum 1816. Creditrices evaserint  
 in summa scut. 1258. 34., cumque crediti dissolu-  
 tionem urgerent, res delata fuit ad Enjos S. Congre-  
 gationis de Propaganda Fide Moderatores, qui die 14.  
 Maji 1808. decreverunt di dare cento scudi annui al  
 Monastero di S. Filippo in conto dell' arretrato, cioè  
 scudi 25. in ogni trimestre oltre il corrente, atque ad  
 tramites hujus Decreti nonnullæ pensiones Moniali-  
 bus persolutæ fuerunt.

Accidit vero, ut paulo post, nimirum die 10. Octobris  
 ejusdem anni 1818. Cardinalis a Secretis Status, au-  
 ctoritate S. M. Pii VII., ad præcidendas inter Loca  
 pia controversias, quæ scatebant = dal notissimo De-  
 „ creto di Utrecht del dì 8. Ottobre 1811., e dal suc-  
 „ cessivo Decreto del Febbraro 1812., per cui i Luoghi  
 „ pii, e più precisamente gli stabilimenti di pubblica  
 „ beneficenza, e d' istruzion publica furono assoluti  
 „ da tutti i Debiti ipotecarj, ed esigibili contratti a  
 „ a tutto l'anno 1809., liberandosi contemporaneamente  
 „ lo Stato da ogni debito verso di loro = edictum vul-  
 „ gaverit, quo Pontificiam mentem in primis declarans  
 „ inquit = Non intende già Sua Santità di parlare del  
 „ de-

„ debito della sorte, e dei frutti successivi alla ri-  
 „ pristinazione del Governo Pontificio, nella qual  
 „ epoca essendo stati i rispettivi stabilimenti reinte-  
 „ grati a suoi crediti contro lo Stato, cessa in essi  
 „ ogni ragione per declinare il pagamento de proprj  
 „ debiti, e de frutti successivi; ma soltanto de frutti  
 „ intermedj dal 1. *Gennaro* 1810. a tutta l' epoca del  
 „ Governo Francese = *Dein vero Legem ferens sub-*  
 „ *dit = Ora Sua Santità limitandosi a questi, e consi-*  
 „ *derando tutti i Luoghi pii come una causa stessa,*  
 „ *e come un sol corpo, per togliere fra membra,*  
 „ *e membra di questo Corpo medesimo ogni urto,*  
 „ *ed ogni collisione, abolisce ogni azione per detto*  
 „ *titolo, e per l' epoca anzidetta, ed impone perpe-*  
 „ *tuo silenzio ad ogni lite o già insorta, o che insor-*  
 „ *ger potesse, relativa a quell' epoca, ed a quel tito-*  
 „ *lo; niente però alterando riguardo alle cause già*  
 „ *terminate coll' effettivo pagamento =*

**H**ac edictali *Lege quodlibet Monialium creditam ob*  
*non solutas Pensiones tempore Gallici Gubernii sub-*  
*latam, ac penitus abrogatum existimans Congregatio*  
*de Propaganda Fide, primum in mandatis pro sol-*  
*venda pensione in conto dell' arretrato a tutto Decem-*  
*bre 1816. addere coepit a forma della Notificazione*  
*emanata dall' E<sup>mo</sup> Segretario di Stato dei 10. Otto-*  
*bre 1818. , subinde vero reliquam summam scut. 420.*  
*34. se amplius non soluturam Monasterio S. Philippi si-*  
*gnificavit. Quare Moniales controversiam ad amplis-*  
*simum hunc Ordinem detulerunt, earumque preces*  
*tum E<sup>mo</sup> Cardinali de Somalia SS<sup>mi</sup> D. N. LEO-*  
*NIS XII. a Secretis Status, et Congregationis de Pro-*  
*paganda Fide Pro-Praefecto, tum E<sup>mo</sup> Cardinali Georgio*  
*ab Auria Pamphilj Monasterii S. Philippi Protectori*  
*ablegatae fuerunt pro informatione et voto; iidem*  
*autem E<sup>mi</sup>, quae supra narraui, confirmant, et ad*  
*Allegationes utrinque distribuendas se conferunt.*

**Q**ui Monialium tuentur jura, contendunt, Congrega-  
 tionem haeredem neque ex Trajectinis decretis, neque  
 ex Edictali lege anni 1818. immunitatem sibi asserere  
 posse a solutione pensionum, quarum dies cessit  
 tempore Gallici regiminis. Trajectinis enim decretis  
 illa dumtaxat pia loca obnoxia fuisse arbitrantur, quo-  
 rum

Die 25. Februarii 1826.

31

rum bona in Demanium coaluerant, et quorum absolutio a nominibus, quæ illis imminebant, in publici Ærarii utilitatem referebatur. Quam vero Congregationis de Propaganda Fide, atque Virginum S. Philippi jura, et bona sarta tecta jugiter servata fuerint, liquido innotescere putant, eadem pia loca decretis illis non fuisse affecta. Neque vera Congregatio de Propaganda etiam post latum Ultrajectinum Decretum plures præstationes, licet non integras, Monasterio exhibuit; redintegrato vero Pontificio regimine primum trimestrales repræsentavit Pensiones *senza pregiudizio dell' arretrato*; dein, re amice composita inter Eñum Monialium Protectorem, ac Eños Congregationis Moderatores, annua *Scut. 100. in conto del Legato arretrato a tutto Dicembre 1816.* Monasterio exsolvit. Legem autem edictalem Cardinalis a Secretis Status Monialibus nullam inferre jacturam, quin imo earum jura apprime fovere existimant. Finem enim sibi constituit Legislator præcidendi Lites inter ea exortas, aut orituras loca pia, quæ anno 1814. redintegrata fuerunt *ai suoi Crediti contro lo Stato*, quæque propterea Gallorum tempore per bonorum, ac jurium Spolium unum veluti corpus cum publico Ærario efformaverant, atque ideo actiones inter eadem Loca pia confusæ remanserant. Quoniam vero neque Congregatio de Propaganda Fide, neque Moniales S. Philippi passæ sunt bonorum diremptionem; actio Monialium exigendi pensiones, quæ Gallis dominantibus erant pendendæ, etiam post edictalem legem anni 1818. illæsa, et intacta mansisse videtur; cessante siquidem ratione legis, ipsius quoque efficaciam cessare competentissimi juris est, *Rota cor. Ansaldo decis 285. n. 17., cor. Malvasia decis 173. n. 3., et S. Cong. in Lunen Sarzanen. Stipendii Concionatoris 18. Septembris 1824. §. Nullo.*

Præterea antequam edictalis Lex in vulgus ederetur, controversia inter Congregationem, ac Monasterium transactione fuerat composita; nam urgentibus Monialibus insoluti legatis satisfactionem, et re ab Eñis Congregationis Moderatoribus perpensa, Eño Protectori Monasterii S. Philippi scripto nuntiatum fuit, Congregatio-

nem

nem insoluti Legati nomine scuta centena singulis annis Monialibus fore soluturam, ac revera plures explevit solutiones. Hanc autem transactionem, solutionibus confirmatam, spectare nequibat postera edictalis Lex, quæ futuris tantum negotiis formam dare, nunquam vero præterita revocare poterat, eo maxime, quod transactio exceptionem pariat rei judicatæ, et litis finitæ, *L. non minorem Cod. de transact., Rot. cor. Olivatio decis. 32. n. 17.* Imo, pergunt Monialium Defensores, ipsa edictalis lex id prospexit, dum cavet: *niente però alterando riguardo alle cause già terminate coll'effettivo pagamento*: simillimum enim esse putant, rem materiali solutione, vel transactione, quæ solutionem jubeat, fuisse absolutam.

Verum quamlibet Monialium actionem pro Legati Barberini exactione usque ad Pontificii regiminis restitutionem per edictalem legem anni 1818. omnino peremptam existimat Congregationis Defensor. Namque Legislator germen litium, quæ inter loca pia oriebantur propter Ultrajectina decreta, avellere cupiens, *considerando tutti i Luoghi pii come una causa stessa, e come un sol corpo*, omnem actionem abrogavit per *i frutti intermedj dal 1. Gennaio 1810. a tutta l'epoca del Governo Francese*; perpetuumque silentium imposuit *ad ogni litè insorta, o che insorger potesse relativa a quell'epoca, e a quel titolo.* Hujusmodi vero legis sanctionem pia etiam Loca, nullam Gallorum tempore spolium passa, complecti autumat idem Defensor. Ratio siquidem, ac fundamentum legis non in bonorum diremptione, seu, ut inquirunt, *indemaniazione*, sed in jactura reddituum omnium fiscalium, quos locis piis non esse a publico Ærario pendendos sanciverant Trajectina decreta, est collocandum.

Et sane decretum anni 1811. statuit Locorum piorum nomina a publico Ærario fore dissolvenda, atque in correspectivitatem hujus liberationis a debitis Locis piis tributæ posterius decretum Anni 1812. declaravit: *non vi hà luogo al rimborso dei Luoghi di Monte, delle rendite, e crediti dovuti a detti Ospizj, Ospedali, e Conservatorj, sia dallo Stato, sia dai Corpi, e Corporazioni sopresse.* Atque hanc liberationis, et



jacturæ corresponsivitatem fuisse quoque rationem edictalis Legis anni 1818. aperte innuit Cardinalis a Secretis Status, dum legem illam describi significavit ad præcedendas lites, quæ ortum ducerent ex Trajectinis Decretis, quorum vi loca pia jurono absoluti da tutti i debiti ipotecarij ed esigibili contratti a tutto l'anno 1809, liberandosi contemporaneamente lo Stato da ogni debito verso di loro. Cumque post Pontificii regiminis restitutionem loca pia fuerint reintegrati a suoi crediti contro lo Stato, et jactura evanuerit reddituum fiscalium; ideirco in edictali lege tantum legitur: cessa in essi ogni ragione per declinare il pagamento de' propri debiti, e de' frutti successivi. Ita profecto Gallica decreta, ac Pontificium edictum esse interpretandum suadent quoque sententiæ, quas tulerunt Triumviri A.G., et S. Romanæ Rotæ Tribunal, præcipue in Romana Pecuniaria 29. Martii 1819. cor. Emo. Bussi, et in Confirmatoria 25. Februarii 1822. Quæ quidem legis ratio locum sibi maxime vindicare debet quoad Congregationem de Propaganda Fide, quæ propter Ultrajectina decreta publici Aerarii creditrix evasit in scut. 153584.

Addit idem Defensor, nullam unquam intercessisse transactionem inter Congregationem, ac Monasterium: desiderantur enim contractus tabulæ, litem a Monialibus super legati præstatione non constat fuisse institutam, nec quidquam inter partes remissum; quibus transactionis deficientibus characteribus, deesse quoque transactionem docet *textus in L. 1. ff. de transact., l. 38. Cod. de transact., et Valeran. de transact. tit. 2. quest. 1. n. 1.* Et si qua etiam intercessisset transactio, eaque suis stare viribus: attamen quælibet precepta foret Monialium actio per edictalem legem anni 1818. quæ omnibus controversiis finem imposuit, easque solum excepit causas, quæ fuerant absolutæ *col'effettivo pagamento*; transactio autem haberi non potest tanquam realis solutio.

Reliqua fuse habent Eñi Patres in Allegationibus circumferendis, ut, qua juris præstant peritia, dirimere possint, quod proponitur



## Dubium

*An sit locus præstationi Legati in summa scut. 420.  
34. in casu etc.*

## Affirmative

Sess. 5. cap. 2.  
et sess. 24. cap.  
4. Reform.

**L**UNEN. SARZANEN. STIPENDII CONCIONA-  
TORIS. Hujus Causæ series prostat in Folio diei 18. Septem-  
bris anni 1824. ab eximio meo Prædecessore R. P. D. Gam-  
berini summa cura elucubrato. Tunc autem propo-  
sito Dubio: *An, et ad quem spectet onus solvendi eleemo-  
synam Concionatori Cathedralis in casu etc.*, rescriptum  
prodiit: *Affirmative, et facia per Massales de declaratione nul-  
lum sibi jus competere nominandi, spectare ad Epi-  
scopum.* Massales ab onere stipendium Concionatori  
solvendi se eximere cupientes in Congregatione ordi-  
naria habita die 2. Januarii 1825. declarationem pro-  
tulerunt: *che fermo stante l'obbligo imposto a Monsig.  
Vescovo di pagare al Predicatore dell' Avvento e Qua-  
resima in questa Cattedrale il necessario stipendio, non  
competete, nè può competere alla Masseria diritto alcu-  
no di nominare i Predicatori medesimi: cumque Epi-  
scopus hujusmodi declarationem irritam diceret, Mas-  
sales hanc S. Congregationem supplices adierunt, ut  
editi Rescripti executionem præciperet.*

Episcopus, cui preces pro informatione, et Voto fue-  
rant ablegatæ, instaurandi certaminis beneficium im-  
ploravit, votique compos factus ad jura sua tuenda  
exemplar transmisit Congregationis a Massalibus die  
27. Martii 1816. coactæ, in qua augmentum redi-  
tuum ab Hospitiorum Administratoribus petendum de-  
creverunt, animi sui sensum ita aperientes = *Riflet-  
tendo alle maggiori spese state accresciute alla Mas-*

seria, le quali non furono comprese nei 2800. franchi, come sarebbe da circa Lire 400., che si spendono per li Predicatori, lire 150. di salario all'Agente . . . che unite le dette partite formano la somma in tutto lire 642., le quali ogni'anno sono mancate alla Masseria, e che sono indispensabili. Considerando poi che la Masseria resta sempre soggetta a spese straordinarie ed impensate per casi fortuiti . . . Portando dunque i sudetti Livelli ( a Gubernio Gallico assignati ) il reddito di sole Lire 3718. ( anche tutti compresi ) bisognerebbe, che la Commissione, volendo por fine ad una tale differenza, e stabilir la Chiesa in qualche stato di esistenza . . . facesse un' accrescimento all'assegno già fatto dei Franchi 2800. che sarebbe di circa lire 1800. annue, con l'aggiunta di tanti altri Livelli.

Hoc vero Congregationis exemplar, ac redituum augmentum postea Massalibus ab Hospitiorum Administratoribus impertitum ita explicat Episcopus = Me-

„ morare juvat, Massales hujus Cathedralis die 27.

„ Martii 1816, uti constat ex schedula a libro deli-

„ berationes horum Massalium continente fideliter ex-

„ tracta, et a me isti S. Congregationi transmissa, Ad-

„ ministratores Hospitiorum hujus Civitatis rogasse pro

„ consequendo reditus augmento, adeo ut inter cæ-

„ tera solvere valerent Concionatoribus stipendium

„ libellarum quadringentarum, quæ requiruntur, ac

„ sufficiunt, ut annuatim Concionatoribus hujus Ci-

„ thedralis integrum statutum stipendium elargiatur,

„ atque intuitu onerum, quibus ipsi Massales satis-

„ facere tenentur, sufficienter fuisse provisos, cum

„ reditus Operæ die 17. Decembris 1821. ex libellis

„ 3360. aucti fuerint ad libellas 5000. monetæ Ja-

„ nuensis, seu ad libellas 5250. hujus Civitatis, que-

„ madmodum ipsi Massales huc usque pacifice singu-

„ lis annis percepisse minime negant, ac constans, fir-

„ mumque plane est.

„ Nec valet autem, quod Massalium favore scriptum

„ invenitur in relatione EE. VV. Rm̄is a R. P. D.

„ Secretario istius S. Congregationis facta, idest Li-

„ bellas 518. ipsis semper deesse. Enim vero si sche-

„ dulam supradictam tunc ego explicassem, EE. VV.

„ plane cognovissent, ipsis Massalibus Libellas mone-  
 „ tæ Sarzanensis 68. tantum, non vero 518. deesse;  
 „ nam ipsi, ut ex ipsa evincitur, petierunt augmen-  
 „ tum libellarum 1800., prout hac in Civitate nu-  
 „ merantur, quæ Libellas Januenses efficiunt 1714.  
 „ ac solidos 5., ac redditus Operæ, qui tempore Galli-  
 „ ci Gubernii erant libellis Gallicis 2800., idest Ja-  
 „ nuensibus 3360., ac monetæ Sarzanensis 3518. au-  
 „ cti fuerunt ad Libellas Januenses 5000., seu ad Li-  
 „ bellas Sarzanenses 5250. Ergo constat augmentum  
 „ habuisse Libellarum Sarzanensium 1732. pro Li-  
 „ bellis 1800. petitis.

„ Licet autem in dicta deliberatione legantur verba:  
 „ *portando dunque i sudetti Livelli notati il reddito*  
 „ *di Lire 3718., dicendum non est, hanc Operam*  
 „ *dictum redditum tunc habuisse: nam cum dictus*  
 „ *redditus canonibus constet, istique non omnes sint,*  
 „ *ut vulgo nuncupantur esigibili (quod et demon-*  
 „ *strant verba quæ in dicta deliberatione immediate le-*  
 „ *guntur: anche tutti compresi: et declaratio ab ini-*  
 „ *tio facta in dicta deliberatione redditus constare li-*  
 „ *bellis Gallicis 2800., quæ non efficiunt libellas Sar-*  
 „ *zanenses 3718., sed libellas 3518. dumtaxat) hinc*  
 „ *est, quod si Canones omnes dati fuerint Operæ pro*  
 „ *reditu Libellarum Sarzanensium 3518., seu Libel-*  
 „ *larum Gallie 2800. tantum; licet aliquo anno ma-*  
 „ *ior summa ex dictis Canonibus percipi queat, prout*  
 „ *adjuncta fuerunt.*

„ Insuper licet aliquid Massalibus juxta eorundem pe-  
 „ titionem detractum fuisset, vel sit; attamen, uti  
 „ EE. VV. Rmæ conspiciunt, non esset censendum  
 „ Administratores Hospitiorum dictam summam de-  
 „ traxisse propter expensas in dicta deliberatione sin-  
 „ gillatim memoratas, ac nuncupatas *indispensabili*,  
 „ ac ad quas sustinendas requiruntur Libellæ Sarza-  
 „ nenses 642., sed potius propter illas, quæ in dicta  
 „ deliberatione generatim commemorantur, ac ap-  
 „ pellantur *straordinarie ed impensate per casi for-*  
 „ *tuiti.*

„ Hisce autem sic enucleatis ambigendum non videtur,  
 „ Patres Emi, Massales hujus Cathedralis die 27. Mar-  
 „ tii 1816. postulatione facta Administratoribus Ho-

„ spitiorem pro obtinendo reditus augmento , adeo  
 „ ut solvere valerent præter cætera Libellas Concio-  
 „ natoribus hujus Cathedralis quadringentas , admis-  
 „ se , ac factos fuisse dictum onus ad ipsos spectare , ac  
 „ anno 1821. dictum reditus augmentum obtinendo ,  
 „ ac pacifice huc usque percipiendo onus suprad-  
 „ ctum in ipsis confirmatum fuisse.

Quæstio itaque ab hoc S. Ordine dirempta iterum ad  
 trutinam vocatur sub dubio , an sit standum , vel  
 recedendum a decisis. Episcopus rationum momenta  
 scripto exhibuit , quibus onus stipendii Concionato-  
 ris esse a Massalibus ferendum suadere nititur. Ete-  
 nim decretum a Laica potestate anno 1811. latum  
 confirmatione Episcopi , Apostolicis facultatibus præ-  
 diti , validum , ac legitimum evasisse arbitratur , illud-  
 que , utpote ab Ecclesiastica potestate hactenus non  
 abrogatum , firmum , ac ratum adhuc perseverare.  
 Addit Massales ipsos probasse decretum , nam Con-  
 cionatorem nominarunt , eique pensionem represen-  
 tarunt : Ecclesiæ , rebusque publicis pace reddita nul-  
 lam adversus gallicum decretum instituerunt quære-  
 lam ; imo anno 1816. augmentum redituum ad sti-  
 pendium Concionatori exsolvendum ab Hospitiorum  
 Administratoribus efflagitarunt. Anno autem 1818.  
 cum significassent Episcopo *che specialmente nelle  
 attuali ristrettezze del Patrimonio della Masseria in-  
 teresserebbe di ritornare al sistema degli antichi tem-  
 pi . . . mediante il quale Monsig. Vescovo pro tem-  
 pore ha sempre contribuita la corresponsione di Li-  
 re 150. per retribuzione al Predicatore nella Quaresi-  
 ma , e di Lire 50. per retribuzine a quello dell' Au-  
 vento* , Episcopus Pallavicini propter redituum Mas-  
 sariæ tenuitatem ducentas suppeditavit Libellas , di-  
 chiarando ( quod similiter sequentibus annis serva-  
 runt Administrator Mensæ Episcopalis , et actualis Epi-  
 scopus ) *di farlo per elemosina , e non per obbligo* ,  
 uti testantur Episcopus , et Promothor Fiscalis , ac fa-  
 tentur Massales in supplici Libello huic S. Congre-  
 gationi anno 1822. porrecto.

His accedit , inquit Episcopus , quod Massales petitum  
 augmentum ab Hospitiorum Administratoribus tan-  
 dem sint consecuti ; ac propterea nedum ex lege , ve-

rum

rum etiam ex contractu stipendium Concionatori Cathedralis exhibere tenentur, *Reg. 55. J. in 6., et L. unic. Cod. de caduc. tollen.* Neque Massales hujusmodi onus in Episcopum refundere queunt declaratione, nullum sibi competere jus nominandi Concionatorem, quoniam Episcopus jure quidem pollet sibi vindicandi electionem Sacri Oratoris Ecclesiae Cathedralis etiam adversus inmemorabilem consuetudinem; at illi qui onere gravantur pendendi eleemosynam, nequeunt pro suo lubitu se nominatione abdicare, ut onere solvendi stipendium leventur; hæc enim S. Congregatio in *Viterbien 14. Martii 1663.* censuit, *servandam esse consuetudinem, nisi velit Episcopus jus suum vindicare, et concinit S. Congregatio Episcoporum in Ariminen. 29. Octobris 1583. apud Pignatel. Tom. 4. consult. canon. 206. n. 49.*

Contra Massalium Defensor in nova circumferenda allegatione sustinet, onus stipendii Concionatori exhibendi qua ex juris sanctione, qua ex diuturna, ac perenni in Ecclesia Sarzanensi consuetudine Episcopo imminere: editum a Laicali potestate decretum nullius fuisse roboris: assertam Episcopi confirmationem prorsus desiderari: Massales nunquam Gallicam legem accepto habuisse; sed temporum calamitati se se accommodasse: dotis vero augmentum non ad Concionatoris stipendium, sed ad alia onera perferenda ab Hospitiorum Administratoribus fuisse *anno 1821. Massariae imperitum.* Etenim in *Libello anno 1820. Hospitiorum Administratoribus oblato* nulla occurrit Concionatoris mentio; imo nec occurrere poterat; siquidem Massales jam *ab anno 1818. Episcopum adierant, eique nunciaverant di ritornare al sistema degli antichi tempi.*

Et quamvis in correspectivitate memorati stipendii Massalibus tributum fuisset reddituum augmentum, nihilominus, (pergit idem Defensor) cum agatur de opera non Laicali sed ecclesiastica, hæc conventio, nullo intercedente Apostolico Beneplacito inita, irrita esset, viribusque penitus vacua ad tradita *per Rot. in Ferrarien. Executionis contractus 17. Martii 1820. cor. Zinanni, et in Confirmatoria 23. Februarii 1821. §. 2. cor. eod.*; ideoque Massales a qualibet obligatione repræsentandi eleemosynam Concio-

Die 25. Februarii 1826.

39

natori forent immunes, præsertim postquam saucto-  
rante S. Congregatione nullum sibi competere jus  
nominandi solemniter declararunt.

Cætera fusius habent Eñi Patres in Folio diei 18. Se-  
ptembris 1824., et in Allegationibus ex parte Massa-  
lium distributis, ut, qua præstant, sapientia dirime-  
re possint, quod proponitur

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

In decisis

**LUCANA PRÆEMINENTIARUM ET JURIORUM.** In Sess. 25. Cap. 13. de Reform. Comitibus diei 29. Januarii superioris anni proposita fuere Dubia I. *An Abbati Spada competat jus Mis- sam canendi diebus solemnioribus, illam non canenti- bus Episcopo, et aliis dignitatibus in casu etc.* II. *An Abbas Spada in rebus spiritualibus, et mixtis vocem activam habeat in Capitulo in casu etc.* III. *An, dum agitur de rebus temporalibus, intervenire possit Ca- pitulo absque voce activa in casu etc.* IV. *An Abbas Spada eligi possit ad munera Capitularia, et illa obi- re in casu etc.* V. *An Abbati Spada competat jus per- cipiendi emolumenta non procedentia ex Massa com- muni, seu Massa grossa in casu etc, quibus EE. VV. die 26. insequentis mensis Februarii responsum dederunt: Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative Ad III. Af- firmative absque voce activa et passiva. Ad IV. Affir- mative quoad munera spiritualia, et mixta; et quoad temporalia, adimpleta conditione ad formam Bullæ ere- ctionis. Ad V. Affirmative, dummodo non agatur de Legatis erectis ante foundationem Abbatie. Contenden- tibus vero Canonicis, Abbatem Spada Choralis servi- tio, ut cæteros Canonicos, non esse adscribendum,  
mul-*

multoque minus inter eos cooptandum, qui Archiepiscopo extraordinarias Functiones obeunti ministrant in Officio Diaconi, et Subdiaconi, vel inter eos, qui munus sortiuntur Interioris Sacristæ, ad hunc S. Ordinem iterum confugit Parochus Bartelloni, actualis Abbas Spada, ut quælibet dirimatur controversia.

Rogatus de more Archiepiscopus, ut, audito Capitulo, referret super novis precibus, hæc edisserit: *Que in resolutionibus S. Congregationis mihi fuerunt imposita, integre, et fideliter, ut mei muneris erat, observari, et plene exæquuta fuerunt. Mandatis iterum hæc de re acceptis, obtemperavi Capitulo n ipsum audiendo, uti ex foliis annexis, et ipsius Capituli, et Abbatis Bartelloni indubie constat. Et cum difficile admodum questionem amicabiliter componere cognoverim, hinc ut nullius jura ledantur, et unusquisque jus suum absque dubio prosequi possit, necesse est, ut ista S. Congregatio suam sententiam aperire dignetur.*

Ex memoratis Foliis hæc, quæ ad factum pertinent, eliciuntur. Capitulares duas in partes dividuntur, quæ alternatim per quindecim dies Choro inserviant. Quatuor in Sacratio extant Urnæ, quarum in unam omnia conjiciuntur Canonicorum nomina, ex quibus sortitione eliguntur, qui Missam quibusdam solemnioribus diebus canere, vel in officio Diaconi, et Subdiaconi Archiepiscopo Sacris operanti inservire debent. In aliis duabus Urnis, quarum altera appellatur *La gita di S. Croce*, altera *la gita di S. Martino*, eorum reconduuntur nomina, qui per quindecim dies alternatim Choro intersunt: ex ea vero Urna, qua nomina continentur Canonicorum tunc Choro non inservientium, sortiuntur Diaconus, et Subdiaconus, quorum est Archiepiscopo aliquam extraordinariam functionem, veluti Ordinationem Clericorum, chrismatis confectionem, Virginum consecrationem, peragenti ministrare.

In quartam denique Urnam nomina immittuntur Canonicorum, qui per secreta suffragia electi fuerint ad munus Interioris Sacristæ. Hoc munus, qui sorte eductus fuerit, accepto habere, et sex mensibus exercere compellitur sub pœna Libellarum triginta. Elapso vero sex mensium termino novam extractionem curare debet Sacrista, et si ipse, *sive illius Locopositus prædictam*



ctam extractionem fieri non fecerit, per triennium Capitulum ingredi vetatur, et distributionibus duorum mensium privatur.

Interior Sacrista caput est Capituli, et ex Constitutionibus Capitularibus debet esse, justo impedimento cessante, personaliter, et presentialiter in quolibet Capitulo primæ sextæ feriæ cujuslibet Mensis sub pœna unius Floreni aurei . . . interesse cuilibet alteri Capitulo per ipsum toto adunato sub eadem pœna: item omni die interesse semel ad minus in dicta Ecclesia Lucana ad inquirendum, si Officium Divinum ipsa die factum fuerit; et debito ordine, et cum debita devotione, ac negligentes ad formam Constitutionum punire. Sin vero justo detineatur impedimento, debet Officium saltem committere Hebdomadario, et eo absente, uni ex Canonicis, qui omnia referat dicto Sacristæ. Si vero dictus Sacrista propter suam absentiam, vel impedimentum legitimum non potuerit providere, tunc notificet Capitulo, ut provideat opportune. Et si sic non fecerit, ipse Sacrista incidet in pœnam præstiti juramenti, et alias Hebdomadarius, vel alter substituendus prædictus incidat in pœnam librarum decem Camerario Capituli solvendarum infra mensem.

Nomen Abbatis Spada in urnas, ex quibus sortitione extrahuntur Diaconus, et Subdiaconus pro extraordinariis functionibus, conjiciendum esse denegant Canonici, quia hujus S. Congregationis Rescriptum, quo Abbatem Spada ad munera Spiritualia eligi posse decretum fuit, illo admissio ad officia ordinaria, plenum sortitum esse effectum arbitrantur; Sacra enim Congregatio verba adhibuit generalia, quæ ad insolitos casus non sunt trahenda, Flores de Mena varior. lib. 2. quæst. 24. num. 33., et Barbos. axiom. 222. n. 45. Præterea Abbati Spada Apostolicis Litteris Pauli V. ea tributa fuerunt, quæ privilegium, prærogativam, et gratiam secumferrent; nulla vero injuncta lex onera Capituli perferendi: at ministrare Archiepiscopo extraordinarias functiones peragenti; nec privilegium, nec gratia est, sed onus, Pacian. de Prob. lib. 2. cap. 27: num. 37., Barbos. de Canon. cap. 4. num. 24., et S. Congregat. in Casertana 2. Augusti 1825. §. Qui vero. Nam qui hujusmodi officium sortiuntur, illud ex Capitulari-



laribus Constitutionibus explere debent, adeo ut negligentes pœna etiam plectantur.

**S**imiliter ad munus Interioris Sacristæ eundem Abbatem eligendum non esse censent. Quanquam enim S. Congregatio declaraverit, Abbatem Spada ad munera spiritualia, et mixta eligi posse; nihilominus Officium Interioris Sacristæ silentio præterit, adeoque ipso silentio exclusisse videtur: cum enim hujusmodi munus inter alia Capitularia Officia princeps sit, speciali mentione dignum erat, ut illud quoque comprehenderetur. Quin imo expresse exclusum autumant a S. Congregatione, quæ declaravit munera Capituli temporalia in Abbatem Spada non esse conferenda, usque dum conditionem impleverit ad formam Bullæ erectionis. Jam vero munus Interioris Sacristæ (inquiunt Canonici) est *un complesso di facoltà spirituali, temporali, e miste*, ac proinde Interior Sacrista, licet aliquando negotia spiritualia, et mixta exerceat; attamen ut plurimum in Capitularibus sessionibus res mere temporales Capitulo expendendas proponit, et cum Canonicis definit. Abbati autem Spada fas non est in hisce temporalibus Capituli negotiis sese immiscere, et idcirco nequit Interioris Sacristæ officium gerere.

**D**enique si Abbas Spada vel Officium Diaconi, et Subdiaconi pro extraordinariis functionibus sortiri, vel ad munus Interioris Sacristæ eligi posset, timendum foret, ne ipse suo muneri deesset. Etenim præterquam actualis Abbas Parœciam possidet, et idcirco animarum curam non potest citra piaculum deserre, ut Capitularibus sessionibus, aut sacris functionibus intersit; illud etiam accederet, quod ipse, cum nulla servitii choralis, aut residentiæ Lege obstringatur, pro suo lubitu modo officia respueret, modo accepto haberet, modo eisdem satisfaceret, modo etiam negligeret, quin ulli pœnæ, aut quotidianarum distributionum, quibus non fruitur, privationi obnoxius fiat.

**V**erum Abbatem Spada quoad Chori servitium eodem, quo cæteri Canonici, jure esse censendum contendit Parochus Bartelloni, imò ait, eundem Abbatem alterutri *delle gite* adscribere oportere, ne in emolumentis, quæ ex Legatis post Abbatiae erectionem Capitulo

tulo relictis proficiscuntur, aliquid capiat detrimenti. Dein affirmat, inservire Archiepiscopo extraordinarias functiones obeunti non esse munus extraordinarium, sed ordinarium ad tradita *per Pignat. tom. 1. cons. 130. num. 4., et cons. 348. num. 1.*; ac subdit, quod, etiam si inter extraordinaria munera recenseretur, eius nomen in urnas foret immittendum, quandoquidem verba generalia, quibus usa est S. Congregatio, generaliter sunt intelligenda, *L. 1. §. quod autem ff. de aleat., Marcus Anton. variar. resol. lib. 2. res. 40. num. 11.; Barbo. axiom. 222. num. 33.*, præsertim quia Litteræ Apostolicæ Pauli V. Abbatem Spada aliis Metropolitanæ Ecclesiæ Dignitatibus *in omnibus, et per omnia absque ulla prorsus differentia æquiparandum præcipiant.*

In dubium quoque revocari non posse autumat, Abbatem Spada ad munus Interioris Sacristæ eligi, et illud obire posse. Profecto officium istud non est inter officia mere temporalia recensendum, quæ tantummodo ad rerum Ecclesiæ temporalium administrationem, defensionem, vel custodiam ordinantur, *Reifsenst. lib. 5 Decret. tit. 3. num. 25., Pirhing. Ius Canon lib 5. tit. 3. sect. 2. §. 5, Leuren. For. Eccles. lib. 5. tit. 3. quest. 70.*; sed inter officia mixta, quæ ad rerum tum spiritualium, tum temporalium administrationem sunt instituta. Officium itaque Interioris Sacristæ, quod, ipsis fatentibus Canonicis, facultates complectitur spirituales, ac temporales, munus mixtum est appellandum, ac propterea Abbas Spada ad illud eligi potest.

Neque eundem Abbatem, utpote in rebus Capituli temporalibus voce activa, et passiva destitutum, a munere Interioris Sacristæ repellendum esse censet; nam ipse Capitulis, etiam dum negotia geruntur temporalia interesse non prohibetur, et idcirco si electione Caput efficiatur Capituli, poterit Capitularibus sessionibus præesse, negotia etiam mere temporalia proponere, et resolutiones a Canonicis accipere, non secus ac aliarum Ecclesiarum prima Dignitas, quæ ob non susceptum Sacrum Ordinem voce caret in Capitulo, *S. Congregatio in Sabinen. 31. Maji 1783, et in Oppiden.*

44 Die 25. Februarii 1826.  
den. Vocis in Capitulo 25. Maji 1822. , et nihilominus  
jure gaudet convocandi Capitulum, illique præside-  
di, ac negotia proponendi, Card. de Luc. de Canon.  
disc. 53. num. 5., Barbos. in Conc. Trid. Sess. 22. cap. 4.  
de reform. num. 8, et 10.

Ex sortitione vero Abbatis Spada sive ad Officium Diaconi, et Subdiaconi, sive ad munus Interioris Sacristæ nulla inquit metuenda esse scandala, aut incommoda; perraro siquidem continget, ut idem Abbas hæc munera sortiatur. Paræcia. quam regit Orator, non est incompatibilis cum Officio Interioris Sacristæ, nam anno 1689. sua sponte Canonici in Caput Capituli elegerunt Abbatem Spada, licet Priorem Ecclesiæ S. Paulini; et ad tramites Capitularium Constitutionum Interior Sacrista absens, aut justo impedimento detentus, potest Officium suum Locoposito, vel uni ex Canonicis committere. Quod si muneri suo deesset Abbas Spada, posset Capitulum illum punire aut multa, aut etiam privatione emolumentorum, quibus gaudet ad formam rescripti hujus S. Congregationis diei 26. Februarii 1823. ad V. Dub.

Igitur dirimenda proponuntur

Dubia

- I. *An Abbas Spada adscribi debeat servitio Chori perturnum in casu etc.*
- II. *An Abbati Spada jus competat sortiendi munus Diaconi, et Subdiaconi, etiam pro extraordinariis functionibus in casu etc.*
- III. *An Abbas Spada eligi possit ad munus Interioris Sacristæ in casu etc.*

Ad I. Affirmative

Ad II. Affirmative, quatenus aliæ Dignitates munus Diaconi, et Subdiaconi sortiantur.

Ad III. Affirmative ad formam resolutionis diei 26. Februarii superioris anni 1825. ad tertium, et quartum Dubium.

**T**ARENTINA PROCURATIONIS. Archiepiscopo Tarentino, sacram visitationem obeunti anno 1819. , Procurator Capituli Collegiatæ Martinæ scut. 240. , itemque Procurator Capituli di Grottaglie procurationis titulo scut. 80. obtulit, quæ primo Archiepiscopus recusavit; sed ab iisdem Procuratoribus admonitus, hanc esse consuetudinem ab antiquo in ambobus Capitulis inventam, ac transactioni innixam prædictas pecuniarias quantitates tandem accepit. Post lapsum triennii Archiepiscopus iterum sacram visitationem aperuit, sed delatam denuo ab iisdem Capitulis procurationem sibi habere constanter abnuit. Verum imminutis interea Mensæ Archiepiscopalis redditibus, et egenorum numero in dies crescente, ut sibi, et his consulere possit, utque Successorum suorum juribus nullum inferat detrimentum, hanc Sacram Congregationem adivit, ab ea definiri petens, an licite recipere valeat procurationem sponte a prædictis Capitulis oblatam.

Sess 24. cap. 3.  
ae Reform.

Rogatus fuit idem Archiepiscopus pro informatione, et voto, ut audito utroque Capitulo, et transmissis documentis ad rem facientibus, ac præsertim transactione cum Capitulis inita, si inveniri posset; referret de legitimo tempore, ac titulo præscriptionis; ipse autem utrumque Capitulum audivit, ac scripta ab eorum Procuratoribus tradita transmisit, nullamque reperiri potuisse Transactionem admonuit: Procurator Capituli Martinæ retulit, ab Ecclesiæ fundatione usque ad annum 1665. , quo Tarentinam Sedem tenebat Archiepiscopus Surria, nihil certi de procuratione afferri posse, cum aliquando Archiepiscopo visitanti esculenta et poculenta, aliquando scuta 80., aliquando 120., aliquando 160., aliquando etiam scuta 240. præstita fuisse appareat. *Tal varietà ( subdit Procurator ) credesi abbia avuto riguardo al numero de' Preti componenti il Capitolo, e Clero, Diaconi, Suddiaconi, Chierici, ed anche Congregazioni. Imperocchè qui vi è stato antico, ed immemorabile costume, che nella ripartizione di ciò che occorre nella Sac. Visita, sono obbligati tutti indistintamente contribuire per rate eguali. Verum ab anno 1739 usque ad annum 1819. in actu Sacræ Visitationis Archiepiscopo scuta 240. solata constanter fuisse, idque ex Capituli codicibus constare affirmat.*

Can-

Cancellarius autem Capituli di Grottaglie narravit, ex Libris administrationis, et Capitularium resolutionum, erui, antiquitus persoluta fuisse Archiepiscopo visitanti *scuta* 260., quibus contribuendis = *concorrevano i Capitolari, i Chierici, i Beneficiati, le Confraternite, le Monache, e l'Ospitale di S. Marco, e non si dimostra una vera formale transazione, ma al più una convenzione verbale* =; deinde vero ab anno 1750. usque ad annum 1787. in qualibet visitatione *scuta* 160. Archiepiscopo subministrata fuisse titulo *subsidiarii charitativi*, ac demum ex resolutione Capitulari diei 23. Februarii 1787., Tarentinam Ecclesiam regente = *Monsignor Capece-latro si principia ad avere idea di ducati 328. (Rom. scut. 262. 40.) in occasione della Sagra visita* = Ex libris quoque rationum apparere ait, ab anno 1787. ad novissimam usque Visitationem Archiepiscopi Capece-latro anno 1796. habitam, præter decem carolenos a singulis Presbyteris, Capitularibus, Clericis, ac Beneficiatis solutos, et præter expensas pro rhedis necessarias, aliquando *scuta* 69. 60., aliquando 113. 67., aliquando 120. 53., aliquando *scuta* 92. 17. pro procuratione Archiepiscopo tradita fuisse, adeout a prædicto anno 1787. ad primam visitationem hodierni Archiepiscopi de Fulgure *scuta* 262. 40. semper fuerint subministrata. Denique addidit, veniente ad suam Sedem eodem hodierno Archiepiscopo, = *questo nostro Capitolo, seguendo l'antico sistema, per mezzo dei Deputati presentò scudi 160. di soccorso caritativo, quali non si volevano ricevere dal nostro Pastore; ma si degnò di accettarli, quando se gli manifestò di essere stata questa l'antica consuetudine. Nella prima Visita del 1819. il Capitolo passò allo stesso altri scudi 80. Nell'ultima Visita poi si determinò di passarsi soli scudi 160., quali non furono accettati*.

Archiepiscopus vero ita sententiam suam aperuit = *Il più importante della Lettera del Procuratore del Capitolo di Martina è l'epoca del pagamento dei ducati 300. (Rom. scuta 240.) in ogni visita fin dal governo dell'Arcivescovo Sarria, principiato nel 1665., costantemente eseguito sino alla mia prima visita nel 1819., e da me rifiutato nella seconda visita del 1822. per quel dubbio, che mi ha indotto a chiedere l'oracolo del*

S. Pa-

Die 25. Februarii 1826.

47

**S. Padre.** Conoscerà la Sac. Congregazione, se dalla detta Lettera possa desumersi il legittimo titolo della prescrizione, e se io possa continuare ad esigere in buona coscienza, per non pregiudicare i poveri, e per non ledere i diritti de' miei Successori all' Arcivescovo =.

**Debbo far osservare,** che il Cancelliere (Capituli di Grottaglie) mentre ha confuso il sussidio caritativo colla procurazione delle visite, senza accorgersi ha dimostrato, che la procurazione siasi sempre corrisposta in tutte le sagre Visite. Che in occasione delle sagre Visite di epoca molto anteriore all' anno 1787. i libri dei conti non presentano un tal' esito; ed in seguito describe i pagamenti fatti in ciascuna Visita dal 1787 sino al 1796., che fu l' ultima dell' Arcivescovo Capece-latro. Si confonde però il pagamento fatto dal Capitolo, e si fa conoscere come un supplemento alli carlini dieci a Prete, che si pagavano individualmente.

**Io** nella prima Visita ricevei ducati 100. (Rom. scut. 80.), che spontaneamente il Capitolo mi presentò, e che io con ripugnanza ricevei, ma niente esigei in particolare dai Preti. Nella seconda Visita anche spontaneamente il Capitolo mi presentò ducati 200. (scuta 160.), che io non accettai per il dubbio, che mi venne nella legittimità dell' esazione.

**Si** parla di più dal medesimo di una conclusione dei 23. Febbrajo 1787., la quale stabilisce il pagamento di ducati 328. (scut. 262. 40.) in occasione della sagra Visita, col di più, che stà espresso per la spesa dei Calessi. Dal tutto insieme io scorgo, che la procurazione per la Visita siasi sempre pagata, siasi dagli individui ratizzati, siasi dal Capitolo.

**Si** vuol conchiudere dal rapporto del Cancelliere del Capitolo, che li Ducati 200. servivano di spese nella prima Visita, e questa conclusione è contraria al fatto, perchè in prosieguo rammenta, che nella seconda mia Visita vi fu la determinazione di passarmisi SOLI Ducati 200., quali non furono da me accettati. Quel dirsi soli Ducati 200. sembra, che dimostri, che la somma solita a pagarsi in ogni visita, fosse stata per lo passato maggiore; e secondo l' indicato nella conclusione, che stabilì il pagamento dei Ducati 328. in occasione della sagra Visita.



*Il mio sentimento è uniforme alle risoluzioni, che sull' assunto mi verranno comunicate dalla Sagra Congregazione del Concilio; poichè il mio scopo è quello di condurmi in modo da non turbare la mia coscienza.*

Nulla est controversia de solutione procurationis, quam ultro, et semper Tarentino Archiepiscopo Capitula Collegiatarum Martinæ, et di Grottaglie obtulerunt; omnis est quæstio de modo, seu de legitima summa procurationis nomine præstanda. Sane legitima procuratio illa dicenda videtur, quæ actibus frequentatis, consuetudinem constituentibus, procurationis titulo persoluta fuit; consuetudo enim scripto juri æquiparatur, ac legitimæ constitutæ legis vim habet, *Cap. fin. de Consuetud.*, *Leg. De quibus §. Ex non scripto ff. De Leg.*, *Rigant. ad Reg. 2. Cancell. § 2. n. 107.*, *Sac. Congregatio in Sancti Severini vocis in Capitulo 14. Augusti 1824. §. Nullibi*; præsertim vero in Cardinalitiis Congregationibus consuetudo plurimum attendi solet, eo quod nedum legales, sed etiam prudentiales regulæ ita exigunt, ut solitum non alteretur, ceu tradit Cardinalis de Luca de *Parochis disc. 14. n. 1.*

Nullam sane certam normam habuit procuratio a Capitulo Martinæ Archiepiscopo Tarentino usque ad annum 1739. in singulis visitationibus subministrata: ab hoc tamen anno in posterum *scuta 240.* numerata fuisse constat. Varietas autem quantitalis, quæ antea solvi consuevit, a diverso numero contribuentium originem habuit; quoniam ab immemorabili tempore non Loca tantum pia, sed personæ Ecclesiasticorum, imo et Congregationes ad contribuendam = *per rate eguali* = adigebantur. Immemorabilem vero consuetudinem tanti roboris esse, ut cujuscumque melioris, ac validioris tituli præsumptionem secumferat, apprimè exploratum est, ac admonet *Rota decis. 12. n. 6.*, et *decis. 117. n. 13 cor. R. P. D. Gamberini, in Compostellana Beneficii 15. Martii 1707. §. 14. cor. Althann.*, et in *Nepesina Servitutis 19. Januarii 1816. §. 16. cor. Tassoni.* Nihil certi pariter statui potest de quantitate procurationis nomine a Capitulo di Grottaglie Archiepiscopo visitanti antiquitus præstita: cæterum constat ab anno 1787. in posterum soluta fuisse *scuta 262. 40.* usque ad primam Visitationem ab hodierno Archiepiscopo explere

expletam, ac eo quoque in *Loco di Grottaglie* consuetudinem perpetuo viguisse, ut omnes Ecclesiasticae militiae addicti ad aequalem symbolam conferendam tenerentur.

Probe tamen est animandvertendum, de Sac. Visitatione, deque procuratione Episcopis ejus occasione praebenda, expressam adesse sanctionem Tridentinae Synodus *Sess. 24. cap. 3. de Reform.*, ideoque nullius momenti habendam esse quaecumque consuetudinem, eidem adversantem. Si qua enim extabat antiqua consuetudo, fuit ea sanctione sublata, ac penitus eversa: nulla vero post Tridentinam Synodum in veli consuetudo potuit cum Sa. Me. Pius IV. notissima sua Constitutione incipien. *Benedictus Deus*, quae omnia simul ejusdem Synodus capita complectitur, irritas, ac inanes futuras declaraverit consuetudines, quae leges aliquas in iisdem capitibus contentas violent, prout totidem verbis docet Sa. Me. Benedictus XIV. *Instit. 60. num 7.*, ac articulo late discusso disserit *Piton. contro. Patron. allegat. 5. per tot.*, et monent *Card. Petra ad Constit. 4. Callisti III. sect. 2. num. 14. tom. 5. pag. 145.*, *Sac. Congreg. in Romana Capellaniae 3. Julii 1768.*, *in Comaclen. 6. Julii 1818.*, *in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 18. Septembris 1824.*; et *in Lucana Prae-eminentiarum, et Jurium 29. Januarii 1825. §. fin.*

Quavis ergo abjecta contraria consuetudine, id unice tenendum erit, quod Tridentinum Concilium decrevit, quodque haec tradidit Sac. Congregatio illius decretorum interpres, et vindex. Itaque pro certo habendum est, ad procurationem solvendam, nempe ad conferendam symbolam pro frugali sustentatione Episcopi, ejusque Sociorum in Sac. Visitatione, omnia teneri Beneficia, et Loca pia eidem Visitationi obnoxia, *Cap. Cum instantia 17.*, et *Cap. Procurationes 23. De cens., Concil. Trident. Sess. 24. cap. 3. de reform., Sac. Congreg. in Civitatis Plebis Procurationis 13. Aprilis 1823.*, et *in Nucerina Procurationis 20. Martii 1824.* Onus proinde personis Ecclesiasticis non inhaeret, sed ad ipsas pertinet propter Ecclesias, quas regunt, et Beneficia, quae possident: ideoque taxa personalis imponi Ecclesiasticis non debet, qui Beneficiis; et Ecclesiae redditibus careant, *Cap. Conqueren-*



te 15. *De Offic. ordinarii*, Cap. ex officii 16. de præscrip., Cap. *Procuraciones* 23. de cens., et colligitur ex Concil. Trid. citat. Sess. 24. cap. 3. de Reform., ac monent *Ferrar. Biblioth. verb. Procuratio num. 6. et seq.*, *Sac. Congreg. in S. Marci Visitationis* 8. Julii 1733., et 9. Januarii 1734.

Diserte autem statuit eadem Trid. Synodus loc. cit., quod *Visitatores caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves, onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione . . . aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque, pro temporis tantum necessitate, et non ultra, erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an vero prædicta victualia subministrare.* Ambiguum idcirco esse nequit, et victualia tantum deberi, et in optione visitandorum esse, an loco victualium moderatam pecuniarum summam persolvere velint: hinc *Sac. hæc Congregatio in Setina Procurationis, et Cathedralici* 17. Junii 1761. ad Dub. I. respondit, *Procuracionem deberi in specie, vel quantitate moderata pro victualibus tantum, arbitrio visitandorum ad formam Concilii; idemque docuerat in S. Marci Plurium* 16. Januarii 1723. ad Dub. III.; et in *S. Marci Procurationis relata in Folio in Ferentina* 26. Martii 1735. §. *Ad rem.*

Quia vero Tridentinum Concilium de ordinaria Visitatione statuit, nihil deberi *exceptis tamen victualibus, quæ frugaliter, moderateque erunt ministranda, non posse Episcopum, ac generatim Visitatorem Ordinarium quidquam procurationis nomine exigere pro equis, seu vecturis, ac itinere de loco ad locum, post alios tradit Ferrar. Biblioth. verb. Procuratio num. 4., ubi ita decisum refert a Sac. Congreg. Episcop., et Regular. in Ventimilien. 21. Augusti 1606., et in Cajacen. 20. Martii 1615., et consonant resolutiones hujus Sac. Congregationis in Larinen. 12. Aprilis 1698., in Amalphitana 18. Junii 1699., in S. Marci 7. Julii 1708., in citat.*

tat. S. Marci Plurium 16. Januarii 1723. ad Dub. VI., in Policastren. Procurationis 1. Junii 1737. ad Dub. II., et in Setina Procurationis, et Cathedralici 27. Junii 1761. ad Dub. I. Aliter tamen est sentiendum de Visitatore Apostolico, cui præter victualia, etiam expensæ itineris, et equorum, seu vecturarum debentur, uti advertunt Nicol. in Floscul. verb. Visitatio num. 15., Ferrar. loc. citat. num. 5.

Quum nonnulla de Subsidio charitativo interserenda putaverit Cancellarius Capituli di Grottaglie, operæ pretium erit animadvertere, Subsidium charitativum, extraordinariam scilicet præstationem, seu pensionem, quam Prælati Ecclesiastici, ac præsertim Episcopi ex manifesta, et rationabili causa a suis subditis in subsidium exigunt, Cap. Cum Apostolus 6. de Cens., Ferrar. Biblioth. verb. Subsidium charit. n. 2., esse onus mixtum, quod personis indicitur propter Ecclesias, et Beneficia, ex quibus redditus percipiunt: ideoque ad illud ferendum non teneri Clericos ecclesiasticis redditibus carentes, Cap. Conquerente 16. De offic. Ordin., Ferrar. ibid. n. 27. De jure communi non semel tantum, sed etiam pluries, quoties nempe memorata causa concurrat, et redditus non sufficiant, ab Episcopo exigi posse Subsidium charitativum patet ex textu in citat. Cap. Cum Apostolus §. Prohibemus. De cens. Verum jure novo Taxæ Innocentianæ vim Legis universalis, præsertim in Italia habentis, *il sussidio caritativo in quelle Diocesi, nelle quali sia solito d'esigersi, e non altrimenti, si esiga solamente per una sol. volta nel primo ingresso del Vescovo, secondo la Tassa solita antica di quarant'anni indietro.* Profecto ex hisce Taxæ verbis compertum est, nullo modo exigi posse subsidium charitativum, ubi præstari minime consuevit: ubi autem viget illius præstandi consuetudo, semel tantum *nel primo ingresso del Vescovo* permissam nunc esse ejusdem exactionem, uti perpendunt Monacell. Formular. legal. tom. 1. tit. 1. n. 39., Giraldis Jus Pontif. in cap. Cum Apostolus 6. de Censib., et S. Cong. in Algaren. Subsidii charitativi 5. Julii 1738.

Definienda igitur proponuntur

Dubia

I. An, et quomodo Archiepiscopo visitanti debeat procuratio in casu etc.

II. *An a Capitulis Collegiatarum Martine, et di Grottaglie solvi possit procuratio in pecunia in casu etc.*

Et quatenus affirmative

III. *An, et in qua summa procuratio sit præstanda in casu etc.*

IV. *An Archiepiscopo visitanti debeantur expensæ itineris, equorum, seu vecturarum in casu etc.*

V. *An Clerici, et Presbyteri ecclesiasticis redditibus carentes teneantur ad solutionem procurationis in casu etc.*

VI. *An, et quomodo Subsidium charitativum exigere Archiepiscopus possit in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. Cap. 12  
de Reformat.

**L**YCIEN. SERVITII CHORI = Capitulum Ecclesie Cathedralis Lycien. olim triginta Canonicis, tribus Dignitatibus comprehensis, Archidiacono scilicet, Cantore, ac Thesaurario, et quinquaginta quinque participantibus Presbyteris *de Massa* nuncupatis constabat; nunc autem ob præteritorum temporum calamitates a novemdecim Canonicis, et quadraginta sex Presbyteris constituitur. Chorale servitium in *duas*, ut ajunt, *hebdomadas* dispertitur: alternis nempe vicibus dimidia Capitularium pars quotidie *quindecim dierum* spatio Matutinum cum Laudibus de mane, nec non horas diurnas, et Missam Conventualem, vespere vero reliquas Divini Officii partes canit; alia dimidia a Chori servitio quiescit. In Adventu, Quadragesima, et per octavam Corporis Christi, Missæ Conventuali, Vesperisque, nec non diebus festis etiam Completorio omnes Capitulares interesse debent;

at-

atque in diebus solemnioribus, et quando Episcopus adest, Matutino quoque, et Laudibus assistunt. In Quadragesima, annisque vigiliis, occurrente festo alicujus Sancti, præter ejus Missam, alia ferialis cum cantu celebratur: nonaginta vero Missas *de requiem*, quæ illic *Officiaturæ* vocantur, pro Benefactoribus canere Capitulum tenetur. Denique in aliquibus solemnitatibus, cantata Missa, itemque vesperis, alia *Missæ*, aliæque ejusdem Sancti *Vesperæ* canuntur.

Annui reditus Capitali a Præbendis distinguuntur, quas admodum tenues Canonici tantum obtinent, et ob quas ipsi quotidie per turnum onus canendi Missam sustinent. Ex fundis rusticis, et urbanis, ex fructibus Censuum, et ex annuis præstationibus Capitulum percipit annua *Ducata* 5054., et *Grana* 68., ex quibus demenda sunt *Ducata* 1196. 88. ob tributa nunc Principi solvenda; item *Ducata* 760. in reparationes domorum, culturam prædiorum, stipendium inservicium, manutentionem, et sumptus Ecclesiæ eroganda; denique *Ducata* 1467. 60. pro eleemosyna Missarum 7338., supputatis pro qualibet Missa *Grana* 20., ideoque remanent tantummodo *Ducata* 1660. 20. æqualiter inter Canonicos, et Presbyteros *de Massa* distributionum nomine dividenda, quorum quisque annua *Ducata* 19. 53. percipit.

Dignitates igitur, Canonici, aliique Capitulares Cathedralis Ecclesiæ Lyciæ, huic S. Congregationis exposuere, ex fructibus Præbendarum, et distributionibus quotidianis nunc ob tributa, et graviores sumptus valde imminutis, necessaria ad vitam ipsis amplius non suppetere, eorum vero Patriam, Regularem Institutis viduatam, Sacerdotibus carere, qui populo, Monialibus, Hospitiis puellarum, et Sodalitatibus spiritualia præbeant subsidia, neque Capitulares huic occurrere posse incommodo ob chorale servitium Ecclesiæ Cathedrali præstandum.

Itaque petierunt *primo*, ut Capitulares alterius hebdomadæ non teneantur Choro interesse, dum altera quindecim dierum servitium præstat, exceptis tantum solemnioribus festivitibus, et diebus, in quibus Episcopus interesse consuevit: *secundo*, ut Missæ mortuariæ cum cantu ad duas quolibet mense reduc-

can-

cantur: *tertio*, ut in Vigiliis, et Quadragesima unica Missa Officio conveniens cum cantu celebretur: *quinto* denique ut usus abrogetur Missas, ac Vesperas solennes quibusdam in Festivitatibus repetendi.

Episcopus semel, iterumque requisitus ea, quæ hactenus retuli, confirmavit, et ita suam pandidit sententiam, „ Autumo nil præjudicii cultui Ecclesiæ in-  
 „ ferri, si in Adventu, et Quadragesima, diebus fe-  
 „ stis exceptis, tantummodo illa pars Capituli, quam  
 „ tunc Choro inservire contingat, Missæ, Vesperisque  
 „ intersit; si in Quadragesima, et Vigiliis, demptis  
 „ iis quatuor temporum, una tantummodo Missa, et  
 „ ea, quæ Officio conveniat, celebretur: si *Officia-*  
 „ *turæ* sic dictæ ad binas in mense reducantur, et ab  
 „ illa Capituli parte absolvantur, quæ hebdomadæ ser-  
 „ vit. Quid autem de *Festivitatibus* nuncupatis, et  
 „ quæ decem circiter sunt, S. Congregatio decernere  
 „ velit, me idem quoque putasse, existimetur. „

Quamvis Concilium Tridentinum *Sess 24. Cap. 12. de re-*  
*for.*, dum Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, aut  
 Collegiatarum indulset, ut possent per tres menses ab  
 eisdem Ecclesiis abesse, jusserit, servari earum Eccle-  
 siarum *consuetudines, quæ longius servitii tempus re-*  
*quirunt*: attamen hæc Sac. Congregatio Chori servi-  
 tium ad tertiarias, aut ad alternas inserviendi vices  
 non raro, vel ob redituam imminutionem, ac di-  
 stributionum tenuitatem, vel ob aliam legitimam cau-  
 sam reduxit, ut in *S. Severinæ 13. Julii 1725.*, in *Civi-*  
*tatis Castellane reductionis 6. Augusti 1808.*, in *Bitun-*  
*tina Servitii Chori 15. Septembris 1770.*, et in *Firmana*  
*Servitii Chori, et reductionis Missarum 4. Augu-*  
*sti 1817.*

Præbendarum reditus, qui in Lyciensium Canonicorum  
 tantum utilitatem cedunt, tennes esse testatur Episco-  
 pus, ac addit = *la maggior parte di tali prebende avea-*  
*i frutti di alcune ridecime sulle decime, che esigeano*  
*molti Baroni dai loro Feudi; ma perchè in tempo dell'*  
*occupazione militare del Regno simili decime sono state*  
*abolite, restandone spogliati i Feudatarii, si sono per-*  
*dute anche dai Canonici le ridecime* = Prædia vero, ex  
 quorum fructibus distributiones quotidianæ singulis  
 Capitularibus æqualiter tribuuntur, nunquam antea  
 tot;

tot, tamque gravibus tributis suberant, quibus fit, ut annua Ducata 1196. 88. sint ex redditibus demenda. Præcipuam vero causam petendi reductionem Choralis servitii explicat transmissa ab Episcopo Capitularis resolutio, in qua hæc leguntur.

*Per la soppressione seguita in questa Città de' molti rispettabili Istituti Regolari, tutto il peso di quanto concerne il Culto spirituale, ed atti di Religione gravita sopra i soli Sacerdoti Secolari; e quel che importa il numero di essi a giorni nostri è diminuito notabilmente, e numerosissima per l'opposto è la popolazione. . . L'esperienza ci fa giornalmente conoscere, che noi Sacerdoti Leccesi ci vediamo inabilitati a potere prestare alla nostra Chiesa un servizio, che in tutto l'anno è quasi non interrotto, nel senso, che la maggior parte dell'anno tutte due l'eddomade intervengono, ed al tempo stesso molti, anzi moltissimi dei Sacerdoti devono prestarsi al servizio pur giornaliero de' Monasteri di Monache, dei pii Conservatorii di donne, delle pie laicali Confraternite, e per le Messe, e per l'amministrazione dei Sacramenti, e per l'annuale esposizione circolare del Santissimo, e per tutte le altre liturgiche funzioni, prescindendo dalle Messe necessarissime nelle Cappelle rurali, non che dalle Messe, dalla spiegazione del Catechismo, e cose simili nelle carceri centrali, e nelle correzionali, che formano un oggetto di massima importanza.*

Concedenda igitur videtur reductio servitii choralis, non modo uti æquitati nixa, sed uti ad animarum salutem necessaria: reque vera Canonicis insignis Collegiatæ S. Joannis Baptistæ Oppidi Canthiani, ut diebus festis ob aliorum Sacerdotum defectum Sacrum facerent in ruralibus Ecclesiis hæc Sac. Congregatio indulset, ut Matutino, Laudibus, et Primæ interesse non tenerentur, in *Eugubina Servitii Chori* 13. Junii 1795. ad II. *Dub.* Eoque facilius, quia Chori servitium non patitur detrimentum: quælibet enim *hebdomada* a quadraginta duobus Capitularibus componi debet juxta primævam Capituli institutionem, qui numerus sufficere videtur, ne cæteris exemptio denegetur, quam secus denegandam respondit Sac. Congr. in *Cingulana Servitii Chori* 24. Martii 1817. ad II. *Dub.*

Petitioni tamen Capitularium obstare videtur, non facile concedendam esse reductionem servitii choralis, cum divina psalmodia Dei cultum augeat, pietatem foveat, et in proximum charitatem, ceu late perpendit Sac. Congreg. in *Castunen. Commutationis voluntatis, et reductionis 20. Novembris 1824. §. Necessitas*. Accedit animalversio, Capitulares Ecclesiae Lycien. olim ad octoginta quinque ascendisse, quorum triginta Canonicali honore fulgebant: nunc autem vix sexaginta quinque numerati, ex quibus novemdecim tantum Canonici, adeunt singulis hebdomadis novem tantum Canonici inserviant, inter quos si vel infirmi, vel jubilati adsint, per pauci Choro interesse poterunt. Denique reddituum tenuitas ea non esse videtur, quae indulgendam servitii choralis reductionem suadeat. Redditi enim, quotidianis distributionibus praestandis assignati, non inter octoginta quinque, sed inter sexaginta quinque Capitulares tantum nunc sunt dividendi, quorum singulis *Ducata 25. et ultra* obveniunt. Si Missarum eleemosynae addantur, quoad Canonicos vero praebendarum quoque fructus adjiciantur, compertum erit, singulos Presbyteros *de Massa* plusquam *Ducata triginta*; Canonicos vero longe ampliorem summam quotannis consequi. Pluries autem statuit haec Sac. Congreg., tennes non esse dicendos Capitularium redditus, si Romana *scuta 30. vel excedant*, vel etiam aequent, ut in *Ariminen. 18. Septembris 1751.*; in *Taurinen. 10. Junii 1790.*, in *Camerinen. 14. Decembris 1793.*, in *Massanen. reductionis onerum 14. Decembris 1822. §. At videant, et in Corcyren. Missae Conventualis 8. Maji 1824.*

Plurimum quidem interest, ut Sacerdotes non desint, qui possint *prestarsi al servizio pur giornaliero de' Monasteri di Monache, dei pii Conservatorii di Donne, delle pie laicali Confraternite . . . per l'annuale esposizione circolare del SSmo . . . per le Messe necessarissime nelle Cappelle rurali . . . spiegazioni del Catechismo, e cose simili nelle Carceri*. Cum tamen inter Presbyteros alii sint aliis aptiores ad haec praestanda; cum Monasteriis, Conservatoriis, Sodalitiis, Carceribus non quilibet, sed certi Presbyteri designari soleant, qui spiritualia subsidia per plures menses, aut



annos præbeant : non inde inferri poterit , favore omnium Capitularium reducendum esse Chori servitium , ex quo minueretur divinus cultus , cui festis præsertim diebus Capitulares in propria Ecclesia incumbere tenentur. Facile siquidem omnia componi possent , si designatis tantum ad indicata munera Capitularibus exemptio pro diebus et horis tribueretur , uti alias animadvertit Sac. Cong. , ac præsertim in *Eugubina Servitii Chori* 13. Junii 1795. , et in *Maceraten.* 20. Novembris 1824.

Cæterum si pro reductione servitii Choralis respondendum EE. PP. censuerint , perpendendum erit , an exaudiendi sint Capitulares Lycienses , dum unicam in Quadragesima , et Vigiliis , occurrente alicujus Sancti festo , Missam cani vellent ; dumque servitium ab altera tantum hebdomada præstari petunt , *senza che nei giorni festivi , nell'Avvento , nella Quaresima , e nell'Ottava del SSmo Sacramento intervengano gl'individui dell'altra ebdomada nelle Messe Conventuali , e negli Vesper.* Obstant enim notissimæ leges Sacræ Liturgiæ , quæ Missam et de Sancto occurrente , et de Feria canendam præcipiunt , ut in *Rubr. Missalis tit. de Feria , et Vigilia* §. 1. et 2. , et monet hæc Sac. Congregatio in *Comen. Celebrationis Missarum* 28. Septembris 1771. §. *Accedunt* ; easque Rubricas exacte servari præcepit S. M. Benedictus XIV. in sua celebri Constitutione *Cum semper oblatas* §. 20. Constans autem est ejusdem Sac. Congregationis praxis in hujusmodi reductionibus concedendis jubendi , ut *Capitulares omnes tempore Adventus , et Quadragesimæ , omnibus diebus festis , et solemnioribus Nativitatis , et Resurrectionis D. N. J. C. , Penthecostes , et SSmi Corporis Christi , et per Octavas privilegiatas , ac aliis temporibus Ordinario benevisis jugiter inservire teneantur* , ut in *Salernitana Servitii Chori* 23. Junii 1821. , et in *Mazzarien. Reductionis Servitii Chori , et Anniversariorum* 20. Novembris 1824. Atque ab hac praxi tunc solummodo deflexit , quando Chori servitium reducendum non esset quotidianum , et nimis tennes forent redditus ; tunc enim ad dies festos tantum , et ad Majorem Hebdomadam idem servitium reduxit , ut in *Civitalis Castellane Reductionis* 21. Januarii 1809. , et adnotatur in *citat. Mazzarien.* 1824. §. *Constans.*



**De Officiaturis** hæc habet in novissimis suis litteris Episcopus = *I Benefattori della Chiesa lasciando i loro beni, hanno posto il peso di messe basse, e di messe cantate di Requie, per lo più nei giorni della loro morte: queste messe cantate, dette qu' Officiature, come furono fissate quasi ducento anni addietro, così si sono conservate finora senza riflettere, che al presente i loro fondi sono aggravati dal peso della fondiaria, che allora s'ignorava; e che l'interesse de' loro Capitali allora dava il fruttato del nove per cento, ed ora il cinque, oltre lo scemamento delle decime, e così si ha il quattro, e mezzo per cento, cioè la metà. Il peso dunque di tali Officiature, che sono circa novanta l'anno, non corrisponde certo al fruttato, e perciò si è supplicato, che si riducessero a due il mese, una per ogni eddomada d'applicarsi per i Benefattori in generale.*

**Quoad festivitàes demum, ac repetitum missæ solennis, et Vesperarum cantum, ita Episcopus rem explicat.** *Le festività sono provenute da divozione de' particolari, che hanno lasciato anche fondi, acciò dal fruttato di questi si cantasse una seconda messa in quel giorno festivo, e si celebrassero un'altra volta gli stessi Vesperti, che si sono cantati in Coro: e da che sù questi fondi anche ora ci è la fondiaria, perciò si prega ottenersi una riduzione, potendosi in quel giorno festivo applicarsi tre messe basse per l'anima de' Benefattori, e in tanto ciò, che si dovrebbe dispensare a' Capitolari, si accumulerebbe sù le distribuzioni quotidiane, che sono in vero scarse.*

**Duas Missas solennes eodem die, de eadem festivitàe, in eadem Ecclesia cantari generatim vetuit Sac. Rituum Congr. in Asten. 1. Augusti 1652., et in mediolanen. 5. Augusti ejusdem anni; at si ex pii Fundatoris voluntate solennes missæ geminari debeant, dummodo missa pro fundatione post primam, et missa Conventualis post tertiam canatur, id fieri permisit in Gadicen. 26. Augusti 1752. ad III. Dub. Sane prædiorum, et frugiferorum capitum reditus, ex quibus implenda in themate sunt Legata, plurimum esse imminutas dubitari non sinit Episcopi relatio: ex qua etiam colligitur id culpæ Administratorum non esse**

esse tribuendum. Igitur deneganda non videtur reductio tam quoad officiaturas, tum quoad festivitates, quam concedendam esse movent *Amostaz. de Caus. piis lib. 2. Cap. 6. n. 13. et 18.*, *Bened. XIV. de Synodo Dioecessana Cap. ult. lib. 13. n. 30. et 32.*, et constanter indulgere consuevit hæc Sac. Congregatio, si honorum fructus absque possessorum, et Administratorum culpa decreverint, ut in *Regien. 5. Augusti 1819.*, in *Romana reductionis Onerum Missarum 12. Maji 1781. 6. Neque*, et in *Florentina Reductionis onerum 2. Augusti 1825*; et Missas cum cantu reducendas esse, quoniam reditus fundorum pro dote assignatorum non fuerint oneri ferendo pares, respondit in *Romana 3. Februarii 1725. apud Benedictum XIV. De Synodo Dioecessana lib. 13. cap. ult. n. 34.*, in *Camerinen. Missæ Conventualis 14. Decembris 1793*, et in *Brugnaten. Missæ Conventualis 23. Januarii 1796*.

Videant EE. PP. an satis sit, ut loco canendi una secunda Messa . . . un' altra volta gli stessi Vesperi, tres Missæ lectæ celebrentur, ut superextantes reditus in augmentum quotidianarum distributionum cedant; an potius tot Missæ sint canendæ, quot reditus, idemque de Vesperis sit statuendum. Defunctorum enim pia voluntas meliori, quo fieri potest, modo est executioni committenda, ne ipsorum Animæ iis, quæ in vita dilexerunt, suffragiis fraudentur. Hinc Sac. Congr., quæ in certum opus ex morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud convertere non solet, uti respondit in *Nullius S. Benigni 16. Junii 1792*.

Quare EE. VV. dirimere dignentur

Dubia

I. An, et quomodo Servitium Chori sit reducendum in casu etc.

Et quatenus negative

II. An, quibus, et quomodo exemptio a Choraliservitio sit concedenda in casu etc.

III. An, et quomodo Officiaturæ sint reducendæ in casu etc.

IV. An in Vigiliis, et Quadragesima unica tantum Missa cum cantu sit celebranda in casu etc.

V. An in aliquibus festivitibus post Missam, Ve-

*sperasque solemnes, eadem Missa, eademque Vesperæ sint repetendæ in casu etc.*

Et quatenus negative

*VI. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*

*Sess. 21. Cap.  
9. de Reform.  
mat.*

**A** R I M I N E N . , E T C Æ S E N A T E N . J U R I S Q U Æ S T U -  
A N D I . Sodalitia Bonæ mortis ac Suffragii Terræ Sabinia-  
ni Ariminensis Diœceseos, ab hac Sac. Congregatione  
probari, et confirmari implorant facultatem, qua se ab  
immemorabili gaudere asserunt eleemosynas etiam in  
finitimis Parœciis Diœcesis Cæsenaensis colligendi,  
quas sponte a Fidelibus oblatas in suarum Ecclesia-  
rum necessitates, et in divinum cultum erogant =  
Occasionem præbuit, ita Eiscopus Ariminensis de sua  
sententia rogatus, precibus Sodalitatum Decretum  
R. P. D. Episcopi Cæsenaensis, quo interdicitur omni-  
bus ad gregem suum non spectantibus stipem querere  
in ipsius jurisdictionis terminis pro cultu Ecclesiarum,  
ac Sanctarum Imaginum. Cum enim ab immemora-  
bili hæ Sodalitates, ut ex Testium dicto probant, non  
solum in hac Diœcesi, sed etiam in Parochiis Cæsena  
subjectis Collectores largitionum mittere consueverint,  
nunc timent, ne repellantur. Episcopus Cæsena obsta-  
re intendit huic consuetudini antiquæ, sed tali exem-  
plo possent et alii Episcopi prohibere, quominus et  
Longianenses eleemosynas legerent extra Dioecesim  
Cæsenaensem: etenim in Terra Longiani colitur ve-  
tusta quædam imago SSmi Crucifixi, pro cuius ho-  
nore Sanctæ Sedis indulgentia, oblationes Fidelium  
excipiuntur non solum in Diœcesi Cæsenaensi, sed  
etiam in locis conterminis, et in ipsa hac civitate. Hinc  
est, quod Sodalitates Sabiniani suppliciter exposcunt,  
ut liceat ipsis, quod Societati SS. Crucifixi Longia-  
ni permittitur. Mihi videtur hæc consuetudo esse con-  
fir-

firmanda, et favore precum Confraternitatum Sabiniani respondendum.

Requisitus autem Episcopus Cæsennatensis, ita rem omnem narravit, ac editi Decreti rationes protulit, „*Vix ego in hanc Dioecesim pedem primum intuli, innumera ad me querimonie delatae sunt contra quæstorum colluuiem, qui agros omnes, præcipue post messem, vere inundabant. Una in Paroecia ferme nonaginta elemosynarum collectores numerati sunt, qui de domo in domum, de area in aream cursitantes, modo se vino ingurgitabant, modo imprecationes in rurículas evomebant, modo in Superiores mussitabant, semper scandalo populis erant, qui ad eos importunos dimittendos stipem erogabant, nunc Domini aërrum minucentes contra justitiam, nunc propriæ pietatem officientes proli, sese pro aliis depauperando. Ut huic incommodo, quod libellos, clamores, litterasque cæcâs in Curiam excitabat, tandem aliquando occurrerem, Vicariorum Foraneorum Congregationem die 23. Aprilis præteriti anni coram me accessivi, Synodumque Dioecesanam, quæ adhuc viget perlegi. Omnes in unam accessere sententiam, et conventu dimisso, litteras per Dioecesim mittendas censui. Ut Vestræ paream voluntati, hæc, quæ in medium protuli, audito in scriptis Promothore Fiscali porro sufficiunt. . . Verum obsecro vos E. E. P. P., ut animadvertatis, Sabinianum, seu Savignano, oppidum ad Ariminensem Cathedralam spectans, esse confine meæ Dioecesis Paræciis illis, quæ olim Ariminensium Antistitum jurisdictioni subjiciebantur. En consuetudinis origo. Præteritis temporibus intra propriæ Dioecesis fines Sabinianensibus stipem petere sinebatur. Fines a Pio VI. mutati sunt; at mos non est pariter immutatus, uti debebat. Dis-membratione enim effecta, illæ consuetudines cessant jure suo, quæ portionem mei gregis cum illo adjacentis Ecclesiæ quondam uniebant, si ita Episcopo novo arrideat. Ariminenses itaque Curias Sabiniani Collectores perlustrent, sed eas, quæ mihi modo sibjiciuntur, in pace derelinquant. Sodalitates mihi subditæ querunt extera in Diœcesi stipem? Expellantur porro eorum Quæstores, si ita proprio Antistiti libuerit; et ego nihil sane potero queri.*

Antiquum Diœcesanæ Synodus Decretum a Cæsatenſi Episcopo indicatum, quod *Capite IX. De eleemosynarum quæstoribus* continetur, hæc habet „ NEMO „ absque poſtra expreſſa licentia *in scriptis* in hac „ Civitate, vel per Diœceſim ſub quocumque pre- „ textu, nomine Eccleſiæ, aut alicujus Confraterni- „ tatis, ſeu alterius cujuſque pii Operis, eleemoſy- „ nas publice audeat colligere: qui ſecus facere præ- „ ſumpſerit, præter amiſſionem rerum collectarum „ in uſus pios arbitrio noſtro erogandarum, carce- „ ris quoque pœna puniatur. Ab hac noſtra general „ lege eximimus Regulares mendicantes etc.

Exploratum eſt, longævam conſuetudinem vim legi habere, *Cap. Super quibusdam §. Præterea. De verb. ſignificat., Fagnan. Cap. Cum contingat. de For. com. pet. num. 6., Sac. Congr. in Lucana 25. Maji 1822. §. Inveterata*; ideoque plurimi faciendam eſſe in the- mate conſuetudinem vigentem favore Sabinianenſium Sodalitatum admonent *Textus in L. In rebus ff. de conſt. princip., Cap. Conſuetum. de Conſuetud., S. Congr. in Muſſanen. Reductionis onerum 14 Decembris 1822. §. Concurrit*. Ipſæ enim ab *immemorabili*, prout Episcopus aſſerit Ariminenſis, eleemoſynam quæritare ſolent quotaannis, ac proinde legitime inſecta conſuetudo eſt cenſenda, *Piton. Aldit. ad Diſcep. XVI. num. 52. penes quem Frances. de Eccleſ. Cathed. cap. 30. n. 282.*, neque ambigitur, illam ad hæc uſque tempora conſtanter vigiſſe etiam poſt ſecutam Parœ- ciarum ſeparationem ab Ariminenſi Diœceſi, earum- que Cæsatenſi Diœceſi unionem.

Deeſt quidem probatio conſuetudinis *immemorabilis* per teſtes pollentes requisitis præſcriptis a *Gloſſa in Cap. I. verb. memoria. De præſcript. in 6.*, verum Sodalitiis favet *pacifica quadraginta annorum obſervantia*, per quam, actuum frequentiæ conjunctam, quamlibet Eccleſiaſticam Legem præſcribi monent *poſt. Can. ult. de conſuetud. Covarru. lib. 2. var. reſolut. cap. 16. §. 5. num. 6., Suarez. de Legib. cap. 18 n. 12., Engel in juſ Can. lib. 1. tit. 4: n. 15., Sac. Congr. in Veneta 13. Julii 1726. §. Porro, et in Bonniën. 14. Martii 1795. §. De Legibus*. Quamvis enim poſt indicatam ſeparationem a S. M. Pio VI. decretam anno 1777. initium

tium statui velit consuetudinis, quadragenarium tamen tempus jamdiu effluxit, nec actuum frequentia defuit; ideoque abrogatæ videntur Synodales Cæsensæ Leges, quæ stipem quærere prohibent absque Ordinarii licentia. Cum imo leges longe antiquiores sint Apostolicis Litteris Pii VI., quibus nonnullas Ariminenses Parœcias Diœcesi Cæsensatensi accenseri voluit, et Sodalitates colligere elemosynas, ut antea perseveraverint; præsumptio est, Cæsensatenses Antistites id scivisse, et passos esse, aut etiam eorum licentiam accessisse.

At Episcopis legislativam esse potestatem in propria Diœcesi colligitur ex *Can Omnes Basilicæ caus. 16. quæst. 7.*, uti animadvertunt *Fusc. de Visit. Lib. I. Cap. 2. n. 12.*, et *33.*, *Sac. Congr. in Reatina 5. Aprilis 1788. §. Primum*, ita ut Leges Diœcesanas indicere valeant, quibus et Religioni conservandæ, ac propagandæ consulatur, et abusus, si qui irrepserint, tollantur, *Concil. Trid. cap. 2. Sess. 24. de Reform., Concil. Rom. tit. 2. cap. 5.* Cum igitur quamplurimi per elemosynarum quæstores inveci sint abusus in Diœcesim Cæsensatensem, hinc ad eos eliminandos Episcopus servari mandavit Leges Diœcesanas, quæ adhuc vigent, quæque elemosynas in Diœcesi colligere quemlibet absque Ordinarii licentia prohibent; atque ad earum tramites Decretum edidit, quo sui gregis bono, ac tranquillitati consulere. Episcopi Cæsensatensis Decreto concinere Juris Pontificii sanctiones, compertum habetur ex *Cap. Cum ex eo de panit., et remiss., et Clement. 2. eod. tit.*, de quibus disserens Pignattellus tom. 10. *Consult. n. 12.*, Confraternitatibus Laicis facultatem non esse quæstuandi sine licentia Episcopi asserit. Juris antiqui dispositiones amplissime confirmarunt Tridentina Synodus *Sess. 21. Cap. 9. de Reformat.*, et S. M. Clemens VIII. in *Constit. 115. §. 8.*, in qua potestas conceditur Sodalitatibus quæstuandi juxta modum, ac formam ab Ordinario loci præscribendam, uti advertit idem *Pignat. loc. cit. n. 17.* Hinc nullo jure contendere videntur Sodalitates Sabiniani, facultatem sibi esse quæstuandi in Diœcesi Cæsensatensi contra votum illius Episcopi, qui ad abusus eliminandos, ne Diœcesanis quidem Sodalitatibus

veniam tribuit stipem colligendi intra limites propriæ Diœcesis.

Præterea Fratres Mendicantes, licet pluribus perfruantur privilegiis quoad facultatem eleemosynas colligendi, attamen si extra Diœcesim, in qua sita sunt eorum Monasteria, stipem quæritare veint, illius Ordinarii licentia interveniat oportet; ac ita decrevisse Sac. hanc Congregationem testantur *Fagnan. in cap. Tuarum II. de Privileg. n. 3., et Pignatell. tom. 8. Consult. 12. n. 19.* Igitur eo certius Sodalitates Sabiniani, quibus nulla sunt privilegia, extra limites Ariminensis Diœcesis eleemosynas colligere non posse videntur; ac proinde nec in Cæsenatensi Diœcesi, nisi in scriptis veniam ab Episcopo impetraverint, uti similibus in casibus respondit *Sac. Congreg. EE., et RR. in Lauden. 28. Augusti 1584., et in Panormitana 17. Februarii 1601. relat. a Ferraris verb. Eleemosyna n. 29.; et n. 43., et 44.*

Consuetudo vero, quam vel immemorabilem, vel quadragenariam dicunt Sabinianenses Sodalitates, corruptela potius erit censenda: siquidem consuetudo, quæ Episcopum prohibet legem ferre ad rectum suæ Diœcesis regimen, atque ad abusus extirpandos, Ecclesiæ utilitati, atque animarum salutis opponitur, ac proinde irrationabilis existimari debet, *Can. Consuetudinis dist. 11. Cap. 7., et ult. de Consuetud., Suarez lib. 7. de Legibus cap. 6. n. 10., Sac. Congr. in Balneoregien. Visitationis SS. Liminum quoad curam animarum 24. Martii 1821. §. Ipsi.* Reque vera Concilium Trid., ubi de quæstorum abusu verba facit *in Sess. 21. Cap. 9. de Refor.,* decrevit, *ut in quibuscumque Christianæ religionis locis eorum nomen, atque usus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum ullatenus admittantur, non obstantibus . . . consuetudinibus etiam immemorabilibus.* Episcopus igitur Cæsenatensis nihil omnino innovasse videtur, cum Tridentini Concilii decreta adamussim servari mandaverit, contra quæ nullius roboris esse potest quælibet consuetudo, *Bened. XIV. Inst. 60. n. 7., Devoti in Prolegomen. ad Jus Canon. cap. 16. §. 6., Sac. Congr. in Bovinen. Jurium Parochialium 27. Maji 1820. §. Animadvertendum.*

Itaque proponitur dirimendum

## Dubium

*An sustineatur Decretum Episcopi Cæsenatensis in casu etc.*

**S**POLETANA ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS *Sess. 25. cap. 4. de Reformat.*  
 MISSARUM. Sacerdos Abel Avanzi Testamento condito anno 1786. perpetuam Laicalem Capellaniam, quibusdam censibus pro dote assignatis, in Collegiata Montisfalci Archidioeceseos Spoletanæ erigendam jussit hæc lege: „ che se ne celebrino con i frutti „ di essi ogni anno tante Messe in suffragio dell'anima mia, e secondo la mia intenzione a ragione e „ computo di baj. quindici per la limosina di ciascuna Messa in corresponsività e rendimento de „ frutti, che si ritraranno ogni anno dai sudetti Censi = addidit præterea = intendo di dar facoltà, e „ permissione a tutti i suoi Successori ( primi nempe Capellani Mauri Avanzi ) della sola Casa Avanzi, che essendovi figli maschj, e che volessero attendere ad applicarsi alla via Ecclesiastica, e non „ avendo modo e comodo per causa di Patrimonio, „ questo possino costituirselo con l'assegnamento di „ detti Censi con la predetta soddisfazione di numero di Messe in detta Chiesa da registrarsi al libro, „ ed essere soggetti alla revisione dell'adempimento, „ ed essendovi più Figli maschi si dia a quello, che inclina per tale via, e se più sono, che ad essa strada siano chiamati, venghi scelto il maggiore, e „ che possi parimenti far soddisfare tal legato per altri Sacerdoti, e di poterli dare la semplice elemosina di baj. dieci soltanto per messa; e gli altri baj. „ cinque servirsene per se, e per suo uso . . . In caso poi della morte del mio predetto Nipote P. Mauro Avanzi . . . deputo e costituisco l'altro mio Nipote Francesco Avanzi, che possa, e debba far celebrare per altri Sacerdoti, e far sodisfare un tal Legato con potergli dare parimenti bajocchi 10. per „ Messa, ed il residuo per se medesimo applicarselo, „ e per sua Famiglia. „



Testamento accesserunt codicilli anni 1787., quibus testamentarias tabulas moderatus Abel voluit: = Che il „ mio Rettore o Cappellano *pro tempore* debba celebrare Messa quotidiana in perpetuo, allorchè per „ altro l'entrata de'frutti di detti Censi tutti giungesse, giunta, e pervenuta fosse in tempo di mia „ morte alla somma, e quantità di scudi 72. annui „ in computo di baj. 20. per Messa, conforme è consueto; ed in caso poi che li frutti annuali di detti „ Censi tutti non fossero pervenuti ad una tal somma „ di scudi 72. in tale stato di cose il detto Rettore o „ Cappellano *pro tempore*, come in detto Testamento viene dichiarato, sodisfarà il Legato celebrando „ per quella somma esistente. . .

Primus Capellaniæ Rector Maurus Avanzi ita diligenter rem gessit, ut Capellaniæ ipsius fructus nedum ad *scut. 72.*, quot Testator exoptaverat, sed etiam ad *annua scut. 80.* pervenerint. Qua ex re Maurus ipse die 17. Septembris 1796. petiit, ut duo proponerentur huic S. Congregationi definienda dabilia: I. *An pro redditu excedente summam Scut. 72. tot aliæ ultra quotidianam sint celebrandæ Missæ in casu etc.*: II. *An, et ad quam elemosynam celebrari debeant Missæ in casu imminutionis redditus infra summam scut. 72. in casu etc.*, responsumque est die 17. insequentis mensis Decembris: Ad I. *Negative.* Ad II. *Affirmative ad elemosynam obol. 15. ad formam testamenti.*

Mauro e vivis erepto, Capellaniæ redditus imminui cœperunt, et Franciscus Avanzi ad Capellaniæ possessionem a Fundatore vocatus anno 1806. a R. Fabrica S. Petri reductionem medietatis onerum ad decennium obtinuit; cumque nihilominus Sacrorum 1245. implementum neglexerit, incunte anno 1816. earumdem Missarum compositionem, absolutionemque a R. Fabrica consequutus est. Dein Capellaniam titulo Patrimonii Sacri nactus est hodiernus Rector Philippus Avanzi, qui Patris, scilicet memorati Francisci, vestigiis inherens anno 1818. ad Missarum 800. implementum, et anno 1824. ad celebrationem Missarum 1521. ab Archiepiscopo damnatus fuit. Verum et de his compositionem iniit cum R. Fabrica.

Harum omissionum causam Franciscus, et Sacerdos Philippus Avanzi tum imminutioni reddituum Capellaniæ, qui ad *scut. 55.* annua jamdiu cohibentur, tum pau-

petati, qua ipsi premuntur; tribuunt: Sacerdos enim Philippus Missas adventitias celebrare cogitur; ut Patri senescenti; sibi que consulat. Hinc petunt tum absoluteionem Missarum 74.; quæ post postremam compositionem usque ad diem 11. Aprilis 1825. omissæ fuerunt, tum Missarum reductionem.

Archiepiscopus de more interrogatus, quæ superius exposita sunt confirmat; atque hæc addit = Hisce positis; ac stante civilis Familiae Avanzi decidio; ne ultra inopia laboret; ac præcipue ne animæ damnium tam facile operetur; putarém ego, Eñi PP., Oratorium preces benigne suscipiendas esse. Actualis eleemosyna communiter ad obolos 20. extenditur; sed minime sufficiens est ad Oratores sublevaridos. Iterum ergo præmissa nova absoluteione super inadimplementa recentiora, ad vitam actualis Capellani Sacerdotis Philippi Avanzi reductionem medietatis onerum concederem, hac tamen accedente lege, quod si in posterum inveniatur infidelis; inhabilis ad posteriores gratias reddatur; injuncto etiam onere redditus Capellaniæ quotannis in apposito libro, ex quo Capitalia etiam agnoscantur, describendi, et Ordinario una cum Missarum Codice exhibendi. Hujus reductionis legitimam causam judicarem allatam inopiam supplicantium; quæ si Testatoris tempore extitisset, aliter certe disposuisset.

Archiepiscopi sententiam amplectendam suadent reductione onerum; atque etiam Missarum pluries ab hoc Sacro Ordine ad levandam Patronorum inopiam concessæ; ut videre est in *Tranen. Reductionis Missarum 22. Novembris 1758.*, in *Callien. et Pergulana Reductionis et absoluteionis 23. Decembris 1823. §. Plurimi*, et in *Novarien. 20. Novembris 1824.*

Amplio rem vero in themate Missarum reductionem indulgendam censent hodiernus Capellanus, ejusque Pater. Etenim præter redditum sine eorum culpa decrementum, et auctam eleemosynam ad obolos 20. pro singulis Missis, quo in casu nunquam denegari solet congrua reductio; *Benedictus XIV. de Syn. Dioces. lib. 13. cap. ult. num. 28.*, *S. Congregatio in Perusina Reductionis 3. Julii 1784. §. notissima*, et in *Fulginatens. 13. Septembris 1819.*, illud etiam accedit, quod Testator non modo ad Missarum celebrationem, sed etiam ad Oratorum Familiae tuitionem respexerit; ac propterea si actuale consanguineorum præsensis-

set familiarem angustiam, aut nullo, aut modico missarum numero eos gravari præcepisset. Reque vera Familiæ suæ juspatronatus reliquit; Capellanis ex ejus domo descendantibus permisit, ut pium legatum in patrimonium sibi constituerent, largita quoque facultate *di far soddisfare un tal legato per altri Sacerdoti, e di potergli dare la semplice elemosina di baj. 10. soltanto per messa, e gli altri baj. 5. servirsene per se, e per suo uso, imo Francisco, alteri ex Oratoribus, concessit, che possa e debba far celebrare per altri Sacerdoti, e far soddisfare un tal legato, con potergli dare parimenti baj. 10. per Messa, ed il residuo per se* **MEDESIMO APPLICARSELO, E PER SUA FAMIGLIA.** Quocirca Missarum onera ita inquirunt esse reducenda, ut Oratores ex superextantibus redditibus vitæ tuitioni consulere valeant.

Verum S. Congregatio Mauro Avanzi petenti = *An, et ad quam eleemosynam celebrari debeant Missæ in casu imminutionis redditus infra summam scut. 72. in casu etc.* = respondit = *Affirmative ad eleemosynam obolorum 15. ad formam testamenti* = atque i leo, quum scuta annua 55., quæ in præsens ex Capellanæ censu percipiuntur satis sint pro Missæ quotidianæ adimplemento ad rationem eleemosynæ obol. 15., nulla videtur opus esse reductione, aut saltem ita Missarum onus est moderandum, ut tot Sacra celebrentur; quot pro reddituum quantitate celebrari possunt ad rationem eleemosynæ manualis, *Benedictus XIV. de Syn. Diæces. lib. 13. cap. ult. n. 35.* Insuper jamdudum Oratores legati implementum maxima ex parte neglexerunt, et ideo nulla indulgentia digni videntur.

Ad absolutionem quod attinet Missarum 74. nuper omissarum, S. Congregatio eam concedere solet, ubi adsit bona fides, aut gravis inopia, ut *in Bononien. Reductionis 24. Novembris 1787., et in Mazzarien. Reductionis, et Absolutionis 14. Decembris 1822.* Videant vero Eñi Patres, an Oratores qui Missarum omissiones decremento reddituum, ac Familiæ paupertati adscribunt, absolutionem mereantur.

Itaque proponuntur

#### Dubia

- I. *An, quomodo, et ad quod tempus concedenda sit Reductio missarum in casu etc.*
- II. *An consulendum sit Sanctissimo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

*Die Sabbathi 18. Martii 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. *Sess. 24. cap. 1.  
de Rej. Matrim.*

Maria Hieronyma Marigliano, anno 1821. cum Cajetano d' Errico summa animorum consensione in Matrimonium collocata, post quatuor fere mensium cohabitationem, nonnullis obortis dissidiis, a Viro divertit, patriosque petiit lares. Dein separationem quoad thorum, et habitationem impetravit; ac paulo post supplex adiit Summum Pontificem, ac Matrimonii rati, et non consummati ob Viri frigiditatem postulavit dispensationem

Precibus Sacro huic Ordini de more ablegatis, Eius Archiepiscopus rogatus fuit, ut ad tramites Constitutionis Benedictinæ = *Dei miseratione* = processum conficeret, ac, animi sui sententiam aperiendo, de canonicis dispensationis causis referret.

Constituto in Archiepiscopali Curia Matrimonii Defensore, et propositis ab eo interrogatoriis, primum rogata est Maria Hieronyma, quæ Sacramenti interposita religione affirmavit, nunquam ob Cajetani impotentiam intercessisse Matrimonii consummationem, quamvis ejus Vir ex Medicorum consilio plura adhibuerit remedia; imo addidit, Cajetanum, propriæ gnarum frigiditatis, ad extraneos amplexus illam sollicitasse, ut ejus virginitas violaretur. Mariæ Hieronymæ depositioni septima accessit ex ejus latere propinquorum manus, jurejurando testantium, esse veritati apprimè consona, quæ Mulier narraverat. Decem quoque alii jurati Testes de non consummatione Matrimonii,  
de

de Viri sævitiis, deque illius impotentia tulere testimonium. Tres insuper Obstetrices, duabus Matronis adstantibus, Mariæ Hieronymæ corpus rite inspexerunt, eamque adhuc Virginem denuntiarunt.

At Cajetanus jurejurando asseruit, Matrimonium cum Maria Hieronyma post aliquos nuptiarum dies revera consummasse, et propinquos, aliosque testes examini subjiciendos designavit. Postea vero vadimonium deseruit, et licet iterum iterumque monitus nunquam adduci potuit vel ad subeundam sui corporis recognitionem, vel ad testes designatos examinandos. Quocirca Eñus Archiepiscopus processum tali pacto absolutum ad hanc Sacram misit Congregationem, votum suum ita pandens = *Cum ex actis confectis in inspectione corporis Mariæ Hieronymæ constet de ejus virginali integritate non lemerata, consonentque testes examinati in termino probatorio, et insuper illi septimæ manus propinquorum; nullam habeo rationem, ob quam stare non debeam pro ejus virginitate adhuc integra, et Matrimonii non consummatione, et solutione. Relate vero ad Cajetanum d' Errico, ad normam litterarum istius Sac. Congregationis, eidem præscriptus fuit terminus competens ad deducendum jura sua apud Sac. Congregationem, ac proinde de eo nullum audeo submittere judicium. EE. VV. = Verum Cajetanus neque hujusmodi paruit monitioni, et solum nonnullas extrajudicialium testium exhibuit depositiones, quas habent Eñi Patres in Allegatione a Defensore matrimonii distribuendâ.*

In dispensationis judiciis duo extrema probanda esse contendit Mulieris Defensor, scilicet Matrimonium non fuisse consummatum, justamque subesse Dispensationis causam, *De Just. de dispens. Matrim. lib.2. cap.10. n. 21., Pignatel. Consult. can. 148. n. 15. tom. 1., S. Cong. in Romana Matrimon. 19. Augusti 1786., et subdit Mulieri potius, quam Viri jurejurando fidem habendam esse, si in ipsa novitate reclamaverit Mulier, ac proposuerit, se nec a Viro cognitam, nec potuisse cognosci, atque id tam proprio juramento, quam testimonio mulierum, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseruerunt; probaverit, Cap. Proposuisti de Probat., Cap. Accepisti, de frigid., et ma-*

malefic. , Sanchez lib. 7. resp. 109. n. 16. Reclamavit autem Maria Hieronyma statim, et in novitate; siquidem = *La mattina seguente* (ita interrogatorio a Matrimonii Defensore proposito respondit) *chiaramente dissi a mia Madre, che il Matrimonio tra me, e mio Marito punto non si era consumato, siccome in seguito l'ho manifestato a mio Padre, a mia Zia, a mio Fratello.* Jurejurando insuper non consummationem Matrimonii ob Viri impotentiam probat Mulier, cui accedunt septima propinquorum manus; plures jurati testes, tres Obstetrices a Medicis, Chirurgisque instructæ, una voce affirmantes Mulieris virginitatem, ac fidem perhibentes, *che Maria Girolama è una Giovane di ottimi costumi, di somma onestà, e non portata a mentire.*

Quod vero Dispensationis causam respicit, Mariæ Hieronymæ Defensor censet, privatam etiam causam sufficere, ut Pontifex dispensationem impertiatur, *Go- bat. Theolog. Experim. tract. 10. cons. 18. n. 691., Pignat. cosult. 148. n. 7. tom. 1., Ursaya tom. 6. p. 1. disp. 32. n. 58.* Concurrunt autem in themate jurgia, dissensiones, odia inter Conjuges, et potissimum Cajetani impotentia; quæ omnia ad Matrimonii dispensationem concedendam satis esse affirmant *Sanchez lib. 7. discurs. 93. n. 3., Perez de Matrimon. disput. 37. Sect. 5. n. 1.*

Nec dispensationi obstare autumat non sequitam corporis Viri inspectionem; Cajetani enim impotentiam ex eo perspicue constare arbitratur, quod Matrimonium consummare nequiverit. Præterea hujusmodi corporis recognitio foret inutilis; nam viri frigiditas, quæ ex interno proficiscitur vitio, nequit humana ope dignosci, atque ob hanc causam exempla non desunt Dispensationis sine corporis viri inspectione concessæ, præsertim *in Mediolanen. Matrimonii 24. Maji 1732., in Januen. Matrimonii 16. Augusti 1783., et in Neapolitana Dispensationis 27. Julii 1822.*

Triennali quoque experimento locum non esse contendit, quoniam in *Cap. Litteræ de frigid.* agebatur de Muliere, quæ nullam per annos octo querelam instituerat de Viri frigiditate, adeoque Vir ejus potens censebatur. Contrarium vero dicendum de Maria Hieronymæ

nyma, quæ postridie de non sequuta Matrimonii consummatione conquesta est. Ex triennali autem experimento; verendum ait, ne Maria Hieronyma in grave incidat animæ, corporisque periculum.

At vero Sacramenti Defensor perspicuis, evidentibus, ac superabundantibus probationibus non sequutam Matrimonii consummationem, vel in ipsis gratiosæ dispensationis causis, evincendam esse arbitratur, *Zacch. quest. Medic. leg. decis. 54. num. 8., S. Cong. in Mediolanen. Matrimonii 8. Martii 1732. §. Exempla, et in Comaclen. Matrimonii 29. Julii 1769. §. Despiciendam*, præsertim post Conjugum cohabitationem, unde urgentissima exurgit juris, et de jure præsumptio, Matrimonium fuisse consummatum, *Pignat. Consult. can. 142. num. 21. tom. 1., S. Cong. in Comen. Matrimonii 17. Decembris 1768 §. Defensor.*

Probationes autem, quas affert Maria Hieronyma, eas esse denegat, in quibus E.E. V.V. conquiescere valeant; ut enim Mulieris jusjurandum, licet testimonio septimæ propinquorum manus, ac Matronarum, quæ illam inspexerunt, vallatum juramento prævaleat Viri asserentis consummationem; statim et in ipsa novitate, seu intra duos menses coram ecclesiastica potestate Mulier conqueratur oportet de Viri sui frigiditate; nam cito, et in parvo momento scire potest, si vir ejus secum coire valeat, uti post apertum *text. in cap. Accepisti de frig. et malef. tradit Sanchez lib. 7. disp. 109. num. 2.* Sed Maria Hieronyma vertente Mense Septembris *Anni 1821.* nupsit Cajetano, Summo autem Pontifici preces obtulit pro dispensatione Matrimonii *die 6. Julii 1822.* Serotinæ igitur habendæ sunt illius querelæ de impotentia Cajetani, ac proinde gaudere non debet privilegio, quod tribuit memoratum *cap. Accepisti mulieri cito, et in ipsa novitate reclamanti.*

Præterea juramentum Mariæ Hieronymæ veluti suspiciosum traducit. Quanquam enim Hieronyma affirmaverit, se in ipsa novitate de Viri inertia conquestam esse penes Parentes et Consanguineos; nihilominus isti, examini subjecti, Mulierem quidem veritatem dixisse fassi sunt, sed nullum de illius querelis præbuerunt testimonium, nec ipsa petiit, ut hac super re



rogarentur; imo alios induxit testes, qui tantummodo de auditu alieno, uno excepto Januario Galbiati, deponerent; ac propterea nec Maria Hieronyma, nec testes ullam mererentur fidem, *Glos. in cap. quoties de testib.*, *Reiffenst. Jus. Canon. lib. 2. tit. 20. num. 360.* Accedit insuper, quod ex parte Cajetani extrajudiciales afferantur testes, qui Mariam Hieronymam, nunquam sive apud ipsos, sive apud alios conquestam esse de Viri frigiditate confitentur, atque alter ex testibus fidem perhibet audivisse Mariam Hieronymam fatentem Matrimonii consummationem.

Multoque minus conquiescendum esse ait in testimonio Obstetricum, quæ Mariæ Hieronymæ corpus inspexerunt; hoc siquidem probationum genus fallax est, et periculosum, *Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 213. num. 10.*, *Zacch. loc. cit. lib. 4. tit. 2. quest. 1. num. 14.*, ac tum solum Muljeri prodest, cum triennale adhibitum fuerit experimentum; aut Mulier in ipsa novitate reclamaverit, et saltem dubia potentiæ viri ostenderit signa, quæ per aspectum corporis appareant, *Gond. Argenvil. in vol. apud Constant. tom. 4. num. 14.*, *Sanchez loc. cit. disp. 109. num. 16.* In themate serotinae fuerunt Hieronymæ querelæ; neque per rectum iudicium demonstratur Cajetani frigiditas; ideoque ad triennale experimentum putat esse confugiendum.

Deficere quoque affirmat Matrimonii Defensor justas dispensationis causas, quæ graves, urgentesque sint oportet, ad tradita per *Fagnan. in cap. nimis de filiis presbyt. num. 8.*, *S. Congr. in Pragen. Matrimonii 7. Julii 1731. §. Porro, et in Melevitana Dispensationis 7. Febr. 1789.* Desunt enim graves Cajetani frigiditatis probationes; nam etiamsi Mariæ Hieronymæ virginitas certa, explorataque foret, haud tamen recte Viri impotentia inde colligi posset, *Kugler de Matrim. tom. 1. cap. 5. §. 2. num. 1455.*; *S. Congreg. in Asten. Matrimonii 18. Martii 1776. §. quod.* Animorum vero labalienationem, et viri savitias justam ait suppeditare causam pro temporanea separatione; non autem pro obtinenda matrimonialis nexus dissolutione, *Rota in Camerinen. Obsequiorum Matrimonialium 13. Junii 1794. §. 2. cor. Soderino*, *S. Cong. in Januen. Dispensationis 15. Januar. 1785. §. Inefficaces: quin imo hujusmodi*



jurgia, et oīia in themate esse fictitia probant testes extrajudiciales a Cajetano inducti.

Cætera Eūm Patres haurient ex *Allegationibus* distribuendis, ut dirimere valeant

### Dubium

*An sit consulendum SSmo pro Dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.*

Dilatata, et ad D. Secretarium cum SSmo ad mentem.

Meus est, ut per Eūm Archiepiscopum Neapolitanum præfigatur terminus unius mensis Cajetano d'Errico ad subjiciendum corpus suum inspectioni Professorum Chirurgiæ, et Medicinæ ab eodem Archiepiscopo etiam ex officio deputandorum pro verificatione, an ad matrimonii usum potens sit; an non, an temporanee, seu potius in perpetuum, cum intimatione, quod elapso termino, et perseverante ipso Cajetano in spretu mandati habebitur sua contumacia pro retractatione juramenti ab eo præstiti, et pro ultronea confessione non sequutæ consummationis, et suæ impotentiae, itaque nunquam ad alia vota transire poterit, etiamsi uxori suæ Mariæ Hieronymæ Marigliano indultum dispensationis a SSmo concedatur, et Eūm Archiepiscopus de resultantibus certiore.

Sess. 24 cap. 3.  
de Reform.

## TARENTINA PROCURATIONIS

### Dubia

I. *An, et quomodo Archiepiscopo visitanti debeatur procuratio in casu etc.*

II. *An a Capitulis Collegiatarum Martine, e di Grottaglie solvi possit procuratio in pecunia in casu etc.*

Et quatenus affirmative

III. *An, et in qua summa procuratio sit præstanda in casu etc.*

IV. *An Archiepiscopo visitanti debeantur expensæ itineris, equorum, seu vecturarum in casu etc.*

V. *An Clerici, et Presbyteri Ecclesiasticis redditibus carentes teneantur ad solutionem procurationis in casu etc.*

VI. *An, et quomodo Subsidiium charitativum exigere Archiepiscopus possit in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad formam Concilii Tridentini sive in victualibus, sive in pecunia arbitrio visitandorum.

Ad II. Provisum in primo.

Ad III. Affirmative juxta summam pro victualibus solvi consuetam.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative.

Ad VI. Affirmative ad formam taxæ Innocentianæ.

## LYCIEN. SERVITII CHORI

Dubia

Sess. 24. cap. 12.  
de Reform.

I. *An, et quomodo Servitium Chori sit reducendum in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, quibus, et quomodo exemptio a Choraliservitio sit concedenda in casu etc.*

III. *An, et quomodo Officiaturæ sint reducendæ in casu etc.*

IV. *An in Vigiliis, et Quadragesima unica tantum Missa cum cantu sit celebranda in casu etc.*

V. *An in aliquibus festivitibus post Missam, Vesperasque solemnes eadem Missa, eademque Vesperæ sint repetendæ in casu etc.*

VI. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative in casu necessitatis, ad quem effectum supplicent particulariter.

Ad III. Affirmative ad binas quolibet mense juxta votum Episcopi.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative, et juxta votum Episcopi.

Ad VI. Affirmative uti ad tertium, et quintum.

## ARIMINEN., ET CÆSENATEN. JURIS QUÆSTUANDI

Sess. 21. cap. 9.  
de Reform.

Dubium

*An sustineatur Decretum Episcopi Cæsenatensis in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 25. cap. 4.  
de Reform.

## SPOLETANA ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS MISSARUM

### Dubia

- I. *An, quomodo, et ad quod tempus concedenda sit reductio Missarum in casu etc.*
- II. *An consulendum sit Sanctissimo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Sess. 22. cap. 6.,  
9. Sess. 25. cap.  
et de Reform.

**L**UNEN. SARZANEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, APPLICATIONIS, ET REDUCTIONIS. Administratores Hospitiorum cum intelligant, in Nosocomio Civitatis Sarzanæ ex ægrotantium copia Parochorum curam quandoque deficere, Presbyteri electionem meditantur, qui spiritualibus infirmorum indigentis sollicite opituletur. Ad congruam vero vitæ sustentationem ipsi exhibendam onerum translationem, et reductionem implorant, itaut pro numero Missarum 906., quo Nosocomium oneratur, sacrum tantum quotidie faciat in Sacello Hospitalis idem Sacerdos, et integram eleemosynam Gallicarum Libellarum 600., Rom. scut. 110. 40. percipiat. Onera hæc sunt: ex Capellania Brucionio erecta in Ecclesia S. Andreae, olim Cathedrali, annuas Missas 366., ex Legato Joannis Tregiana 104., ex Legato Archidiaconi Mascardi 36., ex Confraternitatibus SSm̃i Rosarii 83., SSm̃æ Trinitatis 254., Boni Consilii et S. Barbaræ 52., SSm̃æ Conceptionis 11.

Rogatus de more Episcopus singulorum Legatorum fundationem, atque annum censum ita uberrime prosequitur „ Inspectis per me singulis foundationibus, iis „ nempe, quæ hisce temporibus adhuc extant, refero

fero reditus, ac onera cujusque Legati esse uti infra, nempe.

1. Reditus percipiendus annuatim ex bonis relictis a Domino Cecchino Brucionio pro fundatione Cappellania, vel Beneficii, de quo supra, est libellarum Gallia 680. circiter; hoc enim pretio in praesentiarum locata sunt. Onera autem, ut eruitur ex actu fundationis, sunt: *facere cantari, et celebrari quotidie de caetero spiritualiter Missarum solemnia, et Divina Officia in Ecclesia S. Andreae de Sarzana ad Altare Beatissimae Annunciationis propriis sumptibus et expensis.* Quae tamen Missarum solemnia, et Divina Officia nescirem, qua de causa ab immemorabili celebrata minime fuerint, sed peracta tantum fuerint quotidie Missarum celebratio, quas vocant vulgo *Lette* una cum Altaris ornamento. Verum autem est, ab Administratoribus hujus Hospitalis obtentam fuisse ad decennium die 23. Januarii 1802. redituum Beneficii, de quo agitur, applicationem favore ipsius Hospitalis, ac insuper prorogationem ad aliud decennium ipsos obtinuisse die 3. Novembris 1814. Imo Episcopus Auctoritate Apostolica die 12. Martii 1825. prorogationem ad aliud sexennium proximum tantum servata in omnibus forma praecedentis Indulti concessit.

2. Cum bona a Domino Joanne Tregiana relicta rebus mobilibus, censibus constarent, haecque forsitan favore Hospitalis illico alienarentur; hinc est, quod impossibile sit dictorum bonorum valorem referre. Onera autem hujusce Legati, uti ex actu fundationis sunt: celebratio in perpetuum unius Missae quotidianae in Ecclesia dicti Hospitalis pro Peregrinorum, et aliorum commoditate, et celebratio unius Missae unaquaque anni hebdomada pro anima fundatoris, et suorum defunctorum. Notandum tamen est, hisce diebus ab Administratoribus Hospitalis celebrari Missas 104., idest duas quaque hebdomada: anno enim 1753. ipsi viso dictam Missam quotidianam celebrandam dumtaxat esse propter peregrinorum commoditatem, qui tunc in dicto Hospitali hospitium transeundo recipiebant, eorumque numerus

in

- „ in dies decresceret, statuerunt, Missam quotidianam  
 „ de qua supra amplius non esse celebrandam, sed  
 „ potius aliam Missam singulis hebdomadis fore cele-  
 „ brandam pro omnibus Hospitalis Benefactoribus.  
 „ Hinc adjuncto hoc numero Missarum, alio numero  
 „ Missarum 52. annuatim celebrandarum ex ordina-  
 „ tione Domini Tregiana pro ipsius Anima, ac suo-  
 „ rum Defunctorum, factum est, ut in precibus ex-  
 „ poneretur, onus a Domino Tregiana relictum esse  
 „ Missarum 104. Non celebrantur vero in Ecclesia  
 „ Hospitalis, eo quod in præsentiarum dicta Eccle-  
 „ sia multis indigeat.
- „ 3. Reditus percipiendus annuatim ex bonis ab Archi-  
 „ diacono Mascardi, quæ integra etiam nunc ex-  
 „ tant, est Libellarum Galliæ 160. circiter; onera  
 „ autem sunt posita in celebratione trium Missarum  
 „ de requiem singulis mensibus ad Altare S. Thomæ  
 „ hujus Cathedralis Ecclesiæ S. Mariæ in Cælum  
 „ Assumptæ peragenda.
- „ 4. Reditus autem bonorum olim ad Confraternitatem  
 „ SSm̃i Rosarii spectantium ad Libellas Galliæ 687.  
 „ ascendit. Onera autem dictæ Confraternitatis ob re-  
 „ ditum supradictum sunt: annua celebratio Missa-  
 „ rum 15. ad Altare SSm̃i Rosarii in Ecclesia Fra-  
 „ truum S. Dominici hujus Civitatis jam diruta, et  
 „ non alibi perficienda.
- „ Item celebratio Missarum 18. singulis annis in supra  
 „ memorata Ecclesia S. Dominici, et a Fratribus di-  
 „ cti Conventus tempore novendii Nativitatis D.N.J.C.  
 „ perficienda pro sublevamine ac refrigerio ipsius Te-  
 „ statricis, ejusdemque Sororis. Notandum autem est,  
 „ ab anno 1807. nunc usque Missas 83., ab Admi-  
 „ nistratoribus hujus Hospitalis fuisse annuatim cele-  
 „ bratas, eo quod dicto anno ab ipsis quædam sche-  
 „ dula fuerit inventa, quæ onera Confraternitatis su-  
 „ pradictæ enunciabat esse Missas 83., licet ex in-  
 „ strumentis, quæ invenire mihi datum fuit, alia onera  
 „ præter relata non appareant.
- „ 5. Reditus percipiendus ex bonis habitis a Confra-  
 „ ternitate SSm̃æ Trinitatis est Libellarum Galliæ 270.  
 „ circiter, ac onera, quæ ex variis instrumentis mi-  
 „ hi exhibitis constant, sunt: annua celebratio Mis-

- „ sarum, quas vocant Lectas 165, quarum una cum  
 „ cantu et nocturno, ac plures in Oratorio diete  
 „ Confraternitatis statis anni temporibus celebrandæ,  
 „ præter Missas 8 ad Altare S. Thomæ hujus Ca-  
 „ thedralis annuatim celebrandas, quarum una olim  
 „ erat cum cantu, nempe antequam, uti asseritur, in  
 „ unam lectam commutaretur.
- „ 6. Reditus percipiendus ex bonis olim ad Confrater-  
 „ nitates amplius non erectas sub titulo B. Mariæ Vir-  
 „ ginis Boni Consilii, et S. Barbaræ spectantibus est  
 „ Libellarum Galliæ 58. circiter. Quibus autem oneribus  
 „ sint dicta bona onerata, impossibile fuit invenire.  
 „ Administratores tamen hujus Hospitalis dicti reditus  
 „ intuitu, statuerunt fore annuatim celebrandas  
 „ Missas 52. ad libitum, nempe nullo destinato  
 „ loco, nulloque statuto tempore.
- „ 7. Tandem reditus percipiendus ex bonis jam ad Con-  
 „ fraternitatem SSiæ Conceptionis spectantibus est  
 „ Libellarum Galliæ 57. circiter. Quæ autem essent  
 „ pro dictis bonis onera supradictæ Confraternitatis,  
 „ plane ignoratur, et solummodo constat anno 1751.  
 „ Confraternitatem prædictam statuissè celebrationem  
 „ Missarum 12. fore annuatim peragendam pro anima  
 „ Sororum defunctarum, dictasque Missas fore  
 „ celebrandas die 9 Decembris. Hisce autem tempo-  
 „ ribus decem Missæ lectæ celebrantur, ac una cum  
 „ cantu; qua autem ratione ita statutum fuerit, pe-  
 „ nitus ignoratur.
- Dein Episcopus refert. „ Hospitalis Statum activum de-  
 „ cem annis computatis, idest ab anno 1812. usque  
 „ ad Annum 1821. esse Libellarum Galliæ 18000.;  
 „ passivum vero, uti supra computatum, esse pari-  
 „ ter Libellarum earundem 18000. „ votumque suum  
 „ quoad petitam Missarum translationem, ac reductionem  
 „ aperit, inquit, „ Quoad impotentiam aliter sup-  
 „ plendi, aliorumque mediorum defectum, certum  
 „ est hanc haudquam absolute extare; hisce autem  
 „ temporibus hanc existere, nullumque medium mi-  
 „ nus onerosum me cernere procul dubio est; hæc enim  
 „ Hospitale est structuræ infelicis, ac nimis angustum,  
 „ ut infirmos omnes hujus Communitatis capere queat,  
 „ ac proinde ejusdem Administratores, fidelium libe-  
 „ ralitate confisi, ejusdem Fabricæ ampliationem  
 „ nem

„ nem suscipere coacti fuerunt , licet eandem perli-  
 „ cere nequeant redditibus apud ipsos extantibus. Sen-  
 „ tirem itaque attentis omnibus supradictis , ac con-  
 „ sideratis expensis , quas per nonnullos annos susti-  
 „ nere coguntur supralaudati Administratores , ne ege-  
 „ ni Infirmi hujus Civitatis humanis auxiliis destituan-  
 „ tur , benigne fore excipiendas eorundem preces ,  
 „ ac ad decennium saltem ipsis concedendam esse , ut  
 „ omnibus oneribus , de quibus in precibus , satisfiat  
 „ mediante quotidiana celebratione unius Missæ ad  
 „ commodum Infirmorum utriusque sexus in Eccle-  
 „ sia Hospitalis , quæ cito futura est , ut in ipsa Sa-  
 „ crosanctum Missæ Sacrificium peragi possit.

At Capitulum Cathedralis Ecclesiæ innoxium Visitationi  
 Apostolicæ diei 15. Martii 1584. , in qua habetur =  
*Item Capella Annunciationis gloriosæ Virginis dicitur*  
*de jure Patronatus pro una voce Rm̃i Capituli Ca-*  
*thedralis Ecclesiæ , ac pro alia voce M. Communitatis*  
*Sarzanæ Civitatis ; nec non collationibus , quæ ex Ca-*  
*pitularibus Codicibus , singulis vacationibus a Capi-*  
*tulo ipso peractis , inveniuntur ad postremum usque*  
 Capellanum ; qui anno 1800. vitam cum morte com-  
 mutavit ; censet , Capellaniam Brucionio Patronatus ju-  
 re gaudere , ipsiusque reddituum separationem ab No-  
 socomii bonis exposcit , ut ad formam foundationis  
 Capellanus nominari queat. Item adversatur tum re-  
 ductioni Missarum , quæ in Ecclesia S. Andree sunt  
 celebrandæ , tum earum translationi , qua Fideles quo-  
 tidiano Sacrificio in Ecclesia accessu facillima priva-  
 rentur , quæque in Divini cultus imminutionem re-  
 dundaret.

Confratres quoque SSmæ Trinitatis , nec non SSm̃i Rosarii ,  
 quorum Sodalitia , pace Ecclesiæ tributa , in antiquum  
 Statum redierunt , petitionibus Administratorum Hospi-  
 talis contradicunt , ac efflagitant , ut bonâ , quæ tran-  
 sactis temporibus ab Italico Regimine Nosocomio fue-  
 runt addicta , eorum Sodalitiis restituantur. Nullum enim  
 jus in eisdem bonis Nosocomium adquisivisse con-  
 tendunt ex defectu Beneplaciti Apostolici , *Extrava-*  
*gan. Ambitosæ de rebus Ecclesiæ non alienan. , S.*  
*Congregatio in Faventina Commutationis voluntatis et*



*applicacionis* 20. Decemb. 1823, quin ex subsequenti possessione aliquid juris ipsi accesserit; nam quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere, L. 29. ff. de R. J.

**Administratores** precibus adversantur quoque Sacri Canonones, qui a commutationibus ultimarum voluntatum abhorrent; quæ enim ad certum usum largitione Fidelium sunt destinata, ad illum debent, non ad alium converti, *Clementina Quia contigit* 2. de relig. dom., S. Congreg. in Savonen. *Commutationis Voluntatis* 22. Martii 1823. §. *Certum*, in Camerinen. *Jurispatronatus et Commutationis Voluntatis* 18. Decembris 1824. §. *Verum*.

**Præterea** si Legata impleri, et Missæ celebrari possunt in Ecclesia et Altari a Fundatoribus designato, solet S. hæc Congregatio illorum denegare translationem, uti in *Usentina Celebrationis Missarum* 14. Januarii 1748., *Lucana Translationis, Reductionis, et Sanationis* 26. Augusti 1820. §. *Inquirendum*, *Tranen. Reductionis et Commutationis onerum* 24. Julii 1824. §. *Verum*. Missarum item reductio ab hoc S. Ordine denegatur, ubi reditus onera superant, uti videre est in *Bononien.* 27. Aprilis 1822. §. *Testatores, et Mazzarien. Reductionis servitii Chorii, et Anniversariorum* 20. Novembris 1824.

**Verum** Hospitiorum Administratores in primis animadvertunt, nullam jurispatronatus vocem ad Capitulum pertinere; siquidem in Capellanîæ Brucionio fundatione legitur: *quando vacaverit, vel non serviverit dictus Capellanus ipsi Altari in dictis Divinis Officiis ( bona deputata pro expensis, seu sustentatione dicti Sacerdotis ) gubernentur, seu conserventur, et postea futuro Successori integraliter consignentur per ipsum Cecchinum, ipso vivente, et post ejus mortem, per Consiliun Generale Artium Communis Terræ Sarzanæ Patronum, et Commissarium suum . . . confirmatione, institutione, et correctione in honestate vitæ dicti Sacerdotis, seu Capellani dicto Lunensi Capitulo solummodo reservatis. Neque Capitulum ex collatione, qua singulis vacationibus fertur potitum esse, ullum sibi quærere potest subsidium, cum ex*

*vi juris patronatus non concessio, sed presentatio pertineat ad Patronum. Cap. 31. de jure patr.*

Consilium vero generale Artium, cui jus Patronatus Capellanix fuit reservatum, jamdiu non existit, et quatenus jus patronatus ad Communitatem Sarzanensem spectaret, ejus consensus deesse non videtur, quoniam Magister Consilii Municipalis Sarzanensis præest Administrationi Hospitalis.

Missarum autem translationem, justa concurrente causa, sæpius concessit hæc S. Congregatio, præsertim si nec Divini Cultus detrimentum, nec Populi incommodum timeretur, uti in *Neapolitana Capellanix* 16. Junii 1731., et in *Leodien. Reductionis et Translationis* 24. Maji 1823. §. *Administratores*. In themate abest Divini cultus detrimentum, ac Fidelium incommodum. Enim vero „ onerum translatio ( ait Epi- „ scopus ) minime efficiet, ut desit Missæ celebra- „ tio in Ecclesia S. Andreæ hujus Civitatis, uti a Ca- „ pitulo hujus Cathedralis relatum fuit; in dicta enim „ Ecclesia quotidie Sacrum faciunt duo Capellani ibi „ constituti, aliique hujus Civitatis Presbyteri.

Minores autem Reformati S. Francisci, in cujus Ecclesia Missæ ex suppressa Confraternitate SSiñæ Conceptionis proficiscentes forent celebrandæ, translationi subscribunt, ut refert Episcopus, si illam ad infirmorum levamen concedendam duxerit hæc S. Congregatio.

Similiter publica utilitatis, vel necessitatis intercedente causa ultimarum voluntatum commutationem indulgeri exploratum est ex hujus S. Ordinis instituto, ut in *Tudertina* 15. Martii 1783., in *Nullius S. Ædisti Beneficii* 16. Junii 1792., et in *Ariminen. Applicationis Legati* 19. Aprilis 1823 §. *Quantum*.

Commutationem autem voluntatum, ac Missarum translationem et reductionem in themate efflagitaret spiritualis Informorum necessitas. Cum enim ex dati et accepti rationibus appareat, Nosocomium Sarzanense par non esse solvendo stipendium Presbytero ægrotantibus opitulaturo, ne dum bona Sodalitiorum eidem unita haud distrahenda videntur, nam Hospitalium paupertati suppetias ferre oportet applicatione etiam reddituum in alios pios usus ex foundationis lege ero-

gandorum, S. Congregatio in Faventina Commut. Volunt. et applicat. 22. Februarii 1823. §. His, et in cit. Ariminen. §. Quaquam, sed insuper petita Missarum translatio, et reductio impertienda est, ut pensio exhibeatur Sacerdoti, qui in curanda spirituali ægrotantium salute operam impendat.

Dignentur itaque EE. Patres, ea, qua pollent, sapientia dirimere

### Dubia

I. *An constet de jure patronatus Capellani SSmæ Annunciationis favore Capituli Cathedralis Ecclesiæ in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione et reductione Missarum Capellani Brucionio in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione et reductione Missarum Legati Mascardi, ac pro reductione Missarum Legati Tregiana in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatum et bonorum Confraternitatum applicatione in casu etc.*

Et quatenus affirmative

V. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione, et reductione Missarum in casu etc.*

**ARIMINEN.** = In Comitibus diei 26. Februarii 1825. Sess. 7. Cap. 7., actum est de controversia inter Canonicos, et Vicarios perpetuos Oppidi S. Archangeli Ariminensis Diœcesis orta, et die 16. insequentis mensis Aprilis et Sess. 25. cap. 16. de Reform. propositis Dubiis: I. *An Vicarii perpetui ad pristinum statum, et primævam dependentiam a Collegiata SSmi Rosarii redire teneantur in casu etc.* II. *An, et quo-*

quomodo Vicarii perpetui Docci et Succi teneantur cedere Capitulo bona ipsis assignata in casu etc., et quatenus affirmative III. An, quomodo, et in qua summa Vicarii perpetui providendi sint de congrua in casu etc., EE. PP. respondere placuit: Ad I. *Affirmative*: Ad II. *Affirmative*, relictis a Capitulo Vicariis expensis meliorationis: Ad III. *Dilata*, et ad mentem: Mens est, ut scribatur Episcopo, qui transmittat distinctum, statum activum, et passivum omnium bonorum restitutorum favore Collegiate, comprehenso fundo a Parochis, ut in secundo Dubio cedendo.

Requisitus Ariminensis Episcopus statum remisit a Canonicis ipsis acceptum, et animadversionibus auctum a peritissimo, ut ait, Viro exaratis. Ex hoc apparet, annum Collegiate redditum, adjectis scut. 268., quæ a Vicariis percipiebantur, esse scut. 950. 94., exitum vero, comprehensis scut. 100. pro Vicariis perpetuis, ac scut. 90. pro amovibilibus, ad summam scut. 514. pertingere: ideoque singuli ex novem Canonicis quolibet anno scut. 49. circiter lucrantur.

Vir ab Episcopo consultus summam scut. 100. pro fabrica Ecclesiæ a Canonicis assignatam ita contrahit, ut absolutis restorationibus non sine magna pecuniæ vi perficiendis annua scut. 20. satis esse existimet, alias etiam ceræ, et utensilium expensas moderatur, statumque passivum cohibet ad scuta 386.

Laboriosas, difficilesque regere Parœcias Vicarii exponunt, ac præsertim S. Agathæ Vicarius, cui imminet cura animarum 1500. magna ex parte agros incolentium. Vicarius autem Docci subdit ab anno 1814. bona fide Parœcia potitum, quæ congruam sustentationem exhibebat pensione ab Italico Regimine constituta; ac propterea quæsito jure minime posse expoliari; summam vero scut. 50., quæ Vicariis solvebatur ob Sacerdotum deficientiam, animarum copiam, pauperum numerum, et onera ferenda, teste Episcopo, imparem evasisse.

At Capitulum, suis juribus jam restitutum, annum redditum scut. 2110. olim percepisse; hodie vero scut. 950. tantum sine ulla spe incrementi percipere commemorat: Vicariis perpetuis, quamvis ex fundatione scut. 25., et 30. solvenda forent, jam scut. 50. annua

quatinus ait tradidisse, et in posterum traditurum spondet: ac tandem animadvertit, Vicarium Docci anno 1814. Vicariam obtinuisse ad formam Bullæ erectionis Collegiæ editæ a S. Mc. Benedicto XIV., uti colligitur ex folio dici 26. Februarii superioris Anni; quod iterum consulere precor, ut EE. VV. dirimere possint

## Dubium

An, quomodo, et in qua summa Vicarii perpetui providendi sint de congrua in casu etc.

**N**EAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI, Sess. 24. Cap. 15. de Reform.  
 Abbas, et Collegium Hebdomadariorum Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Neapolis anno 1599., auctorante Summo Pontifice Sixto V., Clericis Minoribus Regularibus Ecclesiam, atque Ædes adnexas cesserunt, ut novi eorum Regularis Ordinis Institutum, Familiam, ac domum ibidem fundarent. In cessionis vero tabulis cautum fuit, ut Hebdomadariorum Collegio servaretur earundem ædium proprietas, atque etiam jus Parochum ex ipsis Hebdomadariis eligendi, eumque Eius Archiepiscopo præsentandi; item ut omnia Missarum onera, et Anniversaria Collegio imminerent, ipsumque Chori servitium, quo Capitulares singulis diebus ad Missam, et Vesperas persolvendas, diebus autem festis etiam ad Matutinum canendum obstringebantur, ab ipsis Regularibus in posterum implerentur. Deinceps memorati Collegii Beneficia tam ab Ordinario, quam ab Apostolica Sede uti simplicia, et sine ullo onere habita, et collata sunt. Verum Patres Minoritæ anno 1823. proprio lubitu Ecclesiam, domumque deseruerunt. Abbas igitur, et Heb-

Hebdomadarii, ad quos pleno jure rediit Ecclesia, minime vero Aedes in Religiosam Domum versæ, rati omnia revixisse onera, ab S. Congregatione Fabricæ S. Petri Missarum reductionem impetrarunt, vottique compotes facti sunt, injuncto onere unicam singulis diebus celebrandi Missam. Nunc reductionem servitii Chori ad primas, et secundas damtaxat Vesperas, ac solemnem Missam in Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis ab hoc S. Ordine postulant.

- Hanc rerum gestarum seriem ex informatione deprompsi
- Emi Archiepiscopi, qui insuper addidit. „ La Parro-
- „ chia di S. Maria maggiore è una delle quattro più
- „ antiche di questa Città, dette perciò Parrocchie Mag-
- „ giori. Essa, come rilevasi dalle antiche Visite Pa-
- „ storali, era servita da un Collegio di Preti ascenden-
- „ ti al numero di ventidue, cioè un Rettore, un Sa-
- „ grestano, sei Confrati, dieci Eddomadarj, e quattro
- „ Ufficiali minori. E poichè con la mentovata cessione si era diminuita di molto la rendita de' Beneficii, per essersi ceduto il sito delle Case adjacenti per edificarvi il Monastero per li detti Padri; quindi fù, che anche il numero de' Beneficiati fù ridotto al numero di dodici, come sono al presente, cioè l' Abbate, o sia Rettore, il Sagrestano, e dieci Eddomadarj. Da queste notizie si comprende, che prima della cessione l' obbligo del Coro era compensato dalla pingue rendita proveniente dalle Case adjacenti, non essendo corrispondente quella, che rimase a favore di detti Beneficiati.
- „ Per quel che si appartiene all'attual rendita di Massa comune, o sia distribuzione; questa fino al 1809. era della somma di annui Ducati 226. 86. nel 1809. per la soppressione de' Monasteri si perdettero i migliori Censi, che ascendevano ad annui Ducati 134. 51., sicchè restano annui Ducati 92. 55. Da questi tolti alcuni pesi intrinseci, che ascendono ad annui Ducati 54: 45., restano netti annui Ducati 37. 90., i quali calcolati per un Decennio formano Ducati 379.
- „ Appartengono anche alla Massa i proventi di esequie, i quali per un decennio hanno fruttato Duc. 399. 11., e questi uniti alla rendita soprascritta formano in tutto

„ tutto Ducati 778. 11. Divisi questi in dodici porzio-  
 „ ni, e mezza, cioè dieci agli Eddomadarj, e due por-  
 „ zioni e mezza all' Abbate, (giacchè il Sagrestano  
 „ percepisce annui Ducati 10., che si calcolano trà  
 „ i pesi) viene a ricadere la rendita di un Decennio  
 „ a Ducati 62. 24. per ciascheduno, vale a dire a  
 „ Ducati 6. 22. in ogni anno per ciaschedun' Eddo-  
 „ madario. Questa è tutta la rendita addetta per il ser-  
 „ vizio del Coro, il quale obbliga ogni giorno alla Mes-  
 „ sa e Vesperi, ed in tutte le Feste a Mattutino.  
 „ Debbo non pertanto soggiungere, che oltre alla rendita  
 „ di Massa, gode la Collegiata l'Eredità di Filippo Pon-  
 „ tano, la quale ascende a circa annui Ducati 525.,  
 „ che deparati da pesi intrinseci ammontanti a circa  
 „ Ducati 200., inclusi alcuni pesi eventuali, resta-  
 „ no circa annui Ducati 325., i quali possono dare  
 „ ad ogni Eddomadario circa annui Ducati 25. o 26.;  
 „ mà questi per disposizione del Testatore sono tutti  
 „ soggetti a pesi di Messe. Dette Messe in tempo, che  
 „ i Padri Minoriti abitavano in quel Locale, furono  
 „ dai medesimi soddisfatte in forza della convenzio-  
 „ ne accennata di sopra; essendone di presente slog-  
 „ giati, è ricaduto il peso sopra i Beneficiati. Ma aven-  
 „ do nello scorso anno ottenuto gli Eddomadarj la gra-  
 „ zia di potersi ridurre tutte le Messe ad una sola Cap-  
 „ pellania quotidiana, sono rimasti perciò liberi da  
 „ altro peso li sudetti proventi, per cui ciascun Ed-  
 „ domadario trà la rendita di Massa, e quella di Ponta-  
 „ no suol percepire circa annui Ducati 50., o poco più.  
 „ Finalmente debbo avvertire, che non vi sono interes-  
 „ sati da sentire, perchè i Padri Minoriti sono slog-  
 „ giati, e niente si brigano degli affari degli Eddomada-  
 „ rj, contenti di servir la regola del loro Istituto nella  
 „ nuova Casa, che loro è stata accordata dalla Corte.  
 „ Considerando che si è perduto il sito delle Case adja-  
 „ centi, che davano molta rendita alla Massa, che si  
 „ son perduti i Censi dei Monasteri soppressi in an-  
 „ nui Ducati 134., e che il numero degli Eddoma-  
 „ darj si trova ridotto da 22. a quello di soli 10. ol-  
 „ tre l' Abbate, e Sagrestano, che non sono obbligati  
 „ al Coro, son di parere, che possa ridursi l' obligazio-  
 „ ne del Coro ai soli primi e secondi Vesperi, e Mes-



„ sa solenne dell' Assunta , come era in tempo de' Pa-  
 „ dri Minoriti , potendosi anche imporre la puntatura  
 „ di Ducato uno per ciascuno di detti tre servizj da di-  
 „ vidersi inter præsentés.

**Si Beneficiorum redditus oneribus non respondeant , vel  
 sustinendo decenti Canoniorum gradui pro loci , et  
 personarum qualitate non sufficiant , illos augere oportet , vel onera imminuere ,** *Trid. Synod. Sess. 24. cap. 15. de Reform. , S. Congreg. in Meleuitana 12. Martii 1796. §. Certum , et Nullius S. Martini Suspensionis Nominationis , et Reductionis onerum 27. Julii 1822. §. Jam vero ;* idque tum præcipue sibi vindicet locum , cum post Beneficiorum erectionem fructus valde decreverint sine ulla possessorum culpa , *S. Congr. in Bononien. Missæ Conventualis 18. Martii 1797. , et in Nullius S. Martini 8. Augusti 1801.*

In præsentem autem casu proventus imminutos esse procul possessorum culpa exploratum est , ideoque Hebdomadarii , qui servitium Chorale post Ecclesiæ , ædiumque cessionem numquam pertulerunt , petita reductione digni videntur , eo magis , quod etiam Patres Minoritæ , uti testatur Einus Archiepiscopus , hujusmodi Choralis Servitii reductione fruebantur.

**Animadvertendum vero , hanc S. Congregationem ad cultum Divinum promovendum , et Fidelium excitandam devotionem sollicitam semper se præbuisse , ut in Choro hymnis , et canticis nomen Dei celebraretur , ac propterea ob reddituum tenuitatem aliquando reductionem denegavit , uti in Terracinen. et Setina servitii Chori 23. Novembris 1782. , et in Meleuitana Missæ Conventualis 24. Julii 1824. Præterea fructus , quos lucrantur Oratores , pro ratione ferendorum onerum non videntur adeo tenues , ut illorum reductio sit impertienda. Hæc porro S. Congregatio tenues censuit Præbendas , quæ scut. 30. excederent , ut in Veliterna 14. Martii 1722. , et in Camerinen. Missæ Conventualis 14. Decemb. 1793. §. Notandum , verum de Præbendis agebatur , quæ possessores ad integrum Chorale servitium devinciebant , servitium vero ab Hebdomadariis præstandum , ad Missam , et Vesperas singulis diebus , et ad Matutinum diebus dumtaxat Festis cohibetur.**

Attamen si EE. VV. reductionem indulgentiam esse censuerint, videant, an servitium Chorale ad primas, et secundas Vesperas tantum, et solemnem Missam in Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis coerceri debeat, prout in supplici Libello Oratores postulant, seu potius ea adjicienda sit conditio, ut Capitulares Choro intersint tempore Adventus et Quadragesimæ, omnibus Festis, et in Octavis, quas vocant privilegiatas, quemadmodum pluries jussit hæc S. Congregatio, ac præsertim in *Bituntina Servitii Chori* 24. Novemb. 1770., et in *Civitalis Castellane* 6. Augusti 1808.

Proponitur itaque dirimendum

### Dubium

*An, et quomodo sit concedenda reductio servitii Chori in casu etc.*

**M**AZZARIEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Parochialis Ecclesia sub invocatione S. Nicolai Barensis Oppidi Salem Mazzarien. Diœcesis anno 1801. a Sa: Me: Pio VII. in Collegiatam erecta viginti quatuor constat Capitularibus, scilicet Archipresbytero unica Dignitate, quatuor supra decem Canonicis, et novem Beneficiatis. Archipresbytero cura imminet animarum eique suppetias ferre obstringuntur Canonici, quorum præbendæ nullius sunt juripatronatus subjectæ: omnes præterea tenentur *singulis diebus, debitisque temporibus Missæ Conventuali interesse, ac divina Officia recitare, et psallere, illisque, ac processionibus . . . similiter interesse.* Erectionis tempore satis amplo fruebatur censu Collegiata Ecclesia; nam singulis annis Archipresbyter percipiebat *scut. 414.*, Ca-

*Sess. 24. Cap. 12.  
de Reform.*

nonici *scut.* 85., Beneficiati *scut.* 27. At pluribus ab-  
hinc annis præbendarum redditus, qui ex decimis, et  
primitiis constituuntur, tum ob vilescens frumenti  
pretium, tum ob exactionis difficultatem adeo decre-  
verunt, ut anno 1824. Archipresbyter *scut.* 35., sin-  
guli Canonici *scut.* 17., et Beneficiati *scut.* 13. lucrati  
fuerint. Preces itaque huic Sacræ Congregationi Ca-  
nonici porrexerunt, ut applicatio Missæ Conventua-  
lis ad solos dies festos de præcepto reducatur, aliis  
vero diebus celebrationi Missæ Conventualis adesse  
tantummodo Capitulares teneantur.

- Rogatus Episcopus de informatione et voto memoratam  
redituum imminutionem, transmissio statu activo et  
passivo, plene confirmat, atque insuper animadvertit,  
„ de tempore foundationis dictæ Collegiæ Ecclesiæ  
„ frumentorum quantitas fuit quotannis in salmis  
„ biscentum triginta considerata; ast temporum inju-  
„ ria paulatim, et præsertim novissimis hisce tempo-  
„ ribus, quibus frumenti pretia diminuta segetem quo-  
„ que imminuerunt, et ex nova Judiciorum forma  
„ exigendi difficultas est adaucta. Qua de re factum  
„ est, ut præterito anno tota frumentorum Massa ad  
„ salmas octuaginta ascenderit, et sexta pars fructuum  
„ scutorum trigintaquinque monetæ Romanæ valorem  
„ producens nullomodo sufficeret ad onera solvenda,  
„ quæ summam capiunt unciarum septuaginta sex  
„ monetæ Siculæ, inter quæ tamen Missæ Conven-  
„ tualis onus non adnumeratur.
- „ Infelix istæ Collegiæ Ecclesiæ status me præterito an-  
„ no coegit, ut Clericos Chori servitio addictos ad  
„ duos tantum reducerem, Presbyteros vero ad sex,  
„ tria item beneficia minora unum vacans, et duo ex  
„ primo vacaturis ad tempus suspenderem, annum  
„ quoque salarium ipsius Collegiæ Officialibus assi-  
„ gnatum diminuerem; ex quibus omnibus summam  
„ *scut.* 95. collegi, eamque cum dicta sexta parte pro  
„ oneribus Collegiæ adimplendis constituta, atque  
„ cum aliis sex partibus pro distributionibus assignatis  
„ cumulandum judicavi ad effectum, ut solutis prius  
„ Collegiæ oneribus in dietis unceis septuaginta sex.  
„ ea, quæ superessent, in distributionibus impen-  
„ derentur.

Quæ

Quæ cum ita sint, nec meliori pro sequentibus annis  
 spe affulgente, sententiam meam Capituli voto con-  
 jungens Canonicorum precibus obsequendum exi-  
 stimarem, et Missam Conventualem, de qua agi-  
 tur, ad septennium reducendam; tradita, si opus  
 fuerit, Diœcesis Ordinario gratiam moderandi fa-  
 cultate, prout temporum circumstantiæ expostu-  
 laverint, nisi aliter E. V. R. n. visum fuerit.

Canonicorum preces repellendas profecto suaderent sa-  
 cri Canones, quibus cavetur, ut in Ecclesiis Cathedra-  
 libus, et Collegiatis insignibus Missa Conventualis  
 qualibet die nedum celebretur, verum etiam pro Be-  
 nefactoribus in genere applicetur, *Cap. Cum creatura*  
*de celeb. Miss.*, quamvis ex Canonicatum præbendi-  
 tennus percipiantur fructus, *Fagnan. in Cap. Ut Abbas*  
*de etat. et qualit. num. 34.*, *S. Cong. in Corcyren. Missa*  
*Conventualis 8. Maji 1824. §. Conventualis*; siquidem  
 Missa Conventualis veluti Divini Officii pars habetur  
*Cap. de his. dist. 2. Gloss. in Clem. prima de celeb. Miss-*  
 Verum si post Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ erectio-  
 nem redditus sine possessorum culpa valde decreverint  
 nullaque subsit ratio eos augendi, reductionem appli-  
 cationis Missæ Conventualis ad solos dies festos de præ-  
 cepto, celebrata aliis diebus Missa Conventuali cum  
 interventu Capituli, sæpius concessit hæc S. Congre-  
 gatio, ac præcipue in *Amerina Missæ Conventualis 11.*  
*Martii 1746.*; et in *Massanen. Reductionis onerum 14.*  
*Decemb. 1822. ad II. Dub.* Hisce enim reductionibus  
 viam straverat Benedictus XIV. in notissima *Encycl.*  
*Cum semper oblatas §. 19.* inquiens „ Si vero designa-  
 tum a Concilio (Trid. Sess. 24. cap. 15. ad levan-  
 dam Canonicalium Præbendarum inopiam) viam,  
 ut fere evenire solet, nequaquam iniri posse con-  
 tingat, reliquum erit ad Congregationem Concilii  
 recursum habere, cujus erit perspecto rerum statu,  
 Auctoritate Apostolica a Prædecessoribus nostris ei-  
 dem imperita, et a nobis etiam præsentium tenore  
 confirmata quotidianam applicationem Missæ Con-  
 ventualis pro Benefactoribus in genere ad festos  
 tantummodo dies reducere.

Videant itaque E. n. Patres, utrum Oratoribus, qui nevi-  
 ginti quidem scutata singulis annis ex Canonicali Præ-  
 ben-

henda in præsens lucrifaciunt, indulgenda sit Missæ  
 Conventualis reductio ob reddituum tenuitatem. Sane  
 hæc S. Congregatio tenues censuit redditus, ac reductio-  
 nem impertivit, si annui fructus non excederent scut  
 30., uti in *Placentina Missæ Conventualis* 18. *Septem-*  
*bris* 1779., et in *Alben. 8. Februarii* 1785., et aliquan-  
 do etiamsi ad scut. 80. pertingerent, uti in *Massanen-*  
*Reductionis onerum* 14. *Decembris* 1822.

Igitur dirimendum proponitur

Dubium

*An, et quomodo sit locus reductioni applicationis  
 Missæ Conventualis in casu etc.*

*Die Sabbathi 22. Aprilis 1826. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. = *Sess. 24. Cap. 1. de Reform. Matrim.*  
 Joannes Ferrari Dux Parabitæ Neritensis Diœcesis in Hydruntina Provincia die 27. Augusti 1820. Uxorem duxit Nobilem Neapolitanam Adolescentulam Olympiam Monticelli della Valle ex Dueibus Ventignani in decimoseptimo ætatis anno constitutam. Faustis auspiciis initum connubium ita nonnullos post menses conjugum dissidia perturbarunt, ut Ventignani Dux, Olympiæ Pater, Conjuges ex Oppido Parabitæ, quo se contulerant, blandis Litteris Neapolim evocarit, propriisque in laribus die 2. Octobris 1822. exceperit. Novis in paterna domo turbis subortis, die 10. Octobris ejusdem anni Olympia Joanni dixit vadimonium, thori separationem sævitiarum causa exposcens, petitionibusque sententiæ arrisit, quam appellationis Decretum confirmavit.

Supplex interea Olympia S. M. Pium VII. adierat pro dispensatione Matrimonii rati, et non consummati, atque S. hæc Congregatio, cui ablegatæ fuerant preces, die 26. Martii 1823. Eiusdem Neapolitano Archiepiscopo processus confectionem commisit ad formam Constitutionis *Dei Miseratione* super non sequuta consummatione, et canonicis causis dispensationis, eumque rogavit, ut animi sui sententiam aperiret.

Designato Validitatis Defensore, servatisque solemnibus, Olympia deposuit, Matrimonium ob Viri debilitatem numquam fuisse consummatum, quamvis per integrum biennium et ultra bona fide maritali operi per-

ficiendo sese exhibuerit; patrem dispensationem postulasse, postquam ex inspectione cujusdam Obstetricis, ac trium in arte medica peritorum de ipsius integritate certior evasit. Mulieris juramento septima accessit propinquorum manus, ac plurium testium depositio de fama non consummationis fidem perhibentium. Delectæ tandem fuere tres Obstetrices, quæ ad inspectionem corporis D. Olympiæ procederent, quinque Periti, qui Obstetrices ipsas instruerent, ac duæ Matronæ, quæ inspectioni præsto essent: Re absolutâ diversas protulere sententias: Duæ enim Obstetrices consummationem, tertia virginitatem renunciarunt; ex ipsarum vero relatione duo Periti pro consummatione steterunt, duo pro virginitate, quintus media via incedens deflorationis signa concessit, ac pro non perfecta consummatione pronuntiavit.

Mulier ab hoc experimento reclamavit, atque consentiente viro, ex oraculo S. hujus Congregationis mandatum est „ fieri judicialem inspectionem a quinque „ Peritis, partim Medicis, partim Chirurgis celeberrimis „ . Isti autem rite expleta corporis recognitione, uno ore Mulieris virginitatem proclamaverunt: quia imo et duo Periti, qui pro consummatione in præcedenti inspectione ex Obstetricum relatione judicium dixerant, novo corporis examine extrajudicialiter ab ipsis instituto, sententiam mutarunt, et Olympiam adhuc virginem judicarunt.

Joannes vero in Curia Hydruntina ex speciali subdelegatione rogatus consummationem jurejurando affirmavit, ac præter septem ex ejus latere propinquos, qui de credulitate testimonium tulerunt, quosdam induxit testes, qui de fama consummationis deponerent. Pro inspectione corporis Viri in Curia Hydruntina pluries instetit Mulier, at Joannes latuit, et Eñus Archiepiscopus, dum processus exemplum remisit, sententiam his verbis pandidit „ Qua majori fieri poterat „ religione, a me toto rimato processu, compilato „ impartiali diligentia, mature perpensa tota serie „ probationum, ad exactam trutinam revocatis rationibus hinc inde facientibus, lubens descendo in „ sententiam pro non consummatione Matrimonii, „ et pro virginitate Olympiæ Monticelli della Valle

non ]



„ non adhuc expugnata , sed integra. Causæ insuper  
 „ canonicæ ad indulgendam petitam dispensationem  
 „ mihi videntur satis probatæ , et sufficientes ; non  
 „ est sperabilis reconciliatio inter dictos Conjuges post  
 „ præcedentia dissidia , quæ ortum habuere ex im-  
 „ potentia viri . Quapropter censeo posse ad talem  
 „ gratiam deveniri a SSmo Domino , cujus superio-  
 „ ri iudicio me ex corde submitto. Relate ad Joan-  
 „ nem Ferrari , qui noluit subicere corpus suum  
 „ inspectioni , erit istius S. Congregationis decernere ,  
 „ quidquid erit magis justitiæ consonum.

Mulieris Defensor , ut consummationem non sequutam  
 demonstrat , Olympiæ jusjurandum septima Consan-  
 guineorum manu roboratum commemorat , cui so-  
 lemne accedit iudicium per aspectum corporis a quin-  
 que celebrioribus Peritis institutum , qui Olympiam  
 virginem denuntiarunt ; ideoque ea intercedere con-  
 tendit rationum momenta , quæ Mulieri affirmanti  
 numquam potuisse cognosci , potiusquam Viro per  
 juramentum suum contrarium asserenti , fidem esse  
 adhibendam suadeant tam ex censura capitis *Propo-  
 suisti de Probat.* , quam ex Canonistarum sententia ,  
*Sanchez lib. 7. resol. 109. num. 16. , Guttierrez de ma-  
 trimonio part. 3. cap. 130. n. 21. ,* quibus consonat  
 S. hæc Congregatio in *Januen. Matrimonii 14. Janua-  
 rii 1745. , in Romana Matrimonii 16. Augusti , et 17.  
 Decemb. 1786. in Melevitana Dispensationis 7. Fe-  
 bruar. 1790. Ex Testium quoque depositione tum  
 Neapolitanæ , tum Hydruntinæ Provinciæ , qui vel  
 de non consummatione , vel de non consummationis  
 fama testimonium ferunt , violentam præsumptio-  
 nem consurgere Mulieris Defensor concludit *ad tex.  
 in cap. Præterea 27. , et cap. Illud quoque de testib. , et  
 cap. Tertio loco de præsumpt.**

Mulieris vero opinionem , qua hæc primis mensibus ute-  
 rum gestare putavit , nihili inquit esse faciendam , utpote  
 falsam , ac profluentem ex rerum maritalium insci-  
 tia , qua eo tempore Mulier ipsa laborabat , uti ju-  
 rejurando affirmavit , ac similiter omnino spernen-  
 dam vocem ab aliquibus testibus inductam de Olym-  
 piæ abortu , cum ea opinio nullum certum agnoscat  
 auctorem , et neque Ducissam Parabitæ ipsius So-  
 crum , quam unus testis appellavit , neque ipsum Jo-  
 an-

ancem ullam de abortu mentionem fecisse ex processu liqueat.

Ad causas dispensationis quod attinet, graves et justas in themate occurrere autumat idem Defensor, easque præsertim collocat tum in Viri impotentia, quæ ex inutili per biennium conatu elicitur, quæquæ saltem probabilis in gratioso dispensationis judicio sufficiens est, *Ursaya tom. 3. discep. 21. n. 103.*, tum in animorum dissensione, et Viri sævitiis; *Lancelot penes Ursay. tom. 9. part. 2. discep. 21. Annot. 62.*, *Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 16. n. 4.*, *Cleric. de Sacram. matrim. dec. 15. n. 45.*

Contra Matrimonii Defensor animadvertit, quod ex *Cap. accepisti de frigid, et malef.*, ut mulier audiatur, in ipsa novitate, idest post mensem, aut postremum duos reclamare cogitur, et contradicente viro, per rectum judicium illius frigiditatem demonstret oportet: Olympiam in ipsa novitate haud reclamasse patet, cum per biennium tacerit; et si aliqui menses mulieris inscitæ tribuantur, serotinæ nihilominus ejus querelæ essent dicendæ. Deficit rectum judicium, nam juramentum mulieris prævalet juramento Viri ex *Cap. Proposuisti*, si tempore habili ipsa reclamaverit, *Sanchez de matr. disp. 109. n. 2. et 16.*

Singulatim postea prosequitur non consummationis probationes, quæ perspicuæ, superabundantes, concludentissimæ esse debent, ut dispensationi locus esse possit, *S. hæc Congregatio in Mediolanen. Matrim. 8. Martii 1732. §. Exempla, Frisigen. 7. Martii 1750. §. Desumi, Comaclen. matrimonii 29. Julii 1769. §. Despiciendum*, præcipue post Conjugum cohabitationem, unde præsumptio consummationis eruitur, *Glossa in can. si quis accepit 3. Caus. 33. quest. 1.*, *Pignatel. Consult. Can. 140. num. 21. tom. 1.*, *Sac. Congreg. in Comen. Matrim. 17. Decembris 1768. §. Defensor.*

Hujusmodi autem probationes in themate, pergit idem Defensor, plane desiderantur; juramentum enim Mulieris de non sequuta consummatione adversatur juramento Viri, famæ abortus, ac Litteris ipsius Olympiæ ad Matrem datis, quibus se uterum gerere significavit: assertionem vero de ignorantia in re maritali du-

dubiam reddere conatur ex teste a muliere inducto, qui primis nuptiarum diebus audivisse testatur, illius Genitricem nunciasse, Matrimonium ob Viri frigiditatem non fuisse consummatum. Testes etiam a Muliere inducti vel de auditu tantum a Muliere ipsa testantur, vel contrariis eliduntur testibus; sicut fama contraria fama destruitur: Neque corporis inspectioni fidendum esse ait, cum sæpe manus fallitur, et oculus obstetricum, *can. aliqua 24. causa 27. quest. 1., cap. causam Matrimonii 14. de probat., Glossa in Cap. Proposuisti de Probat. Verbo per aspectum*; idque confirmatur ex opinionum discrepantia inter Obstetrices et Peritos ad Olympiæ corpus inspiciendum delectos, ideoque concludit vel nullam, vel saltem dubiam esse non consummationis probationem.

Graves præterea, urgentes, urgentissimas causas intercedere oportere ad dispensationem elargiendam monet *Fagnan. in Cap. Nimis de Filiis Presbyterorum num. 8.* et innuit *Sacra Congregatio in Pragen. Matrimonii 7. Julii 1731. §. Porro, et in Melevitana Dispensationis 7. Februar. 1789.* Hæc vero causa in Viri impotentia, cujus probatio non adducitur, constitui non potest; ex quo enim uxor sit Virgo non sequitur, Maritum esse impotentem, ut ait *Tond. quest. can. cap. 79. num. 8., et S. Congreg. in Asten. Matrimonii 18. Martii 1776. §. Quod tandem.*

Nec testium defectus, quo Joannes laborat, necessario impotentiam demonstrat; nam testes sæpe latent in abdome, uti docent *Moebius in fund. Medic. Physiolog., Peleus act. forens. lib. 6. act. 14.,* et revera Chirurgus Scatingius, paulo post initum Matrimonium ab ipso Joanne consultus, favorabilem ei protulit sententiam, quam nuper extrajudiciales Periti Giaccari, et Roscius confirmarunt. Ex his colligit Matrimonii Adsertor Viri inspectionem esse decernendam; quemadmodum enim Fœminæ corpus inspicere oportet, si ex parte Mulieris tenet impedimentum, ita similiter et Viri corpus, si is arguatur impotentia, *Gibert in jus Canon. lib. 3. tit. 13. de imped. Matrimon. n. 5.,* cui consonat *Card. Argenvill. in Voto apud Const. tom. 4. num. 19.* Sævitiarum vero causas rejiciendas contendit, cum ad Matrimonii solummodo quoad thorum

dissolutionem satis habendæ sint. Cætera EE. VV haurient ex Allegationibus distribuendis, ut dirimere valeant

### Dubium.

*An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Dilata, et ad Eñum Archiepiscopum, qui præfixo termino unius mensis Joanni Ferrari Duci Parabitæ ad comparandum personaliter Neapoli, ibique constituto Procuratore, infra terminum ab eodem Eño præfiniendum se subjiciat inspectioni Professorum Chirurgiæ et Medicinæ etiam ex officio deputandorum, et de resultantibus certioret.

Sex, quæ sequuntur, Causæ pertinent ad Folium Congregationis diei 18. superioris Mensis Martii, quod Eñi Patres iterum consulere dignabuntur, ut dirimere possint Dubia.

## ARIMINEN., ET CÆSENATEN. JURIS QUÆSTU- ANDI.

Sess. 21. Cap.  
9. de Reform.

*An sustineatur Decretum Episcopi Cæsenatensis in casu etc.*

Affirmative

Sess. 25. Cap.  
4. de Reform.

## SPOLETANA ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS MISSARUM.

I. *An, quomodo, et ad quod tempus concedenda sit reductio Missarum in casu etc.*

II. *An*

II. *An consulendum sit Sanctissimo pro absoluteione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Pro reductione ad annuas Missas 150., durante vita Patris Oratoris, et Archiepiscopus curet implementum, et fieri inscriptionem hypothecariam super bonis Capellanæ.

Ad II. Affirmative celebratis tribus Missis pro omnibus præteritis omissionibus.

## LUNEN. SARZANEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, APPLICATIONIS, ET REDUCTIONIS.

Dubia.

I. *An constet de Jurepatronus Capellanæ SSmæ Annunciationis favore Capituli Cathedralis Ecclesiæ in casu etc.*

Sess. 22. Cap. 6. et Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione, et reductione Missarum Capellanæ Brucionio in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione, et reductione Missarum Legati Mascardi, ac pro reductione Missarum Legati Treghiana in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatum, et honorum Confraternitatum applicatione in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

V. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione, et reductione Missarum in casu etc.*

Ad I. Dilata, et coadjuventur probationes hinc inde per Capitulum, et Consilium Municipale in scriptis.

Ad II. Dilata.

Ad III. Dilata, et quoad Legatum Mascardi audiatur Capitulum.

Ad IV. et V. Non expedire.

Sess. 7. Cap. 7.,  
et Sess. 25. Cap.  
16. de Reform.

## ARIMINEN.

*An, quomodo, et in qua summa Vicarii perpetui  
providendi sint de congrua in casu etc.*

Affirmative in scutis septuaginta pro unoquoque, at-  
tentis peculiaribus circumstantiis, præter emolumenta  
Stolæ ad formam antiquæ consuetudinis.

Sess. 24. Cap.  
15. de Reform.

## NEAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI.

*An, et quomodo sit concedenda reductio Servitii  
Chori in casu etc.*

Dilata, et exhibeatur indultum cum precibus porrectis  
pro reductione Legati Pontani, et decreto executoria-  
li Eûni Archiepiscopi.

## MAZZARIEN. MISSÆ CONVENTUALIS.

Sess. 24. Cap.  
S. de Reform.

*An, et quomodo sit locus reductioni applicationis  
Missæ Conventualis in casu etc.*

Affirmative juxta votum Episcopi ad septennium.

Sess. 22. Cap.  
6. de Reform.

## TOLENTINATEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS

Ultimosuæ voluntatis elogio anni 1824. Aloysius Gulli-  
nelli

nelli Equitem Vincentium Amedeum hæredem ex asse instituit, adjecta tamen lege „ di edificare una Chiesa vicina all'altra della Pace, nel sito ove si sono fatte le fondamenta, facendovi per maggior comodo del Cappellano una Casetta sopra la Sagrestia, atque in hanc Ecclesiam, ubi primum ædificata fuerit, deferri voluit ejus Cæmænta. Pro Dote autem Ecclesiæ extollendæ prætor cæmænta a Testatore comparata, et frumenta ejus Domini reperta quatuor assignavit prædia = *per potere in tal modo provvedere le necessarie suppelletili, far ardere sì di giorno che di notte in perpetuo una lampada avanti all'Altar, ed un lume per la notte attaccato alla Croce di già esistente avanti la strada e soddisfare un Legato di Messe tre la settimana in perpetuo.* Fructus autem prædiorum, qui impletis hujusmodi oneribus superessent, reliquit „ *a vantaggio dell'Erede, il quale per se, e suoi avrà l'amministrazione di detti Beni.* Primum Capellanum ipse Testator delegit Sacerdotem Nicolaum della Gerva, ac post ejus obitum nominationem pertinere statuit ad memoratum Hæredem, = *inibendo espressamente sì ad esso, che alli suoi Eredi, e Successori in infinito di dimandare a qualunque siasi Autorità Ecclesiastica la riduzione di dette tre Messe, oppure la traslazione da una Chiesa all'altra, perchè la ferma e costante volontà mia si è quella, che resti edificata la detta Chiesa, e che ivi si soddisfi nei giorni però feriali, e non mai festivi l'ingiunto peso di Messe alla ragione di bajocchi venti per ciascuna.*

Quum vero Tolentines viginti circiter ab hinc annis careant Ecclesia Cathedrali, et ad novum Templum anno 1819. inceptum perficiendum deficient media; nam Episcopalis Mensa Tolentini, subductis oneribus, vix annua *scuta* 400. suppeditat, quæ si addantur redditibus Mensæ Maceratensis, deductis expensis, summam constituunt *scut.* 1215. 10., Canonicales autem Præbendæ Capituli Tolentini sunt adeo tenues, ut quædam solummodo annum fructum reddant *scut.* 80., reliquæ vero ne ad annua quidem *scut.* 50. pertingant; hinc Deputati Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis postulant, ut cæmænta, pretium frumenti, ac sumptus tam in ædifica-



ficationem Ecclesiæ, quam in lampadum manuten-  
tionem ad formam testamenti Aloysii Gullinelli insu-  
menda applicentur Templo Cathedralis Ecclesiæ To-  
lentini, atque insuper, ut post obitum Capellani Ni-  
colai della Gerva unum duntaxat Sacrum in nova Ca-  
thedrali Ecclesia diebus festis ad Populi commodita-  
tem celebretur, reliquum vero Legati Missarum in Fa-  
bricam ejusdem Cathedralis erogetur.

Requisitus Episcopus pro informatione, et voto hæc re-  
spondit „ Priusquam hæredem Testatoris Gullinelli in  
„ scriptis audirem, curavi, ut cretens familiari col-  
„ loquio vir probus, et ecclesiastica insignitus digni-  
„ tate eundem adiret, ut si fieri posset animi perti-  
„ naciam deponeret, et nisi moveret pietas, religio,  
„ Patriæque suæ decus, moveret saltem propria utili-  
„ tes, quæ ei obventura est ex commutatione volun-  
„ tatis Testatoris. Hinc cum aliqua licet levissima  
„ astulgeret spes, datis ad eum Litteris hanc respon-  
„ sionem accepi: = *Intendo, e mi protesto di esegui-  
„ re quanto mi è stato imposto nel Testamento. Questi  
„ sono i miei sentimenti, e saranno sempre irremovi-  
„ bili* = . Ast nonne inutilis prorsus est ædificatio ru-  
„ ralis Ecclesiæ? concedit hæres. Nonne commodum,  
„ lucrumque reportat ex commutatione voluntatis  
„ Testatoris? sentit, nec negat. De inutilitate funda-  
„ tionis novæ Ecclesiæ satis est dicere, novam Eccle-  
„ siam ædificandam ex voluntate Testatoris juxta viam  
„ Flaminiam alteri perantiquæ Ecclesiæ in eadem via  
„ positæ, cui titulus = *la Madonna della Pace* =, ita  
„ adhæsuram, ut inter se distarent, quantum levis  
„ est jactus lapidis. Hæc ipsa vero, quamvis magnæ  
„ molis, quia parum a Civitate remota, non frequen-  
„ tatur ab Agricolis, qui secus eandem viam tres  
„ habent Ecclesias usque ad fines Parœciæ, ad quas  
„ diebus festis Sacerdotes stipendio conducunt, ut Mis-  
„ sas celebrent. Est itaque EE. VV. concludere, quan-  
„ tum inutilitatis pateat ibi construere Ecclesiam, ubi  
„ altera satis ampla supervacanea existit „ .  
„ E contra vero realis adest necessitas commutandi men-  
„ tem Testatoris. Absonum quippe mihi prorsus a ra-  
„ tione videtur, ut in via prope Civitatem nova, nul-  
„ lius-

„ liusque profectus Ecclesia exurgat , et Civitas ipsa  
 „ Cathedrali Ecclesia nummorum defectu destituatur,  
 „ Clerusque in angustia ambulacri divinas laudes per-  
 „ solvat , atque in fatiscenti veteris Monasterii ædicu-  
 „ la SS. Eucharistiæ Sacramentum adservetur . Hacte-  
 „ nus mille circiter scutata erogata sunt in reparatio-  
 „ nem Cathedralis . Ad complementum autem ex  
 „ computo Architecti desunt 5200. scutata . Ex his  
 „ vero quingenta ex bonis Societatis SS. Sacramenti  
 „ et Charitatis Pontificii Rescripti gratia desumenda  
 „ adhuc sunt : quadraginta circiter in quolibet anno  
 „ suppeditat fundus , quem nuper R. P. D. Thesaura-  
 „ rius Generalis ad hoc concessit : similiter octuaginta  
 „ circiter Administratores Bonorum manutentioni  
 „ Ecclesiæ perpetuo addictorum quolibet pariter anno  
 „ ministrabunt . Quam longe igitur a necessariis di-  
 „ stamus ,  
 „ Rivulus autem , qui ex testamento Aloysii Gullinelli  
 „ promanat , si nostra interest , quod non in agrum  
 „ elabatur , hæredi non nocet . Hæres quippe Aloysii  
 „ Gullinelli quatuor fundos possidet . . . qui in rege-  
 „ stu publici Censu æstimantur *scuta* 396. 47. , qua  
 „ æstimatione , ut fert regula , et usus , duplicata ,  
 „ duplicatur prædicta summa favore hæredis . Hæc  
 „ porro bona libera sunt , nec aliis subjecta oneribus,  
 „ quam iis , quibus gravare placuit Testatori Vincen-  
 „ tium Amedeum hæredem , his nempe conditioni-  
 „ bus , ut ædificet Ecclesiam .  
 „ Hactenus in jacendis fundamentis , quæ ad soli pla-  
 „ nitiam extracta sunt , his circiter centum scutata  
 „ erogata fuerunt ; summam vero pro complemento  
 „ necessariam ad bismille scutata profert Cæmentari-  
 „ us . Si igitur EE. VV. Deputatorum Fabricæ Ec-  
 „ clesiæ Cathedralis faveant votis , utilitati quoque hæ-  
 „ redis providebunt . Etenim a manutentione absol-  
 „ vitur , et ab alendis luminibus tam ante Altare ,  
 „ quam foris ante Crucem . Quin post mortem Capel-  
 „ lani in Testamento nominati ( ne quid modo in illius  
 „ detrimentum decernatur ) poterit etiam duarum  
 „ Missarum stipendio exonerari pro qualibet hebdo-  
 „ mada in perpetuum . Meo enim iudicio fidelium

„ commodo utilius esset unam tantum Missam in Ec-  
 „ clesia Cathedrali singulis diebus festis de præcepto  
 „ post nonam recitandam , quam in agro absque Po-  
 „ puli concursu , et per hebdomadam ferialibus die-  
 „ bus Sacrum facere . Elucescit igitur et hæredis uti-  
 „ litas ; quod si EE. VV. gratia conciliator constitue-  
 „ rer , auderem proferre , ut saltem dimidia pars eo-  
 „ rum omnium , quæ ad prædictam constructionem  
 „ testata sunt , Cathedrali concederetur . Tunc fit ,  
 „ ut hæres congeriem materie , quæ penes ipsum est  
 „ cederet loco pecuniæ , sicque unum , vel alterum  
 „ ex dictis Fundis sibi vindicaret , uno tantum one-  
 „ re trium Missarum in hebdomada , quandiu vixe-  
 „ rit Capellanus a Testatore nominatus . , ,

Urgente necessitate , et majori suadente utilitate Testa-  
 torum voluntates commutari posse docet *Concil. Trid.*  
*Sess. 22. cap. 6. de Reform.* , cui concinit *Sacra hæc*  
*Congregatio in Nullius Piscen. Commutationis Volunta-*  
*tis 13. Julii 1720. , et in Faventina Commutationis Vo-*  
*luntatis, Applicationis, et Sanationis 22. Februarii 1823.*  
 Fatiscentium autem Ecclesiarum restorationes , aliis  
 a jure statutis deficientibus mediis justam , et aliquan-  
 do necessariam suppeditare causam commutandi su-  
 premas defunctorum voluntates docent exempla in  
*Lisbonen. Applicationis 18. Decembris 1790. , in Seno-*  
*gallien. Fabricæ Ecclesiæ 20. Februarii 1796. ad II. Du-*  
*bium, et in Camerinen. Suspensionis 20. Novembris 1802.*  
 idque tum præcipue sibi locum vindicare debet , cum  
 agitur de reædificatione Ecclesiæ Cathedralis , quæ to-  
 tius Diœcesis respicit bonum , *Barbos. Jus Eccles. lib. 2.*  
*cap. 4. num. 8. , Franc. de Eccl. Cath. cap. 12. num. 26.*

In themate septem jam circiter effluxi sunt anni , ex quo  
 Tolentines Templo Cathedrali construendo manus  
 admoverunt , et nihilominus tenuitate census fabricæ  
 addicti fieri non potest , ut inceptum opus ad exitum  
 tandem perducatur . Justa itaque , ac necessaria oc-  
 currit causa ad supremam Aloysii Gullinelli commu-  
 tandam voluntatem ; eoque facilius Oratorum preci-  
 bus est annuendum , quod ruralem Ecclesiam ad for-  
 mam testamenti ædificandam neque utilem , neque  
 necessariam esse ex Episcopi informatione appareat ,  
 ac

ſc̄ proinde interdici etiam posset illius ædificatio, cum nemini liceat novum Templum extollere, nisi Episcopi, cujus est iudicium ferre, utrum Ecclesiam construere expediat, intercedat venia, *Can. nemo 9. de consecr. dist. 1., novel. 151. cap. 7.* Denegata autem facultate ruralem Ecclesiam ædificandi, necessaria foret voluntatis commutatio, et pium Legatum Gullinelli in aliud opus voluntati Testatoris magis proximum, et magis consimile convertere oporteret, *Sanchez lib. 4. consil. cap. 2. dub. 6., S. Cong. in Nullius Piscen. Commutationis Voluntatis 22. Junii 1720. §. In hoc.* Nullum vero aliud opus voluntati Testatoris Gullinelli proximius excogitari posse, quam Legatum ab ipso relictum in ædificationem Fabricæ Cathedralis insumere, ex eo liquet, quod legata pro construendis sacris ædibus ordinata in reparationem aliarum Ecclesiarum minantium ruinam conferri queant, *Barbos. de offic. Episc. part. 3. alleg. 83. n. 12., Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 14. n. 36., et Monasteria si in loco a Testatore designato ædificari non possint, in alio loco arbitrio Episcopi statuendo construuntur, Cap. Nos quidem 3. de Testam., ibique Fagnan. n. 13., Amostaz. loc. cit. n. 33.*

Nec deneganda videtur petita commutatio sive ob dissentium hæredis, cui nulla infertur jactura, quin imo, si EE. VV. commutationem secundum Episcopi votum impertiendam censeant, res ei utilis geritur, sive ob Legatum Missarum, quod in rurali construenda Ecclesia foret implendum, cum nihil de animarum suffragio detrahatur, si Missæ in una potius, quam in alia Ecclesia celebrentur, *Passerin. de Stat. hom. quest. 187. art. 4. num. 1181.* Nam sacrificium quacumque in Ecclesia litetur, eodem modo semper defunctis prodest, *Pasqualig. de Sacrif. novæ Legis quest. 1149. num. 9., et Sacra Cong. in Usentina 13. Januarii 1748., in Placentina Legati pii 14. Septembris 1782.* Imo necessitas Ecclesiæ Cathedralis, et commodum Fidelium suadet concedendam esse Missarum reductionem, ac translationem, itaut unum tantum Sacrum singulis diebus festis in Cathedrali Templo celebretur. Novum siquidem non est, ut ad emendandas Ecclesias, Mis-

sarum concedatur reductio, *Amostaz. loc. cit. num. 36.*,  
*S. Congregatio in Terracinen. et Setina 17. Martii 1781.*,  
 et ad Fidelium commoditatem implementum Missarum  
 de una ad aliam transferatur diem, *Monacel.*  
*Form. part. 2. form. 2. tit. 13. num. 61.*, *S. Congregatio*  
*in Calaritana Reductionis Missarum 22. Februarii 1823.*  
 §. *In quo.*

Verum religiose servandas, et pro lege habendas esse  
 Testatorum voluntates præcipit *L. 120. ff. de Verbor.*  
*signif.*, nihil enim est, quod magis hominibus  
 debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam  
 aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum,  
 quod iterum non redit arbitrium, *Can. Ultima voluntas*  
*caus. 13. qu. 2., L. 1. Cod. de Sacros. Eccl., et*  
*Sacr. Congreg. in Novarien. Reductionis et Absolu-*  
*tionis 18. Septembris 1824. §. Servanda.* Qua ex re cum  
 Testatoribus jus sit, in quod maluerint opus, bona  
 sua relinquere, nedum in æquale, sed nec etiam in  
 melius commutari debent ultimæ voluntates, *Clement.*  
*Quia contingit de Relig. Domibus, L. 7. Cod. de Te-*  
*stam., Gratianus discept. forens. cap. Nos quidem,*  
*de Testamentis n. 35.*, secus fideles voluntatibus de-  
 functorum per commutationem vulnus infligi sen-  
 tientes a Legatis in pias causas scribendis abduceren-  
 tur, *S. Cong. in Faventina Commutationis Voluntatis,*  
*applicationis, et sanationis 22. Februarii 1823. §. Et*  
*concinuit.* Eo vel magis vero adamussim implenda esse  
 Testatorum elogia in Legatis Missarum admonet *Bene-*  
*dictus XIV. de Synod. Diœcesana lib. 13. cap. ult. n.*  
*23.*, quem sequuta est *S. Congregatio in Urbanien. Redu-*  
*ctionis Missarum 16. Februarii 1788. et in Florentina*  
*Reductionis onerum 2. Augusti 1823.*

Jam vero Aloysius Gullinelli, dum vitam agebat, in  
 proprio Fundo juxta viam publicam novæ Ecclesiæ fun-  
 damenta jecit, supremis autem tabulis illius absolu-  
 tionem strictè hæredi demandavit, in eaque corpus  
 suum humo condi voluit; sufficientem quoque do-  
 tem ad Luminaria, ad sacram suppellectilem, et ad  
 Ecclesiæ manutentionem assignavit juxta præscriptum  
*Can. nemo 9. dist. 1. de consecr., et novel 67. cap. 2.*  
 Nec defuisse videtur Tolentinatensis Antistitis consen-

cus: quum enim ipse novo operi, quod in sua Diœcesi extolli sciebat, non contradixerit, tacite annuisse censetur, hujusmodi vero tacitum consensuum satis renuntiandum plures docent Doctores, quos inter *Barbos. Jus Eccl. lib. 2. cap. 2. n. 1.*, *Pirhing lib. 3. tit. de ædific. Eccl. num. 8.*, *Engel jus canon. lib. 3. tit. 48. num. 4.* Executioni itaque mandanda videtur pia Aloysii voluntas; nam etiamsi Ecclesia ædificanda haud censeatur necessaria, est tamen opus pium, ac Deo magnopere acceptum. Præterea commutationi adversum tenet Aloysii hæres, cujus dissensum haud parvi pendendum esse tradit *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 14. n. 41*, *Sanchez lib. 4. consil. cap. 2. dub. 5. n. 6.*, præsertim quia ipse aliquid pateretur detrimenti, nam impertita voluntatis commutatione jus amitteret ad patronatum Ecclesiæ ædificandæ.

Tandem juxta, ac necessaria causa, quam exigit Tridentina Synodus *Sess. 22. cap. 6. de reform. in commutationibus ultimarum voluntatum*, in themate desideratur. Antequam enim ad commutationem voluntatum, aut Missarum suspensionem deveniatur, media a jure præscripta pro reparandis Ecclesiis adhibeantur oportet, *S. Congreg. in Terracinen. et Setina 17. Martii 1781. §. Cæterum, et in Camerinen Suspensionis 20. Novembris 1802. §. Post.* Jure autem tantum habetur, quod non sufficientibus redditibus Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis addictis, primam Episcopus, dein Canonici, deducto se egcant, ad reædificandam Ecclesiam contribuere tenentur: postea Fabricæ applicantur redditus vacantium Beneficiorum, ac tandem totus Clerus, et in subsidium etiam Populus symbolam conferre obstringitur, *Barbos. jus eccl. cap. 4. n. 10.*, *Frances de Eccl. Cath. capp. 12. et 13.*, *Sperel. decis. 68. n. 20.*, et *S. Congreg. in Terracinen. et Setina 17. Martii 1781. §. quoad.* Videant igitur Em̃i Patres, qua pollent, sapientia, utrum in præsentem casu exequenda sint hæc media, seu potius impertienda petita voluntatis commutatio, ac respondere diligenter.

*An, et quomodo consulendum sit SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*  
Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. Cap. 4.  
*de Reform.*

**J**ANUEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Pantaleo Balbi Januensis Patricius anno 1644. quatuor instituit Laicales Capellanas cum onere Missæ quotidianæ, quarum primam in Ecclesia SSmæ Annuntiationis PP. Minorum Observantium, alteram in Ecclesia S. Andreae Capuccinarum Monialium, reliquas vero in Ecclesia ab hæredibus deligenda impleri sancivit. Singulis Capellanis annum tribuit redditum libellarum Jannensium 316. 13. 4. *fuor banco*, seu *Romana scut.* 48. 71  $\frac{1}{2}$ . Aliam anno 1671. fundavit Capellaniam Joanna Balbi Monialis Capuccina in Cœnobio S. Andreae, eique in dotem reliquit annuas libellas Jannenses *fuor banco* 256. 13. 7., quæ summam conficiunt *Roman. Scut.* 59. 50: Locis montium S. Georgii ad earundem Capellaniarum cautionem primitus assignatis, auctorante S. M. Clemente X., aliquæ Domus fuerunt substitutæ in *Via del Roso* Januensis Civitatis sitæ, quæ deinceps Fideicommissi vinculo subjectæ sunt. Anno autem 1812. cum Patrimonium Balbi ære alieno gravaretur, domus restauratione indigerent, earum fructus essent immuniti, et publica vectigalia, etiam fundorum urbanorum, valde aucta, Eñius Cardinalis Spina tunc temporis Januen. Archiepiscopus auctoritate Apostolica Capellaniarum reductionem ad septennium impertivit, ita tamen ut singulis annis celebrarentur Missæ 632., erogata eleemosyna unius Libellæ Januensis



ensis pro quolibet Sacro; atque hanc reductionem anno 1819. ad vitam Comitis Constantini Balbi idem Eñus confirmavit, addito insuper onere annuatim persolvendi Libellas 600. Capellano, qui in rurali Ecclesia Albisolæ Savonensis Diœcesis Sacrum faceret, et populum, puerosque in fidei rudimentis imbueret.

Ex hac vita nuper erepto Comite Constantino, bona fideicommissi ab eodem possessa in duas æquales partes fuerunt divisa, quarum una ad tramites civilis legis anno 1801. editæ, quæ res fideicommissarias pro medietate declaravit liberas, et a quovis vinculo solutas, cessit Violantiæ Spinola, ac Thomasinæ Adorno memorati Constantini Filiabus, altera devoluta est cuidam Lineæ Balbi ad fideicommissi possessionem a Testatore vocatæ. In hac honorum divisione de Legatis piis nulla facta est mentio, licet major ædium pars, quibus onus adhæret Capellaniarum, in Successorem Fideicommissi translata fuerit. Quapropter Filiæ Comitis Constantini huic S. Congregationi exposuerunt, redditum domorum, quæ ipsis obtigerunt, parem non esse medietati onerum Missarum ferendæ, paternam vero hæreditatem plurimis nominibus obæratam adivisse, non ut aliquid lucrifacerent, sed ut Parentis honorarent memoriam, *pagando debiti, e lasciando indietro le ragioni delle Doti della Madre, e di loro medesime.* Veruntamen Oratrices pia Majorum Legata pro viribus implere cupientes pollicentur, se, ubi primum Familiarum circumstantiæ illis sinent, in Urbe empturas annum redditum Romanorum *Scut. 80.*, domibus a Patre hæreditatis titulo acceptis subrogandum, et in satisfactionem Missarum, quibus Oratrices grayantur, conferendum. Interim vero paratas se exhibent ad annua *Scut. 80.* de proprio pendenda; ut in Missarum celebrationem ad rationem solidorum 24., seu *obolor. 20.* pro quolibet Sacro erogentur: cumque altera Familia Balbi Fideicommissi posseditrix celebrationem Missarum in Ecclesia Patrum Minorum Observantium explendam susceperit; ideo Oratrices postulant, ut *Missæ 300.* in Ecclesia S. Andræ Monialium Capuccinarum, reliquæ an-

tem in Ecclesia pro earum lubitu designanda celebrantur.

Jannensis Archiepiscopus, cui preces fuerant ablegatæ pro informatione, et Voto, quædam transmisit folia ab Oratricum Ratiocinatore exarata, qui expositam rerum seriem plene confirmat, atque insuper addit, *che il peso delle cinque Cappellanie va diviso metà a carico delle Sorelle Balbi, e metà a carico dell' immediato Successore al Fedecommesso Balbi, e che i Fondi delle Cappellanie non sono periti, ma le Case già nominate di sopra sono diminuite in virtù delle tasse regie, provinciali, e comunali, che non esistevano prima del 1797.* Votum autem suum aperiens Archiepiscopus inquit „ quibus perpensis supposita veritate expositorum, (super quibus Oratricum conscientiam expresse onerandam esse censerem) aliqua cum ipsis indulgentia circa petitam onerum reductionem Vestra Sacra Congregatio pro mea sententia uti posset, ea tamen mensura, et ratione, quam magis in Domino expedire judicaverit. Quoad vero loci designationem pro Missis celebrandis firma obligatione integræ et quotidianæ Capellanæ in Ecclesia Monialium Capuccinarum hujus Civitatis perpetuo implendæ, designatio Ecclesiæ pro celebratione aliarum Missarum, quæ juxta numerum taxandum supererunt, relinqui posset arbitrio eorundem Oratricum. „

Supremas defunctorum voluntates, præsertim divinum cultum, et animarum expiationem respicientes, esse religiose implendas statuunt *Can. ultima voluntas caus. 13. q. 2., et L. 1. Cod. de sacros. Eccl.,* verum immunitatis retribus sine ulla possessorum culpa, onera quoque reducantur oportet; siquidem fructus oneribus respondere debent, *Fagnan. in Cap. ex parte n. 2. de constitut., S. Cong. in Nullius S. Martini 27. Julii 1822. §. Jam vero.* Imo reductio onerum conceditur, etiamsi reditus non decreverint, ubi major pro celebratione Missarum requiratur eleemosyna, *S. Congreg. in Mediolanen. Reductionis Missarum 9. Aprilis 1718. et in Florentina Reductionis onerum 2. Augusti 1823.*

n themate cum redituum imminutio, tum eleemosynæ augmentum intercedere videntur. Etenim Oratrices affirmant, nullam ex Paterna hereditate sibi quævisse utilitatem, et ad honorandam dumtaxat Patris memoriam æs alienum dissolvisse, ac maternis, propriisque juribus misisse nuntium. Domus onere Capellaniarum desinctæ, quamvis non perierint, ob publica tamen vectigalia, quæ antea non pendebantur, nonnihil quoad annuos fructus decreverunt. Eleemosynæ vero incrementum ostendunt reductiones Comiti Constantino impertitæ, atque etiam folium diei 21. Januarii 1821. in alia Causa *Januen. Condonationis, reductionis*, ex quo colligitur Januensem Archiepiscopum nedum eleemosynam *Solidorum 24.*, sed *Solidorum 30.* necessariam judicasse.

Contra animadvertendum reor, assertam redituum imminutionem haud satis evinci. Et sane patrimonium Balbi pluribus esse nominibus obæratum in dubium revocari non posse videtur; at domus, quibus pondus incumbit Capellaniarum, incolumes existunt, et licet publicis vectigalibus nunc obstringantur, latet nihilominus, utrum illarum reditus impares sint implemento Capellaniarum. Nihil præterea refert, quod Oratrices minimam possideant æquam partem; nam qui est a rationibus Sororum Balbi, fatetur, Oratrices habuisse *in altri beni il restante opportuno compenso*.

Nec prætereundum, quod Archiepiscopus nullam de eleemosynæ augmento faciat in præsens commemorationem; ac proinde videant Eñi Patres, an Missarum reductio concedenda sit ad rationem *obol. 20.* pro quolibet Sacro, seu potius ita moderanda sit, ut tot in posterum celebrentur Missæ, quot pro ratione fructuum celebrari queunt tributa eleemosyna, quæ vel ex Synodali taxatione, vel ex recepta regionis consuetudine præstatur pro singulis Missis, quas Fideles dietim celebrari curant, quemadmodum monet *Bened. XIV. de Syn. Dioces. lib. 13. cap. ult. n. 35.* Dignabuntur quoque EE. VV. decernere, an in Ecclesia Monialium Capuccinarum celebrandæ sint sollemnmodo Missæ 300., uti Oratrices efflagitant, vel in

eadem Ecclesia explenda sit quotidie Missæ celebratio  
juxta Archiepiscopi votum.

Proponuntur itaque

Dubia

- I. *An, et quomodo consulendum sit SSmo pro diminutione sortis, ac subrogatione fundi in casu etc.*
- II. *An, et quomodo concedenda sit reductio Missarum in casu etc.*
- III. *An, et in qua Ecclesia celebrandæ sint Missæ in casu etc.*

*Die Sabbathi 27. Maji 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII.  
Maxima animorum jucunditate die 7. Maji 1821. in-  
ter Thomam Messore octo supra quadraginta annos  
natum, et Mariam de Pompeis initum est Matrimo-  
nium. Jam inde a principio connubii Mulier primum  
cum Matre, dein cum Fratribus conqueri cœpit de  
Viri frigiditate: post duos vero circiter menses com-  
munis thalami, quem in Fraterna Mulieris Domo ha-  
buerunt, Conjuges, quibusdam inter se obortis dissi-  
diis, rei maritali operam dare destiterunt, itaut Tho-  
mas comitatis tantum gratia deinceps domum ventita-  
ret Uxoris. Cumque nihilominus Mariam in utero ge-  
stare arbitraretur ejus Vir, Michael Mulieris frater Re-  
gius Consiliarius Viros in arte peritos accivit, qui mor-  
bo hysterico, ex quo adhibitis remediis paulatim Ma-  
ria convaluit, intumescenciam ventris tribuerunt.  
Medicorum sententiam Michael significavit Thomam  
Messore, qui Leviro percontanti, utrum alios pro suo  
lubitu vellet peritos eligere, binis epistolis responsum  
dedit: *ulteriori assicurazioni non mi pare, che sieno ne-  
cessarie, mentre son sicuro, che i Periti da Voi adope-  
rati sono privi di ogni eccezione, al di cui giudizio io  
mi rimetto.* At Conjugum abalienatione, simultatibus-  
que in dies increbrescentibus, supplicem Maria de  
Pompeis Summo Pontifici porrexit libellum, quo Ma-  
trimonii rati et non consummati ob Viri frigiditatem  
expostulavit dispensationem.

*Sess. 24. Cap. 1.  
de Reform. Ma-  
trim.*

Sacræ huic Congregationi ablegatis precibus, rogatus fuit

Emus Archiepiscopus, ut ad tramites Constitutionis Benedictinæ Dei miseratione processum conficeret, atque animi sui aperiret sententiam. Validitatis Defensore in Curia Neapolitana constituto, ceterisque rite peractis, Mulier Sacramenti fide interposita, ob Thomæ impotentiam nunquam Matrimonium consummatum fuisse asseveravit, quamvis intra duorum mensium spatium Viro sui copiam fecerit. In Mariæ depositionem septima ivit Propinquorum manus, atque adeo Mater, ac germani Fratres fidem perhibuerunt *di sapere di causa scienza la maggior parte di quanto la di loro Sorella e Figlia rispettiva ha deposto*. Plures quoque rogati testes, quos inter nonnulli Medici, a quibus opem, et remedia quæsierat Thomas, affirmarunt, audivisse de ipsa Muliere, deque ejus Consanguineis ob Viri imbecillitatem nunquam secutam Matrimonii consummationem. Tres denique Obstetrices, a quatuor Peritis instructæ, Mulieris corpus, prævio balneo, et duabus Matronis adstantibus, inspexerunt, ac Mariam de Pompeis adhuc virginem judicarunt: similiter Medici, Obstetricum audita relatione, concordi animo pro non consummatione protulere sententiam.

Thomas vero examini subjectus, licet fassus fuerit, primis nuptiarum diebus haud potuisse ob propriam debilitatem rem maritalem perficere, atque ob hanc causam quatuor consuluisse in arte medica peritos, nihilominus juramento affirmavit, postea levem, sed sufficientem habuisse potentiam ad Matrimonii consummationem, adeo ut ejus Uxor desistente mense ab inito connubio in suspicionem venerit conceptionis fœtus. Thomæ depositionem jurejurando de credulitate septem ex ejus latere confirmarunt propinqui. Plures etiam Vir juratos induxit testes, quorum plerique nihil ad rem detulerunt; reliqui vero tres tali pacto cum eis Mariam locutam narrarunt, ut ipsa fœtum gerere saltem suspicaretur. Tandem deventum est ad corporis Thomæ recognitionem a septem delectis Peritis, quorum tres Medicinam, quatuor Chirurgiam profitentur. Examine rite expleto, omnes quidem affirmarunt, nullo externo vitio Thomam laborare, sed tres Medici et duo Chirurghi ex nervorum debilitate, et vasorum varicositate illum verosimiliter impotem pronun-

nunciarunt, ejusque ligiditatem forte insanabilem esse existimarunt; unus vero omnino impotentem renuntiavit; demum alter putavit, possibile fore, ut Thomas actus conjugales exercere queat.

Absolutum processum huic Sacro Senatui remittens Eius Archiepiscopus votum summa pandidit,,  
 ,, tis rimatis actis, et præsertim depositionibus Testium: sive pro, sive contra, potiora, et melius stabilita mihi visa sunt argumenta pro non consummatione Matrimonii, et virginitate non temerari Mariæ de Pompeis. Sane confessio ipsius Thomæ Messoræ, qui semper loquitur de levi erectione carnali non valente ad pleuam consummationem, concors judicium trium Obstetricum, et quatuor Medicorum in asserendo virginali claustrò Mariæ de Pompeis non expugnatò; major numerus Peritorum stantium pro impotentia Viri; calculus rationum ex depositionibus testium examinatorum in termino, mentem meam facile adducunt ad concipiendum meum votum pro non consummatione Matrimonii, et virginitate adhuc integra in Maria de Pompeis; proindeque posse locum esse gratiæ petitiæ solutionis ejusdem Matrimonii,,

Mulieri affirmanti nunquam intervenisse Matrimonii consummationem, fidem potius adhibendam esse, quam Viro juramenti interposita religione contrarium asserenti, contendit Mulieris Defensor; quia Mariæ jurijurando, cui conciuunt septima propinquorum manus, testium dicta, ac sententia Obstetricum, quæ per aspectum corporis virginitatem Mulieris adhuc intemeratam renuntiarunt, illud non deest rectum judicium, quod hisce in casibus postulant sacri canones, *Cap. Proposuisti de Probation.*, *Cap. Caus. Matrim. de Probation.*, *Cap. Fraternalis de Frig. et Malefic.*, *Fermosin. in cap. Proposuisti 4. de Probat. num. 22.*, *Pacion. de Probat. lib. 2. cap. 2. num. 26.* Despicendam vero propugnat vocem de prægnatione; quoniam ab inutilibus Viri conatibus subagitata Mulier morbo hysterico ita fuit afflictà, ut venter ejus intumuerit. Hujus revera vocis falsitatem ipse agnovit Thomas tam epistolis ad Levirum missis, quam



silentio de partu, aut abortu, quo, una cum testibus ab eo inductis, in jurata depositione usus est.

Ad dispensationis causas quod spectat, Mariæ Defensor etiam privatam satis esse autumat, *Perez de Matrim. disput. 20. sect. 7. n. 11.*, *Pignat. consult. can. 148. n. 7. tom. 1.*, licet alterutrius Conjugis dissensus intercedat, *Tamburrin. oper. moral. Lib. 8. de Matrim. cap. 6. de indissolub. Matrim. n. 5.*, *Sanchez de Matrim. lib. 2. disput. 15. n. 7.* In themate autem plures occurrunt causæ, ac præsertim Viri frigiditas, conjugalis fidei violatio, attentata contra existimationem et personam Mulieris, nec non Conjugum odium, quæ profecto justam præbere dispensandi causam tradunt *Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 21. n. 13.*, *Cosc. lib. 1. de Separat. thori cap. 16. n. 269. et seq.*, et *Sacr. Congreg. in Romana Matrimonii 16. Augusti 1786.*, et in *Neapolitana 14. Decembr. 1822. §. Pro coronide.* Duo itaque in quolibet gratioso dispensationis judicio necessaria extrema in hac specie haud desiderari concludit idem Defensor, ideoque contendit, locum non esse triennali experimento, quod frustra demandaretur ex parte Viri, qui jam tertium supra quinquagesimum exegit annum, et ex parte Mulieris, annos natæ quadraginta, durum nimis redderetur, quippe quod in eam ætatem Mariam cogeret, in qua difficiliter novum contrahere posset Matrimonium.

At contra Matrimonii Defensor arbitratur, Mulierem non esse audiendam, quum in ipsa novitate, scilicet post mensem, aut postremum duos, coram potestate Ecclesiastica non reclamaverit, ut præcipit *cap. Accepisti de frig. et Malefic.*; sed tantummodo post expletum biennium, nimirum die 11. Junii 1823. Summum adierit Pontificem: Ex serotinis hisce Mariæ querelis de viri sui imbecillitate illud sequi autumat, quod juramentum Viri Mulieris juramento anteferendum sit: duæ enim concurrunt præsumptiones contra mulierem; prior quod tarde reclamaverit, posterior, quod Vir, qui caput est mulieris, asserat, se eam agnovisse, ad tradita *per Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 108. num. 2. et disput. 109. num. 10.*, eo magis quod in casu adest opinio de sequuta Mulieris prægnantia, atque alio ex fonte, quam

quam ex illo impotentiae manarunt dissidia inter Conjuges. Neque subsidium aliquod haurire potest Maria ex corporis sui inspectione; quoniam ubi serotina est Mulieris querela, exploratio virginitatis nullam dat non econsummationis probationem; *Card. Argenvillieres in Dissert. de Matrim. ex impoten. caus. dirimen. vel non caus. apud Constant. tom. 5. n. 22. et 25.* Obstetricum autem testimonium ex eo probationum genere est, quod veluti fallax ac periculosum habetur non solum ab Anatomicis, verum etiam a Sacris Canonibus, *can. nec aliqua 24. caus. 27. quæst. 1., cap. causam Matrimonii de probat.*

Graves præterea, urgentes, urgentissimas requiri causas, ut Pontifex dispensationem Matrimonii elargiatur, docet *Fagnan. in cap. nimis de Filiis Presbyter. num. 8., Ursaya discept. 21. part. 2. tom. 3. n. 59., Sacr. Congr. in Pragen. Matrimonii 7. Julii 1731. §. Porro;* tolerabilius enim est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam legitime conjunctos contra statuta Domini separare, *cap. Licet 47. de text., Rot. in Romana nullitatis Matrimonii 25. Junii 1781. §. 3. cor. de Bayane.*

Desiderantur sane in themate graves figiditatis Thomæ probationes: quamvis enim plerique ex Peritis existimaverint, Virum esse verosimiliter impotentem, non deposuerunt tamen impotentiam promanare ex signis visibilibus. Jam vero ubi impotentia arguitur ex signis debilitatis, et paralysis satis non est ad dissolvendum Matrimonium, quia interdum sanari potest, *Plenk elem. med. de sign. imp., Zacc. quæst. medic. leg. lib. 9. tit. 10. q. 3.* Accedit quod unus ex Chirurgis, qui corpus Thomæ inspexerunt, censet, quod ejus debilitas curari possit, nec perpetua sit; in hac autem opinionum varitate, et dubia impotentia, vel ad novam corporis Viri inspectionem, *S. Congreg. in Barchinonen Matrimonii 20. Decembris 1806.,* vel ad triennale experimentum proceditur, *cap. Litteris de Frigidis, Cardinal. Argenvillier. loc. cit. num. 19.,* etiam in gratioso dispensationis judicio, *S. Congreg. in Mediolanen. Matrimonii 4. Decembris 1728., in Romana Matrimonii 19. Augusti 1786., et in Forolivien Nullitatis Matrimonii 29. Septembris 1817.* Adulterium vero a Thoma commis-

missum, et animorum aversio nec satis probantur, nec sufficiunt ad connubii vinculum dissolvendum. Cætera EE. PP. hauriant ex allegationibus a Defensore Mulieris, et a Sacramenti Adsertore distribuendis, ut dirimere possint

### Dubium

*An sit consulendum SSmo pro Dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Affirmative, inhibito Thomæ Messore transitu ad alia vota.

Sess. 25. Cap.  
9. de Reform.

**M**ONTIS ALTI CAPELLANIE = Penes hunc amplissimum Ordinem vario Marte pugatum est inter Sacerdotem Gervasium Trojani, et Clericum Pellei super Capellania Laicali ab Achilleo Tassi instituta. In Comitibus enim die 12. Julii 1823. habitis rogati E. N. Patres: *An, et cujus favore constet de legitima nominatione itaut, et cui sit danda manutentio, seu potius reintegratio in casu etc.* responsum dederunt: *Affirmative favore Sacerdotis Gervasii Trojani*; die autem 26. Februarii 1825. proposito dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisio in casu etc.* rescriptum prodit: *Recedendum a decisio, et manutentionem dandam esse Clerico Pellei*. Huic E. N. Patrum judicio, haud sibi quiescendum putavit Sacerdos Trojani, et instaurandi certaminis veniam assequutus, controversiam hodierna die ad trutinam studuit revocari.

In novo supplici Libello a Defensore Sacerdotis Trojani circumferendo illud unum auctore adversione dignum reperi, quod etiam si Nicolaa Justinae Filia, ejusque Vir Antonius Gitaroli die 25. Januarii 1789. cuncta bona, et jura donatione inter vivos in Josephum Pellei transferunt, sibi tamen reservarunt *l'usufrutto dei res-*  
*pet-*

spettivi loro beni vita naturale durante, ac propterea etiam jus nominandi ad Capellaniam Tassi. Exinde colligit idem Defensor, vocem ad Nicolaam pertinentem recensendam esse inter nominationes Sacerdoti Trojani concessas.

Clerici autem Pellei Defensor donationem Jurispatronatus ab Athanasio Santori favore illius Fratris Alexii, quæ in Oppido *Communanza* die 19. Maji anni 1780. in superioribus hujus Cause propositionibus ferebatur expletæ, (cujus tamen authenticum exemplar, licet requisiverim, hactenus mihi exhibitum non fuit) falsitatis redarguit, idque ut evincat, aliud in forma authentica profert donationis instrumentum in Oppido S. Martini eadem die 19. Maji, eodemque anno 1780. obsignatum. Ad tramites hujus Instrumenti Athanasius hæud perpetuum et irrevocabile jus nominandi Alexio largiretur, sed tantummodo *con patto, e condizione espressa, che un tal diritto come sopra ceduto e donato debba essere vita naturale durante di detto Alessio, mentre dopo la di lui morte debba ritornare e ricadere a favore di esso Atanasio, e Suoi*. Ex hac conditione perspicuum censet, memoratam Athanasii donationem per obitum Alexii penitus evanuisse, ideoque Clericum Pellei, utpote maxima vocum parte præditum in Capellania possessione fore intinendum.

Cætera fuse haurient EE. VV. ex foliis dierum 12. Julii 1825., et 26. Februarii 1825., atque ex Allegationibus utrinque distributis, ut decernere valeant

*An sit standum in primo, vel in secundo loco decisiva casu etc.*

Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem.

Sess. 22. cap. 6.  
de Reform.

**T**OLENTINATEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.  
Postquam typis consignaveram Folium *superioris Mensis Aprilis*, Deputati Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ duo mihi exhibuerunt documenta, quorum primo Canonicus Franciscus Gullinelli affirmat, ejus Fratrem Aloysium Gullinelli cl. me. Episcopo Strambi suum pandidisse votum ruralem ædificandi Ecclesiam, responsumque semel atque iterum ab eodem Antistite accepisse, *che non avrebbe mai dato il suo assenso, perchè fosse fabbricata una Chiesa, che vedeva inutile al culto, e al bene delle Anime*: altero autem iidem Deputati, si petita impertiat voluntatis commutatio, se hæredi demortui Gullinelli donaturos spondent *il juspatronato di due Cappelle già fabbricate, o da fabbricarsi, dandogli facoltà di apporvi lo stemma gentilizio.*

Hæres autem Vincentius Amedeus supplicem obtulit libellum, quo media ad Cathedrale Templum absolvendum assignata satis superque esse suadere nititur. Ait enim Fabrum Murarium onus suscepisse extollendi Templi pro summa *scut. 5000.*, ex eaque fore detrahenda *scut. 700. valore dei materiali già preparati, e lavori in parte eseguiti.* Ad hanc conventam pecuniæ vim dissolvendam præsto esse subdit *scut. 2000.* a Communitate Tolentinatensi Deputatis Fabricæ intra quinque annorum spatium repræsentanda. Hisce addendi fructus quorundam Beneficiorum vacantium, et Prædium ab R.P.D. Thesaurario Generali traditum, cujus pretium summam attingit *scut. 1500.*, tum bona ad Sodalitium SS<sup>m</sup>i Sacramenti pertinentia, quæ summam *scut. 600.* constituunt; tandem legatum *scut. 500.* a cl. me. Cardinali Spinucci Sacratio ejusdem Cathedralis Ecclesiæ relictum.

Igitur proponitur

Dubium

*An, et quomodo sit consulendum SS<sup>m</sup>o pro commutatione voluntatis in casu etc.*

Negative.

JA-

**JANUEN. REDUCTIONIS MISSARUM.**

Dubia

Sess. 25. cap. 4.  
de Reform.

- I. *An, et quomodo consulendum sit SSmo pro diminutione sortis, ac subrogatione fundi in casu etc.*
- II. *An, et quomodo concedenda sit reductio Missarum in casu etc.*
- III. *An, et in qua Ecclesia celebrandæ sint Missæ in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

**FESULANA.** In Comitibus diei 19. Aprilis 1823. actum est de hac causa, et propositis Dubiis in calce hujus Folii referendis, Eñi Patres rescribendum censuerunt: *Dilata, et scribatur Episcopo pro transmissione contractuum cum emphyteusis, tum primæ reductionis canonum, et referat auditis Patronis, an et cur consenserint contractui Emphyteusis, ac præsertim cessionibus usus domus, in qua residere debet Beneficiatus sub pena privationis, et an existat cultus Imaginis B. Mariæ Virginis in Ecclesia Pacensi, vel fuerit translata.*

Sess. 25. cap. 4.  
de Reform.

Denuo itaque Episcopo datis Litteris, hæc retulit: „ Da-  
 „ gli annessi Biglietti, che ho l'onore di accompagna-  
 „ re alle EE. LL. Rme, chiaro risulta, che per quan-  
 „ te premure, sieno state usate, non è stato possibile  
 „ all'Oratore, nè ai Patroni di rintracciare il docu-  
 „ mento contenente la prima riduzione del Canone sta-  
 „ bilito nel contratto di Enfiteusi de' 20. Agosto 1799;  
 „ qual Documento trovasi citato nella Transazione de'  
 „ 14. Dicembre 1820. l'uno, e l'altra rimessi a co-  
 „ desta S. Congregazione.

„ Dal precitato Istromento di Enfiteusi apparisce, che i  
 „ Sig. Marzichi Patroni pro rata del Benefizio furono  
 „ scienti della formazione del Livello; ma i Signori  
 „ Gondi Compatroni, come Eredi della Famiglia Ma-  
 „ net-

„ netti hanno dichiarato di non esserne stati consape-  
 „ voli.

” Non saprei dare alcuna contezza della Chiesa nella  
 „ quale fu trasferita l'Immagine della B. Vergine Ma-  
 „ ria, che esisteva nella soppressa Chiesa della Pace.  
 Transmisit tandem statum activum et passivum Capella-  
 nite, ex quo eruitur annuum redditum ad tramites transa-  
 ctionis anni 1820. attingere scut. 86. , sumptus vero  
 singulis annis conficere summam scut. 36. 1. 4. , sci-  
 licet.

Per l'annua Dote	—————	5 -
Per valore dell'annua offerta di un mezzo Ba- rile d'Olio	—————	5 3 10
Per la Festa Titolare dell'Assunzione con tre mes- se, compresa una Cantata	—————	1 3
Per l'Anniversario con tre Messe ed Ufficio	—————	1 5
Per num. 156. Messe Feriali	—————	22 2
Per Tassa al Seminario di Fiesole	—————	2 2
Lacero per le sudette Messe	—————	2 1 12

Dignentur itaque EE. PP. iterum resumere Folium diei  
 19. Aprilis 1823. , ut dirimere valeant

Dubia

- I. *An sit concedenda sanatio contractuum in casu etc.*
- II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione a censuris in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit probanda reductio Missarum in casu etc.*
- IV. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad preteritas omissiones in casu etc.*
- V. *An Rector in perpetuum exonerandus sit ab onere residentie in casu etc.*
- VI. *An, et quomodo prestanda sint Legata Dotis, et medii cadi olei in casu etc.*



**SPOLETANA ET FULGINATEN. ORDINATIONIS.**

Valentinus Valentini anno 1801. ortum habuit in Oppido Gualdi Captaneorum Spoletanæ Archidiœcesis, ubi illius parentes bonis, ac domicilio utebantur. Patre orbatus, et annos quindecim circiter natus Fulginiam venit, ut ibidem una cum Matre, quæ paulo ante ex memorato Oppido discesserat, et Sacerdote Philippo ejus germano Fratre, qui Parœciam regit Fulginatis Nosocomii S. Joannis, ac inter Mansionarios Cathedralis Ecclesiæ est cooptatus, vitam duceret, Litterisque vacaret. Ad Patriam deinde autumnalibus dumtaxat feriis remigravit, et pluribus abhinc annis, sacris disciplinis operam daturus, in Seminario degit Fulginæ. Ecclesiasticæ Militiæ se mancipare cupiens, penes Curiam Episcopalem declaravit, domicilium deseruisse Gualdi Captaneorum, illudque perpetuo collocasse in Fulginatensi Civitate, atque hac emissa declaratione (jurejurando tamen destituta, uti ex transmissio electionis domicilii exemplo eruitur) anno 1820. Clericali Tonsura, et sequentibus annis Minoribus Ordinibus ab Episcopo Fulginati, dimissorialibus, aut testimonialibus Litteris ab Ordinario originis nec petitis, nec obtentis, fuit insignitus. Id cum rescierit Spoletanus Antistes, illicitam prius denuntiavit Fulginati Episcopo Valentini Ordinationem, eumque monuit, ne ad Subdiaconatum Clericum promoveret, tum huic Sacro Ordini quæstionem dirimendam proposuit.

Ablegatis ad utrasque Episcopos precibus pro informatione et voto, Episcopus Fulginas ita suam pandidit sententiam „ Eminentias Vestras Rûas certiores „ reddere possum (et Deus scit quod non mentior) „ numquam me animum habuisse in alterius mes- „ sem manus immittere, alienamque turbare juris- „ dictionem, multoque minus dignissimum Spoleta- „ num Archiepiscopum aliquo vel minimo animi „ mœrore conficere, cum fuerit usque adhuc mihi „ amicitia conjunctus. Mens Cancellarius, apud quem „ præfatus Valentinus una cum Matre ad normam „ Innocentianæ Constitutionis jurejurando firmum „ suum domicilium declaravit, dumque recens adhuc

„ esset adventus meus Fulginiam, tamquam mihi  
 „ subditum, obtulit, prima Tonsurâ initiandam,  
 „ cumque mihi plane compertum fuisset, Cancellarium  
 „ in rebus agendis ita severiori diligentiae addi-  
 „ ctum, ut minutissima quæque pervaderet ad scrupu-  
 „ lum usque, nullo modo suspicari datum fuit, ne om-  
 „ nia quæ in Valentini Ordinatione contigerunt, ma-  
 „ ture prius ab ipso librata, et rite peracta fuerint,  
 At Spoletanus Archiepiscopus ita jura sua tuetur  
 „ Episcopus Fulginatensis arbitratur jurisdictionem in  
 „ Valentino exercere vigore electi domicilii in Civi-  
 „ tate Fulginiae, sed talis electio domicilii in frau-  
 „ dem aperte facta, et nulla dignoscitur. Constat enim  
 „ Familiam Valentini in *Gualdo Cattano* constanter  
 „ fuisse, et esse reapse, ibique bona possidere, pro-  
 „ priaque in Domo semper inhabitasse, sicuti hodie  
 „ . . . Ex Patria Lucius aliquibus abhinc annis Ful-  
 „ giniam Valentinus petiit, et qua de causa? Dicam  
 „ sine dubio: studiorum. Et causa studiorum certe  
 „ domicilium non acquiritur. Utile ipsi erat ad Fra-  
 „ trem Philippum ire. Parochus iste in dicta Civi-  
 „ tate, quæ ad vitam necessaria sunt absque damno  
 „ ei subministrare potuit, et utiliter cum Valentino  
 „ Matrem etiam alere. Parochiale Officium Philippi  
 „ non substinet Domicilium Fratris, et Matris. Phi-  
 „ lippum meo nutui semper subjectum habeo, ex  
 „ vestro, Eñi Patres solemnî Decreto in una *Nu-  
 „ cerina, vel Tudertina*. Faciam et hoc suis loco et  
 „ tempore; Oves enim meæ errant multe sine Pa-  
 „ store: quid plura? Vidua Mater sæpe in Patriam  
 „ revertitur: Clericus noster autumnali tempore Pa-  
 „ triam colit, et originaria Patria hæc ad me spe-  
 „ ctat. Certum est, quod domicilium non nuda tan-  
 „ tum voluntate, et assertione, sed animo, et fa-  
 „ cto simul constituatur. Deest in casu perpetuitas  
 „ propositi, deest præsumptio juris, deest decennium,  
 „ deest etiam considerabile tempus. Quis clare non  
 „ videt voluntatem opportune ad propria reverten-  
 „ di? ast inhabitare locum animo inde recedendi, ut  
 „ ibi domicilium contrahatur, non efficit, quamvis  
 „ mille decurrant anni. Sacer igitur Eulginas Præ-  
 „ sul.

„ sul frustra contractum domicilium probare nititur.  
 „ Satis optimum inutiliter rogavi Adversarium meum,  
 „ ut rem amice sanaret; admonui satis et ipsam Cle-  
 „ ricum, ut mente, quod fecere, pervolverent, et a  
 „ Censuris, irregularibusque absolutionem peterent „  
 Nulli Episcopo licere quempiam ad Ordines, vel etiam  
 ad primam Tonsuram promovere, nisi quem sibi ha-  
 bet subditum ratione originis, aut domicilii, aut Be-  
 neficii, aut familiaritatis statuunt sacri canones, *Cap.  
 cum nullus de temp. ordin.*, *Bened. XIV. Instit. eccl. 33.  
 §. 6.*; *Sac. Congr. in Lunen. Sarzanen. Sacra Ordina-  
 tionis 29. Maji 1824. §. Quamquam.* Subditus autem  
 ratione domicilii ex notissima Innocentii XII. Consti-  
 tutione; quæ incipit *Speculatores*, is dumtaxat cense-  
 tur, qui licet alibi natus satis superque suum perpe-  
 tuo in aliquo loco permanendi animum demonstra-  
 verit; *vel per decennium saltem in eo habitando, vel  
 majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum in-  
 structis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibi-  
 que insuper per aliquod considerabile tempus commo-  
 rando*, ac præterea ad fraudes omnes eliminandas  
 necesse est, ut domicilium acquirere cupiens utro-  
 que casu *se vere, et realiter animum hujusmodi ha-  
 bere jurejurando affirmet*, quemadmodum expresse  
 præcipit eadem Constitutio §. 11., atque omnino hæc  
 in casibus servandum pluries declaravit hæc Sac. Cong-  
 regatio; ac præsertim in *Ugentina, seu Hydruntina  
 Ordinationis 1. Aprilis 1719.*, in *Anconitana, seu Se-  
 nogallien. 28. Septembris 1751.*, et in *Florentina et  
 aliarum Ordinationis 10. Januarii 1778.*

Jam verò Valentinnæ nec animo, nec facto penes Ful-  
 gintanæ vèrum sibi comparasse domicilium ad Ordines  
 suscipiendos denegat Spoletanus Antistes: ipse enim  
 ubi prima Tonsura fuit initiatus, vix quatuor annos  
 Fulgintia commoratus fuerat, neque illuc partem bo-  
 norum cum instructis ædibus transtulerat, et ad il-  
 lam Civitatem perrexerat, ut commodius in studia  
 incumberet. Nec ei prodest electio domicilii, utpote  
 jurejurando non roborata, multoque minus domici-  
 lium a Matre electum; si enim Filius non ab Episco-  
 po paterni domicilii, sed ab Ordinario proprii domi-  
 cilii est ad Ordines promovendus, uti probat *Pignat.*

consult. 189. num. 64. tom. 9., et Sac. Congreg. in Bononien., seu Ferrarien. Ordinationis 14. Novemb. 1733. §. Ceterum, nulla profecto domicilii materni habenda est ratio. Quin imo tametsi verum ac legitimum domicilium ibidem collocasset Valentinus, nihilominus illicita foret renuncianda illius ordinatio: quum enim ex Oppido Gualdi Captaneorum tum migraverit, cum annum ageret decimum quintum, ac propterea alicui canonico impedimento obnoxius esse poterat, *Ordinarii suæ originis testimoniales Litteras* afferre debebat, cit. *Constit. §. 12., Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 11. num. 97., Sac. Congreg. in Fabrianen. et Camerinen. Ordinationis 19. Augusti 1797. ad I. et III. Dub.*

Denique tam Ordinantem, quam Ordinatam in suspensionem incidisse animadvertit idem Antistes; quandoquidem Innocentius XII. ita omnia et singula in Constitutione *Speculatores* contenta observari ac impleri voluit, ut, si in eorum aliquo secus fieret, *Ordinans quidem a collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario expedire videbitur, eo ipso suspensus sit*: imo eosdem ob violationem censuræ irregulares exasisse autumat; nam qui suspensione durante damnabiliter ingerunt se divinis, irregularitatis laqueo se involvunt, *text. expresso in cap. Apostolica de Cleric. excom., cap. 1. §. final. de senten. et rejud., Reiffenst. lib. 5. Decret. tit. 27. num. 5., Fagn. in cap. vel non est de temp. ordin. num. 32., atque in laqueum irregularitatis incidere etiam, qui in minoribus Ordinibus sunt constituti ob exercitium eorundem Ordinum, post text. in can. Si quis Episcopus 11. quest. 3., cap. Qui de sent. excom., declaravit S. Cong. in cit. Fabrianen. et Camerinen. ad II. Dub.*

At Fulginas Episcopus verum domicilium in Episcopali illius Civitate a Clerico Valentino acquisitum arbitratur. Adolescens enim non modo solemniter edita declaratione animum suum pandidit stabiliter, ac perpetuo ibidem manendi, sed insuper jam per quatuor annos in eodem loco moram duxerat, quin unquam prius, aut postea discesserit, nisi feriarum tempore ad Patriam, suosque invisendos. Animo itaque Ful-

giniæ permanendi diuturna accessit habitatio, ac sufficiens ad constituendum considerabile tempus, quod Innocentiana requirit Constitutio, ad tradita per *Barbos. de potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 25.*, et per *S. Congr. in Florentina et aliarum Ordinationis 10. Januar. 1778. § Hisce*. Nihil vero mirum si Valentinus peculiarem non conduxerit Domum, cum eam a Fratre suo Philippo jam instructam invenerit, aut honorum partem Fulginium non transtulerit, siquidem bona, quæ possidet in Oppido Gualdi Captaneorum, vix summam attingunt *scut. 50*. Electionem tandem domicilii Sacramenti religione fuisse roboratam testatur Episcopus in sua informatione, ideoque omnia rite gesta videntur.

Nec ob defectum Litterarum testimonialium Spoletani Archiepiscopi veluti illicitam traducendam Valentini ordinationem subdit Promothor Fiscalis, affirmans *che la molto giovine età, in cui il detto Valentini si recò unitamente a sua Madre a stabilire il suo domicilio in questa Città, non fece presupporre, che il medesimo potesse essere innodato da alcun canonico impedimento, e fu per questo che non si cercò la Testimoniale dell'Ordinario del luogo di sua origine*.

Cæterum etiamsi non constaret de legitima Ordinatione, tam Ordinans, quam Ordinatus a suspensione, et ab irregularitate immunes forent renuntiandi. Namque ad incurrendam suspensionem ob non servatam Innocentii Constitutionem, et ad contrahendam irregularitatem propter violationem censuræ, adsit oportet temeritas ex dolo, vel culpa lata proficiscens, *Cap. 2. de temp. ordin. in 6.*, *Reinffest lib. 1. Decret. tit. 11. num. 186.*, et *lib. 5. tit. 27. num. 9.*, *Pirhing. Jus Canon. lib. 1. tit. 11. sect. 1.*, adeout eos, quos aliqua bona fide Ordinibus initiatos cognoverat, hæc S. Congregatio noluerit suspensos dicere in *Caputaquen. Jurisdictionis 17. Decemb. 1712.*, et in *Aurien. Ordinationum 20. Martii 1745. § Putant*, sciens in contumaces tantummodo ferri censuras, *cap. Si vero de sent. excomm., S. Congr. in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis 29. Maji 1824. § Nec*. In dubium autem vocari non potest, atque ex informatione Fulginatis Antistitis perspicue elicitur, Or-  
di-

dinantem, non minus quam Ordinatum optima fide  
sese gessisse.

Hinc proponuntur

Dubia

- I. *An constet de licita ordinatione in casu etc.*  
Et quatenus negative
- II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione a suspensione, et dispensatione ab irregularitate in casu etc.*
- III. *An, a quo, et quomodo sit promovendus Valentinus ad Sacros Ordines in casu etc.*

*Sess. 22. Cap. 9.  
de Reform.*

**B**ALNEOREGIEN. BENEPLACITI APOSTOLICI.  
Diuturnæ controversiæ inter Moniales SS. Andreæ et Bonaventuræ Balneoregii, ac Familiam Riccianti exortæ super pretio quorundam prædiorum rusticorum et urbanorum, quæ eisdem Monialibus ex hæreditate Stanghellini obvenerant, quæque in Familiam Riccianti emptionis titulo translata fuerant, finem attulit amica transactio anni 1723. Hac transactione cautum fuit, *che esso Monastero non potesse giammai astringere al pagamento dell' enunciato prezzo di scudi 1200. li Riccianti, ma solamente a quello degli annui frutti compensativi alla ragione del 3. per cento alla sua scadenza . . . . . rimanendo in potere di detti Riccianti di estinguere, o nõ la sudetta sorte, ed anche in più rate, non meno però in questo caso di scudi 300. per rata.* Cum vero Familia Riccianti in solvendis fructibus moras nectere cœpisset, alia anno 1728., hoc probante S. Ordine, inita est transactio, qua Fratres Riccianti alienarunt a favore del Monastero per li decorsi frut-

frutti compensativi di scudi 450. concordati in soli scudi 400. tre corpi di Terra facienti parte del predio Calchisi nel Territorio di Viterbo, ma però col patto redimendi esercibile in ogni tempo, ed a condizione espressa che fino alla ricompra dovessero rimanere a titolo di affitto li medesimi tre Terreni alienati presso l'istessi Riccianti, mediante l'annua risposta di scudi 12., sulli quali dovevansi disalcare li dazi e collette che avrebbero gravato li detti terreni, ed a patto ancora di potersi effettuare detta ricompra in più rate, non meno però di scudi 100. per ciascuna.

Subinde Familia Riccianti conventos fructus jugiter Monialibus representavit; sed præteritarum vicissitudinum tempestate plura vendidit bona, eorumque dominium, legitime expleta fundorum transcriptione, veluti a quavis obligatione immune sibi acquisierunt emptores, adeout ex bonis olim ad hæreditatem Stanghellini spectantibus unica in præsens supersit Domus in Civitate Balneoregii sita, cujus pretium impar est integro Monialium nomini satisfaciendo. Quocirca Bonaventura Riccianti dissolutionem crediti, ac redemptionem fundi Calchisi Monialibus proposuit, quibusdam tamen adjectis pactis Apostolico Beneplacito confirmandis. Placuit Monialibus oblata conditio, ac die 26. Maji 1820. publicæ obsignatæ fuerunt tabulæ, quibus memoratus Bonaventura se Monasterio soluturum pollicetur li detti scudi 1200. col respiro di anni dodici in quattro rate eguali, cioè di scudi 300. per ogni rata al fine di ogni triennio coll'assoluzione e condonazione a suo favore del secondo debito gravante il Patrimonio Riccianti di scudi 400., in maniera che nell'atto del pagamento di ciascuna delle dette rate venissero a lui rimessi scudi 100., fermi però a favore del Luogo Pio li frutti compensativi annuali allo stesso saggio del tre per cento, e l'annua risposta di affitto delli terreni Calchisi in scudi 12. . . . ben inteso che colli pagamenti da farsi andranno a diminuirsi a proporzione li detti frutti compensativi, ed annuo affitto. Confestim præterea onere levaret Monasterium dal peso delli dazi, e collette di qualunque natura sopra li Fondi Calchisi. Item quod si Bonaventura, ejusque hæredes si rendessero morosi col



non far il pagamento degli scudi 1200. alle rispettive triennali scadenze, si obbliga espressamente præterquam refectioni expensarum, ac damnorum di pagare ancora dal giorno della scadenza fino all'effettivo pagamendo di quella li frutti compensativi alla ragione del cinque per cento al Monastero. Tandem ad majorem crediti, ac fructuum cautionem conventionalis hypothecæ vinculo subjiceret tam supra memoratam domum ex hæreditate Stanghellini profiscentem, quam l'intiero Predio in Vocabolo Calchisi esistente nel Territorio di Viterbo della capacità di Rubbia trenta, come anche il Predio contrada Guadagliona nel Territorio di Bagnorea della capacità di Rubbia 19. sufficientissimi a sostenere li detti  $\approx$  1200., quantunque gravati dell'ipoteca di  $\approx$  725. a favore di Maddalena de Solis.

Moniales itaque hanc Sacram adierunt Congregationem et transactionem Apostolica venia confirmari petierunt sed preces die 4. Octobris 1820. dimissæ fuere rescripto: *Non expedire, et Oratrices curent fieri inscriptionem super fundis censitis aliisque bonis Debitoris pro assecuratione crediti; cumque paulo post diem obiisset supremam Bonaventura Riccianti, æjusque bona plurimis obstringerentur nominibus, denuo Moniales obtulerunt preces, quæ de more ablegatæ fuerunt Episcopo. Hic autem retulit, Ex novo contractu, in quem defunctus Bonaventura Riccianti, et Moniales convenerunt, cujus convalidatio ab E.E. VV. Rũis expectatur, evidens exultat utilitas. Condonatio enim  $\approx$  400. a Monasterio favore Riccianti indulgenda cadit tantum super fructibus non solutis de anno 1723. et abunde compensatur 1. reintegratio amissi juris repetendi pretium  $\approx$  1200; 2. augmento Lucri favore Monasterii, nam annua responsio  $\approx$  46. augebitur quocumque eventu ad  $\approx$  60. 3. demum stabile fundamentum securitatis acquiritur. Mature siquidem pensandum est, bona Hæreditatis Stanghellini, præter domum, de qua etiam dubitari potest, jamdiu esse alienata, et hæreditatem Familiæ Riccianti, quæ ab unica Pupilla superstite possidetur, ære alieno aliis ex titulis gravatam reperiri. Prædia tamen vocabulo Calchisi et Guadagliona præsentia in statu paria sunt ad securitatem*

capitalis  $\approx$  1200., et licet super ea hypotheca existat pro summa  $\approx$  725., valde tamen eorum valor excedit. Quoad vero securitatem fructuum in futuram actio parata acquiritur, quatenus debitum statutis temporibus non extinguatur persequendi prædicta Prædia, aliaque Debitoris bona, quæ etiam in hypotheca comprehendi possunt, et non tantum fructus, verum etiam sortem  $\approx$  1200. repetendi. Hisce Eminentissimorum Patrum iudicio per supplicem libellum die 22 Junii 1822. subjectis, rescriptum prodiit: *In decretis, et Episcopus omnino curet fieri inscriptionem ad formam rescripti die 4. Octobris 1820.* Verum a Monialibus denuo instauratis precibus, die 14. Junii 1823. rescriptum fuit: *Scribatur Episcopo, qui referat prius de peracta inscriptione hypothecaria favore Monialium, et deinde providebitur.* Decreta inscriptionis tandem expleta fuit die 5. Martii 1824. contra Sacerdotem Carolum Riccianti filium Joannis Baptistæ, et Ursulam Riccianti filiam Bonaventuræ pro summa  $\approx$  1200. *sopra tutti li beni dei gravati posti nel Circondario di quest'Officio ( Viterbii ) e specialmente il privilegio sopra la Casa di due piani, oltre più sotterranei, ed annessi posta in Bagnorca;* atque hujus inscriptionis authenticum exemplar nuper transmisit Episcopus, ut petitum impertiatur Apostolicum Beneplacitum.

Transactio, quæ speciem præfert alienationis, tum Apostolico roboratur beneplacito, cum id necessitas, vel evidens exigit Ecclesiæ utilitas, *Urceol. de transact. quest. 23. n. 2., S. Cong. in Perusina Transactionis 20. Novembris 1823. §. Ecclesiæ.* In hac specie utramque præsto esse causam autumant Moniales, et Episcopus. Necessitatem enim collocant in periculo amittendi sortem, nam cuncta fere bona, ad hæreditatem Stanghellini olim pertinentia, tanquam libera, et a quavis obligatione immunia irrevocabiliter venundata sunt; et quæ superest domus, impar omnino habetur ad nomen Monialium in  $\approx$  1200. dissolvendum: patrimonium autem Riccianti ære alieno gravatur, litemquæ proinde sumptibus, ac periculo plenam ad jura sua tuenda forsitan Moniales intendere cogentur.

Utilitatem vero sitam arbitrantur in reddituum augmento, quod Monasterio ex transactione obveniret. Et sane Familia Riccianti adigi nequit ad dimittendum debitum, ideoque Moniales ex credito  $\approx$  1200., et prædiis *Calchisi* haud majorem singulis annis sibi blandiri valent redditum, quam  $\approx$  48. E contrario ad tramites transactionis Moniales condonarent quidem Familiae Riccianti summam *scut.* 400., sed illico immunes redderentur a solvendis publicis vectigalibus, quibus gravantur prædia *Calchisi*; item si familia Riccianti intra duodecim annorum spatium representaret summam *scut.* 1200., illam conferre possent in emptionem alicujus prædii, vel census, sicque annum percipere fructum *scut.* 5., aut 6. pro singulis centenis; sin vero statis temporibus eadem Familia fidem non exolveret, quincunces fructus in singula centum Monasterio pendere compelleretur, ac præterea condonatio *scut.* 400. usque ad pollicitam produceretur debiti dimissionem.

Verum animadvertendum reor, quodlibet periculum amittendæ sortis jam evanuisse per hypothecariam inscriptionem *sc.* 1200. *sopra tutti li beni dei gravati*. Utilitatem etiam excludere videtur diuturna dilatio, quam exoptulant Riccianti, cum duodecim annorum spatio multa contingere possint, ex quibus valde deterior Ecclesiae conditio fiat: pecuniæ enim utiliter collocandæ non semper se se offert occasio, fructus etiam agrorum in diem decrescunt, neque congruum videtur, ut ad exigendam sortem *scut.* 1600. spatio duodecim annorum, *scut.* 400., nempe quarta pars ipsius crediti, dimittatur.

Quin ino Moniales non summam *scut.* 400., sed tria donarent prædia *Calchisi*, quæ ad Monasterium pleno jure, et ab omni servitute juris redimendi, ac locationis libera dudum pertinere exploratum censeo. Etenim jus redimendi spatio triginta vel quadraginta annorum præscribitur, *Card. De Luca de servit. disc. 37. num. 2., et de empt. disc. 32. num. 9., Rota in recent. decis. 311. num. 2. et seq. part. 10.*, quamvis in pacto de retrovendendo venditor sibi reservaverit jus quandocumque, semper, et perpetuo redimendi fundum, quia hujusmodi clausulæ, licet amplissimæ, cohi-

cohibentur ad tempus triginta annorum, quo elapso jura volunt quamlibet actionem penitus extinguere; *Barbos. in L. si fundum Cod. de pact. int. empt. num. 18.*, *Zanch. de lesion. part. 2. cap. 4. num. 75.*, *Rot. in recen. decis. 252. num. 1. part. 13.*, et in *Sipontina Juris redimendi 21. Martii 1753. §. 4. cor. Canniliac.* Jus itaque redimendi fundos *Calchisi* exercibile in ogni tempo, a Familia *Riccianti* Anno 1728. sibi reservatum, jamdiu evanuit, præscriptumque fuit per lapsum temporis centum pene annorum. Extincto autem jure redimendi, jam inde sequitur, quod etiam Fundorum locatio favore ejusdem Familiae omnino desierit; siquidem locatio erat duratura *fino alla ricompra*, hoc est usque dum expleretur redemptio, vel integrum maneret jus redimendi; secus locatio, quæ ex contractu erat tandem finem habitura, uti denotat dictio *fino*, temporis limitationem secumferens, *Barbos. dict. 93. num. 3.*, *Rot. cor. R. P. D. Gamberini decis. 5. n. 7.*, contra paciscentium voluntatem, æquitatemque contractus in ævum protraheretur.

Quocirca perpendere dignentur Eñi Patres

*An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu etc.*

**T**IBURTINA. Proposita fuit hæc causa die 18. Decembris 1824. sub Dubiis I. *An sit admittenda renunciatio Parochi Rusconi in casu etc.* II. *An quoad administrationem hereditatis, et quomodo commutanda sit voluntas Testatoris in casu etc.* III. *An, et quæ onera, et quomodo sint reducenda in casu etc.* IV. *An, et quomodo concedenda sit translatio Missarum in casu etc.* V. *An Parochus Petrara Cappellaniam*

Sess. 22. Cap. 9. de Reform.  
Re-

*retinere possit in casu etc.*, et responsum protulit. Ad I. *Provisum in secundo*. Ad II. *Affirmative juxta modum, nempe constituto ab Episcopo unico Administratore ipsi beneciso cum annuo emolumento scutorum trium, qui eidem quotannis reddat rationem suæ administrationis, et de onerum adimplemento, et ad D. Secretarium cum Sanctissimo*. Ad III. *Affirmative ad formam Decreti Episcopi Natali cum reductione Missarum ad centum tantum ad formam decreti Episcopi Manni, donec augeantur redditus*. Ad IV. *Negative in omnibus*. Ad V. *Negative*.

Dum hæc penes Sacram Congregationem agebantur, Parochus Petraræ Cappellaniæ Raffaeli dimisit, ad eamque ab Archipresbytero S. Joannis Evangelistæ Oppidi Montiscoeli nominatus fuit Joannes Dominicus Trasciani. Cumque is idoneo careret titulo ad Sacros Ordines suspiciendos, die 15. *Novembris 1824*. ab Summo Pontificæ obtinuit, ut donec alio sufficienti titulo provideretur, memoratam *Capellaniam, licet ad nutum amovibilem in suæ canonicæ Ordinationis titulum, perinde ac si perpetua esset, sibi constituere valeat*. Episcopus Tiburtinus Joannem Trasciani hoc fretum Rescripto in Capellaniæ possessionem immisit cum omnibus suis juribus, redditibus, emolumentis, ac pertinentiis quibuscumque, et die 18. *Decembris ejusdem anni 1824*. ad Subdiaconatus Ordinem promovit, quin tamen administrationem bonorum ad Capellaniam pertinentium eidem tribueret. Ubi primum vero idem Subdiaconus rescivit hujus S. Ordinis decretum quoad Capellaniæ administrationem, ac Sacerdotem Philippum De Cæsaris ab Episcopo electum perspexit ad munus Administratoris obeundum, statim confugit ad hanc S. Congregationem, Capellaniæ administrationem, fructum perceptionem, onerumque implementum ad se pertinere contendens. Eidem Joanni adstipulati sunt Archipresbyter S. Joannis Evangelistæ, et Parochus Petraræ, ac supplicem obtulerunt libellum, quo veluti a veritate prorsus aliena affirmant, quæ de mala Capellaniæ administratione, deque neglecto onerum implemento narrantur, ac propterea jure administrationis haud esse expoliandos, sed potius sanciendum, ut, postquam Subdiaconus Trasciani Capellaniam dimiserit, unus

ex Administratoribus a Testatore designatis sorte ex-  
eratur, isque per triennium bona administret, et  
aliis duobus, expleto munere, rationem reddat.

Episcopus de more rogatus hæc retulit, „ Multa falsa,  
„ et æquivoca, multa tacita et mutilata coacervat in  
„ supplici libello Subdiaconus Joannes Dominicus  
„ Trasciani. Ex simplici gestorum narratione pate-  
„ bunt omnia. Cum Oratoris Parentes pauperrimi sint,  
„ nec sacrum Filio Patrimonium ad formam Cano-  
„ num et Synodi, unde rite ad Sacrum Subdiaco-  
„ natus Ordinem promoveretur, assignare valerent,  
„ intentionem suam mihi Clericus ipse exposuit, ob-  
„ tinendi ex Rescripto Sanctissimo ad titulum Patri-  
„ monii Cappellaniam Raffaeli amovibilem ad nun-  
„ tum, erectam in Archipresbyterali Ecclesia illius  
„ Oppidi. Pendere causam de statu et obligationibus hu-  
„ jusmodi Cappellanæ in Sacro hoc Consessu sugge-  
„ si, unde ante decisionem nihil innovandum fore  
„ declaravi. Conciliari hoc facile posse institit, prom-  
„ ptum se ostendens acceptandi, et exequendi De-  
„ creta ad instaurationem, non vero ad solutionem  
„ Capellanæ tendentia. His stantibus petitioni, et  
„ propitio dein Rescripto non obstiti, maxime cum  
„ gratia meo arbitrio et conscientiae remisa fuerit,  
„ cujus tamen in potestate non erat ea immutare,  
„ præterire, aut decernere, quæ adhuc apud Sacram  
„ Congregationem constituenda pendebant. Quare im-  
„ missus fuit in realem Capellanæ possessionem *die*  
„ *2. Decembris 1824.* cum juribus, redditibus, et  
„ emolumentis etc. quod quidem intelligendum est  
„ non statim, sed debito tempore, et juxta modum,  
„ qui erat a S. Congregatione instituendus. Decreta po-  
„ stmodum, scilicet *die 18. Decembris 1824.*, pro-  
„ diere, quibus inter alias decernebatur, ut unus  
„ deinde Administrator ab Ordinario eligendus po-  
„ neretur. Meum propterea duxi statuta fideliter exe-  
„ qui, et in Administratore instituendo, numquam  
„ aut voce, aut scripto Oratorem a jure percipien-  
„ di fructus, solutis oneribus, expoliavi, non tamen  
„ per se, ut patet, sed per Administratorem.

Quædam præterea Episcopus transmisit folia ab Ora-  
toribus exhibita, quibus Parochus Petrara fidem

perhibet di non aver avuto parte nel ricorso concernente l'Opera Pia Raffaelli, essendo contento di essermi disimpegnato dell'amministrazione: Subdiaconus vero Trasciani nedum jus percipiendi fructus ex Capellania Raffaelli, quemadmodum ipse fatetur Episcopus, et congruit doctrinae Concilii Tridentini *Sess. 21. cap. 2. de reform.*, verum etiam jus bona ejusdem Capellaniae administrandi, et onera implendi sibi competere contendit, nam Capellaniae nactus est possessionem cum omnibus juribus, ac pertinentiis, proindeque etiam cum jure administrationem gerendi, ac onera implendi, *Postius de manut. observ. 71. num. 118.*, *Rot. cor. Olivat. decis. 30. num. 3.* Exempla quoque non desunt aliorum, qui, ad titulum praedictae Capellaniae ordinati, Administratoris munere functi sunt; et ideo ipsi Trasciani haud denegandum videtur, quod aliis fuit imperitum, ad *Text. in L. Illud ff. ad Leg. Aquil.*, *L. Lucius ff. de vulgar. et pupillar. substit.*, *Rota in Romana Immissionis 27. Novembris 1752. §. 5. cor. Molin.* Nec ullum sibi praedictum allatum fuisse autumat ex resolutione S. hujus Congregationis; quoniam res inter Parochos acta nullimode ipsum attingere poterat, *L. de unoquoque ff. de re judicat*, *L. Optimam ff. de contrah. empt.*, *Rota cor. Olivat. decis. 494. num. 12.*

Et Archipresbyter S. Joannis Evangelistae subdit, administrationem, cum primum Capellania per renunciationem, vel alio modo vacaverit, in Parochos a Testatore designatos omnino esse conferendam; siquidem pro lege habetur, quod defunctorum cavebit ultima voluntas, nec eidem derogatur, nisi iusta, ac gravis occurrat causa, *Cap. Tua Nobis de Testam.*, *Rot. cor. Olivat. decis. 179. num. 9.* Administrationem autem sive a Capellanis, sive a Parochis gestam numquam aliqua animadversione dignam fuisse adstruit; siquae enim bona fuerunt distracta, id, legitima intercedente auctoritate, expletum constat, et siquam Capellania bonorum passa est imminutionem, non administratorum culpa, sed temporum calamitati vertere oportet. Nec redarguendus Archipresbyter veluti nimius indulgens erga Parochum



Petrara; hunc siquidem munera Capellani sollicitè obivisse, non omittendo circostanza veruna tanto di giorno, che di notte per giovare alle Anime adette all' Arcipretura, e prestandosi indefessamente al disimpegno delle proprie attribuzioni in tutte le funzioni ecclesiastiche, testantur principes, pluresque Montiscæli patresfamilias.

At Subdiacono Trasciani respondet Episcopus, ipsum „ nullo modo posse Capellaniam administrationem contendere. Animadvertendum enim meo iudicio est, „ nominationem Capellaniam Raffaeli Subdiacono Trasciani faciam numquam fines et conditiones a Testatore positas prætergredi posse: hinc cum expressè Testator declaraverit, administrationem bonorum non ab ipso Capellaniam Rectore, sed a tribus Parochis esse peragendam, jure nominationis numquam administrationem sibi poterit ipse vindicare. Nec juvat hic propitium Summi Pontificis rescriptum; legenti siquidem manifestum est, „ Pontificem non derogasse omnibus conditionibus a Testatore præscriptis, sed tantum amovibilitatis ad nutum impedimentum removisse, quo posset „ Supplicantem canonicum perpetuum titulum ad Sacram Ordinationem suppeditare; in reliquis vero „ foundationis statum non immutavit. Gaudeat igitur „ Orator impetratis, possideat Capellaniam, ad eum spectent fructus residui, solutis oneribus; sed administratio bonorum omnino ei denegetur: Exemplum eorum, qui antea Capellaniam hanc ad titulum patrimonii possidentes, simul administrationem exercuerunt, ad rem non facit: in aliquibus enim ab ipsis Parochis subdelegata fuit administratio, in aliquibus ex conniventia, et abusu.

Archipresbytero autem S. Joannis Evangelistæ ita occurrit idem Episcopus „ Perfectam satagit (Archipresbyter) suadere bonorum administrationem per „ Capellaniam Rectores fuisse factam, nullumque eorum culpa allatum fuisse in bonis præjudicium. „ Sed quomodo assertum probare poterit? Recta ne dicetur administratio, ubi nullus extat administrationis codex, vel rationum redditio, vel expensarum et accepti apparet disquisitio juxta mentem Testatoris, „ to-

toris, atque id a fundatione ipsa usque ad hæc  
 „ nostra tempora? Recta ne erit administratio, si in  
 „ tribus ultimis computationibus, non sine meo De-  
 „ creto, et quasi coactione peractis, maximam Com-  
 „ putatores confusionem invenere, in quibus etiam  
 „ clare dignoscitur Testatoris voluntatem fuisse sæ-  
 „ pe fraudatam, præsertim in sermone ad Populum  
 „ habendo, et in expositione SSm̃i Sacramenti se-  
 „ mel in mense Dominica die facienda?  
 Dignentur itaque EE. VV. iterum consulere folium  
 diei 20. Novembris 1824., ac dirimere, quæ propo-  
 nuntur

### Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quo-  
 ad secundum Dubium in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis

II. *An, quomodo, et ad quem spectet administra-  
 tio hereditatis in casu etc.*

III. *An, et quomodo ad Subdiaconum Trasciani  
 spectet jus percipiendi fructus Capellanæ, et cu-  
 randi implementum onerum in casu etc.*

Sess: 25. Cap.  
 12. de Reform.

**F**IRMANA DECIMARUM. Dominicus d'Amico anno  
 1808. ab Italico Demanio nonnulla emit prædia, quæ  
 partim ad Ecclesiam Collegiatam S. Laurentii, partim  
 ad Minores Conventuales Oppidi Montis S. Petri An-  
 gelorum Firmansæ Archidiocesis, olim pertinebant.  
 Eorundem prædiorum Conductores decimas pro ra-  
 tione fructuum, quos ipsi percipiebant, jugiter Pa-  
 rochis solvere consueverunt, atque in præsens solvunt.

Quum

Quum vero tam Collegiata, quam Regulares, dum prædiorum potiebantur dominio, immunes haberentur a pendendis Decimis, hinc Dominicus, ratus, se eodem jure esse censendum, præsertim quia fundos sibi comparaverat *liberi affatto da ogni peso, canone etc.*, a solvendis decimis sese abstinuit. Nunc autem verens, ne minus recte se gerat, quæstionem sapientissimo Eñorum Patrum judicio dirimendam proponit.

Eñus Archiepiscopus pro informatione et voto rogatus hæc refert = Illud est exploratum, decimas, quæ ab  
 „ Incolis ejusdem Oppidi persolvuntur, mere prædia-  
 „ les esse, quamvis certa prælinita quantitate circum-  
 „ scribantur, quæ decimam partem fructuum mi-  
 „ nime exæquat.

„ Ab hujusmodi porro decimarum præstatione exempta  
 „ fuerunt usque ad annum 1808. bona, de quibus  
 „ agit Dominicus d'Amico, non quidem natura sua,  
 „ sed ex privilegio, ratione scilicet personarum Ec-  
 „ clesiarum, quæ honorum ipsorum fructibus  
 „ de eo tempore fruebantur. Titulus tamen exemptio-  
 „ nis relatæ eo ipso cessasse videtur, cum bona Re-  
 „ gularibus, et aliis Ministris Ecclesiæ direpta in lai-  
 „ corum translata sunt potestatem.

„ Hisce ego adductus rationum momentis, putarem  
 „ Dominicum d'Amico decimas teneri persolvere su-  
 „ per fructibus honorum, de quibus in precibus,  
 „ quæ quidem bona non in publicis ipse licitationi-  
 „ bus, sed tantum privato contractu, quem dicunt  
 „ a *trattativa* a Demanio Italico adeptus est. Neque  
 „ obstat, ut arbitror, quod in instrumento emptio-  
 „ nis possessio honorum hujusmodi translata in em-  
 „ ptorem dicatur libera ab omni *onere et canone etc.*  
 „ quia Demanium poterat quidem forsitan quæcum-  
 „ que temporalia onera relaxare, minime vero sa-  
 „ cram obligationem decimarum ex præcepto Eccle-  
 „ siæ persolvendarum.

„ De oneribus, quibus bona ante venditionem grava-  
 „ bantur, non satis mihi perspecta res est. Ea tamen  
 „ ad vectigalia communia, et ad aliquam forsitan Mis-  
 „ sarum numerum collective cum reliquis bonis su-  
 „ stinendum redigi posse non ambigerem. „

**Emi** Archiepiscopi voto plene concinunt animarum Curatores, Canonici, et Regulares, licet fateantur, „ eser certo, che i beni, de' quali parla Domenico d' „ Amico erano esenti dal peso delle Decime, e per- „ chè di prima erezione, e perchè posseduti una vol- „ ta dalle rispettive Ecclesiastiche corporazioni.

Parochis, qui Sacramenta, et alia divina ministrant, decimas solvere oportere haud inficiatur Orator, et admonent *Abbas in cap. Ad apostolicas 20. de decim. num. 1.*, *Engel, lib. 3. tit. 30. cap. final. de Paroch.*, et *Sac. Congregatio in Reatina Dismembrationis 19. Decembris 1818. §. Canonici*, nihilominus immunem se existimat ab earum præstatione. Quosdam profecto vel privilegio, vel justo aliquo titulo eximi posse a pendendis decimis explorati juris est, *cap. A nobis 24. de decim.*, *S. Congreg. in Pisauren. 17. Decembris 1825. §. Decimas*, ideoque prædiorum emptor, quæ privilegio reali decimis non erant obnoxia, ab illarum solutione immunis est renuntiandus, *arg. cap. Quanto 18. de usur.*, *ibiq. Barbos. num. 5.*, et *Gonzalez. in comment. ad cap. De terris 16. de decim.* quemadmodum enim res transit cum suo onere, ita similiter cum privilegio eidem adhærente transire debet, *arg. cap. 3. de decim.*, *Reiffenst. lib. 3. decret. tit. 30. num. 65. et 74.* Orator igitur qui fundos emit a præstatione decimarum immunes, eadem immunitate gaudere debet. Hisce accedit, quod fundos sibi acquisierit *liberi affatto da ogni peso, canone etc.*, ac propterea etiam a solvendis decimis; siquidem vox *ogni* est dictio universalis, et nihil excludit, *L. Julianus in princ. ff. de legat. 3.*, *Tiraquel in L. Si unquam verb. totam cod. de revoc. donat.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 21.*

**At** vero exemptionis privilegium, quod sibi Orator asserere nititur, jam penitus evanuisse censet **Emus** Archiepiscopus, contenduntque Parochi. Privilegium enim illud, quo fruebantur Collegiata S. Laurentii, et Minores Conventuales, non ipsis rebus, sed personis impertitum fuisse affirmant, idque, deficientibus exemptionis tabulis, ex facto aperte colligi autumant. Etenim si privilegium exemptionis ipsis rebus conceditur, nec domini, nec earum Conductores de-

decimas solvere tenentur, *Glos. in clem. l. de decim. v. excolendas, Abbas in cap. 10. n. 4. de decim., Rot. cor. Ratto decis. 105. n. 5., sin autem personis, non vero terris tribuitur, istæ quidem, ubi propriis manibus vel sumptibus eas excolunt, a decimarum præstatione eximuntur, cap. Ex parte, et cap. Licet de decim., Barbos. de offic. et potest. Paroch. part. 3. cap. 28. §. 3. n. 39., sed earum Conductores et coloni pro rata parte fructuum, quos hi percipiunt, decimas solvere obstringuntur, ut post text. in cap. 11. de decim., tradunt Reiffest. loc. cit. n. 70., Barbos. in cap. 12. de decim. n. 11., Schmalzgr. lib. 3. decret. tit. 30. §. 1. n. 21.*

Jam vero Coloni seu Conductores Prædiorum, quæ possidet Dominicus d'Amico; procul dubio Parochis decimas reddunt, et reddere consueverant, etiamsi prædiorum dominium ad Collegiatam S. Laurentii, et ad Minores Conventuales pertineret; ac proinde privilegium illud exemptionis a pendendis decimis erat personale, quod personas ipsas, quibus fuerat indultum, non egreditur, *R. 7. J. in 6., l. 68. ff. de R. J., nec transfertur ad emptores, Barbos. de offic. et potest. Paroch. part. 3. cap. 28. §. 3. n. 40., Reiffest. loc. cit. n. 65. et 70.*

Itaque Orator onere obstringitur pendendi decimas, quas vocant dominicales, *cap. Tua nobis de decim., Pirhing. Jus. Canonic. lib. 3. tit. 30. n. 48.,* quin aliquid sibi quærere valeat subsidii ex clausula in tabulis exemptionis adjecta; generalis enim illa dictio *liberi affalto di ogni peso* ad ea dumtaxat est cohibenda, quæ comprehendi possunt, *L. obligatio generalis ff. de pignor., Barbos. tract. varii dict. 241. n. 18.,* non autem ad illa, quæ præjudicium inferunt juri alterius quæsito, cui nunquam derogatur etiam a suprema potestate, nisi aperte exprimatur, *L. si quis a Principe 16. ff. ne quis in. L. pub.* In themate exemptio utpote personalis jam expiraverat, atque idcirco ad Parochos jus erat devolutum exigendi decimas etiam dominicales, nec denuo concedi poterat, nisi a Summo Pontifice, *Card. Petra in comment. ad Constit. 10. Greg. XI. pag. 330. n. 14. tom. 4., Barbos. loc. cit. de Offic. et potest. Paroch. n. 12, Rot. cor. Olivat. decis. 469. n. 16.*

Si EE. VV. pro ea, qua sacrae disciplinae praestant sapientia, judicaverint, Oratorem nulla gaudere immunitate a pendendis decimis, dignabuntur etiam decernere, utrum is, qui bona fide a praestatione decimarum hactenus sese abstinuit, et sponte coram hoc S. Ordine se sistit, dignus sit, qui a decimis non solutis absolvatur. Hinc proponuntur

### Dubia

I. *An sit locus praestationi decimarum in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quo ad praeteritum in casu etc.*

Die Sabbathi 17. Junii 1826. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

**R**OMANA LEGATI PII. Præstat hujus controversiæ series in Folio diei 25. superioris Mensis Februarii cumque eadem die Eñnos Patres fuisset percontatus *An sit locus præstationi legati in summa scut. 420.34. in casu etc.*, responsum accepi: *Affirmative*. Verum S. Congregatio de Propaganda Fide, quæ causa cecidit, haud sibi quiescendum esse duxit, et juris sui denuo periculum faciendi venia impetrata, votique compos reddita quæstionem amplissimi Ordinis judicio hodierno die iterum subjici curavit. Congregationem de Propaganda Fide, quæ damni vitandi causa vadimonium sistit, in quolibet dubio a præstationibus Legati tempore Gallicæ occupationis non solutis liberandam esse contendit ejus Defensor; *L. omnes 6. quæ in fraud. credit., Rot. cor. Olivat. decis. 463. num. 37.* Ex tabulis enim accepti et expensi hæreditatis Cardinalis Barberini, quas nunc exhibet idem Defensor, elicitur, reditus procul omni Congregationis culpa adeo decrevisse, ut quolibet anno sumptus majores sint censu in *scut. 2096*. Legata igitur a pio Testatore relicta pro rata portione reducantur oportet, *ad text. in L. Is qui de legat. 1., Rot. in Maceraten. Assignamenti 12. Maji 1806. §. 4. cor. Straldò, ac in Confirmatoria 12. Januarii 1807. §. 4. cor. Tassoni*, et Congregationi, cui damnosa evasit adita hæreditas, opitulandum est beneficio restitutionis integrum, quo Loca pia instar minorum juvari solent

Sess. 22. cap. 6.  
Sess. 25. Cap. 4.  
de Ref.



lent, cap. 1. de in integ. restit., L. verum §. 5. ff. de minor., Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 41. num. 35.

Dein immunitatem a pendendis memoratis præstationibus eidem Congregationi vindicare nititur ex edictali Lege anni 1818. ; siquidem hæc lex ad præciendas controversias inter pia Loca, trahentes originem dal notissimo Decreto di Utrecht, quo gli stabilimenti di pubblica beneficenza, e d'istruzione pubblica furono assoluti da tutti i Debiti ipotecarj, ed esigibili contratti a tutto l'anno 1809., omnem abrogavit actionem, perpetuumque imposuit silentium ad ogni lite insorta, o che insorgere potesse, super representatione dei frutti intermedi dal dì 1. Gennaio 1810., a tutta l'epoca Francese. Solutiones autem, quas urgent Moniales S. Philippi, exhibendæ erant tempore Gallicæ invasionis, ac propterea ab eisdem libera est renuncianda Congregatio de Propaganda Fide. Subdit præterea, a Monialium Defensore perperam contendendi, Trajectina decreta, atque edictalem Legem anni 1818. eas solummodo comprehendere Religiosas domos, quæ Gallis dominantibus indemnationem passæ fuerant, ideoque spectare non posse Congregationem de Propaganda, et Moniales S. Philippi, quarum bona nunquam in publicum ærarium coaluerunt. Etenim qua Ultrajectinis decretis, qua edictali lege prospectum est agli stabilimenti addetti alla pubblica istruzione, ed alla beneficenza, quæ nullo tempore indemnationi fuerunt subjecta, licet art. 3. decreti anni 1812. eis denegata fuerit solutio delle rendite e dei crediti dovuti . . . sia dallo Stato, sia dai Corpi, e Corporazioni soppresse. Quinimo Trajectina decreta pias dumtaxat spectabant domos, quæ honorum spolum non fuerant passæ, quandoquidem nulla opus erat lege; ut Loca pia, quorum bona in demaniales minus devenerant, ære alieno exonerarentur, nam debita solvere non potest, qui nihil habet, unde solvat.

Annuas quoque præstationes ex legatis profluentes Trajectinis decretis, ac Pontificiæ legi obnoxias fuisse arbitratur; nam eisdem legibus consultum est debitis cujuscumque generis a Locis piis ante Gallorum occupationem contractis. Ræque vera Ultrajectina decre-

ta spectant = *Li Proprietarj de' Censi, o crediti ipotecarj, o esigibili* = *Le rendite, o crediti ipotecarj, o esigibili contratti anteriormente al primo Gennajo 1810.* Idque confirmat edictalis lex anni 1818., ubi ait, *Loca pia fuisse absoluta da tutti i debiti ipotecarj ed esigibili* Jam vero legata inter nomina hypothecaria esse recensenda ex eo perspicue colligitur, quod Legatariis non modo personalem, sed et hypothecariam actionem præsentjura, veluti post apertum textum in *L. 1. Cod. de Legat.* tradit *Rota in Romana Deletionis hypothecæ 3. Aprilis 1818. §. 6. coram R. P. D. Isoard.*

Tandem abigendam esse inquit opinionem de inita transactione, quæ etiamsi revera intercessisset, nullius foret roboris renuntianda, utpote Apostolico Beneplacito destituta, quæ nec nullum jus Monialibus tribueret; nam edictalis Lex Pontificia excepit solummodo *lites terminate coll' effettivo pagamento*, non autem quæ transactione finem habuerant.

At Monialium Defensor inficiatur, Ultrajectina Decreta, ac Pontificiam Legem affecisse, aut afficere potuisse Congregationem de Propaganda Fide, et Monasterium S. Philippi. Trajecticum enim Decretum anni 1811. duas complectitur æris alieni species, alteram, qua *Loca pia* ergi seculares, atque pios extraneos Creditores tenebantur; alteram, qua eadem *Loca pia* invicem obstrangebantur. De prima specie loqui autumat primum articulum ejusdem Decreti, qui proinde comprehendere non posset *Loca pia*, de quibus disseritur; de secunda vero specie actum fuisse arbitratur in quarto articulo, qui tamen ea dumtaxat *pia Loca* comprehendit, quorum bona Demanium occupaverat, ideoque attingere nequit Congregationem de Propaganda, et Moniales S. Philippi, quæ a bonorum, juriumque direptione immunes evaserunt.

Edictalem similiter legem *pia tantummodo Loca*, quæ demanio fuerant subjecta, comprehendere putat, quoniam sermonem instituit de piis Institutis; quæ reduce Pontifice Pio VII. redintegrata fuerant *ai loro crediti contro lo Stato*. Sed redintegratio privationem redolet; nemo enim redintegratur, nisi qui perdiderit. Id clarius elici autumat ex illis verbis: *Ora Sua Santità . . . considerando tutti i luoghi pii, come una causa stessa, e come un sol corpo per togliere*

re fr̄a membra , e membra di questo corpo medesimo , omnia enim pia Loca veluti unum corpus spectare nequivisset Pontifex , nisi de piis Institutis loquutus esset , quæ tempore Gallici imperii aboleta , et extincta unam quodammodo personam efformaverant , atque ab uno publico ærario repræsentabantur .

Sustinet quoque inter Eños Congregationis de Propaganda Fide Moderatores , et Eñum Protectorem Monasterii S. Philippi veram solemnemque interfuisse transactionem , quin obsit defectus Beneplaciti Apostolici : hujusmodi enim solemnitate non indigebant neque Eñi Moderatores Congregationis propter privilegia , quibus ipsi donantur , neque Moniales S. Philippi , quia agebatur de contractu non tam utili , quam necessario . Quamlibet itaque controversiam inter eadem pia Loca jam diremit transactio anni 1818. , quam suis stare viribus sanxit edictalis Lex , dum cavit : niente però alterando riguardo alle cause già terminate coll' effettivo pagamento .

Cætera fusius haurient Eñi Patres ex novis Allegationibus utrinque distribuendis , atque ex Folio diei 25. Februarii proxime elapsi , quod iterum consulere dignabuntur , ut decernere valeant

*An sit standum , vel recedendum a decisis in casu etc.*

In decisis , et amplius .

Sess. 25. cap.  
4. de Reform.

## JANUEN REDUCTIONIS MISSARUM

Dubia

I. *An , et quomodo consulendum sit SSmo pro diminutione sortis , ac subrogatione fundi in casu etc.*

II. *An |*

II. *An, et quomodo concedenda sit irreductio Missarum in casu etc.*

III. *An, et in qua Ecclesia celebrandæ sint Missæ in casu etc.*

Ad I. Affirmative, constituto fundo anni redditus scut. 80. liberi ab omni onere directo, et indirecto cum inscriptione hypothecaria favore Legatorum.

Ad II. Affirmative ad Missas perpetuas quatuorcentum, taxata elemosyna ad obolos viginti.

Ad III. Affirmative juxta votum Archiepiscopi, docto.

## FESULANA.

Dubia

Sess. 25. Cap. 4.  
de Reform.

I. *An sit concedenda sanatio contractuum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione a censuris in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit probanda reductio Missarum in casu etc.*

IV. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

V. *An Rector in perpetuum exonerandus sit ab onere residentie in casu etc.*

VI. *An, et quomodo præstanda sint Legata Dotis, et medii cadi olei in casu etc.*

Ad I. et II. Affirmative.

Ad III. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad IV. et V. Affirmative.

Ad VI. Affirmative quoad præstationem dotis ad formam foundationis; quoad dimidium cadi olei ad aliam Ecclesiam ab Episcopo designandam.

## SPOLETANA, et FULGINATEN. ORDINATIONIS.

Sess. 25. Cap. 8.  
de Reform.

Dubia

I. *An constet de licita Ordinatione in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione & suspensione, et dispensatione ab irregularitate in casu etc.*

III. *An, a quo, et quomodo sit promovendus Valentinus ad Sacros Ordines in casu etc.*

Ad I. II. et III. Ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem.

Sess. 22. Cap. 9.  
de Reform.

## BALNEOREGIEN. BENEPLACITI APOSTOLICI.

Dubium

*An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu etc.*

Negative, et scribatur Episcopo ad mentem.

Sess. 22. Cap. 9.  
de Reform.

## TIBURTINA.

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis.

II. *An, quomodo, et ad quem spectet administratio hereditatis in casu etc.*

III. *An, et quomodo ad Subdiaconum Trasciani spectet jus percipiendi fructus Capellaniæ, et curandi implementum onerum in casu etc.*

Ad I. In decisis.

Ad II. et III. Provisum in primo.

**F**IRMANA DECIMARUM.

Dubia

- I. *An sit locus præstationi decimarum in casu etc.*  
Et quatenus affirmative
- II. *An sit consulendum SSmo pro absolute quoad præteritum in casu etc.*

Dilata et ad montem.

**A**LBANEN. PRÆCEDENTIÆ. Sacerdos Benedictus Benignetti anno 1819. in Collegiata Ecclesia S. Barnabæ Apostoli Terræ Mareni, ubi nulla adest Præbendarum distinctio, Canonicatum est assecutus, atque ex Eñi Episcopi jussu super Clericum Josephum Torquati, Canonicum possessione antiquiorem, in Choro, et in aliis Capitularibus actis præcedentiam obtinuit. Mandatis obtemperavit Clericus Torquati, oretenus tamen denunciavit, se, cum primum ad Presbyteratus Ordinem foret promotus, in pristinum velle statum restitui. Sacerdos nuper factus præcedentiam juxta suæ possessionis antiquitatem ex postulavit, sed repulsam passus ad hunc Sacrum Ordinem sibi confugiendum esse duxit.

Sess. 25. Cap. 13  
de Regul.

Rogatus Eñus Episcopus, ut auditis interesse habentibus, dignaretur votum suum pandere, exemplar transmisit Capitularium Comitiorum, quo Canonici, licet fateantur, *che nelle Costituzioni Capitolari non si trova veruna disposizione, che faccia a questo proposito*, nihilominus nonnulli ex Canonicis fidem perhibent, *che per antichissima consuetudine di detta Collegiata i Canonici, che prendono prima possesso, benchè Chierici, godono la precedenza degli altri Canonici*

che

che prendono possesso dopo di loro, benchè Sacerdoti, e soltanto i Chierici nelle Processioni per un certo rispetto danno la man destra ai Sacerdoti, ma dopo che ancor quelli son Sacerdoti, godono la man destra, come loro compete per anzianità di possesso; et ad robur eorum depositioni adjiciendum quatuor innunt exempla, quæ obtigerunt, postquam ipsi inter Canonicos fuerunt cooptati.

Dein Eius Episcopus sententiam suam aperiens inquit  
 „ In Capitulo Marenis Præbendas non esse distinctas  
 „ Ordine, atque idcirco præcedentiam deberi ei, qui  
 „ Ordine est dignior, quamvis alter Canonicatu sit antiquior. Addam etiam ipsis Canonicis Clericis, postquam Sacerdotes facti sint redintegrationem, seu præcedentiam non competere adversus Canonicos Sacerdotes receptione posteriores, cum jus semel adeptum ex Sacerdotio non amittatur, idque non obstante immemorabili in contrarium consuetudine, quam abusum declaravit S. Rituum Congregatio.

In Ecclesiis, ubi nulla adest Præbendarum distinctio in Sacerdotales, Diaconales, et Subdiaconales, Canonicos Presbyteros, quamvis possessione juniores, præferendos esse Canonicis Ordine minoribus, licet receptione antiquioribus, post textum in cap. Statuimus 15. de major. et obed., docet S. Rituum Congreg. in Cabalicen. 3. Augusti 1617., et in Nullius Baren. 22. Januarii 1678. Quin imo hierarchicus hic ordo ita adamussim est servandus, ut contraria inveni nequeat consuetudo, quam abusum imperscriptibilem declaravit Decretum S. Rituum Congregationis in una Urbis S. Mariæ ad Martyres ab Alexandro VII. die 27. Septembris 1659. per viam legis universalis confirmatum, Scarfant in animad. ad Ceccop. Lucub. can. lib. 1. tit. 11. num. 15.

Verum hanc juris sanctionem haud in præsens impugnare videtur Canonicus Torquati; siquidem hoc unum ipse contendit, quod utpote ad Sacerdotium jam promotus in illum sit restituendus præcedentiæ locum, quem prius cesserat Canonico Presbytero possessione posteriori. Inter Canonicos enim dignitate pares quoad præminentias ordo receptionis tantummodo spectandus est; *Barbos. de Canon. cap. 18. num. 12.*

S. hæc



*S. Sac. Congreg. in Albanen. Præcedentiæ 14. Decemb. 1816. et in Surrentina Præminentiarum 20. Dec. 1823. § Com-  
pertum, adeo ut potior in possessione, potior etiam in loco  
habendus sit, Pignat. tom. 3. consul. 55. n. 12., Rot. in Fir-  
mana Præcedentiæ 20. Januarii currentis anni §. nec aliud  
cor. R. P. D. Marco. Reque vera Canonicum rece-  
ptione antiquiorem, postquam fuerit Sacerdotio insi-  
gnitus, redintegrandum esse ad locum præcedentiæ  
supra Canonicos Sacerdotes medio tempore receptos re-  
spondit S. Rot. Tribunal in Hildesimen Præcedentiæ 12.  
Junii 1671. cor. Emerix.*

Idque in themate potissime est retinendum tum quia  
accedit Collegiæ consuetudo, in præcedentiæ quæ-  
stionibus plurimi faciendæ, *Rot. in cit. Decis 66. n.  
5. cor. Emerix, S. Congreg. in Surrentina Præemi-  
nentiarum 20. Decembris 1823. §. Juris*, tum quia  
Capitulares Constitutiones hujusmodi redintegrationem  
præcipiunt: Canonicus enim qui est a grammatophy-  
lacio Collegiæ, affirmat in Archivio asservari Librum  
Constitutionum manuscriptum, in quo inter cætera  
legitur: *Nè possa ( Canonicus Clericus ) precedere  
alli Canonici Sacerdoti, benchè posteriori nel possesso  
sino che non avrà ottenuto il Sacerdozio, nel qual ca-  
so abbia il luogo che gli compete conforme l'anterio-  
rità del suo possesso.*

Et quamvis in Libro, quem in linguam latinam dein-  
de versum Apostolica Sedes confirmavit, *citatam par-  
ticulam*, pergit idem Canonicus, *reperire non liceat*,  
hoc ideo accidit, quia Abbas et Canonici, quorum  
erat Constitutiones edere, judicarunt superfluum il-  
lud jubere, quod constanti consuetudine jamdiu fue-  
rat receptum.

Sed Canonico Torquati adversum tenet censura *cap. Sta-  
tuimus de maj., et obed.*, quo cautum est, ut Presby-  
teri primum locum, Diaconi secundum, Subdiacono  
tertium habeant, etiamsi posterius admittantur. De  
loco autem, quem Canonici Presbyteri possessione  
juniores sibi quæsiverunt, numquam decidere, licet  
postea Canonici Clerici receptione antiquiores Sacer-  
dotes efficiantur, tradit *Scarfant. loc. cit. n. 17., Mo-  
nacel. tom. 3. form. 7. n. 5.*, et decrevit Sacra Ri-  
tuum Congregatio in *Farfen 15. Septembris 1668.,*

in Sutrina 30. Julii 1689., et in alia Sutrina 27. Augusti 1707.

Neque hanc juris dispositionem revocavit unquam asserta Collegiatæ S. Barnabæ consuetudo; siquidem exempla a quibusdam Canonicis prolata solummodo evincerent, Canonicos possessione antiquiores, licet Clericos, præcedentiam obtinuisse super Canonicos Presbyteros receptione juniores, non autem Canonicos Clericos Sacerdotio insignitos amissum recuperasse stallum; ac propterea eadem consuetudo nihili esset facienda, cum a diversis non fiat illatio, *L. Papinianus ff. de minor., Rot. cor. Emerix decis. 368. num. 5.* Præterea etiamsi explorata esset prætensa consuetudo, eam tamen veluti abusum, et corruptelam spernendam tradit *Scarfant loc. cit. num. 17.*, et decrevit S. Rituum Congregatio, quæ in *Monopolitana 17. Novembris 1674.* declaravit, quod *Canonici Clerici, ubi Præbendæ non sunt distincte in Præbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, quamvis receptione antiquiores, non sunt præferendi Canonicis Presbyteris, etiam postquam Canonici Clerici fuerint effecti Sacerdotes; et tunc nec ipsis competere reintegrationem, seu præcedentiam adversus Canonicos Sacerdotes, posteriores receptione, cum jus semel adeptum ex Sacerdotio nunquam amittatur, non obstante immemorabili in contrarium consuetudine, quam abusum imprescriptibilem declaravit.*

Ad Constitutiones Capitulares quod attinet, animadvertit Eius Episcopus = nihil hac de re ab illis statui  
 ,, declarunt ipsi Canonici in Comitibus diei 13. Junii  
 ,, 1825., dum uno ore fassi sunt = *nelle Costituzioni Capitolari non si trova veruna disposizione che faccia a questo proposito* = At nudius tertius folium ad me misit Vicarius Generalis, ex quo Canonicus Archivista probare studet controversiam hanc in Constitutionibus Capitularibus definitam fuisse. Illud autem nullo in pretio habendum, ac Capitularium Constitutionum partem non efformare videtur vel ex eo, quod istæ latino idiomate conditæ sint, italico sermone folium sit exaratum,

,, at-

„ atque ab ipsis omnino distinctum , ac separatum.  
 „ sit , nullaque auctoritate roboratum , quæ ei firmi  
 „ tatem tribuat. Quod et ex eo evidentius apparet ,  
 „ quod cum Constitutiones Capitulares conditæ per  
 „ Capitulum fuissent italico sermone , atque in iisdem  
 „ comprehensa esset particula illa , postmodum red-  
 „ ditæ verbum pro verbo in latinum idioma Ordina-  
 „ rii auctoritate , penitus ea relicta fuit , quod idem  
 „ est , ac si cubitalibus litteris fuisset rejecta.  
 Itaque dignentur Em̃i Patres dirimere

## Dubium

*An , et cui sit danda præcedentia in casu etc.*

Non proposita cum sequenti;

**F**ERENTINA REÆDIFICATIONIS. Actum est de hac causa in Comitibus diei 25. Maji 1805. , ejusque speciem haurient ex Folio , quod seorsim typis excusum EE. VV. distribuendum esse censi. Tunc autem proposito dubio : *An , et quomodo providendum sit Fabricæ Ecclesiæ S. Valentini in casu etc.* responsum prodiit : *Affirmative juxta votum Episcopi ; exceptis a contributo Sodalitio S. Antonii Patavini , Beneficiis , et Capellaniis extra Ecclesiam erectis , et Episcopus curet , ut reliqui redditus Paræciæ , et contribuentium integre omnino impendantur in reædificationem Ecclesiæ exacta singulis annis redditione rationis.* At Ferentines spe frustrati sunt , eorumque mœrore incaptum opus adhuc suspensum remanet. Quemadmodum res se habuerit , narrat hodiernus Episcopus hæc edisserens.

*Sess. 21. cop. 7.  
de Reform.*

- „ Mandatis Sacrae Congregationis obsecutus Episcopus  
 „ Buschius Parochum quidem anno 1805. indicto ri-  
 „ te concursu elegit Sacerdotem Aloysium de Domi-  
 „ nicis, bonorum vero administrationem, ac novi ope-  
 „ ris curam tradidit primario inter Ferentinos Viro  
 „ Petro Stampa, qui utramque sustinuit ad annum  
 „ usque 1808., gestaque administrationis rationes Epi-  
 „ scopo quotannis probavit, eamque demum anno  
 „ eodem dimisit; quam Episcopus Parocho de Domi-  
 „ cis commendandam censuit. Is porro eam gessit ad  
 „ annum 1810., quo patria exulare coactus est, quod  
 „ vetito a Sede Apostolica jurejurando fidem suam  
 „ obligare noluisse. Orbatam proinde ejus administra-  
 „ tionis provinciam Episcopus Buschius tradidit Au-  
 „ gustino *del Sere*, qui eandem sustinuit ad annum  
 „ usque 1814.
- „ Manus novo Operi admota jam fuerat, jactaque fun-  
 „ damenta, excitati etiam parietes, bene magna de-  
 „ mum coacta cœmentorum copia, quæ fere absol-  
 „ vendo operi satis futura videretur; sed in ea re-  
 „ rum perturbatione, quæ post annum 1808. facta  
 „ est, dissipatis præsertim, vel ad alias cogitationes  
 „ traductis operis ejusdem curatoribus, non parum  
 „ ea de materia periit, vel in profanum usum con-  
 „ versa dicitur. Imo etiam redditus Parœciæ et Fa-  
 „ bricæ in parandos equos pro Gallorum copiis, alios-  
 „ que similes in usus feruntur impensi.
- „ Reversus Ferentinum Parochus de Dominicis admi-  
 „ nistrandi munus recuperavit, gessitque ad anni ejus  
 „ exitum, hoc est ad finem decennii, quod bonis  
 „ Præbendæ Parochialis, detracta congrua, in Eccle-  
 „ siæ fabricam erogandis fuerat constitutum. Nec ve-  
 „ ro destitit gestæ absente se administrationis rationes  
 „ accipere ab Augustino *del Sere*, qui, iisdem utcum-  
 „ que dispunctis, centum sexaginta scutata, obolos-  
 „ que quinquaginta sex deberi ab se Fabricæ scripto  
 „ declaravit.
- „ Inter hæc novi operis curator electus ab Episcopo fuit  
 „ Cathedralis Ecclesiæ Canonicus Joannes Paulus Ber-  
 „ toni, actumque, ut a Parocho de Dominicis ge-  
 „ stæ administrationis rationes acciperentur.

Hic vero animadvertere præstat, Parochum de Dominicis non modo bonorum Præbendæ parochialis, verum etiam Præposituræ Ecclesiæ S. Valentini gessisse administrationem. Hæc autem Præposituræ administratio complectitur quidquid a Beneficiatis S. Valentini, et S. Agathæ conferri debet in Sacrarum manutentionem: cumque Beneficiatis temporum calamitate, ac præbendarum tenuitate ratam partem pendere destitissent, Parochus de Dominicis impensas Sacrarum perferre coactus fuerat.

„ Utraque igitur ( pergit Episcopus ) collata admini-  
 „ stratione declaravit primum Canonicus Petrus Pau-  
 „ lus Pisanius a Vicario Capitulari delectus Calcula-  
 „ tor, a Parocho de Dominicis deberi quidem Fa-  
 „ bricæ S. Valentini summam *scut. 488. 26.*, eum-  
 „ dem tamen Præposituræ creditorem esse *scut. 425. 76.*  
 „ Hanc porro summam censuit detrahendam ex de-  
 „ bito erga Fabricam, = non essendo giusto che il  
 „ Sig. Abate De Dominicis sia molestato in ordine all'  
 „ amministrazione da lui fatta, mentre le spese fatte  
 „ per la Sagrestia erano necessarie pel culto di Dio,  
 „ e per ordini speciali di Monsig. Arcivescovo Buschi,  
 „ riservando al medesimo tutte, e singole ragioni,  
 „ che gli possono competere tanto per la congrua  
 „ degl'incerti non percepiti, quanto per l'intera  
 „ congrua, che gli si spetta pel tempo della de-  
 „ portazione a forma del Rescritto del Papa = Hunc  
 „ in modum compensato erga fabricam debito, re-  
 „ ductoque ad *scut. dumtaxat 62. 50.*, de hac tam  
 „ exigua summa adjectum fuit: *la qual somma vo-*  
 „ *gliamo che debba compensarla colle spese da lui*  
 „ *sussequentemente fatte per la Prepositura. Affinchè*  
 „ *però non abbia a soffrir nocumento la Cassa della*  
 „ *Fabrica, ordiniamo, che l'attual Preposto, ed Am-*  
 „ *ministratore facciano i riparti tra i Beneficiatis de-*  
 „ *gli anni scorsi, ed esigga gli arretrati a fine di*  
 „ *rimborsare la Cassa della Fabrica non solo della*  
 „ *detta somma di scudi 425. 76., ma ancora della*  
 „ *summa di scudi 62. 50. compensata dal detto Sig.*

„ Abate De Dominicis nelle spese per la Prepositura fatte da lui susseguentemente „.

„ Editam hoc modo sententiam probavit die 10. Septembris 1818. novi Episcopi Pro-Vicarius Generalis „  
 „ Canonicus de Marchis „.

At subinde dissidia oborta sunt inter Parochum de Dominicis, et Beneficiatos. Cum enim nonnulla Beneficia S. Valentini, ac S. Agathæ dudum unita fuerint Præbendæ Parochiali S. Valentini, aliorum Beneficiorum Rectores arbitrabantur, eundem Parochum adigendum fore ad contributum expensarum pro manutentione Sacrarum Ecclesiæ: Parochus vero contendebat, Beneficiatos S. Valentini cogendos esse ad ratas partes persolvendas, quas repræsentare debuissent pro reedificatione Ecclesiæ Parochialis ad tramites Rescripti hujus S. Congregationis anni 1805., sed reapse repræsentare neglexerant, ita ut integrum Beneficiorum nomen tam pro Sacratio, quam pro Fabrica summam constitueret scut. 588. 11. Ad hujusmodi controversias componendas anno 1821. probante Episcopo inita est transactio, eaque cautum: *dentro sei anni i Beneficiati di S. Agata daranno solamente scudi 130. 78. I Beneficiati di S. Valentino dovranno pagare scudi 371. 17. L' Abate De Dominicis impronterà scudi 75.*

Quum vero ex hac transactione nulla Fabricæ obveniret utilitas, hodiernus Episcopus tum Curatorem Fabricæ, tum Parochum de Dominicis, ceterosque Beneficiorum possessores, quibus indicta pridem in Fabricam certæ summæ collatio fuerat, convocavit, eisque necessitatem reedificandæ Ecclesiæ aperuit. Episcopi sollicitudini obsequentes Parochus et Beneficiati decreverunt hanc Sacram adire Congregationem, ut novum statueretur contributum; ac die 29. Julii 1823. deliberationis tabulas omnes subscripserunt. At fidem exsolvere renuentibus Parocho de Dominicis, et quatuor Beneficiatis, quos vocant secundæ erectionis, Promothor Fiscalis supplicem huic Sacro Ordini obtulit libellum, postulans, ut Parochus, ceterique Beneficiati ad novum contributum pro Fabricæ absolute compellerentur.

Rogatus Episcopus de informatione et voto, præter ea quæ supra narraui, commune civium, ac præsertim eorum, qui Parochiæ finibus continentur, desiderium enuntiat, ut tandem aliquando incepta Ecclesia absolvatur, item gravissimum detrimentum, quod tum novæ Ecclesiæ parietes, tum vero in primis Oratorium Sodalitatis Sanctissimi Rosarii ab aqua pluvia perferunt. Quod vero attinet ad novam pecuniæ collationem, ait, rationem habendam esse discriminis, quod inter Parochum pinguioris Præbendæ possessorem, ac Beneficiarios intercedit, quibus dispar ex inæqualibus Præbendis, exiguus tamen singulis, nec ad alimenta comparanda sufficiens, fructus triginta ad summam scutorum redeat.

Jam de Parocho, ne quid inconsulto statueretur, visum fuit decennem, ut fieri solet, fructum oneribus detractis supputare. Ex hac supputatione patet, quotannis Parocho ab oneribus liberam redire summam *scut.* circiter 370. 25. Nec vero præsens ipse negavit ex fundis Præbendæ rusticis fructus sibi annuos redire ad rubra, quæ appellant, quinquaginta, hoc est si rubrum quodlibet *scut.* sex pretio æstimetur, ad summam *scut.* tercentum, præter aliam pecuniæ summam ad *scut.* quadraginta, ad quæ adjungi oporteret fructus duorum Beneficiorum, quæ Præbendæ conjuncta idem in sua Ecclesia possidet, ut proinde is gravate ferre nequiret, si centum aureorum summa quotannis imponeretur in Ecclesiæ fabricam eroganda. Sed expensi rationes ita quidem auxit, ut si iis adhibenda esset fides, vix ulla fore Parochialis Præbendæ videretur, quam in Ecclesiæ necessitates onerari pensione aliqua liceret. Qualiscumque tamen in describendis expensi rationibus exaggeratio esse putetur, quam profecto esse aliquam, nec forte adeo parvam non dubito; nihilominus indulgendum aliquid censerem devexæ jam ætati, infirmæque validudini ejusdem Parochi, remque ita componendam, ut Præbendæ quidem solvenda in universum imponatur summa *scut.* bis mille, cujus tamen solutio in singulos annos dividenda, dum Parochus idem vixerit, circumscri-

„ ba-



- „ batur ad *scuta* sexaginta, post illius obitum vero  
 „ augeatur ad *scuta* viginti supra centum, quæ ni-  
 „ mirum summa quotannis per Curatorem Fabricæ  
 „ ad sacram ædem absolvendam, ac ita ut initio opus  
 „ fuerit, plane instruendam tota erogetur; lege data,  
 „ ut accepti, expensique rationes quotannis Episcopus  
 „ accipiat.
- „ Beneficia novem in Ecclesia S. Valentini erecta ad  
 „ decennium dabunt annua *scutata* octo supra de-  
 „ cem, hoc est decennio integro *scutata* octoginta  
 „ supra centum.
- „ Sodalitas Deiparæ sub titulo Rosarii Sacra ex redditibus,  
 „ quæ superent, præbebit itidem ad decennium an-  
 „ nua *scutata* viginti; ducenta nimirum decennio  
 „ integro. Quæ summa ex toto constaret scutorum  
 „ bis mille tercentum octoginta, quæ ad perfectam  
 „ operis absolutionem necessaria videtur, cum præ-  
 „ sertim in ipsa operis progressionem multa sæpe no-  
 „ va se offerre soleant, quibus novo consilio pro-  
 „ spici oporteat.
- „ Hanc porro summam censeo hac lege indicendam,  
 „ ut ejusdem solutionem nil detrahatur ex eo, quod  
 „ vel Parochus, vel Beneficiarii debent eo nomine,  
 „ cujus dies jam ante hoc tempus cesserit. Id nihi-  
 „ lominus indulgerem, ut ne majorem summam re-  
 „ præsentare quotannis cogantur, quam quæ ut  
 „ supra exposuimus, in singulos annos indicta fue-  
 „ rit; dilata nempe quoad eos in longius tempus  
 „ integri debiti extinctione; ita tamen ut, si decen-  
 „ nio præterlapso moriatur Beneficiarius, cui quid-  
 „ piam solvendum, vel ex antiquiore, vel ex po-  
 „ steriore nomine superfuerit, id oneris non ad Suc-  
 „ cessorem in Beneficio, verum suos ad hærces  
 „ transmittat.
- „ Addam nihil me commemorasse de quibusdam Ca-  
 „ pellaniis jure patronatus devictis, quarum posses-  
 „ sores nihil abs se aliud exigi posse contendunt,  
 „ nisi ut Capellam, cui sunt addicti, ornent. His de  
 „ Capellaniis, ex quibus etiam summa redigi eadem  
 „ fere, quæ ex reliquis Beneficiis, posset, EE. VV.  
 „ sententiam præbere non audeo.

Ecclesias reedificandas esse ex ipsius Ecclesiæ redi-

tibus suadent *Can. 1. et 2. caus. 10. quæst. 3.* Quod si Ecclesiæ reditus pares non sint, Rectores Ecclesiarum cogendos esse expresse tradit *Cap. 1. et 4. de Eccles. ædificand., Concil. Trident. Sess. 21. cap. 7. de Reform., et S. Congregatio in Ferentina Pensionis et Reparationis Ecclesiæ 16. Aprilis 1825.*

Quum vero non sufficiant in themate Ecclesiæ reditus, nam ad scuta decem et octo dumtaxat singulos in annos ascendunt, quæ Ecclesiæ manutentioni inserviunt, Parochus de Dominicis ad reficiendam S. Valentini Ecclesiam compellatur oportet. Calculo enim per decennium ducto Præbendæ Parochialis reditus quotannis ad summam *scutat. 570. 25.* pertingere, oneribus omnibus detractis, apparet ex Episcopi informatione. Igitur cum ad complementum fabricæ Ecclesiæ requiratur summa *scut. 2380.* Parochus, sicuti etiam opinatur Episcopus, adigendus videtur ad annuam pensionem *scut. 60.* suppeditandam, ejus vero Successor ad annuam pensionem *scut. 120.* Congruam enim scutor. centum pro honesta Parochi sustentatione sufficientem esse statuit *Triden. Synod. Ses. 24. cap. 13. de Reformat.,* imo ad minorem quoque summam S. Pius V. eam redegit in celebri sua Constitutione ad *Exequendum,* et pluries ita respondit S. Congreg. præcipue in *Civitatibus Castellanae 24. Novembris 1821. ad II. Dubium, et in Tudertina 27. Aprilis 1822. §. Ut.*

Non solum autem illos, qui Ecclesias Parochiales habent, sed alios etiam Clericos, qui Beneficio Ecclesiastico fruuntur, symbolam conferre debere ad restauranda tecta Ecclesiæ, ex qua fructus percipiunt, vel ad reparandas ipsas Ecclesias sanxit *Cap. Quicumque 1. de Eccles. ædificand. vel reparand., et Concil. Trid. cit. Sess. 21. cap. 7.* Accedit præterea, quod inter Parochum de Dominicis et Beneficiatos, S. Valentini ita transactum fuerit, ut utrique tenerentur ad contributum pro Ecclesiæ reædificatione; ac proinde etiam in vim transactionis symbolam dare obstringuntur, nihil enim magis congruum est humanæ iudei, quam ea, quæ inter ipsos placuerint, servare, *Ulpian. in leg. 1. ff. de Pactis.*

Verum Parochus de Dominicis animadvertit, reditus Ecclesiae, et Fabricae, dum ipse procul a Paroecia morabatur, non in Ecclesiae reaedificationem, sed in profanos usus fuisse collatos; Beneficiatos numquam satisfecisse imposito tributo pro Ecclesiae reaedificatione, et Administratorem Augustinum del Sere damna Fabricae Ecclesiae illata nondum refecisse. Denique animadvertendum esse autumat, ipsum per decennium persolvisse, quod ex mandato hujus Sacri Ordinis ipsi fuerat injunctum. Ex his autem concludit, se amplius non teneri ad suggerendos sumptus pro Ecclesiae reaedificatione, quoniam extinguitur omnis obligatio praestatione ejus, quod debetur, *L. 49., L. 52. de solution., et L. 4. §. 3. de Reg. Jur.*, item compellendos Beneficiatos, et alios qui Fabricae detrimentum attulerunt, siquidem damna per eum sunt rependenda, cujus causa evenerunt, *L. Si fundus ff. locati, S. Congregatio in Senogallien. Emphyteusis 15. Septembris 1792. §. Postulat*, non vero reiteratam pecuniae collationem jubendam, quae actuali praesertim Parocho gravem inferret jacturam. Ipse enim in aetate annorum septuaginta constitutus, ac podagrae doloribus vexatus ea indiget vitae exhibitione, quae communem excedit vitae alimoniam ad tradita per *Rot. decis. 374. n. 2. part. 18. Recent, decis. 342. n. 1. cor. Emerix., et Sacra Congregatio in Sabinen Congruae 27. Junii 1807.* Tandem ait, reditus Paroeciae valde decrevisse, ita ut singulis annis vix summam conficiant *scut. 195. 08.*, ex quibus detrahendi sunt annui sumptus in *scut. 186. 25.*

Beneficiati vero, quamvis se obstrictos fateantur ad symbolam tribuendam pro reparanda Ecclesia, nihilominus in id solum se teneri autumant, quod necessariae eorum superest exhibitioni, cum nemo compellatur suis necessitatibus subtrahere, ut in causas pias eroget, *Host. in cap. ult. de his, quae a major. part. capit. V. supersunt, Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 48. de Eccles. aedificand., vel reparand. n. 15.* Quum autem ita tenues sint Beneficiatorum reditus, ut Episcopus ad *scut. 30*, Rectores vero Beneficiorum secundae erectionis ad *scut. 12. 50.* pertingere affirmant, videant Eñi Patres, qua pollent prudentia

*An, et quomodo sit providendum Fabricae Ecclesiae in casu etc.*

*Die Sabbathi 22. Julii 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. *Sess. 24. Cap. 1.  
de Ref.*

In Congregatione diei 18. Martii præsentis anni actum fuit de Matrimonio inito inter Cajetanum *d'Errico*, et Mariam Hieronymam Marigliano, ac proposito Dubio: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu ele-*, Eñi Patres judicium protelandum censuerunt, ut interim ab Eñio Neapolitano Archiepiscopo præfigeretur terminus unius mensis Cajetano ad subjiciendum corpus suum inspectioni Professorum Chirurgiæ et Medicinæ ab eodem Archiepiscopo etiam ex officio deputandorum pro verificatione, an ad Matrimonii usum potens sit, an non; an temporanee, seu potius in perpetuum.

Mandatis hujus amplissimi Ordinis paruit Cajetanus, ac rite absolutum processum ad Sacram hanc Congregationem transmisit Eñus Archiepiscopus, Professorum sententiam ita referens = Expleta Peritia unusquisque „ Peritorum . . . prævio juramento suam depositio- „ nem emisit, et proprium judicium protulit. Omnes „ unanimiter concluserunt, ac ad unam eandem- „ que sententiam accesserunt, Cajetanum *d'Errico* ad „ usum Matrimonii impotentem absolute, in perpe- „ tuum, insanabilemque declarando.

Ex hoc unanimi septem Peritorum judicio contendit Mariæ Hieronymæ Delensor, omnia in themate concurrere, quæ ad Matrimonii dispensationem concedendam necessario requiruntur. Si hæc

enim, ipse ait, non solum matrimonii consummationi, cæterisque addatur, quæ in prima hujus causæ propositione allata fuere, Kñi Pares habent, quod nedum ad gratiosam dispensationem impertiendam, sed etiam ad nullitatem matrimonii declarandam postulant sacri Canones.

Verum Matrimonii Defensor ad novam corporis Cajetani inspectionem deveniendum esse arbitratur. Etenim ad evincendum impotentiae vitium univoce, urgentes, ac undique concludentes intercedant necesse est probationes; *Rota in Romana Nullitatis Matrimonii 25. Junii 1781. §. 3. coram Cardinali de Bayane, et decis. 722. num. 8., et 9. coram Coccino, cum nullum rectum judicium exurgere queat ex signis præsumptivis, et dubiis, Alexand. de Nevo in cap. laudabilem num. 17. cas. 3. de frigid., Sanchez disputat. 107. num. 4. et seq.*

At signa, ex quibus judiciales Periti colligunt Cajetani impotentiam, dubia et verosimilia tantummodo esse contendit Sacramenti Defensor; quin imo veluti alienum a veritate traducit eorundem Peritorum judicium. Ex testimonio enim decem extrajudicialium Professorum, quibus se inspiciendum præbuit Cajetanus, evincitur, et antea, et modo eundem esse *abilis-simo all' uso del Matrimonio*. Quam igitur pugnancia inter se deponant judiciales, extrajudicialesque Periti novum experimentum Romæ faciendum necessarium censet, quemadmodum suadet exemplum hujus Sac. Congregationis in *Barchinonen. Matrimonii 24. Januarii 1807.*

Cætera haurient EE. VV. ex circumferendis *Allegationibus*, et ex folio dici 18. superioris mensis Martii, ut dirimere valeant

#### Dubium

*An sit consulendum SSm'o pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc-*

Affirmative, et ad mentem; mens est, ut scribatur Eñõ Archiepiscopo, ne Cajetano d' Errico relaxetur fides status liberi inconsulta S. Congregatione.

FUL-

**F**ULGINATEN. FONTIS BAPTISMALIS. Proposita *Sess. 24. Cap. 13. de Ref.* jam fuit causa hæc in Comitibus dierum 20. Novembris 1824, 16. Aprilis, et 14. Maji 1825. sub Dubiis I. *An constet de matricitate, seu majoritate Collegiatarum in casu etc.* II. *An constet de jure privato Fontis Baptismalis favore Collegiatarum in casu etc.* III. *An, et quomodo sit servandum rescriptum S. Congregationis in casu etc.*, responsumque prodiit, primo: *Iterum proponatur*; secundo: *Dilata ad sequentem*; tertio, Ad I. *Constare de majoritate*: Ad II. *Affirmative*; Ad III. *Consulendum SSmo pro concessione Fontis juxta votum Episcopi, adita lege assistentiæ Parochi S. Andreæ benedictioni Fontis in Collegiatis, et ad mentem*: quæ fuit, *ut Episcopus omnibus juris et facti remediis cogat Parochianos, ut infantes ad propriam Paræciam deferant ad suscipiendum Sacramentum Baptismatis, facta etiam Parochis, quatenus opus sit, inhibitione alienos Parochianos baptizandi =*

Neutra pars læta omnino discessit ab judicio. Canonici enim tertii dubii resolutionem impugnant: Minores vero Conventuales contendunt, recedendum esse a decisio quoad secundum dubium, et quoad tertium petunt, ut tollatur lex, qua Parocho S. Andreæ assistentiæ præscribitur benedictioni Fontis in Collegiatis.

Minus rectam tertii dubii resolutionem putat Canonicorum Defensor. Admisso enim privato Collegiatarum jure Fontem baptismalem habendi, nequit Ecclesiæ S. Andreæ concedi Fons Baptismalis; secus privativum jus, quod Collegiatis in secundi dubii resolutione tributum est, ad non jus reduceretur. Nec gratiæ locus esse potest, subdit idem Canonicorum Patronus, tum quia gratia aliorum jura lædere non debet, *ad Reg. Cancell. 28. ibiq. Rigart. nim. 3. 7.*, tum potissimum quia Summus Pontifex supplici libello, quo Minores Conventuales postularunt, ut indultum Fontem baptismalem in Ecclesia S. Andreæ Apostolica Auctoritate confirmare, die 12. Martii 1826. rescribi mandavit: *Utatur jure suo in propositione Cause.*

At vero Minorum Defensor nullum revera Canonicis privativum jus esse contendit: quicumque enim hujusmodi jus sibi asserit, docere tenetur de titulo acqui-

sitionis vel per privilegium Principis, vel per pactum, aut præscriptionem, *Rocca Disput. jur. c. 173. num. 1.*, *Antonell. de tempor. legal. l. 4. c. 10.*, *Rota in Nepesina Juris privati 3. Febr. 1710. cor. Aldovrando num. 2.* Nullum in themate affertur Summi Pontificis rescriptum, et argumentum, quod Canonici ducunt ex consensu, quem Collegiata S. Mariæ pro erectione Fontis in Collegiata S. Laurentii, et utraque, dum Fons pariter extruendus erat in Ecclesia Collupini, præstiterunt, nihili in re nostra esse faciendum autumat idem Minorum Patronus. In primis enim, inquit, dum res est de jure privato, non exemplis, sed probationibus directis agendum est. Deinde S. Laurentii, et Collupini Ecclesiæ filiales erant S. Mariæ, quod quidem aliter se habet de Ecclesia S. Andreae.

Tandem, ait, quidquid privati juris Collegiatæ habuerint, illud per contrariam consuetudinem amiserunt; siquidem centum et supra abhinc annis Parochiani S. Andreae quas malunt in Ecclesias, etiam extra Diocesim, pueros baptizatum deferunt. Nullum autem esse Fontis privativum jus, ubi liberum cuique est ad quascumque Ecclesias baptizatum accedere, docuit Sac. Congregatio in *Fulginaten. Fontis Baptismalis 24. Februarii 1720.*, et in *Fabrianen. Fontis Baptismalis 2. Maji 1733.*

Cætera, quæ hanc controversiam spectant, habent Em̃i Patres in citatis Sac. Congregationis Foliis, et in allegationibus utrinque semel et iterum distributis, easque consulere precor, ut dirimere valeant

#### Dubia

- I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.*
- II. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad tertium dubium in casu etc.*

Ad I. et II. In decisis, et amplius, et Episcopus omnino curet adamussim impleri condiciones appositae in resolutione diei 14. Maji 1825., et a SSiño approbatas.



**R**OMANA SEU MONTISPOLITIANI LEGATORUM. *Sess. 22 cap. 6. de Reform.*

Comitissa Isabella Salvati anno 1724. virum suum Comittem Sfortiam Tarugi Montispolitiani hæredem sibi Testamento fecit, eique præcepit in primis „ Si erigga „ una Cappellania perpetua di una Messa quotidiana „ nella Chiesa di S. Prassede „ tum vero „ In caso che „ detto Sig. Conte Sforza Tarugi mio Consorte non riprendesse moglie, o non avesse Figliuoli, voglio che il medesimo, finchè vivrà, debba godere tutta la mia eredità, e dopo la di lui morte di tutta la roba se ne debba levare tanta quantità, quanta sarà sufficiente per eriggere un'altra Cappellania perpetua in beneficio tanto della casa Salvati, quanto della casa Tarugi „ Codicillis eodem anno exaratis testamentum confirmavit, addiditque: „ La Cappellania già espressa nel mio ultimo testamento la ratifico, ma con questa differenza, che non voglio sia in alcuna Chiesa di Roma, ma bensì nella Chiesa di Bagni, o in altro luogo, che piacerà meglio al mio Erede, incaricandolo solo che non manchi, e non sia causa che patisca l'anima del mio caro Padre, ed a suo tempo quella del mio caro Consorte, e la fondi bene acciò sia perpetua, e non declini mai „

Mortua Isabella, Comes Tarugi alteram, ac tertiam duxit Uxorem, et nullis susceptis liberis vita cessit an. 1778. Verum jam inde ab an. 1750. testamentum condiderat, quo universalem hæredem sibi dixerat Archiconfraternitatem SS. XII. Apostolorum Urbis, cui tria hæc præ ceteris injunxerat: Primum „ che si dia esecuzione, o per dir meglio si proseguisca ad eseguire „ esattamente tutto ciò che ha disposto la prima mia Consorte M. Isabella Salvati nel suo ultimo Testamento, e nel suo Codicillo „ Alterum „ Si dia alla mia Consorte Contessa M. Alberici il solito Vedovile, e finchè essa vorrà stare nello stato Vedovile scudi 25. al mese, intendendo in ciò comprendersi il frutto della di lei Dote „ Tertium „ Nella mancanza poi o per morte, o per volersi rimaritare (Comitissa Alberici) ricadendo l'annuo assegnamento di scudi 25. al mese alla Compagnia, voglio che il su- „ det-

„ detto s'impieghi nel mantenere nel Collegio de' Pa-  
 „ dri Gesuiti di Prato un Giovane Cavaliere allo studio  
 „ per il corso di sette anni, quali compiti debba por-  
 „ tarsi in Roma, ove con tale assegnamento debba  
 „ mantenersi per compire pienamente gli studj per  
 „ altri sette anni, quali compiti cessi l'assegnamento,  
 „ e collo stesso ordine si riponga altro Giovane „ Hoc  
 „ porro beneficium tribui primum voluit juveni „ Del-  
 „ la Famiglia, e linea del Signor Cosimo Tarugi di  
 „ Monte Pulciano „ qua extincta, vocavit alteram  
 „ del Sig. Cavaliere Livio Tarugi; et universa Gente  
 „ Tarugia deficiente, Familiam designavit „ del Sig.  
 „ Cav. Alberici d'Orvieto „, et hac etiam sublata, vo-  
 „ luit, „ che sia scelto in perpetuo un Giovane Cavaliere  
 „ d'Orvieto „.

Testamento Codicilli accesserunt, quibus non de uno,  
 sed de pluribus Legatis studiorum sermo habetur his  
 verbis „ Che la sopra enunciata disposizione di dover-  
 „ si dal mio Erede universale tenere uno, o più Gio-  
 „ vani allo studio nel Collegio di Prato non abbia  
 „ luogo, nè debba eseguirsi, se non dopo che la  
 „ mia diletta Consorte sarà da questa passata all'  
 „ altra vita, oppure seguita la mia morte non voles-  
 „ se accettare la mia disposizione, onde si desse al  
 „ mio Erede la obbligata necessità di restituire la sua  
 „ Dote. „

Hæreditatem adiit Archiconfraternitas cum beneficio Le-  
 gis et Inventarii, in hisque rationibus patuit, totum as  
 hæreditarium activum pertingere ad scut. 14740, sci-  
 licet

Mobilia, gemmæ, et credita	— — — — —	≈	2357	—
Latifundium Urbevetanum	—————	≈	7500	—
Latifundium Ferrarien., et Mutinen.	—————	≈	4883	—

≈ 14740 —

Passivum vero, non comprehensis Legatis studiorum,  
 ad scut. 10540. 96., nimirum

Cambium pro Hæredibus Palombara	—————	≈	1052	35
Item pro Archiconfraternitate SS. Trini- tatis Peregrinorum	—————	≈	300	—
Pro dote et lucro dotali Viduæ	—————	≈	3125	—
Pro fundo duarum Capellaniarum	—————	≈	4565	—

Item

Item pro Anniversario in Ecclesia S. Præ-	
xedis	208 65
Item pro annua Missa de requiem	5 08
Pro ære alieno, et Legatis semel præstan-	
dis	1284 88

---

10540 96

Quare illud in primis sibi proposuit Archiconfraternitas, ut ab oneribus omnibus hæreditatem liberaret. Hinc solutis quæstionibus scut. 1284. 88. pro ære alieno et legatis semel præstandis, p. p. lit. etiam an. 1730. Viduæ Tarugi scut. 5125. pro dote, et lucro dotali; deinde Cambijam scut. 300. Confraternitati SSmæ Trinitatis Peregrinorum, et 1052. 55. hæredibus Palombara, demum fundos constituit et pro Anniversario, et pro Missa de Requiem. Hæc tamen ut præstarentur, Urbevetanum Latifundium anno 1780. divenditum est prætio scut. 7500. Quamvis autem per solutionem dotis, et lucri dotalis finem habere debuissent erga Viduam menstruæ illæ præstationes, ei tamen quoad vixit, hoc est usque ad an. 1785., ex Rescripto SSmæ quolibet mense scut. 20. repræsentavit Archiconfraternitas.

Ex vivis crepta Vidua Tarugi, ex Testamenti lege legatis studiorum diem cessisse jam prorsus videbatur. Sed Archiconfraternitatis Moderatores primum die 20. Februarii an. 1785. Capellanias, quarum opera pluribus abhinc annis non fuerunt impleta, constituta singulari annua dote scut. 45. super Latifundio Ferrariensi erexerunt in Ecclesia S. Dominici Urbisveteris, tum vero ceteros redditus separandos decreverunt *colla veduta di formare un multiplico sufficiente per dare esecuzione un giorno al Legato studiorum.*

Non ita tamen multiplicum hujusmodi prospere cessit. Nam qui ab an. 1785. ad annum 1786. collecti sunt fructus, pares vix fuerunt ad creditum scut. 700. dissolvendum, quod Fratres quidam Lombardi in hæreditatem Tarugiam protulerant. Deinde ita se litibus implicari passa est Archiconfraternitas, ut, præter scut. 4045. 52. ad an. 1796. in LL. MM. conversa, nihil omnino investimento collocatum reperiatur.

Quum vero Fratres Veronesi Ferraria, ac Mutinen. Li-

latifundii Emphyteutæ quatuor annis canonem non solvissent, an. 1801. ea de re caducitatis judicium institutum est. Facili negotio mandatum de *immittendo* obtinuit Archiconfraternitas, at illud nunquam exequi curavit, et nihilominus anno 1808. cuidam Josepho Romagnolio totum Latifundium vendidit constituto pretio *scut.* 4000., et adjecta lege, ut canones ipse omnes solveret, quos Veronenses deberent, atque molestias in se assumeret, si quas forte ex ea venditione Veronenses Archiconfraternitati inferrent. Verum duo ex tribus Fratibus Veronensibus, qui in judicio caducitatis citati non fuerant, Archiconfraternitate vadimonium deserente, frustra contra clamante Romagnolio, obtinuerunt, ut caducitatis sententia an. 1801. contra Veronenses omnes prolata nulla declararetur; quo factum est, ut Romagnolius a qualibet tum sortis, tum fructuum solutione cessaverit. Quare Archiconfraternitatis Moderatores, post diuturnam actorum judicialium seriem, fructuum jacturam, atque amplam impensarum vim, eisdem Fratibus Veronensibus integrum Latifundium an. 1823. tradiderunt pretio *scut.* 4500., quindecim annorum spatio solvendo, annuis interim statutis fructibus *scut.* trium in singula centum.

Jam vero dum hæc agebantur, duo ex Gente Tarugia juvenes, Joseph scilicet ex Linea Cosimi, ac Torellus ex linea Livii, postularunt, ut sibi ab Archiconfraternitate mensuram studiorum Legatum *scutor.* 25. præstaretur. Cumque ab Archiconfraternitatis Moderatoribus responsum initio accepissent: *Non potrà mai aderirsi alle istanze della Casa Tarugi*, tum vero vix mense Novembris 1826., fore ut sc. 85. in causam Legati studiorum impendi possent, totius rei cognitio ad S. hanc Congregationem delata est.

Rogatus de more Eñius Urbis Vicarius elucubratisimum votum ac informationem exaravit, quam una cum rationum dispunctionibus ab Archiconfraternitate exhibitis habent Eñii Patres in *Summario* a Defensore Familiæ Tarugiæ circumferendo.

Archiconfraternitatis Defensores suadere nituntur, nihil amplius revera modo insumi posse pro Legato studiorum, quam scuta quotannis 85. Ductis enim ratio-

tionibus ab anno 1778. ad an. 1822. acceptum vix ditum superasse inquit scut. 465 25. , cuius tamen summæ ob litium sumptus nulla haberi potuit ratio. Hinc subduat, hæreditatem Tarugiam nunc duobus tantum constare fundis, nonnullis scilicet LL. MM. , quorum annuus fructus est scut. 51. 46. , et Latifundio Ferrarien. ac Mutinen. , ex quo in præsentiarum scuta tantum 135. habentur, quæ tamen ad scut. 225. augeri poterunt, ubi Veronenses scut. 4500. solverint, eaque quincunces dederint usuras. Quapropter concludunt vix mense *Novembris* 1826. futurum, ut pro Legatis studiorum scut. 85. impendantur. Ex integro enim annuo hæreditatis compendio scut. 186. 46. , si sc. 101. 26. pro annua Capellaniarum Dote ac sumptibus Administrationis deducantur, supersunt scut. 85. 20.  $\frac{1}{2}$  Quia imo animadvertunt, fieri non posse, ut Capellani integrum Missarum numerum adimpleant exiguo stipendio scut. 45. , ideoque arbitrantur Capellaniarum Dotem augendam esse ad annua scut. 72. , præsertim quia Testatrix Salvati, de altera ex Capellaniis sermonem instituens, hæredem suum rogavit = *La fondi bene, accid' sia perpetua, e non declini mai* =.

Ceterum hanc reddituum tenuitatem non culpæ suæ, sed temporum calamitatibus, quibus factum est, ut LL. MM. exigui omnino sint fructus, tum vero iudiciorum et controversiarum necessitati referendam esse affirmat Archiconfraternitas. Hinc quæ damna hæreditati obvenerunt, nullo modo a se sarcienda esse contendit.

At contra Tarugiorum Defensores sustinent, quidquid detrimenti cæperit hæreditas, id penitus Archiconfraternitatis culpæ esse adscribendum, eamque ideo compellendam ad illata damna rependenda, cum nequeat alteri per alterum iniqua conditio inferri, *L. 74. ff. de R. J.*, et factum suum cuique nocere debeat, *L. 155. ff. eod.*, *S. Rota coram Falconer. dec. 12. n. 3. Tit. de Dote, Dec. 391. n. 1. part. 17. Recent., et 207. n. 3. part. 19. t. 2.*

Illud vero in primis neglectæ administrationis argumentum proferunt, quod cum inito calculo ab *an. 1786.* ad *an. 1825.* pro Legato studiorum investimento col-

locari potuissent saltem scut. 16609. 97.  $\frac{1}{2}$  vix ad annum 1796. scut. 4045. in LL. MM. impensa reperiantur. Deinde Urbevetanum Latifundium præstantissimum nulla necessitate distractum lamentantur : ex illius enim pretii parte soluta sunt primum scut. 1052. 35. hæredibus Palombara, quæ quidem non erant hæreditatis debitam, tum scut. 3135. Viduæ Tarusiæ pro Dote et lucro Dotali, quæ tamen ab ea repeti, dum viveret, nisi ad secundas nuptias transiisset, nullo modo poterant. Insuper ex tabulis expensi expungenda omnino contendunt scut. 700., quæ Archiconfraternitatis Moderatores Fratribus Lombardi contra Legum sanctiones pro fructibus Dotis post solutum Matrimonium per *obitum Mulieris* absque ulla requisitorum Castrensi interpositione petitis dissolverant, et scut. 321. 31.  $\frac{1}{2}$ , quæ pro vicissitudinibus monetariis ad formam Legis Nasellianæ Ferrariensi emphiteutæ dimisit, quum certum sit, eam legem Ferrariensem regionem minime attingisse. Tandem ingentes sumptus illos, ac damna, quæ hæreditati ex diuturnis litibus obvenere ab Archiconfraternitate omnino reficienda clamant, 1.º quod caducitatis iudicium non citatis duobus ex Fratribus Veronensibus inchoaverit; 2.º quod immissionis mandatum executum non fuerit; 3.º quod vadimonium super nullitate sententiæ caducitatis deseruerit; 4.º quod Latifundium Romagnolio vendiderit, qui utpote Veronensium Locatarius facile cum iis colludere posset; 5.º quod Veronensibus pretio nimis tenui latifundium ipsum tradiderit.

Ex his omnibus censent Tarngii, annuos redditus pro Legatis studiorum esse debere  $\approx$  1550. 49., ac proinde non unum, aut alterum, sed quinque Legata studiorum præstari posse. Addunt tamen se æquitatis gratia duobus tantum Legatis contentos esse, præstandis scilicet Josepho ac Torello Tarugi.

Quamobrem Eius Vicarius votum suum sic aperiens favore Tarusiorum ait „ 1. Consulendum esse SSmo „ pro absolute favore Archiconfraternitatis ob non „ impleta onera in præteritum : 2. ab insequenti mense „ se Januario esse locum executioni Capellaniarum „ quoad primam pro Missa quotidiana in Civitate Ur- „ bis veteris ad formam Codicillarum Isabellæ Sal-

„ vati, aucta pensione usque ad scuta sexaginta,  
 „ quoad alteram Romæ pro jam taxata annua pen-  
 „ sione scut. 45., et pro eo numero Missarum, quod  
 „ statuere poterunt EE. VV., quum nihil hac super  
 „ re caverit Testatrix: 3. a mense Novembris curren-  
 „ tis anni esse locum executioni Legati studiorum  
 „ pro nunc favore tantum Josephi Tarugii, et alio-  
 „ rum vocatorum ad formam foundationis præstitis  
 „ scut. 25. menstrualibus: 4. Quidquid superest de  
 „ annuo reditu caute investiendum esse juxta regulas  
 „ regiminis hypothecarii favore hæreditatis una cum  
 „ ratis proportionibus, quæ a Veronensibus persolven-  
 „ tur in extinctionem sortis Latifundii Ferrariensis;  
 „ atque hæc investmenta eo usque produccnda esse  
 „ quo hæreditatis vires sufficiant præstandis mensuris,  
 „ scutatis quindecim pro altero Legato Studiorum et  
 „ annuis scut. 50. in expensas administrationis, et in  
 „ eleemosinas juxta Testatoris voluntatem insumendis;  
 „ 5. præfiniendum esse Archiconfraternitati brevem  
 „ terminum ad docendum de idoneo et cauto inve-  
 „ stimento ad formam Legum hypothecarum favore  
 „ hæreditatis Tarusiæ scut. 5698. 81  $\frac{1}{2}$ ., quæ jam osten-  
 „ di dictæ hæreditati esse adscribenda; 6. tandem,  
 „ ut hæc omnia fideliter impleantur, ableganda esse,  
 „ ad Eñm S. hujus Congregationis Præfectum cum  
 „ facultatibus ejusdem Sacræ Congregationis.

Cetera, quæ hujusce controversiæ speciem attingunt,  
 fusius haurient ex Allegationibus utrinque distribu-  
 dis, ut ea qua pollent legum prudentia, dirimere  
 possint.

#### Dubia

- I. An, et quomodo sit locus executioni Legati Capellaniarum in casu etc.
- II. An, et quomodo sint exequenda Legata studiorum in casu etc.
- III. An, et quomodo sit providendum pro futura Legatorum executione in casu etc.

Dilata, et facto verbo cum SSmo pro absolutione  
 quoad præteritas omissiones, impleantur pro nunc  
 Missæ juxta votum Emi Vicarii, et solvantur Jo-



sepho Tarugi per modum provisionis scuta quindecim quolibet mense in ciprien. a die prima Novembris proxime futuri, in reliquis ad D Secretarium juxta mentem: mens est, ut agat cum Deputatis Archiconfraternitatis ad effectum cognoscendi statum activum, et passivum hereditatis, et curandi aliquam concordiam a S. Congregatione approbandam.

Sess. 25. cap. 13.  
de Regul.

### ALBANEN. PRÆCEDENTIÆ.

Dubium

*An, et cui sit danda præcedentia in casu etc.*

Affirmative favore Canonici Benignetti.

Sess. 25. cap. 7.  
de Reform.

### FERENTINA REÆDIFICATIONIS.

Dubium

*An, et quomodo sit providendum Fabricæ Ecclesie in casu etc.*

Affirmative juxta votum Episcopi.

Sess. 24. Cap. 15.  
de Re form.

**N**EAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI. In Comitibus diei 22. superioris mensis Aprilis propositum fuit Dubium: *An, et quomodo sit concedenda reductio Servitii Chori in casu etc.*, proditque responsum: *Dilata et exhibeatur Indultum cum precibus porrectis pro reductione Legati Pontani, et Decreto executoriali Emi Archiepiscopi.*

Emorum Patrum mandatis obsequentes Abbas et Hebdomadari S. Mariæ Majoris authographum indultum exhibuerunt cum precibus S. Congregationi Fabricæ S. Petri porrectis. In his autem Oratores, postquam rerum gestarum narrarunt seriem, quam EE. VV. hau-

haurient ex folio in prima hujus Causæ propositione exarato, petierunt, ut cuilibet ex Hebdomadariorum Collegio onus singulis mensibus injungeretur duarum Missarum in adempimento di qualunche numero di Messe ed Anniversarii, che fossero dell'antichissimo obbligo, che gravano dello Collegio fino dalla sua fondazione. Petitioni consonum die 8. Maji 1825. Missarum, et Anniversariorum accessit reductionis Rescriptum, quo SS<sup>ms</sup> remisit preces arbitrio et prudentiæ (Emi Archiepiscopi) sive ejus Vicarii Generalis cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, ut congruam intrascriptorum onerum reductionem ad tempus sibi bene visum concedere possit, et valeat.

Indultis facultatibus utens Vicarius Generalis die prima Septembris ejusdem anni decrevit, che il Collegio degli Eddomadarij di S. Maria Maggiore di Napoli dalla Massa comune, e dalla Eredità Pontano costituita, e formi una quotidiana Cappellania di annui ducati settantadue da celebrarsi nella sudetta Basilica di S. Maria Maggiore, e questa impedita nella Cappella denominata del Pontano di spettanza dello stesso Collegio da uno degli Eddomadarii del prefato Collegio, o da altri con privativa denominazione, e prescelta dello stesso Collegio, e valga la ordinata Cappellania per la soddisfazione di tutti gli obblighi, Messe perpetue, e temporanee, ed Anniversarii di obbligazione di detto Collegio non meno per gli antichi pesi prima della cessione fatta ai PP. Chierici Regolari Minori, che per le migliorazioni della rendita, per la industria, e fatica dei sudetti Collegiali; e quindi concediamo la sudetta riduzione in perpetuo.

Denovo igitur proponitur

**Dubium**

*An, et quomodo sit concedenda reductio servitii Chori in casu etc.*

Affirmative ad omnes dies festos de præcepto ritus duplicis tam primæ quam secundæ classis, nec non ad officia tenebrarum commemorationis omnium fidelium defunctorum, et Missa solemnibus quotannis celebretur in anniversario Philippi Pontano.

Sess. 24. Cap.  
12., et Sess. 25.  
cap. 4. de Re-  
form.

**SIGNINA INDULTI.** Sacerdos Bruno Milani Signinae Cathedralis Ecclesiae Canonicus, quum inter Capellanos Cantores Pontificiae Capellae fuerit adscitus, die 20. Februarii 1823. ab hac Sacra Congregatione obtinuit Indultum *abessendi a Choro durante munere amissis etc.* Verum jam inde a principio inter ipsum ceterosque Canonicos controversiae exortae sunt circa modum executionis rescripti. Canonici enim immemorabili innixi consuetudine opinantur, Oratorem, licet Apostolico abessendi indulto donatum, onere devinci alium proprio aere subrogandi, qui Missas Conventuales, et adventitias sive pro vivis, sive pro defunctis per turnum canere debeat, quin idem Canonicus Bruno particeps esse possit emolumentorum, quae pro Missis adventitiis inter praesentes dividuntur. At Sacerdos Milani, qui onera perferre non abnueret, aegre ferens, quod commoda inde proficiscentia sibi denegentur, petiit, ut ab hoc Sacro Ordine questio dirimeretur.

Episcopus de more rogatus pro informatione et voto haec habet = Sensum Capituli exquisivi et Canonici  
 „ in Capitularibus Comitibus freti potissimum consue-  
 „ tudine, quam dicunt immemorabilem, senserunt,  
 „ praedictum Canonicum teneri tum ad cantandas  
 „ Missas adventitias, cum ei ex turno obtigerint,  
 „ quin distributiones participet, tum ad cantandas  
 „ Missas Conventuales. Praeterea consului peculiare  
 „ Capituli Constitutiones, in quibus nil aliud repe-  
 „ riri est ad rem nostram faciens, nisi quod hic fi-  
 „ deliter refero: Cap. 4. §. 4. sic habetur. *Missae An-*  
 „ *niversariae defunctorum relictae ex dispositione Te-*  
 „ *statorum, tum Missae de Sanctis, et ceterae Missae*  
 „ *de requiem tam fixae, quam adventitiae debent per*  
 „ *turnum cantari ab unoquoque ex Canonicis, quod*  
 „ *si aliquis, cui id praestandum obtigerit, per se ca-*  
 „ *nere non possit, alium Canonicum substituere cu-*  
 „ *ret ad suas vices supplendas; sin minus Canoni-*  
 „ *cus Camerarius pro tempore facultatem habeat sup-*  
 „ *plendi vices Canonici illius vel per se, vel per*  
 „ *alium, et solvendi vel alii, vel sibi obolos viginti*  
 „ *de distributionibus quotidianis detrahendos, quae*

Ca-

„ Canonico muneri suo deficiente obligissent; in hoc  
 „ autem turno comprehendantur Missæ lectæ, quæ  
 „ mensualiter per Canonicos ex dispositione Testa-  
 „ torum occurrunt celebrandæ, prout de facto fuit,  
 „ et est in more.

„ Ex quibus Constitutionum verbis erui videtur, quod  
 „ cum præfatus Canonicus Milani utpote absens per  
 „ se canere non possit Missas adventitias, cum ei  
 „ per turnum id obtigerit præstandum, debeat mu-  
 „ neri suo satisfacere per alium. Ex consuetudine  
 „ autem immemorabili, de qua testimonium ferunt  
 „ omnes unanimiter Canonici, qui ex ipsis ex qua-  
 „ cumque etiam legitima causa absentes ex. gr. In-  
 „ firmi, et Jubilati per alium Missas adventitias ca-  
 „ nunt, nullam percipiunt distributionem. Hæc qui-  
 „ dem lex prima fronte videtur gravis. Sed cum  
 „ ea usus sit Canonicus Milani, dum præsens ade-  
 „ rat, lucrans absentium distributiones, sic æquum  
 „ videtur, ut eadem utatur lege, dum abest, distri-  
 „ butiones amittens.

„ Quod autem teneatur ad cantandas per alium Mis-  
 „ sas Conventuales, constat ex consuetudine. In hac  
 „ enim Cathedrali, sicut omnes affirmant Canonici,  
 „ in more semper positum est, ut quicumque qua-  
 „ cumque ex causa a Chori servitio esset exemptus,  
 „ non ideo tamen ommitteret applicare, et cantare per  
 „ alium Missas Conventuales. Accedit ratio; cum  
 „ enim Missa Conventualis applicanda sit pro Bene-  
 „ factoribus in genere, cum Canonici etiam exem-  
 „ pti (ut ita dicam) vivant eorum stipendiis, æquum  
 „ omnino videtur, ut et ipsi pro iisdem Missas ap-  
 „ plicent.

Nulla in præsens est controversia de quotidianis distri-  
 butionibus, quas suas facere non posse fatetur ipse  
 Canonicus Milani, et liquet ex ipso abessendi in-  
 dulto, atque ex *cap. Cum dilectus de Cleric. non re-  
 sident.*, sed quæstio vertitur super perceptione emo-  
 lumentorum, quæ ex Missis adventitiis prolificiscun-  
 tur. Hujusmodi emolumenta, quæ ex voluntate Be-  
 nefactorum dividuntur inter præsentem, illi tantum-  
 modo percipiunt, qui Choro intersunt, adeo ab-  
 sentes, licet rude donati, aut infirmitate detenti mi-

nime lucrentur, *Piton. discept. eccl. 1. n. 10. et 33., S. Congreg. in Aquipendien. Indulti 1. Aprilis 1719. et in Anagnina Servitii Chori et distributionum 20. Novembris 1819. §. Animadvertendum*, imo nec absentes Apostolico indulto donati cum facultate percipiendi quascumque distributiones, ceu docuit *S. Congreg. in Bosanen. Visitationis Sacrorum Liminum 6. Februarii 1754. §. In hypothesis, et Dubia Indultorum 6. Maji 1820. §. Quin imo.*

Canonico itaque Milani, inquit Signinum Capitulum, deneganda sunt emolumenta ex Missis adventitiis provenientes, quæ Canonicis dumtaxat Choro interessentibus, non autem fictione juris presentibus debentur. Cumque hæ Missæ adventitiæ, sicuti etiam Missæ Conventuales per turnum sint a Capitularibus canendæ, ideo, subdit Capitulum, Sacerdos Milani a Choro absens alium propriis sumptibus sufficere tenetur, qui easdem Missas cum cantu celebret; siquidem ex immemorabili Signinæ Ecclesiæ consuetudine Canonici qualibet ex causa absentes alium Sacerdotem, qui Missas canat, proprio ære subrogare obstringuntur. Hujusmodi autem consuetudo immemorabilis, utpote bonis moribus haud adversa, et Canonicos impellens ad divinas laudes in Choro persolvendas servanda est, *arg. L. 22. ff. de leg., et cap. ult. de consuetud.*

At vero Sacerdos Milani hanc Signinæ Ecclesiæ consuetudinem veluti irrationabilem, penitus repellendam esse contendit. Namque Pontificiæ Capellæ Cantores, utpote Romani Pontificis familiares ex Constitutione Sixti V. edita anno 1586. gaudent a jure indulto abessendi a loco residentiae, et *annuatim fructus præbendæ suæ integraliter*, non obstante contraria consuetudine, vel constitutione, percipere debent, *cap. Cum dilectus, cap. Ad audientiam de Cleric. non resident., Fagnan. in cap. Licet de præbend. num. 99.*, ac proinde eam solummodo portionem amittere debent, quam residentes non percipiunt, nisi divinis interfuerint, quemadmodum de absentibus studiorum causa decrevit *S. Congreg. in Maceraten. 10. Decembris 1616., et in Eugubina Punctaturarum 15. Martii 1783. §. Quamvis.*

Ex hac juris expositione liquido constat Pontificis Familiæ Apostolice abessendi indulto præditos minime obstringi ad alium subrogandum, qui eorum vires gerat, sed præsentem in Choro defectum absentium supplere oportere in iis, quæ ad Chorale servitium pertinent, *Garzias de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 197.*, *Fagnan. in Cap. Nulla de conces. præbend. num. 73.*, et colligitur ex sententia hujus Sacræ Congregationis in *Nullius Farsen. Distributionum Quotidianarum 20. Decembris 1758. ad III. dubium, in Reatina 22. Martii 1766. §. Denique, et in una Forolivien die 27. Maji præsentis anni inter supplices libellos proposita: secus legitime absens duplici multaretur pœna, nimirum distributionum amissione, atque onere alium in ejus locum subrogandi, ac proinde integre non frueretur præbendæ fructibus, quemadmodum decreverunt sacri canones. Adeo insuper explorati juris videtur, quod Canonicus legitime absens non teneatur ad alium sufficiendum, a quo Missæ cum cantu litentur, ut S. Congregatio Canonicum jubilationis indulto præditum, qui etiam distributiones lucratur quotidianas, immunem censuerit a celebratione Missæ Conventualis sive per se, sive per alium, quemadmodum videre licet in *Aquipendien Jubilationis 23. Martii 1697.*, et in *Aquipendien Indulti 1. Aprilis 1719. §. Inventio.**

Hinc Canonicus Milani se immunem esse arbitratur ab onere per alium propriis sumptibus celebrandi Missas adventitias, et Conventuales; si minus petit, ut particeps reddatur emolumentorum, quæ ex Missis proficiscuntur; ubi enim commune est onus, commune etiam esse debet emolumentum, *Lotter de re benefic. Lib. 1. quest. 19. num. 56.*, *Fagn. de jure patr. part. 1. can. 6. cas. 6. num. 15.*, cum a natura plane alienum sit, commoda cum non sequi quem sequuntur incommoda, *L. 10 ff. de R. I., cap. 55. de R. I. in 6.* Idque consonum etiam videtur Signinæ Ecclesiæ Capitularibus Constitutionibus, in quibus statutum est, quod si Canonicus aliquis per se canere non possit, teneatur per alium; secus Canonicus Cæmæ facilius facultatem habeat supplendi vi-

ces illius Canonici per se vel per alium, et solvendi sibi, vel alii obolos viginti de distributionibus quotidianis detrahendos, quæ Canonico muneri suo deficienti obligissent

Dignentur itaque EE. VV. dirimere quæ sequuntur

Dubia

- I. *An Canonicus Bruno teneatur per alium canere Missas adventitias, et Conventuales in casu etc. Et quatenus affirmative.*
- II. *An ad eum spectet jus percipiendi emolumenta pro Missis adventitiis in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Provisum in primo.

*Sess. 7. Cap. 7.  
de Refor.*

**ALBEN. PRÆBENDÆ PAROCHIALIS.** Tribus Parochiis ditatam, sed temporum calamitate oppressam, et Incolis pene vacuam Civitatem Albæ Pompejæ anno 1677. cum reperisset Episcopus Bergomensis Visitor Apostolicus, decrevit, ut Parochus tantum Cathedralis Ecclesiæ omnia Parochialia munera exerceret, reliqui vero duo Parochi, nempe SS. Cosmæ et Damiani, et S. Joannis Baptistæ, qui etiam Canonicatum in Cathedrali Ecclesia obtinebant, Populum instruerent, Paschalem Communionem administrarent, et Defunctorum exequias peragerent, relicta ceteroquin Episcopo Albensi pro tempore facultate memoratos Parochos ad plenum suorum jurium exercitium revocandi, quando aucto Civium numero opportunum esset judicatorus. Aucto revera Civium numero fere ad sex millia, hodiernus Episcopus die 23. Martii 1820. duobus memoratis Parochis onera et jura parochialia restituit. Factum hinc est, ut iidem Parochi statis diebus et horis, ut prius, Choro interesse non possent, atque idcirco quotidianas distributiones amitterent: quam ob rem Episcopus assensum Capituli obtinuit, ut iidem duo

Pa-



Parochi distributiones lucrentur etiam quando Choro non intersunt propter munia Parochialia tota quindena Paschali, et omnibus diebus festis de præcepto, exceptis tantum diebus solemnioribus, in quibus Episcopus Pontificaliter celebret quoad Missam, et Vesperas, Cum autem nunc condenda sint Albensis Capituli Statuta, postulat Episcopus, ut ab hac S. Congregatione approbentur, ac in eadem Statuta referri valeant, quæ consentiente Capitulo de prædictis duobus Parochis fuere disposita.

Requisitus idem Episcopus de informatione et voto monuit, redditum Parochi SS. Cosmæ et Damiani proxime elapsis annis 1823. et 1824., comprehensis incertis stolæ, nec non choralibus distributionibus, deductisque omnibus oneribus, etiam Missarum, et stipendii Capellani, quo indiget, attingisse Libellas Pedemontanas 590., quæ circiter Romanis scutis 108. respondent: redditum vero Parochi S. Joannis Baptistæ similiter fuisse Libellarum Pedemontis 1010., quæ circiter Romana scuta 185. adæquant. Addidit vero, nihil ex descriptis redditibus detractum fuisse pro inopinatis expensis, pro periculo grandinis, cui regiones illæ subalpinae sunt obnoxiae, nihilque pro comparanda suppellectili, præsertim Sacra, qua Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ, post bellicas calamitates in pristinum restituta plurimum indiget. Retulit quoque Animarum curam qua Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani, qua S. Joannis Baptistæ ad Capitulum non spectare, licet, uti animadvertit Capitulum, *sia sempre stata di diritto annessa ai due Canonicali*, quos possident præfati Parochi. Tandem inquit Episcopus = ex

„ Litteris Apostolicis Pii PP. VII. datis XVI. Kalendas

„ Augusti anni 1817. erectæ amplius non fuere quatuor

„ Præbendæ vacantes, videlicet SS. Vincentii et Anastasii redditus annui 340. lib. circiter, S. Petri lib.

„ 550., SS. Georgii et Nicolai lib. 550.; S. Dorotheæ

„ lib. 260., has Præbendas junxi Mensæ Capitulari,

„ ea conditione, ut Capitulum consensum præberet

„ favore dictorum Parochorum pro obtinenda dispensatione, de qua in precibus, quem revera præstitit, ut salutem animarum consulere, prout ex adjuncta resolutione Capitulari constat, alioquin oppor-

„ tuna humiliter petita facultate, Præbendam S. Geor-  
 „ gii jungendam duxissem Parœciæ SS. Cosmæ et  
 „ Damiani, et Præbendam SS. Vincentii et Anastasii  
 „ Parœciæ S. Joannis Baptistæ, dummodo distributio-  
 „ nibus omnino renunciarent, et solum tenerentur  
 „ Choro inservire in Pontificalibus, ut sic possent  
 „ majori assiduitate oves suas pascere, quod erat, et  
 „ est in votis: prævidens tamen super hoc Capituli  
 „ dissensum, non feci. Si EE. VV. hoc medium ma-  
 „ gis opportunum videtur, oro, ut mihi fiat pote-  
 „ stas hoc exequendi; sin minus oro, obtestorque,  
 „ ut consulatur animarum saluti, et Parochorum ne-  
 „ cessitati, vel benigne annuendo precibus, vel alio  
 „ aliquo medio opportuniore viso.

Verum quum in Comitii habitis die 5. *Aprilis* 1824.  
 perpenderit Capitulum, redditus Parœciæ SS. Cosmæ et  
 Damiani ad libellas 1500.; redditus vero Parœciæ S.  
 Joannis Baptistæ ad libellas 1950., et quoad medium  
 minus onerosum statuerit, ut Parochi pro Chori va-  
 cationibus tres menses, atque Canonici duos solum-  
 modo haberent, in novissimis Litteris hæc habet Epi-  
 scopus = minutatim computato redditu hujus anni,  
 „ et duorum antecedentium post factam scilicet Præ-  
 „ bendarum separationem, componi redditus Præben-  
 „ dæ Cantoriæ, eique adnexæ Parœciæ Sanctorum  
 „ Cosmæ et Damiani, deductis deducendis, pro su-  
 „ stentatione Canonici Parochi non excedere libellas  
 „ sexcentum, licet brevi spes sit, attentis melio-  
 „ rationibus factis fore libellas septingentas; redditus  
 „ vero Præbendæ et Parœciæ S. Joannis Baptistæ, de-  
 „ ductis deducendis, pro sustentatione Canonici Pa-  
 „ rochi non excedere libellas nongentas; quoad me-  
 „ dium minus onerosum, de quo in eadem resolu-  
 „ tione Capitulari, scilicet, ut dictis Canonicis Pa-  
 „ rochis tres menses pro vacationibus sint, duo tan-  
 „ tum reliquis Canonicis, humiliter expono Sacræ  
 „ Congregationi, non satis cohærere medium hoc  
 „ præcedenti resolutioni Capitulari diei 11. *Junii* 1823.,  
 „ quando quatuor Præbendas Massæ Capitulari adjun-  
 „ xi hac conditione, ut Capitulum super hoc assen-  
 „ sum præberet, prout præstitit, ut ex adnexa reso-  
 „ lutione Capitulari constat, et aliunde non satis me-  
 „ dium

„ dium hoc provideret dictorum Parochorum neces-  
 „ sitatibus, et spirituali Parochianorum utilitati. =

Hanc controversiam inter supplices Libellos propositam  
 severiori iudicio dignam arbitrati sunt Eñi Patres,  
 atque ideo in Congregatione diei 16. Aprilis 1825. man-  
 darunt, ut causa in folio describeretur.

Explorati quidem juris est eos, qui in Ecclesia Cathedra-  
 dra vel Collegiata Canonicatum, ipsique conjunctam  
 obtinent Parœciam in alia Ecclesia erectam, quotidiana  
 distributiones amittere, si tempore, quo divina  
 celebrantur, Choro non intersint, licet in Ecclesia Pa-  
 rochiali resideant, ibique Sacramenta ministrent,  
 aut alia ad animarum curam spectantia exerceant,  
*Barbos. ad Concil. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Reform.*  
*num. 83., Scarfant. animadv. ad Ceccop. lib. 2. tit.*  
*11. num. 9.* Multoque minus percipere valent emolu-  
 menta Anniversariorum, aliasque distributiones ex  
 voluntate Testatorum inter præsentis dividendas, quas  
 nec illi lucrantur, qui fictione juris ut Choro præ-  
 sentes reputantur, aut indulto gaudent cum faculta-  
 te percipiendi quascumque distributiones, aut rude  
 sunt donati, *Piton. discep. eccl. 1. n. 35., S. Congreg.*  
*in Aquipendien. Indulti 1. Aprilis 1719. et in Lunen*  
*Sarzanen. Indulti 14. Augusti 1824. §. Audiendus.*

Verum indulta abessendi a Chori servitio pro diebus et  
 horis ratione munerum concedere consuevit S. Con-  
 gregatio innixa dispositioni juris *in cap. unico de Cle-*  
*ric. non residen. in 6., et sanctioni Tridentinæ Sy-*  
*nodii Sess. 24. cap. 13. de reform.* uti monet Folium  
*in dubia Indultorum 6. Maji 1820. §. notandum.* In  
 themate autem hujusmodi indulti concedendi inter-  
 cederet utilitas Ecclesiæ, quæ semper sollicita fuit,  
 ne Animarum Curatoribus congrua deesset vitæ tuitio,  
 adeo ut Tridentini Patres uti monet Barbosa apud *S.*  
*Congreg. in Tudertina 27. Aprilis 1822. §. Ut hæc,*  
*7. cap. 7. de reform.* caverint, ac præterea *Sess.*  
*7. cap. 7. de reform.* caverint, ut si fieri posset super  
 re certa assignaretur. Tridentini autem Concilii vesti-  
 giis inhærens hic Sacer Ordo solet Parœciarum pauper-  
 tati opitulari per Legatorum applicationem, aut Be-  
 neficiorum unionem, ceu videre licet *in Sabinen.*  
*Unionis 16. Junii 1788. in Comen. 17. Julii 1802. §.*

*Nihilominus*; et in *Reatina unionis Beneficiorum* 19. *Novembris* 1818.

Jam vero præbendas Oratorum, quibus imminet onus et animarum curam gerendi, et Choro inserviendi, tennes existimat Episcopus. Illud quoque accedit valde grave, quod Episcopus vacantes Præbendas Capitulo unierit, ut suum præberet assensum, prout revera præstitit, ideoque videant EE. VV., an concedendum sit Parochis petatum abessendi indultum, ac lucrandi distributiones; vel potius tribuenda Episcopo facultas, ut singulis Parœciis aliquam uniat ex memoratis Præbendis.

At vero Canonici petatum abessendi indultum denegandum esse contendunt, tum quia Parochorum redditus longe majores sunt, quam refert Episcopus, tum quia Choralis servitio detrimentum inferretur; nam si Parochi eximerentur a Choro singulis diebus Festis, ac integra quindena Paschali, simulque trium gauderent mensium vacationibus, per quinque circiter menses a Choro abessent. Addunt facultatem lucrandi distributiones adversum tenere instituto hujus Sacræ Congregationis; siquidem eos, qui gaudent indulto abessendi pro diebus et horis rationi muneris, ex quo lucrum aliquod percipiant, quotidianas ammittere distributiones decrevit in *Dubiis Indultorum* 6. *Maji* 1820; et in *Romana Dubia Indultorum* 25. *Maji* 1822.

Nuperrime autem Canonici quædam mihi exhibuerunt folia, quibus aliud medium ipsi excogitarunt, scilicet „ che i due Parrochi accettino il progetto loro fatto di rendersi Canonici non residenziali, ossia non addetti al Coro, mediante una permuta da farsi con due altri Canonici di tale natura, i quali sono disposti a cedere a ciascheduno di essi Lire 250. annue, restando questi addetti al Coro, e partecipanti delle distribuzioni invece di quelli. In tale guisa sciolti i due Parrochi dal peso delle Funzioni Canonicali potrebbero a tutto loro bell' agio attendere alla cura della Parrocchia „. Atque eo pronius sperant; Eños Patres hanc sententiam probaturos, quod Albense Capitulum duodeviginti constet Canonicis, quorum alter jubilatione est donatus, tres quadra-

genariam servitium jam jam sunt expleturi, et quatuor Choralis servitio non obstringuntur

Itaque proponitur

Dubium

*An, et quomodo precibus Episcopi sit annuendum in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

**V**ITERBIEN. EXECUTIONIS LITTERARUM APOSTOLICARUM. Capitulum Cathedralis Ecclesiae Viterbiensis præter Dignitates pluribus constat, Canonicis, et qui inter simplices Canonicos antiquior est receptione, Decanus appellatur, ac digniori post Dignitates gaudet stallo. Contendente autem Petro Ossicini Canonico Decano ad se pertinere executionem Litterarum Apostolicarum, quæ committuntur Canonico antiquiori, Archidiaconus Franciscus Maria Zelli Jacobuzi prima Dignitas, rude jam donatus, et ipso Canonico Decano possessione antiquior, preces obtulit huic S. Congregationi, ut decernatur, cuinam competat jus exequendi ejusmodi Apostolicas Litteras.

Vicarius Capitularis, quem, Viterbiensi Ecclesia tunc Pastore viduata, requisivi pro informatione et voto folium transmittit, quo Petrus Ossicini suadere nititur ad Canonicum Decanum, spectare jus exequendi Litteras Apostolicas; nam hoc Decani titulo non Dignitas, licet possessione antiquior, sed Canonicus tantummodo receptione senior insignitur. Dein subdit, „ Archidiaconi precibus Capitulo hujus Viterbiensis Cathedralis Ecclesiae communicatis respondit: *sebene sul proposito non vi sia alcuna determinazione, e statuto; contuttociò dagli ultimi due Decani Predecessori si è veduto darsi i possessi de' Benefizi*

Sess. 25. cap.  
7. de Reform.

- „ *fizj Ecclesiastici in esecuzione delle Bolle Pontificie.*  
 „ Animadvertendum tamen est, duos ultimos Canonicos  
 „ Decanos hujus Cathedralis Ecclesiæ fuisse etiam  
 „ antiquiores possessores Canonatus.

Quoniam vero memoratæ Litteræ ut plurimum per Datariam Apostolicam expediuntur, hinc ejusdem Officialium votum exquirendum censui, quod ad litteram exscribo.

- „ Rogati Officiales Datarie Apostolicæ, ut votum aperiant super *postulatu* Francisci Mariæ Zelli Jacobuzi obtinentis Archidiaconatum, primam Dignitatem Cathedralis Ecclesiæ Viterbiensis, concepto verbis = *Se l' Archidiacono prima Dignità sia insieme Canonico, e come il più antico di possesso debba spettare ad Esso, e non al Canonico Decano dare esecuzione alle Bolle Apostoliche dirette al Canonico più antico per i possessi* — haud melius quam sese conformare tum consuetudini, tum sententiæ Sacræ hujus Congregationis obsequi posse mandatis arbitrantur.

- „ Obtinet enim in universa fere Italia consuetudo, quæ præstat, ut ubique Dignitates, tamquam Canonici, ac de Capitulo reputentur. Obtinentes quippe Dignitates ad instar aliorum Canonorum, interveniunt in Choro, aliisque vacant; cultum, et servitium Ecclesiæ concernentibus; æque habentes Præbendas, sive participationem distributionum, quæ in majori parte Ecclesiarum stat loco Præbendæ; simulque participant de quotidianis, adeo ut in substantia sint Canonici licet magis qualificati cum nomine, et præeminentiis Dignitatum. Ita Cardinalis Petra in *Constit. Leonis Magni tom. 1. sect. 2. num. 9.*, Cardinalis De Luca disc. 46. de *Benef. num. 5. et seq.* = ibi = Conclusio siquidem, quod sub numero Canonorum non veniant Dignitates, quæ non sunt de Capitulo, procedit magis juxta usum antiquum sacrorum Canonum, quod Dignitates nullam habebant Præbendam; neque Ecclesiæ cultui, aut servitio vacabant more aliorum Canonorum; sed eorum manus consistebat in jurisdictione spirituali vel temporali, ut erant Archidiaconus, et Archipresbyter Vicarii nati Episcopi etc. Quando igitur, ut fere generale est in Italia
- Di-

Dignitates de consuetudine sunt de Capitulo, atque ad instar aliorum Canonorum in Choro interveniunt, aliisque vacant, cultum ac servitium Ecclesie concernentibus, æque habentes Præbendas, sive participationem illius Massæ grossæ distributionum, quæ in majori parte Ecclesiarum Italiæ succedit, ac stat loco Præbendæ; nec non participant etiam de distributionibus quotidianis minutis, adeo ut in substantia sint Canonici, sub nomine illarum antiquarum Dignitatum, quæ hodie ab aula recesserunt, sed sunt *abusive*, ac in sola nuncupatione magis qualificati cum aliquibus præ eminentiis supra alios, et tunc jure aliorum Canonorum dicuntur de Capitulo, tam ad effectum vocis, quam ad effectum accipiendi possessionem capitulariter cum similibus.

Sententia S. hujus Congregationis eruitur ex *fol. in Mar-  
sicana Vocis in Capitulo 30. Aprilis 1729.* Inibi legitur. De jure comuni Dignitates non sunt de Capitulo utpote quod a solis Canonici constituitur, etiam si haberent stallum in Choro. Ab hac regula excipiuntur tres casus. Primus est, quando Dignitati est adnexa aliqua Præbenda Canonialis; tunc enim ratione Canonatus dicitur de Capitulo, habetque in eo vocem. Idque procedit, etiam si esset adnexa Præbenda non vere Canonialis, quæ est, quando eam habens reputatur pro Canonico, et habet vocem in Capitulo, ut Canonicus, licet non sit Canonicus. Secundus casus est, quando in ipsa erectione Dignitas effecta fuit de Capitulo cum Stallo in Choro, et voce in Capitulo. Tertius vero, si vigore statuti, vel consuetudinis dictæ Ecclesie Dignitates reputentur de gremio Capituli; aut observantia invaluerit, per quam ipsæ fuerint admittæ ad pertractanda negotia Capitularia, ac in iis vocem activam, et passivam habuerint. Ista tamen observantia elici debet ex interventu in illis actibus, qui proprii sunt Capituli, et privative spectant ad Capitulares, videlicet si intervenerint in condendis statutis Ecclesie, in electione Vicarii Capitularis, in traditione possessionis novo Episcopo, aliisque Præbendis, et similibus.

Hisce positis quid sentiendum de postulatu Archidiaconi

ni Cathedralis Ecclesiae Viterbiensis, plane jam liquet. Non enim constat, enunciata consuetudinem, quæ in universa fere obtinet Italia, haud servari in Cathedrali Viterbiensi. Non constat, obtinentem Archidiaconatum, primam Dignitatem, de qua agitur, hactenus fuisse repulsum a pertractandis Capitularibus negociis, et ab activæ, passivæque vocis exercitio. Item neque constat, vel nullam esse Archidiaconatui adnexam Præbendam Canonicalem, quæ una sat est, ut ratione Canonatus de gremio Capituli Archidiaconus reputetur, vel in ejusdem Archidiaconatus erectione fuisse distinctam a mensa Capituli, Archidiaconum nedum ditatum bonis omnino distinctis fructibus, distinctisque redditibus, sed etiam expresse prohibitum, ne quidquam de ipsa Mensa Capituli consequi unquam in posterum posset.

„ Sunt hæc, quæ ex jure Dignitates extra Capituli gremium reputari constituunt, prout casus est *Decisionum Sac. Rotæ in Cingulana Archipresbyteratus 22. Februarii 1771. et 11. Junii 1773. cor. Origo*

„ Nihil horum autem in themate, prorsusque nihil. Interrogato siquidem Cathedralis Ecclesiae Capitulo: *Se l' Archidiacono prima Dignità sia INSIEME Canonico e come il più antico di possesso debba spettare ad esso, e non al Canonico Decano dare esecuzione alle Bolle Apostoliche dirette al Canonico più antico per i possessi* = Responsum datum est = *Che sebbene sul proposito non vi sia alcuna determinazione, e statuto; contutto ciò dagli ultimi due Decani predecessori si è veduto darsi i possessi de' Benefizj Ecclesiastici in esecuzione delle Bolle Pontificie.*

„ Id porro satis ad rem. Statim ac enim nulla est dispositio, nullum statutum, quod exceptionem faciat Regulæ, totiusque Italiæ consuetudini, quæ Dignitates inter Canonicos ad censet; nihilque tum ex erectionis titulo, tum ex Præbendæ adsignatione, tum ex peculiari observantia erui potest, quod Archidiaconatum extra Capitulum, vel a Capitulo sejunctum commonstret; ac ipsum pro tempore Archidiaconum, utcumque supra Canonicos præminentis ornatum, procul



enl tamen arceat ab exercitio capitularium jurium, et privilegiorum, quibus ceteri omnes Canonici perfruantur, sui sponte consequitur, neque a consuetudine recedendum esse, neque dubitandum, quin Archidiaconus, tamquam alter Canonicius, imo primus inter Canonicos reputari, et haberi ad omnes juris effectus possit, ac debeat.

„ Quidquam nec turbat, aliquando Canonicos Decanos, atque ultimos duos præsertim, qui Decanatum nunc obtinentem antecessere, operam præ Archidiacono dedisse executioni Bullarum Apostolicarum.

„ Harum enim executione non Archidiacono, non Decano, sed antiquiori Canonico commissa; si Archidiaconus, uti alter Canonicius habetur, neque inter Canonicos antiquior existit; hæc imo antianitatis et majoris antiquitatis prærogativa fruitur alter, et Canonicius Decanus; planum est ipsum Decanum, seu Canonicum, qui in actu præsentationis Bullarum repertus est antiquior; præ aliis, et præ ipso etiam Archidiacono dare operam commisso muneri executionis debuisse.

„ Atque hæc de causa profecto contigit, ut ultimi duo Prædecessores Decani, de quibus loquitur Capituli responsum, cum forent præ ceteris, et præ ipso Archidiacono antiquiores, Bullarum Apostolicarum executores extiterint. Id scitet ex informatione Vicarii Generalis: Inibi siquidem legitur = *Animadvertendum tamen est, duos ultimos Canonicos Decanos hujus Cathedralis Ecclesie fuisse ETIAM ANTIQUIORES Possessores Canonatus.*

„ Quamobrem dum quæritur, an Archidiaconus, qui modo antiquior est in Capitulo Cathedralis Ecclesie Viterbiensis, executor esse debeat Apostolicarum litterarum, quæ nullius qualitatis vel Dignitatis ratione habita unidumtaxat antiquiori commissæ conspiciuntur; seu potius Decanus, qui, licet Decani nomine præfulgeat, præ Archidiacono tamen modernior est; ex omnibus, ut supra expositis, consequens plane videtur, Archidiacono Zelli Jacobuzi jus competere controversæ executionis, quatenus in actu præsentationis earundem Litterarum præsens existat: Eo vero absente, vel deficiente, ad alterum spectare de gremio Capituli, seu Decanum,

seu alium, qui juxta ordinem antianitatis in eodem actu præsentationis Litterarum Apostolicarum præ cæteris antiquior esse comperiatur.

Ex hoc elaborato Officialium Dataria Apostolicæ voto  
Eñi Patres deprehendent

*An et cui competat jus exequendi Litteras Apostolicas in casu etc.*

*Die Sabbathi 26. Augusti 1826. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

## NEAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Examini subjecta fuit hæc causa super Matrimonio rato et non consummato inter Thomam Messoro et Mariam de Pompeis in Comitibus diei 27. Maji præsentis anni, ac proposito dubio: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.* responsum prodiit: *Affirmative, inhibito Thomæ Messoro transitu ad alia vota.* Continuo Sacramenti Defensor instaurandi certaminis veniam implo-  
ravit, quam de more assequutus est. Hodierna itaque die, novis utrinque distributis Allegationibus, pro-

*Sess. 24. Cap. 1. de Reform.*

### Dubium

*An sit standum vel recedendum a decisio in casu etc.*

In decisio

**P**INNEN. JURIIUM ET PRÆEMINENTIARUM. Civitas Planellæ Pinnen. Diœcescos in duas dispertitur Parœcias, quarum una ab Ecclesia SSmi Salvatoris, altera ab

*Sess. 23. Cap. 1. de Reform.*

Ec.

Ecclesia S. Leonardi Abbatis nomen sumit. Intra fines Parœciæ S. Leonardi situm est Templum S. Antonio Abbati dicatum, in quo undecim Sacerdotes quotidie laudes Deo persolvunt, Missam concinunt, aliaque peragunt, quæ ab insignibus Collegiatis Ecclesiis fieri consuescunt. Capitulariter enim de rebus communibus consultari conveniunt; librum *delle Risoluzioni Capitolari*, Canonicum Capituli Procuratorem, et commune habent sigillam, certis emblematis distinctum, et *colla leggenda = Cap. In v.s. Colleg. S. Ant. Abb. Plan.*; eisque, antequam per postremum Concordatum in Neapolitana ditione minores Abbatie supprimerentur, Abbas præerat cum jurisdictione. Hinc communi usu Sacerdotes illi Canonici, et Ecclesia S. Antonii nuncupatur Collegiata, quin imo vocitatur etiam Collegiata S. Mariæ Majoris, quod, ut nonnulli testantur Cives Planenses, *gli attuali Collegiali appartenevano alla Chiesa di S. Maria Maggiore extra mœnia, da cui si rifugiarono in quella di S. Antonio Abbate.*

Insuper ea in Ecclesia unicuique existit pro tota Civitate et Territorio Fons Baptismalis, in eaque tantum et SSiua Eucharistia, et Oleum Infirmorum asservatur, ac sacre tempore Adventus, et Quadragesimæ habentur Conciones, ab ea egrediuntur, ad eamque redeunt Synodales, et generales Processiones, nec non solemnioribus quibusque functionibus publica existimatione ceterarum Ecclesiarum matrix habetur.

Parochi SSiui Salvatoris, et S. Leonardi in suis Ecclesiis possessionem capiunt, in iisque Parochialia obeunt munia, et ad Ecclesiam S. Antonii accedunt vel Baptismum collaturi, vel in quindena Paschali SS. Eucharistiam suis Parochianis dispensaturi, vel cum SS. Viatico et Extrema unctione pro Infirmis opus est, vel demum si contingat, ut invitatis Canonicis fauus ad eandem Ecclesiam deducendum sit, quo casu si sollemnis canenda sit missa cum Diacono et Subdiacono, ea canitur ab altero ex Canonicis, a quo etiam super Cadaver absolutio perficitur.

ta se res habebant an. 1821. Tum vero Parochi contendere cœperunt Ecclesiam S. Antonii non Collegiatam, sed Parochialem esse utrique Parœciæ communem; Sacerdotes in ea residentes non Canonicos, sed simpli-

plices esse Præbendatos, et sacras omnes, quæ ibidem peraguntur functiones, non ad illos, sed ad Parochos pertinere. Qua ex re Canonici petierunt in Episcopali Curia, se non deturbari a Parochis in exercitio sacrarum Capitularium functionum independenter ab ipsis Parochis fieri solitarum, et petitioni consona in possessorio die 23. Maji an. 1823. prodiit sententia. Victi in possessorio petitorium iudicium in eadem Episcopali Curia Parochi introduxerunt; sed et in hoc superati, ad Sacram hanc Congregationem provocarunt.

Canonici jura sua protuentur præsidio centenariæ, et immemorabilis præscriptionis, cuius quidem ea est vis, ut omnem meliorem suppeditet titulum, *Card. de Luca de Feudis disc. 5 num. 18.*, *Rota cor. Ansaldo decis. 92. n. 51.*, ac præsumptionem secum ferat Apostolici Indulti, *Rot. cor. Falconer. de Benef. dec. 16. n. 16.*, *cor. Riminaldo dec. 77. n. 16. 17.*

Itaque quod attinet ad Ecclesiæ S. Antonii Collegialitatem, quum foundationis tabulæ desiint, proferunt 1. Codicem ex Archivio Communitatis Planellæ, qui Consiliarem Resolutionem præsert diei 23. Novembris anni 1603., in qua res erat de conferendo Canoniatu *che mo vaca in questa Collegiata per la morte di D. Pietro Pasquale già Canonico in detta Collegiata*; 2. ex Archivio Ecclesiæ ipsius S. Antonii Librum *della Risoluzione Capitolari*, ex quo eruitur, Commissarium Apostolicum Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe iustrasse anno 1703. Collegiatam Ecclesiam S. Antonii Abbatis Terræ Planellæ, eundemque an. 1711. iterum visitasse *la Chiesa Collegiata di S. Antonio Abate nella Terra di Pianella*, de eaque locutum esse veluti existente jam ante an. 1657. 3. Actus complures Apostolicæ Nunciaturæ Neapolis, in quibus nominatur *il Capitolo e Canonici della Terra di Pianella . . . il Capitolo e Canonici della Chiesa Collegiata di S. Antonio di Pianella*; 4. publicum Catastrum Communitatis Planellæ an. 1685. exaratum, in quo inscribitur *il Reverendo Capitolo*, pluraque ei bona adscribuntur, quæ adhuc ab Ecclesia S. Antonii possideri dicuntur; 5. Testimonium Episcopalis Curie Pinnen. fidem perhibentis, ex Bullariis illius Curie constare, *che nella Città di Pianella trovansi fra le altre tre Chiese una sotto il titolo di S. Antonio*

tonio Abate officinata dai Canonici. Ex his concludunt Canonici Ecclesiam S. Antonii vel ante an. 1603., hoc est ab immemorabili, et certe biscentum, et amplius abhinc annis pacifice Collegialitatis honore potiri.

Præscriptioni iam memorabili accedunt conjecturæ, et indicia Collegialitatis, scilicet commune Sigillum, Liber Capitularium resolutionum, deputatio Procuratoris Capituli, ex quibus Collegialitatem evinci tradunt *Barbosa de Can. et Dignit. c. 2. num. 10. 11. et 16., Petra tom. 3. ad Constit. 7. Innoc. IV. num. 24., Sac. Rota cor. Falconer. tit. de Benefic. decis. 1. n. 2. et seqq.* Demum quidquid dubii de Collegialitate Ecclesie S. Antonii superesse posset, hoc penitus sublatum dicunt ab ipsa Sede Apostolica, siquidem an. 1805. Summus Pontifex Episcopo Pinnen. Abbatiam Ecclesie S. Antonii conferens his verbis usus est. = *Tu qui uti Abbas cum Jurisdictione Dignitas Principalis Secularis insignis Collegiate Ecclesie S. Mariæ Majoris, et S. Antonii Abbatis Loci Planellæ =.*

Ad eliminandam vero ab Ecclesia S. Antonii Parochialitatem, hanc residere inquit in Ecclesiis SS. Salvatoris, et S. Leonardi. Enim vero quisque Parochus in eisdem Ecclesiis possessionem inquit, Missam celebrat pro Populo, aliasque sacras explet functiones: uterque certum, distinctumque habet Populum, in quem jurisdictionem exercet. Ecclesia autem S. Antonii, in qua nullum adest Beneficium Curatum, nullos habet subditos, multoque minus actualem, habitualemve animarum curam, quæ, ipsis fatentibus Parochis, tota apud eos residet.

Animadvertunt siquidem, consuetudinem, qua Parochi in quindena Paschali S. Synaxim Parochianis suis in Ecclesia S. Antonii ministrant, quamque antiquam esseasserunt, et vi cuius Vicarius Generalis Pinnen. haec Ecclesie ipsi S. Antonii servitutem ferendam decrevit, recentem esse. Miso enim quod an. 1605. actum est in publicis Planellæ Comitibus de amplianda Parochiali Ecclesia SS. Salvatoris = *dicendo che la Chiesa di detta Parochia non è capace del Popolo, massime nel tempo della Pasqua SSma di Resurrezione*, proferunt pagellas duas typis impressas, et ab Parochis distributas, primam cum in-

Die 26. Augusti 1826.

193

inscriptione: *Comm. Planelle in Ecclesia S. Salv.*, addito manu scripto an. 1787., alteram vero itidem cum inscriptione = *Comm. Par. Eccl. S. Leo. Abb. in Plan.* = addito an. 1805, ex quibus contendunt annis 1787., et 1805. nondum controversam consuetudinem invaluisse.

Deinde Canonici immemorabili innixi consuetudine ad Ecclesiam S. Antonii spectare jus privativum habendi Fontem Baptismalem, et ad Canonicos jus pertinere benedicendi Fontem suadere conantur. Claves autem Baptisterii, Tabernaculi SS. Eucharistiæ, et Olei Sancti omnino servandas esse dicunt apud Sacristam Ecclesiæ S. Antonii ea potissimum de causa, quod si darentur Parochis, eis etiam dandæ essent Claves Ecclesiæ, ex quo incommodum illud gravissimum oriretur, quod Sacrista impune Ecclesiam ex-pilare posset.

Pro Missa vero Feria V. in *Cæna Domini* celebranda, inquit, Parochos suis Ecclesiis Parochialibus, nullo vero modo Ecclesiæ S. Antonii adscriptos esse, atque idcirco sibi licere in propria Ecclesia independenter a Parochis quascumque peragere non Parochiales functiones, atque hinc non solum Missam solemnem in *Cæna Domini* celebrare, verum etiam ad exemplum cæterarum absque ulla animarum cura Collegiatarum, præsentibus Canonicis, ceterisque Ecclesiæ inservientibus Sacram Eucharistiam ministrare, sicuti a S. Congreg. Episcop. et Regul. in *Senogallien die 6. Aprilis 1623.* definitum refert *Ferrar. Biblioth. v. Collegiata n. 61. et 65.*, qui etiam *ibid. n. 63.* docet, licitum esse Collegiatis Ecclesiis non Parochialibus independenter a Parochis benedictiones Cinerum, Palmarum, Candelarum, aliorumque hujusmodi peragere: non secus ac ab iisdem Canonicis Tridua, Novenas, Septenaria, aliaque istiusmodi fieri posse colligitur ex Resolutione hujus S. Congreg. in *Hortana diei 5. Junii 1738.*, ubi hæc vel Laicorum Confraternitatibus, procul Parochorum consensu, competere decernitur.

Præterea cum ex *Coerem. Episcop. L. 2. cap. 33.*, *Gavant. in Rubr. Missal. V. Processio num. 16.*, generales Processiones inchoandæ, finiendæque sint in

B b

prin-

principaliori Loci Ecclesia, quam quidem, ubi Cathedralis non existit, Collegiatam esse post *Concil. Coloniense* tradit *Pithon. Discept. Eccl. 106. num. 6. 7.*, manifestum esse affirmant Processiones omnes principales ab Ecclesia S. Antonii inchoandas, ibique finiendas esse: in quibus Parochos utpote minus dignos Canonicis præire debere monet *Coerem Episc. loc. cit. Petra ad Constit. 5. Innoc. IV. sect. unic. num. 4. et 5.*, *Barbosa de Canonic. Cap. 2. num. 20.* Ex his deducunt etiam in associatione Cadaverum, ubi Capitulum ab hæredibus invitatum capitulariter intervenit, stolam non a Parocho, sed a digniori ex Capitulo deferendam esse. Quum enim stola non sit signum Parochialis jurisdictionis, sed tantum signum Sacerdotale, *Barbosa de offic. et Potest. Parochi p. 1. c. 9. num. 11.*, ei est concedenda, qui in toto cœtu Sacerdotali dignior censetur scilicet primo ex Capitulo, quod Parochis præfulget. Quod si pro defuncto, cujus Parentalia peraguntur in Ecclesia S. Antonii, solemnior Missa cum Diacono et Subdiacono canenda sit, hanc, Officium, et absolutionem ipsam Cadaveris ad Canonicos spectare autumant *ex S. Congreg. in cit. Hortana ad III. Dubium.*

At vero Parochi initio prædictam S. Antonii Ecclesiam nullo modo Collegiatam esse propugnant. Ajunt enim nullam esse posse Collegiatam Ecclesiam sine Apostolico Beneplacito, *Rebuff. Prax. Benef. tit. de Erectione in Colleg. in fin. ver. quidquid, Pignat. consult. 90. num. 1. tom. 2.*, et *cons. 109. num. 1. et seqq. tom. 9.*, *Card. De Luca de Benef. disc. 14. num. 12.* itemque nullam Ecclesiam in Collegiatam erigi posse absque Patronorum, si qui sunt, consensu, *Lotter. de re Benef. lib. 1. q. 14. num. 43.*, *Petra ad Constit. Apost. 7. sect. 1. num. 32.* In themate nullum innuitur Apostolicum Iudicium, nullam de præstito a Communitate Planellæ, ad quam Templi jus patronatus pertinet, pro erigenda in Collegiatam Ecclesia S. Antonii consensu affertur monumentum.

Quod si hac in re signis et indiciis agendum sit, ea, ajunt, unisona et certissima esse debere ad tradita *per Mascard. de probat. concl. 584.*, *Rota decis. 341.*



num 2. cor. Roxas, et in Posnanien. Parochialis 14. April. 1758. cor. Bussio num. 4., in presenti vero controversia abesse omnino potiora Collegialitatis argumenta. Non enim probatur, Ecclesiam fuisse congrue dotatam: nullum in tota Ecclesia apparet Collegialitatis vestigium: communis non adest arca, non Synodus communis: quibus deficientibus, et Collegialitatem delicere monet *Rota cor. Olivat. dec. 31. tom. 1. num. 1., et decis. 192. num. 7. part. 14. Recent.*

Hinc ad Parochialitatem Ecclesie S. Antonii probandam deveniunt. Et primo arbitrantur, in dubio, utrum Ecclesia Collegiata, an Parochialis sit, pro Parochialitate standum esse, *Rot. dec. 143. n. 7. part. 7. recent. et decis. 469. p. 19. tom. 2. n. 39. et decis 41. n. 7 cor. Corillo.* Dein liberum Parochi jus Sacramenta in aliqua Ecclesia suis subditis administrandi, Parochialitatem illius Ecclesie evincere affirmant, quum Parochialitas non sit, nisi animarum cura, *c. omnis de Peniten. et Remission., Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 5. n. 34. et seqq., Garz. de Benef. p. 2. c. 1. n. 26.* Jam vero in Ecclesia dumtaxat S. Antonii asservatur SSiſm: Eucharistia, et Oleum Infirmorum, ex ea Parochi, SS. Salvatoris, et S. Leonardi Viaticum sumunt animam agentibus deferendum; in ea tempore Paschali suis subditis Communionem private ministrant, quæ quidem Communio in Ecclesiis solum Parochialibus fieri debet, *Rot. in recent. decis. 288. n. 1. part. 1.*

Fontem quoque Baptismalem, et Sepulturas, quæ in Ecclesia S. Antonii, non vero in Ecclesiis S. Leonardi, et SSmi Salvatoris conspiciuntur, pro illius Parochialitate afferunt; hæc enim, etsi ad Parochialitatem constituendam necessaria non sint, tamen, si accedant, eam clarius demonstrant, *Pirhing. L. 3. Decret. tit. 29. §. 1. n. 1., Gonzal. ad R. 8. cancell. glos. 6. n. 48., Barbos Jur. eccl. p. 1 cap. 10. n. 4.* Neque officit, quod Parochi suas Ecclesias SS. Salvatoris, et S. Leonardi assignatas habeant; nil enim impedit, quominus una eademque Parœcia duas habeat Ecclesias Parochiales, et in utraque animarum cura exerceatur, dummodo una sit vere Parochialis,

altera improprie dicta Parochialis, una Matrix, altera Filialis, c. *ex transmissa de præsumpt.*, *Rebuff. de Decimis q. 6. n. 11.*, *Card. De Luca de Jurisdic. disc. 30. n. 5.* Filialis enim in subsidium tantum Ecclesie Matricis, et ad populi commoditatem erigitur, et Matrix semper remanet Parochia, unicuique constituit Beneficium et titulum, *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 6. n. 64.*, *Rot. dec. 817. n. 11. cor. Mollines*, et in *Ravennaten. 11. Februar. 1737. §. et in contrarium cor. Calcagnino.*

Hoc omnino in themate contingere concludunt Parochi: Ecclesia S. Antonii, inquit, vera est matrix, reliquæ Filiales; ideoque non repugnat, quod Parochi habeant Ecclesias SS. Salvatoris, et S. Leonardi, et Ecclesia S. Antonii sit Parœcia. Quod vero spectat ad consuetudinem, quam proferunt Canonici, eam desiderari affirmant Parochi, et quamvis existeret, veluti corruptela abigenda esset, quippe quæ jura Parochialia intrinsecè lædat: insuper quum Parochus quisque veniat jure proprio, nequit a facto suorum Prædecessorum ullum damnum pati.

Cum ex his rationum momentis Parochi exploratum censeant, Ecclesiam S. Antonii esse tantummodo Parochialem, cumque ad eos qua actualis, qua habitualis cura pertineat, inde colligunt, jus explendi functiones omnes in eadem Ecclesia, et habendi præcedentiam in Processionibus non Præbendatis; quos ab Ecclesia veluti penitus extraneos traducunt, sed Parochis tribuere oportere.

Ceterum quæstionem etiam movent partes de litis expensis, ad quarum mediocritatem Collegiatis rependendam damnati sunt Parochi a Curia Episcopali in exitu iudicii petitorii. Verum animadvertendum est, quod, etiamsi legibus consonum sit, victos victoribus expensas reficere, quemadmodum etiam pluries decrevit hic Sacer Ordo quoad sumptus litis in aliis Tribunalibus prius agitatæ, nunquam tamen reficiuntur expensæ factæ occasione litis in hac S. Congregatione, uti videre est in *Derthonen. 6. Julii 1726. ad IV. Dubium*, in *Leodien. Residentiæ 12. Junii*, et in *Adjacen. Distributionum 21. Augusti 1762.*

Alia ad controversias hujusmodi spectantia plenius haurient

rient EE. VV. ex Allegationibus hinc inde distribuendis, ut dirimere possint

### Dubia

- I. An constet Ecclesiam S. Antonii Abbatis esse Collegiatam, et Parochialem in casu etc.
- II. An constet de jure privato Fontis Baptismalis favore Ecclesie S. Antonii in casu etc.
- III. An sollemnis Benedictio Fontis Baptismalis in Ecclesia S. Antonii spectet ad Canonicos, seu potius ad Parochos SS. Salvatoris, et S. Leonardi in casu etc.
- IV. An ad Parochos spectet jus ministrandi Parochianis SS. Eucharistiam in Ecclesia S. Antonii intra quindenam Paschalem in casu etc.
- V. An et quomodo asservari debeant claves Baptisterii, Tabernaculi SS. Sacramenti, et Olei Sancti in Ecclesia S. Antonii existentium in casu etc.
- VI. An jus canendi Missam solemnem fer. V. in Cena Domini in Ecclesia S. Antonii spectet ad Canonicos, seu potius ad Parochos in casu etc.

Et quatenus affirmative favore Canoniorum

- VII. An Canonico Missam solemnem celebranti liceat SS. Eucharistie Sacramentum ministrare Canonicis, aliisque Clericis Collegialiter sortitis ad dictis in casu etc.
- VIII. An benedictio et distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum in Ecclesia S. Antonii spectet ad Canonicos, seu potius ad Parochos in casu etc.
- IX. An jus peragendi Tridua, Novenas, aliasque similes functiones etiam cum expositione SS. Sacramenti in Ecclesia S. Antonii spectet ad Canonicos, seu potius ad Parochos in casu etc.
- X. An generales Processiones tam Synodales, quam pro causa publica inchoari debeant in Ecclesia S. Antonii, et in ea terminari in casu etc.
- XI. An in eisdem generalibus processionibus Parochi praeire debeant Canonicis in casu etc.
- XII. An Canonicis ab haeredibus vocatis et Capitula-

*lariter intervenientibus in associatione Cadaverum ad Ecclesiam S. Antonii delatio Stolæ spectet ad Canonicum digniorem, seu potius ad Parochum defuncti in casu etc.*

**XIII.** *An Capitulo ab hæredibus vocato et capitulariter interveniente jus canendi Missam cum Diacono, et Subdiacono, peragendi officium, et absolutionem impertiendi super Cadavera in Ecclesia S. Antonii spectet ad Canonicos, seu potius ad Parochum defuncti in casu etc.*

**XIV.** *An, et quomodo sit locus refectio*n*i expensarum in casu etc.*

Ad I. Ecclesiam S. Antonii esse Collegiatam et matricem.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. Affirmative.

Ad V. Affirmative penes Sacristam, et ad mentem.

Ad VI. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. et IX. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad X. Affirmative in omnibus ad formam consuetudinis, exceptis prout de more processionibus in feriis secunda, et tertia Rogationum.

Ad XI. Affirmative, reservato loco digniore Canonicis.

Ad XII. Servetur solitum.

Ad XIII. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XIV. Quoad expensas peractas in Curia Episcopali servetur sententia Vicarii Generalis, quod vero ad expensas in S. Congregatione non esse reficiendas.

**M**ONTIS ALTI CAPELLANIÆ. Pluries dimicatum est inter Sacerdotem Trojani, et Clericum Pellei super Capellania Tassi; die autem 27. Maji hujus anni proposito Dubio = *An sit standum in primo, vel secundo loco decisus in casu etc.* placuit EE. VV. responsum dare = *Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem, quæ fuit, ut transmittantur Episcopo exempla utriusque donationis Athanasio Santori attributa, et a partibus exhibita, ad effectum perlustrandi sive per se, sive per idoneam personam ab eo deputandam authographos codices, ex quibus extracta fuisse asseritur, eisque collationis, de resultantibus super legitimitate instrumentorum earumdem donationum, nec non de reliquis ad rem faciendis certiores.*

Episcopus hæc retulit „ Perlustrare feci authographos  
 „ Codices, a quibus fuerunt extracta ( exempla do-  
 „ nationis Athanasii ) et asservatos in publico Ar-  
 „ chivio Loci Montis Falconum, quo ad hujusmodi  
 „ effectum personaliter se contulit meus Vicarius Ge-  
 „ neralis a me specialiter deputatus; et facta per eum-  
 „ dem diligenti collatione de verbo ad verbum di-  
 „ ctorum exemplorum cum originalibus Instrumen-  
 „ tis donationum, adinventæ fuerunt in omnibus par-  
 „ tibus plene conformia, illaque propterea remitto.

Indicta certaminis die utriusque Partis Defensores alle-  
 gationes typis edere curarunt, cumque Defensor Sa-  
 cerdotis Trojani nihil novi sive in facto, sive in jure  
 afferat, ideo ne actum agere videar, consulto hic re-  
 ferre prætermittam.

Defensor vero Clerici Pellei contendit, Athanasio tri-  
 buendam esse vocem ex intestata ejus Sororis Petronil-  
 læ hereditate proficiscentem: cum enim ipsa an. 1817.  
 e vita decesserit, ac proinde longe post Athanasii do-  
 nationem, in dubium revocari non potest, in eadem  
 donatione minime comprehensam fuisse vocem ju-  
 rispatronatus ad Petronillam pertinentem; siquidem  
 jura futura nunquam consentur donata, nisi in do-  
 nationis tabulis id expresse cautum reperiat.

Quin imo idem Defensor insurgit contra donationem ab  
 Athanasio favore Alexii in Oppido *Communanza* exple-  
 tam, eamque in primis jamdiu evanuisse affirmat,  
 tum ob supervenientiam Filiorum, tum ob defe-  
 ctum

ctum causæ finalis. Dein inquit, fidem potius habendam esse donationi in Oppido S. Martini rogatæ, quam donationi in Castro *Communanza* peractæ. Præterquam enim donatio minoris stricte est interpretanda, etiamsi accesserit auctoritas Curatoris, ac decretum Judicis, illud insuper animadvertere præstat, quod istæ donationes exletæ dicantur eodem die, eodem anno, eodemque stipulante Notario, licet in Locis inter se longe dissitis, ac propterea in dubio aut utraque donatio nullius roboris est renuntianda, aut illi deferendum est, quæ donantis juribus minus detrahit.

Reliqua fusius haurient Eñi Patres ex foliis dierum 12. Julii 1823., 26. Februarii 1825., 27. Maji 1826. et ex allegationibus utrinque distributis, ut decernere valeant.

*An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu etc.*

In secundo loco decisis, et amplius.

Sess. 25. Cap.  
4. de reform.

**B**ONONIEN. ABSOLUTIONIS ET REDUCTIONIS. = Actum est de hac causa in Comitii diei 27. Aprilis 1822., et duobus propositis dubiis: I. *An et quomodo sit concedenda reductio in casu etc.* II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.* rescriptum prodiit: Ad I. et II. *Affirmative juxta votum Eñi Relatoris*, nempe Eñi ac Rñi Domini Cardinalis Guerrieri, cujus sapientiæ concredita fuit Parochorum petitio, ut de ea votum suum panderet. Cum vero iidem Parochi primi Dubii resolutioni haud sibi quiescendum esse existimaverint, idcirco die 24. Maji 1823. rogati fuerunt Eñi Patres: *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum dubium in casu etc.*, ac responsum dederunt: *In decisis juxta votum Eñi Relatoris, facta reductione expensarum, et legatorum præter Missas, nisi voluntas fundatorum alia pia opera prædilexerit.* Huic Sacro Ordini denuo se sistunt Parochi Administratores, et absolutionem postulant pro præteritis omissionibus ad integrum superiorem annum 1825. Oblatæ preces, post requisitam ab Eñio

ca. Rmo. Domino Cardinali Archiepiscopo novam informationem, ablegata fuerunt eidem Eno Guerriero, qui rem rursus perpendere, et elucubratisimum dignatus est edere rotum, quod integrum in calce hujus folii transcribendum curavi.

Reassumptis itaque foliis dierum 27. Aprilis 1822., ac 21. Maji 1825, vestrae Sapientiae erit Eui Patres respondere.

**Dubius**

*I. An et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum dubium in casu etc.*

*II. An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad praeteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. In decisis, et ad mentem.

Ad II. Affirmative, celebratis decem missis lectis, et una cum castro.

**ALBEN. PRÆBENDÆ PAROCHIALIS**

*Sess. 7. cap. 7. de reform.*

**Dubium**

*An, et quomodo precibus Episcopi sit annuendum in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus

**VITERBIEN. EXECUTIONIS LITTERARUM APOSTOLICARUM.**

*Sess. 25. cap. 7. de reform.*

*An, et cui competat jus exequendi Litteras Apostolicas in casu etc.*

**VITERBIEN. JURIUM PAROCHIALIUM.**

*Sess. 4. cap. 4.*

Montis Alti de Castro Viterbiensis Diocescos, praeter unicum Parochialem Ecclesiam, Sacram habet E-  
diculam Sodalibus S. Crucis conceditam, et a Paro-

chiali Ecclesia penitus sejunctam. Jam inde ab anno 1721. quædam exarserunt controversiæ Archipresbyterum inter, ac Populum et, Sodalitiæ jussu Opidi super emolumentorum perceptione, easque composuit Adrianus Sermattei tunc Episcopus Viterbiensis. Aliæ nunc exortæ sunt quæstiones inter Archipresbyterum Josephum Corradi, et Confraternitatem S. Crucis. Contendit Archipresbyter Cadavera Sodalium memoratæ Confraternitatis ad Ecclesiam Parochialem esse omnino deferenda pro funere peragendo, nedum ubi defuncti sepulturam in Ecclesia S. Crucis sibi elegerint, verum etiam si expresse caverint, ut funus in Ecclesia tumultante perficiatur: sin minus censet omnia emolumenta funeris in Ecclesia S. Crucis peracti sibi esse tribuenda. At vero Sodales antiqua innixi consuetudine arbitrantur, funus in Ecclesia tumultante esse peragendum, quoties defuncti Confratres id expresse mandaverint, et tunc portionem tantum canonicam a Parocho exigi posse. Contendit præterea Archipresbyter ad se, non autem ad Capellanum Confraternitatis pertinere jus in Ecclesia S. Crucis, solemnioribus præsertim diebus, Missam solemnem, ac Vesperas canendi, aliasque sacras obeundi functiones. E contrario Confratres autumant sacras omnes functiones a Capellano esse perficiendas, nisi Archipresbyterum pro suo lubitu acciverint.

Re ad hunc S. Ordinem ab Archipresbytero delata, rogatus fuit de informatione et voto Vicarius Capitularis, cum Viterbiensis Ecclesia tunc suo esset viduata Pastore. Ipse autem in primis ait, quod *quamvis Confraternitatis hujus canonicæ erectionis documenta non habeantur, ejusdem tamen antiquitas, Visitationum Episcopaliū Decreta, recensque ad istius Confalonis Urbis Archiconfraternitatem associatio, canonicam erectionem præsumere faciunt.* Deinde quod pertinet ad sacras functiones, subdit, *hoc jus cum inter Parochialia non recenseatur, ex natura rei, et consuetudine, ut ex annexo plurium Confratrum folio resultat, ad Capellanum spectare debet.* Dum quoque ad funera addit: *jus sepeliendi in dicta Ecclesia S. Crucis, si a defunctis ibidem electa sit sepultura, tum jure communi, tum ex Decretis die 5. Martii 1721. a Viterbiensi Epi-*



scopo Adriano Sermattei editis habent Confratres. Hinc si exequiæ fiant in Ecclesia Parochiali integrum funus ad Archipresbyterum; si autem in Ecclesia S. Crucis eidem quarta pars tantum debetur præter scutata duo, de quibus in supradictis decretis, et Confratrum folio. In Ecclesia autem S. Crucis fieri tantum debent, quando id expresse voluit Defunctus.

Et re sane vera extat plurimum Confratrum testimonium qui unanimiter fatentur, Archipresbyteros tunc solum sacras functiones in Ecclesia S. Crucis perfecisse, cum Sodalitas proprium non haberet Capellanum. Hodiernum ergo Archipresbyterum sicuti et cæteros accitos asserunt honoris atque officii causa dumtaxat, ac proinde nullum sibi jus comparare potuisse; cum ex actibus facultativis per quodcumque temporis spatium exercitis nec jus, nec obligatio inducatur, S. Congreg. in Bricinorien. Paroeciarum 8. Maji 1824. §. Parochi, et in Fulginaten. Fontis Baptismalis 20. Novemb. ejusdem anni §. Nihil. Jam vero Sodalitates erectas in Ecclesiis sejunctis a Templo Parochiali posse per Capellanum independenter a Parocho explere quascumque sacras functiones in propriis Ecclesiis, vel Oratoriis, dummodo non sint prohibita a Decretis generalibus, et constitutionibus Synodalibus, declaravit hæc S. Congregatio in Bononien. 15. Maji 1728. ad VI. Dub. A Decretis autem generalibus vetitum sane est Confraternitatibus functiones mere Parochiales exercere, Card. de Luca de Paroch. disc. 31. n. 4., Fagn. de jurep. part. 1. can. 4. cas. 9. n. 4. sed pro exercitio functionum ecclesiasticarum non Parochialium nullam habent dependentiam a Parocho, intra cujus Paroeciæ limites sitæ sunt earum Ecclesiæ, quemadmodum decrevit S. R. C. in Decretis Urbis et Orbis 10. Decembris 1703. ad III. et IV. dubium apud Bened. XIV. Instit. eccl. 105. §. 93. Hinc celebrationem Missæ solemnis sive pro vivis, sive pro defunctis, vespas in solemnioribus earumdem Ecclesiarum festivitibus, ceterasque hujusmodi sacras functiones ad Capellanum Sodalitatum independenter a Parocho pertinere respondit S. R. C. in cit. Decret. ad X. Dub., atque etiam hæc S. Congregatio in Telesina Anniversarii, et Missæ Solemnis

9 Februarii 1752. ad I. et II. Dub., et in *Asculana Jurium Parochialium* 29. Augusti 1753. ad VIII. Dub. De funeribus autem rem apertam esse arbitrantur Sodales. Nam in dubium revocari non potest, Ecclesiam S. Crucis jure sepeliendi pollere cadavera Confratrum, qui in eadem Ecclesia sepulturam sibi elegerint, cum id nec ipse inficietur Archipresbyter, et anno 1721. decreverit Episcopus Sermattei, statuens = *quanto alli Confratri delle Compagnie resti alli medesimi libera l'elezione della Sepoltura, ed all' Arciprete se le debbuno gli emolumenti prout de jure.* Quod quidem Decretum consonum est sententiæ hujus S. Congregationis in *Valven. seu Sulmonen* 10. Maji 1727.; proposito enim dubio, an in Ecclesia S. Mariæ Liberatrici, sita intra fines Ecclesiæ Parochialis, liceret habere sepulcra, et possent cadavera tumulari absque licentia Parochi, respondit: *licere habere sepulcra accedente licentia Episcopi, et posse in eis cadavera tumulari, si eligatur sepultura, absque licentia Parochi, sed salvis juribus Parochialibus.*

**Ex** jure autem sepeliendi alieni Ecclesiæ sive Sæculari, sive Regulari impertito duo sequuntur. Primum; quod cadavera defunctorum, qui sepulturam in ea elegerint, antea deferri nequeant ad Ecclesiam Parochialem, sed recto tramite ad Ecclesiam tumultantem sint asportanda, ibique expositio, ac funæbria officia peragenda, S. Congreg. in *Lucana Funerum* 14. Martii 1722., et in *Civitatis Castellanae Funerum* 18. Februarii 1764. ad I. Dubium, quamvis superioribus temporibus prius ad Ecclesiam Parochialem deferri consueverant, S. Congreg. in *Tolentinaten Funerum* 6. Februarii 1734., nisi defunctus, vel hæres aliter ordinaverint, S. Congreg. in *Volaterrana* 16. Martii 1726. ad II. Dub. Alterum, quod omnia funeris emolumenta spectent ad Ecclesiam tumultantem, et exponentem, dempta quarta funeraria pro Parocho defuncti. Reque vera S. Congreg. in *Asculana Jurium, et Functionum Parochialium* 29. Augusti 1753. censuit, *quartam funeralem dumtaxat competere Parocho, reliqua vero emolumenta funeris spectare ad Ecclesiam tumultantem, jus enim parochiale consistit in humatione cadaverum*

illorum Parochianorum, qui non habent, aut non elegerunt sepulturam, in exactione quartæ funeralis, uti post *text. in cap. Ex part de sepult., Clement. Dudum eod. tit. tradit Fagn. loc. cit. cas. 8. num. 2. et seqq.*, atque in jure peragendi officium funebre super cadaveribus, quando sepeliendi sunt subjecti Parocho, intra cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium tumulans nulla præditum exemptione, *S. R. Congr. in cit. decret. Urbis et Orbis ad XX. Dub.*, sin vero Parochus vocatus renuat, aut alium Sacerdotem non substituat, potest Rector Ecclesiæ, vel Capellanus exequias explere, ceu respondit hæc *S. Congreg. in Bononien. 28. Julii 1724. ad IX. Dub.* In themate igitur, pergunt Sodales, conqueri nequit Archipresbyter, si in Ecclesia S. Crucis tum solum cadavera condantur, ac funebria officia exerceantur, quando *i Fratelli con ultima loro espressa volontà han disposto di voler essere tumulati ed esposti in detta Chiesa di S. Croce, ed allora semplicemente percepisca tumulazione, associazione, Uffizio, Messa, e quarto della Cera; meno di che l'Arciprete sempre percepisce per l'intero.* Verum Archipresbyter pro tuendis juribus Parochialibus multa in medium affert, quæ adductis Sodalium rationibus adversantur. Et primo quidem quod attinet ad sacras functiones, Confratrum testimonium rejiciendum esse putat; omnibus enim in re propria dicendi testimonii facultatem jura submoverunt, *L. omnibus Cod. de testib.* Deinde testimonium profert cujusdam Joannis Baptistæ Ferrari annos nati sexaginta et unum qui asserit „ aver veduto farsi sempre le sagre funzioni in detta Chiesa di S. Croce dagli Arcipreti pro „ tempore Belpassi, Locatelli, dagli Economisti dell'Arciprete Candelori con la massima quiete e con tutto il buon ordine, non ostante che vi fossero li rispettivi Cappellani. „ Huic autem consuetudini, subdit Archipresbyter, accedit assistentia juris; siquidem Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam super omnibus Ecclesiis et Oratoriis sitis intra Parochiæ limites pro exercitio Sacrarum functionum, uti colligitur *ex cap. Directus de Capell. Monach., et firmat Rot. decis. 214. n. 6. part. 12. recent.*

Præterea ex ipso Decreto ab Episcopo Sermattei anno 1721,

edito erui posse videtur jus canendi Missas, aliasque functiones ecclesiasticas in Ecclesiis Oppidi Montis Alti, ac proinde etiam in Ecclesia S. Crucis explendas spectare ad Archipresbyterum. Etenim nulla Ecclesiarum facta mentione, in quibus Sacra cum cantu sunt litanda, Vesperæ solemnes canendæ, et ceteræ sacræ functiones peragendæ, sanxit idem Antistes,,  
 ,, Per le Messe Cantate tanto per li vivi che per li  
 ,, Defonti si debba all'Arciprete giulj quattro per Mes-  
 ,, sa, e non più, e l'istesso debba conseguire quando  
 ,, interverrà alle Feste in altre Chiese . . . Circa gli  
 ,, Anniversarij si facciano questi nei giorni fissi, e in  
 ,, ore comode al detto Arciprete, Officiali, e al Po-  
 ,, polo, al qual effetto sarà incumbenza dell'Arcipre-  
 ,, te portarne l'avviso al Cappellano delle Confraternite.  
 ,, Che per le altre sagre Funzioni si debba all'Arciprete il  
 ,, doppio di quello suol darsi agli altri semplici Sacerdoti.,  
 Huic vero decreto sese accommodare debent Sodales S. Crucis; nam tametsi S. R. Congregatio in Decretis Urbis et Orbis ad controversias Parochos inter, ac Sodalitates componendas plura sanciverit; nihilominus ea non fuit Congregationis mens, ut Episcopi impedirentur, quominus aliquid iisdem decretis contrarium decernerent, si aliqua legitima causa intercederet, aut Diœcesis utilitas exposceret, quemadmodum aperte constat ex ipsis decretis, ac sapienter animadvertit Benedictus XIV. *Instit. eccl.* 105. art. 5. §. 94. et seqq.

Demum Cadavera Confratrum ad Ecclesiam Parochialem antequam sepulturæ tradantur, deferenda esse contendit pro funere ibidem peragendo, etiamsi Sepulchrum in Ecclesia S. Crucis elegerint, ibique exequias expleri præceperint: sin minus ad Parochum omnia funeris emolumenta spectare arbitratur. Adeo enim in præsens Sodalium S. Crucis auctus est numerus, ut perpauci in Parochiali Ecclesia sepeliantur, ac proinde Archipresbyter iis privatur emolumentis, quibus constituta est Parochorum congrua, S. *Congreg. in Camerinen. Funeris 23. Junii 1821.* §. *Insuper.*

Itaque proponuntur

- I. *An celebratio Missæ solemnis tam pro vivis quam pro defunctis in Ecclesia S. Crucis spectet ad Archypresbyterum, seu potius ad Capellanum Sodalitatis in casu etc.*
- II. *An jus canendi Vesperas, aliasque sacras obeundi functiones non parciales in eadem Ecclesia spectet ad Archipresbyterum, seu potius ad Capellanum Sodalitatis in casu etc.*
- III. *An, et quando Cadavera Confratrum recto tramite sint deferenda ad Ecclesiam tumulantem, seu potius antea sint asportanda ad Ecclesiam Parochialem pro funere peragendo in casu etc.*
- IV. *An, et quæ emolumenta funeris in Ecclesia S. Crucis peracti spectent ad Archipresbyterum in casu etc.*
- V. *An, et ad quem spectet jus peragendi Officium funebre super Cadaveribus in Ecclesia S. Crucis in casu etc.*

**T**ERRACINEN, ET SETINA ADMINISTRATIONIS LÉGATI PII, ET REDUCTIONIS MISSARUM. Paulus Botticelli ultimo, quo decessit, elogio diei 6. Decembris 1821. animam suam hæredem scripsit, jussitque omnia bona sua distrahi, et pretium in celebrationem Missarum erogari. Testamentarium Executorem nominavit Avunculum suum Josephum Lupoli, qui, aliquibus bonis distractis, ac pretio juxta Testatoris voluntatem impenso, obtinuit a Sa. Me. Pio VII., ut ex reliquo asse Botticelli Legatum perpetuum Missarum ad rationem eleemosynæ manualis juxta Taxam Dioecesanam ab Episcopo constitueretur.

Sess. 24. cap. 12. et Sess. 25 cap. 4. de reform.

Legati curam, et administrationem Joseph jamjam moriturus commendavit Leonardo Boffi ejus Filiiæ Magdalenaë Viro, quem in posterum ejusdem Legati Administratorem Episcopus Terracinensis in S. Visitatione renunciavit, decrevitque, ut quolibet anno Missæ septuaginta duæ in perpetuum celebrarentur. Rescriptum deinde prodiit R. P. D. Auditoris SSm̃i diei 16. Junii 1825. quo decretum Episcopi in sacra Visitatione latum confirmavit etiam quoad designationem numeri Missarum, licet Pontificis Prædecessoris rescripto fortasse non consentaneam, ita tamen ut bona provenientia ex hereditate Pauli Botticelli . . . post obitum Leonardi Boffi Ecclesiæ Episcopo benevisæ addicantur, eorumque administratio, et emolumentum Clerico, vel Sacerdoti ab Ordinario pro tempore eligendo cum onere prædictarum Missarum tribuantur. Verum ad hanc S. Congregationem confugit Magdalena Lupoli Boffi, petens ut Administratio Legati ejus Descendentibus in infinitum concederetur, masculis prælatione in concursu faminarum tributa, et ejusdem Administrationis exercitio Primogenitis sive masculis sive fœminis adscripto; idque si per Litteras Apostolicas in forma Brevis indulgeatur Canonicus Blasius Lupoli Oratricis Patruus spondet, se statim aucturum pium Legatum annuo reddito scut. 6r. cum onere tantum Missarum decem quolibet anno pro ejus Anima celebrandarum, nec non scut. 200. numeraturum alicui pauperi Ecclesiæ Parochiali arbitrio Episcopi applicanda.

Rogatus Episcopus respondit, sibi videri = hujusmodi  
 „ consilium Canonico Lupoli fuisse divinitus immis-  
 „ sum. Cum enim Parochialis Ecclesia S. Andreaë  
 „ Apostoli Setinæ maximopere indigeat reparatione,  
 „ quod ni fiat, brevi præceps ruet, nihil opportu-  
 „ nius accidere poterat dicta oblatione. Annuendum  
 „ ergo censeo, et Literas in forma Brevis expediendas  
 „ esse. Inito etiam consilio inter Leonardum Boffi  
 „ Magdalenaë Lupoli Conjugem, ejusque, et Canonici  
 „ Blasii Lupoli Procuratorem, et me Episcopum no-  
 „ mine Ecclesiæ Setinæ, cogitavimus dictum Lega-  
 „ tum pium utilius reddere Ecclesiæ et Populo. Plä-  
 „ cet siquidem Familiæ Lupoli Boffi committere Ca-

- „ pitulo Cathedralis Setinæ electionem Sacerdotis, qui  
 „ Missas celebret, præferendo Sacerdotem de Cognatione  
 „ Lupoli, si velit ad meridiem celebrare indicto Templo diebus  
 „ Festis de præcepto pro Populi commoditate: sin minus alius  
 „ Sacerdos a Capitulo eligatur cum pari onere. Hoc pacto providebitur  
 „ Ecclesiæ pro celebratione Festiva Missarum ultimarum,  
 „ scilicet circa meridiem, cum aliis ex Legatis non suppetant,  
 „ nisi num. 16. Missæ.
- „ Administrator Legati pii Botticelli assumit pro se; et  
 „ Successoribus onus solvendi Capitulo Setino annua  
 „ scut. 12. 50 in singula trimestria initio uniuscujusque  
 „ trimestris. Sed quia elemosyna, quam dicunt manua-  
 „ lem, obtineri finis non potest, stante destinatione diei  
 „ Festi, horæ antemeridianæ, et Loci; scilicet Cathedralis;  
 „ opus est, ut S. Congregatio dignetur Missas 82. reducere  
 „ ad solas quinquaginta, quod enixe precor. =

Hisce EE. VV. per supplicem Libellum die 17. Decembris 1825. propositis, rescriptum prodiit *Dilata et scribatur Episcopo, qui referat magis precise, si sit necessaria reductio non obstante augmento redditus in scut. 61. et idem Episcopus curet, ut Canonicus Lupoli præstet consensum pro celebratione Missarum absque reductione.*

- Episcopus injuncto muneri plene satisfacit, hæc edisserens „ Canonicus Blasius Lupoli relinquere proposuit Nepti suæ  
 „ Magdalenæ Lupoli et ejus Filiis masculis ex mas-  
 „ culis substituendo in eorum defectu etiam Fæminas  
 „ annuos redditus scut. 61. Ut autem id obtineret,  
 „ præsertim cum Fideicommissa variis Legum mutationibus  
 „ sint obnoxia, instituit Legatum pium Missarum  
 „ decem quolibet anno administrandum iisdem  
 „ conditionibus substitutionibus ab ejus Nepte  
 „ Magdalena, et a Filiis, qui ab ea nascerentur,  
 „ cum substitutionibus ut supra.
- „ Hujusmodi Legatum pium instituire paratum se exhibet  
 „ Canonicus Blasius Lupoli, si administratio Legati  
 „ Botticelli Missarum annuarum 72., ejusque reddituum,  
 „ qui ex Decreto Auditoris SSi in Episcopum post mortem  
 „ Leonardi Bossi recidere de-

- „ buisset, filiis et hæredibus ejusdem in perpetuum  
 „ relinqueretur. Quod si fiat offert Episcopo scut. 200.  
 „ insumenda in reparationem Sacræ alicujus Ædis  
 „ Parochialis. Ea res mihi Episcopo mirifice placuit  
 „ quia Parochiale Templum S. Andræ Setinæ indi-  
 „ get quam maxime reparatione.
- „ Hucusque nil adest difficultatis, quia numerus Mis-  
 „ sarum servatur idem omnino. At vero alia posset  
 „ obtineri utilitas publica. Si nempe Missæ ejusdem  
 „ Legati compositi ex utroque scilicet Botticelli Mis-  
 „ sarum 72. et Lupoli Missarum 10. quæ in integrum  
 „ sunt Missæ 82. quotannis celebrandæ addicerentur  
 „ ad exhibendum Populo Setino commodum Mis-  
 „ sæ ultimæ ad meridiem in ea Cathedrali.
- „ Nihil interest Familiæ Lupoli summa scut. 12. 50. ,  
 „ quam debent impendere pro celebratione Missarum  
 „ 82. ad taxam eleemosynæ manualis sine circumscri-  
 „ ptione temporis et loci, applicetur potius Missis  
 „ quinquaginta celebrandis ad meridiem et in Ca-  
 „ thedrali ad Populi commodum. Quare si placet Vo-  
 „ bis EE. PP., ut nulla fiat reductio, decernite pro  
 „ Sapientia vestra et arbitrio. Sed si arridet consilium  
 „ consulendi Populi utilitati, exhibita Missæ cele-  
 „ bratione prope meridiem et in Cathedrali, neces-  
 „ se est, ut eleemosynam uberiores permittatis. Quod  
 „ obtineri non potest, nisi imminuto Missarum ce-  
 „ lebrandarum numero.
- „ Solent quidem Canonici Cathedrali imperare sibi in  
 „ orbem hujusmodi Missæ ultimæ celebrationem, sed  
 „ cum Canonici sint tredecim tantum, et redditus  
 „ valde sint tenues, onus Missæ ultimæ fit admodum  
 „ grave, et quandoque deest in Cathedrali, non si-  
 „ ne Populi offensione. Quare opportunum esse cen-  
 „ serem ut novo hujusmodi reductionis remedio onus  
 „ Canonicorum reddatur levius, et eorum inopiæ non-  
 „ nihil occurratur = Insuper transmittit Episcopus sta-  
 „ tum activum, et passivum legati pii, ex quo erui-  
 „ tur redditus ad scut. annua 44. 80. pertingere, sum-  
 „ ptus vero, comprehensis etiam scutis octo pro le-  
 „ gati administratione; conflare annuam summam  
 „ scut. 44. 90  $\frac{1}{2}$



Administratio perpetua a Magdalena Lupoli-Boffi pro suis descenditibus petita nihil detrahit substantiæ Legati pii, et præsumptæ cohæret voluntati Testatoris Botticelli, cum nihil sit naturæ hominum conformius, quam ut quisque fiduciam suam colloquet in iis potius, quos magis diligit ob sanguinis conjunctionem, quam in extraneis, *arg. nov. 118. de hered. ab intest.* quæ vero a Canonico Lupoli proponuntur approbatione digna videntur, quoniam augmentum Divini cultus spectant, ac publicæ utilitatis, et necessitatis causam præferunt, *Pignat. caus. canon. 80. n. 6. tom. 4. Piton. discept. Eccl. 69. n. 5. et 13.*

Utilitas quoque in eo adesse videtur, quod prope meridiem pro Populi commoditate Missa celebretur. Neque novum est, quod major elemosyna Sacerdoti præstari oporteat, qui certo loco et hora admodum incommoda Sacrificium offerat. Igitur utilitati necessitas accedit reducendi Missas, et revera S. Congregatio ad augendam elemosynam reductionem Missarum indulgit in *Mediolanen. 9. Aprilis 1726.* et in *Bononien. reductionis Missarum 29. Maji 1824. §. Inde vero.*

Verum animadvertere præstat, quod si Oratricis precibus Eñi Patres annuerent, quæsito ab Episcopo juri nominandi Capellanum derogaretur, et administratio Bonorum pii Legati aliquando a feminis foret obeunda. Præterea ad tramites Pontificii Rescripti reditus omnes Legati Botticelli erogari debent in celebrationem Missarum ad rationem elemosynæ manualis juxta taxam Diæcesanam, ideoque major Missarum numerus, quam septuaginta duæ, foret implendus, si annui fructus id sinerent.

Quod vero pertinet ad reductionem, Populi quidem commoditati, et Ecclesiæ Cathedralis cultui prospiceretur; at pius Testator majori privaretur suffragiorum numero. Decernere itaque EE. VV. dignentur

- I. An, et quomodo sit annuendum precibus Magdalene in casu etc.
- II. An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.

Sess. 25. Cap. 4.  
de Reform.

**U**RBANIAN. REDUCTIONIS, ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Causæ hujus seriem habent. Eñi Patres in folio diei 2 Augusti 1823., in qua hæc proposita fuere dubia: I. *An et in qua summa ex redditibus Legatorum Ubaldini sit præstandum annuum stipendium Confessario monialium in casu etc.* II. *An, et quomodo Missarum reductio sit concedenda in casu etc.* III. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad præteritas omissiones in casu etc.* IV. *An bona Legatorum Ubaldini sint unienda Monasteria in casu etc.*, die vero 22. Novembris responsum prodiit. Ad I. *Negative.* Ad II. *Negative, et Missas celebrandas esse ad eleemosynam obolorum quindecim.* Ad III. *Affirmative etiam ad effectum condonationis, celebrata unica Missa de Requie cum cantu, et assistentia omnium monialium pro Anima Fundatoris.* Ad IV. *Negative, firma remanente separata administratione, et facultate adimplendi per Confessarium onera, eidem solutis redditibus legatorum, et Episcopus curet fieri inscriptionem hypothecariam.* Iterum preces S. Congregationi Moniales porrexerunt, quibus reductionem Missarum ex Legato Ubaldini proficiscentium, et ad rationem eleemosynæ obolorum quindecim celebrandarum efflagitant, ut saltem annua scut. 20. Confessario suppeditare valeant. Quum enim Monasterio S. Clare utpote in Provinciis, quas vocant, *di prima ricupera*, existenti, illa solummodo restituta fuerint bona, quæ ex communi rerum ecclesiasticarum naufragio superfuerant, ideo Moniales tantæ rei familiaris angustia premuntur, ut annui reditus impares omnino sint ferendis oneribus.

Requisitus Episcopus pro informatione et Voto retulit veritati esse apprime consona, quæ Moniales in supplici Libello enarrarunt „ Etenim in dubium haud „ revocari potest Monasterium S. Clare nequaquam „ dotationem sufficientem habuisse pro sustentandis „ Monialibus, habita ratione ad stipendium Confessario debitum, nec non ad alias expensas necessarias, uti evenit reliquis Monasteriis in provinciis, „ quæ secundo Pontificiæ Ditioni redditæ sunt, adnu-

„ me-

„ meratis. Restitutionem quidem bonorum obtinuit;  
 „ verum bona ita in manibus extincti Demanii de-  
 „ teriorata fuere, ut grave damnum, et notabilem  
 „ reddituum diminutionem Monasterium expertum sit.  
 „ Nulli itidem dubium de amissione unius census  
 „ sortis scut. 200. . . . itidem ob defectum inscri-  
 „ ptionis a Demanio omissæ, Monasterium antero-  
 „ ritate amisisse in Bonis de Romanis et Battelli de  
 „ Forosempronii alterius census in summa scut. 1251...  
 „ Quæ cum ita sint, quis est, qui non videat Mo-  
 „ nasterium prædictum in acceptione Bonorum, quæ  
 „ ad ipsum antea pertinebant, damnum, præjudi-  
 „ ciumque retulisse? Si ergo hoc me: Augustinus  
 „ Zamperolius auctoritate ordinaria et delegata, cau-  
 „ sa rationali motus, Oratricibus impertitus est, ut  
 „ a Legato Ubaldini scuta viginti annua tollerent pro  
 „ stipendio Confessarii; æque rationi consonum vide-  
 „ tur, Moniales saltem obtenta gratia non privari hi-  
 „ sce temporibus, quibus earum status Æconomi-  
 „ cus pejorem conditionem sortitus est. Ipsæ tam tem-  
 „ pore ante Monasterii suppressionem, quam post  
 „ ejus repristinationem plerumque in numero vigin-  
 „ tiquatuor extiterunt, et adhuc extant.  
 „ Ex statu activo et passivo tam ante suppressionem,  
 „ quam de præsentibus, cum clare pateat quod usque  
 „ ad annum 1823. exitus introitum in scutis 392. una  
 „ cum obolis 13. superavit; et de anno 1824. deficienti-  
 „ bus scut. 234. 26. ad omnia onera, quæ Monasterium  
 „ gravitant adimplenda, consequens erit Monasterium  
 „ vera laborare impotentia aliter supplendi pro stipendio  
 „ Confessarii; quin imo nisi suprema beneficentia Mo-  
 „ nasterium istud sublevetur, sive notabili vectiga-  
 „ lium diminutione, sive alio meliori modo, cito  
 „ corruere necesse est.

Quare EE. VV. resumere precor folium diei 2. Augu-  
sti anni 1823., ac dirimere

## Dubia

I. *An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad I. dubium in casu etc.*

II. *An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad II. dubium in casu etc.*

## V O T U M

*Em̃i et R̃mi Cardinalis Guerrieri Gonzaga*

## I N C A U S A

*Bononiens. Absolutionis et Reductionis*

**A**b anno usque 1821. preces Sanctissimo porrexere Administratores Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis Divo Petro dicatæ, alteriusque Subsidiariæ sub titulo S. Nicolai vulgari cognomento nuncupatæ *degl' Albari*, ut non modo absolutionem Legatorum, piorumque onerum ad eam usque diem inadimpletorum a Pontificia Suprema potestate referrent, verum quoque eorundem onerum, piorumque Legatorum reductionem aliquam variis ex congestis, enarratisque causis obtinerent. Precibus ab Auditore Sanctissimi Sacro huic Consessui ablegatis, meam EE. VV. placuit animi exquirere sententiam, in qua pandenda censui reductione generatim postulata forte nulla Legata, indictaque piis a Testatoribus onera indigere, dummodo juxta prudens Em̃i Archiepiscopi arbitrium nonnullæ attenuarentur, cohiberenturque expensæ, quibus administratio præter modum onerata videbatur; et quatenus reductio aliqua, indeclinabilis at tamen foret, locus habere posset, consultum semper vero juxta Archiepiscopi arbitrium exilibus aut super eleemosynis pauperibus elargiendis, vel dotalibus subsidiis puellis conferendis, neququam autem incruentis super Sacrificiis, quorum numerum piis a Testatoribus præstitutum integrum semper, immunemque qualibet a reductione esse debere ratus fui, quo vero ad onera anteactis temporibus haud impleta ad annum totum usque 1821. consulendum putabam Sanctissimo super absolutione, præscripto tamen onere celebrationis unius Missæ cum cantu.

Re mature in Congregatione diei 27. Aprilis 1822. ab EE. VV. perpensa, insimulque ad trutinam meo voto subacto; geminis sub dubiis Administratorum petitione Sacro huic Consessui proposita venit, absolutaque

que quoad utrumque Dubium consono cum Rescripto = *Affirmative juxta votum Eñi Relatoris* =.

Laud tamen hoc accepto responso animum despondere Administratores, qui postulatae semper reductioni inhaerentes novas Sacrae Congregationi preces obtulerunt, Eñio Archiepiscopo iterum pro novo, accuratiorique examine informationeque remissas. Novam meritissimus Bononiensis Ecclesiae Antistes informationem oratione satis simplici concinnavit, qua se referens alii anteriori primis super Administratorum votis jam datae addidit, cohiberi, decurtarique nequaquam posse sumptus, dum ageretur de administratione, sive de cultu Altaris SSiño Sacramento dicati in Ecclesia principe Civitatis; inseruitque sua in informatione speculum quoddam a Parochis administratoribus concinnatum, cujus post varios calculorum anfractus haec summa erat, approbaturam omnino fore normam jam pridem ab ipsis pro reductione Legatorum propositam, secus eorundem satisfactioni impares semper futuros esse, profitebantur.

Dederunt iterum mihi EE. VV. in mandatis, ut animi mei sensum novis super precibus aperirem; mandato lubentissime obtemperans perspectae EE. VV. prudentiae, graviorique judicio quid de novis precibus putarem, libere pandidi, atque subjeci. Innui inconcinnos videri, neque satis accuratos calculos ab Administratoribus congestos; atque Antistitis laudati informationi adjectos, confirmavique sumptus nonnullos in calculis supramemoratis adnotatos attenuari, diminuique posse, quin piorum Legatorum reductio fieret, piorumque Testantium voluntas elusa, abrogataque veniret. Quoties autem vel sumptuum decurtatio expleri revera nullimode valeret, vel ea adhuc expleta, cuncta Pia Opera a Testatoribus praescripta adimpleri integre nequirent, tunc sensum animi antea panditum denuo confirmavi, deducenda quidem esse consilio, arbitrioque Eñi Archiepiscopi eleemosynarum, subsidiorumque dotalium pia opera, immunitia autem a reductione Sacrificia incruenta ire debere. Librato aequa prudentiae lance ab EE. VV. tunc nupero hoc voto, responsum vestrum sapientissimum prodit in Congregatione habita die 24. Maji 1823., quocum

cum novas Administratorum porrectas preces panditum meum juxta votum inanes dimittere putastis.

Rebus ita peractis, biennale post silentium Administratores Parœciarum, quas supra commemoravi, iterum anno superiori ad exitum suum vergente Sacrum hunc Consessum adierunt, profitentes denuo non integra pia implevisse opera eorum fidei commissa, postulantesque inde absolutiois Rescriptum jam ut supra commemoravi ab ipsis relatum ad totum annum 1821, porrigi, ampliarique ad annum tunc exeuntem, nunc emensum superiorem 1825. Porrectæ preces remissæ fuerunt *Emo Archiepiscopo pro informatione et voto, auditis, et referat de Oratorum bona fide et impotentia*. Suam novam eisit informationem Archiepiscopus laudatus, qua ab novo Piorum Operum inadimplemento Parochos administratores excusandos fore inuuit, arreptaque occasione, iterum carmen recinît de causa, quæ inadimplementum produxit. Enarrat rursus, nullam subire nequire decurtationem sumptus administrationem prægravantes; repetit iterum, reditus impares esse ad cuncta implenda onera piis a Testatoribus demandata, atque ad subeundos annuos prædictos sumptus. Speculum informationi suæ adjecit ab administratoribus Parochis concinnatum, indigitans tum quæ, quotaque Opera Pia ab anno ineunte 1822 ad annum usque 1825, implata minime fuerint; quin normam quamdam præbens reductionis cujusdam numeri incruentorum Sacrificiorum, subsidiorumque dotalium, elemosynarumque præscriptarum piis in Legatis ad hoc ut hujusmodi ex reductione constitui valeat fundus ad occurrendum expensis pro supraenunciato Altari SSm̃i Sacramenti Metropolitano in Templo erecti, atque subsidiaria Ecclesia S. Nicolai.

Iterum EE. VV. putarunt, rem mihi ablegandam, ut eam tertio perpenderem, et votum meum denuo aperirem. Hoc autem in explanando brevior ero, quam in facti huc usque expositi narratione enucleanda.

Administratores Parœciarum, quorum consilio, votisque adhæret omnino nuperrima sua informatione Archiepiscopus, præsupposita irreducibilitate, quam propugnare acriter pergunt, sumptuum pro obeunda administratione necessariorum, Piorum autem Lega-

torum reductionem proponunt disperriendam fore singulis super Legatis piis a Testatoribus præscriptis, proindeque non modo eleemosynarum, dotaliunq; subsidiorum, verum quoque Sacrorum in Anianum purgantium expiationem celebrandorum numerum decurtandum, immutandumque esse: sat oppido est oculos ad speculum Archiepiscopi informationi super adjectum convertere, ut æquatur, indistinctam, hæc, uniformemque piorum Legatorum imploratæ reductionis normam Administratores præbere, ut a Supremo Consessu isto album illa calculum referat, indeque, ita eliciatur superextans vis annua scutorum 95. 55. fundum constituens, quo consultum veniat expensis pro Altari S. S. Sacramento dicato in principe Bononiæ templo, proque Ecclesia Subsidiaria S. Nicolai.

Præteritis in votis E. E. VV. iudicio submissis pandidi jam hæc in re non meam, sed Supremi Consessus hujus constantem consultissimamque sententiam, nempe quod si necessitas urgeat reductionis piorum Legatorum, atque hæc inter Missarum onus adsit, reductio fieri primum debeat reliquorum piorum Legatorum, etiamsi agatur in concursu Legatorum pauperibus eleemosynas elargientium, integro tamen, incolæ nique relicto Sacrorum numero, veluti prædictis ex votis, si resumere lubeat E. E. VV. poterat perquam facile haurire, adgnosceretque momenta rationum, quibus sententia hæcine nititur. Verum si Bononiensis Ecclesiæ Antistes, cui cordi præmixime esse debet piorum omnium Legatorum implementum, præ sua prudentia, notioneque sibi præsentium rerum, quæ scientiam nostram fugiunt, conjiciunt, arbitreturque vel non integre supprimenda, vel non valde decurtanda alia esse Legata eleemosynarum, quamquam exilium pauperibus distribuendarum, subsidiorumque dotalium in puellas inuuptas conferendorum, vestræ erit sapientiæ, E. E. Patres, illius, non dicam consilio, sed suasionibus, ac fere votis utrum obsecrandum sit, perpendere, ac judicare:

Pauca de oneribus inadimpletis addenda supersunt. Sacra ab exordio anni 1822. ad integrum anni elapsi 1825. curriculum non celebrata numerum bis-

mille conflant, subsidia autem Dotalia, eleemosynaeque tempore supra indigitato non distributæ vim attingunt scutatorum quinquaginta quinque supra trecentum. Quicumque esse poterit quoad Legatorum adimplendorum reductionem restauratæ petitionis exitus, quoad onera præterito supradicto in tempore non satisfacta censerem consulendum SSm̃o super absolute, indicto onere celebrationis duarum Missarum cum cantu.

Mea hæc animi sententia foret, quam maturitati, sapientiæque EE. VV. submitto, quarum manus reverenter deosculans summo me cum obsequio esse profitor.



*Die Sabbathi 16. Septembris 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**T**HEATINA DISPENSATIONIS. Excussa fuit causa hæc super Matrimonio rato, et non consummato inter Nicolaum ex Baronibus Enrici, et Mariam Bassi ex Ducibus Alano in Congregatione diei 20. Novembris 1824., et proposito Dubio: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*, rescriptum prodiit: *Dilata ad sequentem cum iisdem.* Die autem 18. insequentis Mensis Decembris placuit Em̄is Patribus rescribere: *Dilata, et esse locum inspectioni corporis Viri juxta instructionem.*

*Sess.24. Cap.1.  
de Reform:*

**T**ermino hinc iterum iterumque a Theatina Curia prefixo, intra quem Nicolaus notulam confidentium, et diffidentium Peritorum exhiberet, corpusque suum inspectioni subjiceret, contestando denunciavit, quod = *per le sue ragioni non intende affatto inerire a detta ordinata ispezione.* Quare deputatis ex officio Peritis ad tramites instructionum Sacræ Congregationis, et die statuto, ac loco, quo Nicolai Corpus inspectum se conferrent, jussis Curiae obtemperarunt Medici, sed responsum dederunt = *Il Signor Barone D. Nicola Enrici si è rifiutato, dicendoci di aver protestato per ben tre volte presso la Curia suddelegata Apostolica di non voler soggiacere a detta visita, e ricognizione, e che ora per la quarta volta veniva a protestarsi con Noi a viva voce di persistere a detto rifiuto.* Hac methodo absolutum Processum ad hoc Sacrum Tribunal transmisit Theatinus Archiepiscopus, et ideo hunc novæ actioni dixi diem.

**D**uplicem Nicolaus in distributa allegatione affert cau-

nam, cur se recognoscendam Peritis non præbuerit; scilicet exploratam ejus respectivam impotentiam, et Mulieris virginitatem, nec non exempla hujus S. Congregationis, quæ pluries dispensationes Matrimonii, rati, et non consummati indulgit, quin ad inspectionem corporis Viri procederetur

At Mulieris Defensor ex eo, quod Nicolaus adeo vehementer suæ inspectioni restiterit, atque ex non sequuta matrimonii consummatione, quam satis probatam arbitratur per unisonum Conjugum, ac septimæ manus juramentum, obstetricum relationem, testiumque depositionem certam Nicolai impotentiam deducit. Quam præterea fallax sit corporis Viri inspectio, nec a Sacris Canonibus, nec a Benedictina Constitutione præcipiatur, et exempla non desint dispensationum absque corporis inspectione, minime necessariam vocitat Nicolai recognitionem.

Neque deficere ait idem Defensor dispensationis causas; voluntatem scilicet, et consensum Conjugum, Viri impotentiam, incontinentiæ periculum, atque odium inter Virum et Mulierem; ex quibus concludit, quod si hæc omnia cæteris adjungantur, quæ in præteritis allegationibus illustrata fuere, nihil deesse ex eo, quod Sacri Canones requirunt, ut ad Matrimonii rati dispensationem procedi possit, quin locum habeat triennale experimentum.

Verum Sacramenti Defensor tamquam injuriosam potestati Ecclesiasticæ traducit Viri reuentionem, atque necessariam appellat inspectionem corporis Nicolai; ubi enim agitur de connubii vinculo dissolvendo nulla diligentia superflua videri potest ad veritatem exquirendam, uti docent *Sanchez de Matrim. lib. 7. Disp. 107., et Cardinalis Argenvillier. in Dissertat. de Matrim. impotentiae caus. dirim. vel non n. 16.* Præterea S. Congregatio inspectionem Corporis Viri præcipiendo, eam utilem, ac necessariam rata est; ideoque petita Matrimonii dispensatio impertiri non debet, nisi vir mandatis S. Congregationis obediat; ex Nicolai siquidem inobedientia nullam aliud signum deduci potest, quam præsumptivum, ac propterea concludit Matrimonii Defensor, aut Nicolaum censuris adigendum ad corpus suum visitationi subi-

Die 16. Septembris 1826.

221

ciendum, aut triennale experimentum esse injungendum ad text. in Cap. laudabilem, et Cap. Fraternalitatis 6. de Frigid., et Malefic., Card. Argenvillier. in sua Dissertat. post. *Vot. Constantini*. n. 22, et *S. Rot. post Zachiam quest. medic. legal. decis.* 7. n. 4. et dec. 399. n. 4. coram *Dunozet*, et in *Romana nullitatis Matrimonii* 25. Junii 1781. §. 5. coram *Bayane*.

Cætera haurient EE. VV. ex circumferendis Allegationibus, atque ex folio dici 20. *Novembris* 1824., ut dirimere possint

### Dubium

*An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Dilata, et ad D. Secretarium cum SSmo ad mentem.

## ALBEN. PRÆBENDÆ PAROCHIALIS.

*Sess. 7. Cap. 7.  
de Reform.*

### Dubium

*An, et quomodo precibus Episcopi sit annuendum in casu etc.*

Affirmative pro petita exemptione Parochorum juxta votum Episcopi.

Sess. 25. cap. 7.  
de Reform.

**V**ITERBIEN. EXECUTIONIS LITTERARUM APOSTOLICARUM.

*An, et cui competat jus exequendi Litteras Apostolicas in casu etc.*

Affirmative favore Archidiaconi Francisci Mariæ Zelli Incobazi, attenta anterioritate ejus possessionis.

Sess. 4. Cap. 4  
Ses. 5. Cap. 13.  
de Reform,

**V**ITERBIEN. JURIORUM PAROCHIALIUM.  
Dubia

- I. *An celebratio Missæ solemnæ tam pro vivis, quam pro defunctis in Ecclesia S. Crucis spectet ad Archipresbyterum, seu potius ad Capellanum Sodalitatis in casu etc.*
- II. *An jus canendi Vesperas, aliasque sacras obendi functiones non parochiales in eadem Ecclesia spectet ad Archipresbyterum, seu potius ad Capellanum Sodalitatis in casu etc.*
- III. *An, et quando Cadavera Confratrum recto tramite sint deferenda ad Ecclesiam tumultantem, seu potius antea sint asportanda ad Ecclesiam Parochialem pro funere peragendo in casu etc.*
- IV. *An, et quæ emolumenta funeris in Ecclesia S. Crucis peracti spectent ad Archipresbyterum in casu etc.*
- V. *An, et ad quem spectet jus peragendi Officium funebre super Cadaveribus in casu etc.*

Ad I. et II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad III. affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. affirmative pro quarta funerali dumtaxat juxta taxam Diæcesis.

Ad V. affirmative, et spectare ad Archipresbyterum.

TER

## TERRACINEN., ET SËTINA ADMINISTRATIONIS LEGATI PII, ET REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

Sess. 24. cap. 12.  
et Sess 25. cap. 4  
de reform.

- I. *An, et quomodo sit annuendum precibus Magdalenæ in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

Ad I. et II. Negative, et Episcopus cogat Leonardum, et Magdalenam conjuges Bolli ad reddendam rationem hæreditatis Pauli Botticelli, et gestæ administrationis Legati Missarum, curet executionem rescripti SSm̃i diei 16. Junii 1825., et mandet fieri inscriptionem hypothecariam super bonis hæreditariis.

## URBANIEN. REDUCTIONIS, ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.

Dubia

Sess. 25. cap. 4.  
de reform.

- I. *An, et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad I. dubium in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad II. dubium in casu etc.*

Ad I. Prævio recessu a decisis, esse præstanda Confessario annua scut. 20. ex legato Ubaldini ad decennium, facto verbo cum SSm̃o.

Ad II. In decisis, dempta summa scut. 20., ut in præcedenti.

## BONONIEN. APPLICATIONIS, REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS MISSARUM. Bononiensis Antistes Bartholomæus Rimondi anno 1401. Capellaniam in Altari Metropolitane Ecclesie SS. Bartholomæo et Blasio dicato instituit, eique satis amplam assignavit dotem. Rectorem autem onere obstrinxit divinis Officiis in eadem Ecclesia interessendi cum aliis Clericis, et

Sess. 22. Decret. de observ.  
et evit. in celeb. Miss.

Mis-

„ Missas quatuor ad minus in hebdomada ad dictum  
 „ Altare celebrandi, nisi canonicam habuerit excusa-  
 „ tionem, et in omnibus ipsis Missis *specialem suppli-*  
 „ *cationem, et deprecationem ac commemorationem*  
 „ de dicto D. Bartholomæo Episcopo Bononiæ facien-  
 „ di. „ Quod si Capellanus per quindecim dies absque  
 justissimo impedimento *cessaverit Missas celebrare et*  
*divinis officiis interesse*, statuit, ut caderet in penam  
 unius solidi Bononien. pro qualibet Missa, et die, qua  
 Capellanus ipse ibidem non celebraverit, vel quatuor  
 denariorum parvorum pro qualibet hora, qua in dicta  
 Ecclesia cum aliis Clericis non interfuerit, applican-  
 dam Sacristiæ Ecclesiæ.

Capellaniam hanc S. Me. Pius VII. anno 1807. in Canonica-  
 tum erexit, ac Rectorem onere Clericum alendi in  
 fundatione imposito liberavit, sed cetera onera Bene-  
 ficio infixata perferenda esse decrevit. Quapropter novi  
 Canonici Possessor quatuor in singulis hebdomadis  
 Missas ad Altare SS. Bartholomæi et Blasii celebrare,  
 imo suorum Prædecessorum vestigiis inhærens eas in  
 expiationem animæ Fundatoris etiam applicare non  
 prætermisit. Hodiernus vero Canonici Rector Jo-  
 seph Zama Mellini in eam venit opinionem, ut a Fun-  
 datore Missarum dumtaxat celebratio, non vero ap-  
 plicatio demandata fuerit; atque hanc ob rem con-  
 troversiam ad hunc detulit lectissimum Consessum.  
 Cumque Canonici reditus ob publica vectigalia de-  
 creverint, atque Orator onere quoque gravetur pen-  
 sionem *scut. 100.* quotannis pendendi Comiti Herculi  
 Isolani illius in Canonatu immediato Antecessori;  
 idcirco, si Eñi Patres non modo celebrationem, ve-  
 rum etiam applicationem Missarum a Fundatore præ-  
 scriptam censuerint, earundem reductionem postu-  
 lat ad unum Sacrum in qualibet hebdomada per Ora-  
 torem vel in aliis Ecclesiis litandum, si rusticationis-  
 aut necessitatis causa Bononia abesse contingat.

Rogatus de more Eñus Archiepiscopus ea, quæ su-  
 pra narraui, confirmat, ac præerea refert, annuos  
 Canonici reditus, detractis etiam Missarum oneribus,  
 pertingere circiter ad *scut. 130.* Et quamvis ab animi sui sententia aperienda se absti-  
 neat, nihilominus votum transmittit Capituli Me-  
 tro-

tropolitanæ Ecclesiæ, quod opinioni Canonici Mel-  
lini accedit quoad Missarum celebrationem, sed per  
non privare affatto il Fondatore dell'applicazione della  
Messa . . . opina che venga una sola Messa mensile  
applicata nell'avvenire, osservandosi però l'obbligo di  
celebrare con libera intenzione le quattro Messe setti-  
manali al prescritto Altare, col peso di corrispondere  
per ogni mancanza un soldo di Bologna pei bisogni  
della Sagrestia, come fu prescritto nella istituzione.

Quamquam Orator non inficietur, antiquam et constan-  
tem esse hujus S. Congregationis sententiam, Capella-  
num onere obstringi ad applicationem Missæ, tametsi  
Fundator, qui Missarum demandavit celebrationem,  
nullum de applicatione adjecerit verbum, ut docent  
responsa in *Ferrarien.* 26. Martii 1718., in *Fundana*  
*Applicationis* 13. Septembris 1721. §. quoad, et in *Nu-*  
*cerina Applicationis* 19. Junii 1802. §. In primo; ni-  
hilominus in præsentī casu aliter sentiendum arbitra-  
tur. Etenim ex vehementibus indiciis, et urgentibus  
conjecturis, expressa deficiente voluntate, Fundato-  
rem noluisse applicationem elicitur, ceu pluries do-  
cuit hæc S. Congregatio, et præcipue in *Ferrarien.*  
*Applicationis Sacrificii* 11. Junii 1729. §. Super, et in  
*Callien. et Pergulana absolutionis et Reductionis* 20.  
*Decembris* 1823. §. Diversa.

In themate plures ex hujusmodi conjecturis ait occurre-  
re. In primis enim Capellania, de qua agitur, vetu-  
stæ est foundationis; in Beneficiis autem antiquis, ni-  
si expressa mandata fuerit applicatio perpetua Missarum,  
celebratio potius ad Populi commoditatem ob Sa-  
cerdotum penuriam, quam ad fructum Sacrificii per-  
cipiendum præscripta præsumitur, quemadmodum  
tradit *Ferrar. Bibliot. V. Missa Art. 3. n. 14.*, atque innuit  
hæc S. Congregatio in *Bononien. Missarum* 16. Dec. 1719.  
§. Quoad. Dein Fundator nec certum Missarum numerum  
præscripsit, quoniam Missas quatuor ad minus quali-  
bet hebdomada celebrari jussit, nec si quas forte  
Capellanus statis hebdomadis non satisfaceret, eas  
in aliis hebdomadis celebrari voluit, sed solummo-  
do a Capellano quamdam pecuniæ vim Sacratio  
Ecclesiæ dissolvi. Tandem Fundator præcipiens specia-  
lem pro eo in singulis Missis deprecationem, ac

supplicationem, illud unum voluisse videtur, quod Sacerdos ad *memento* commemorationem faceret sui; aliud enim esse orare pro anima Testatoris, illiusque commemorationem facere, aliud sacrificium offerre docent *Suarez de legib. lib. 6. cap. 1. num. 6. Pasqualig. de Sacrific. Missæ quest. 450. num. 4.* Quapropter concludit Canonicus Mellini, Fundatorem solummodo celebrationem Missarum, ejusque ad *memento* commemorationem, nullatenus vero Missarum pro illius anima voluisse applicationem, eo vel magis, quod cum ad fructum Missæ respexerit, jubens pro eo fieri deprecationem, quin applicationem enunciaverit, eam noluisse videatur ad *R. 57. J. in 6.*, quæ tradit contra eum, qui legem dicere potuit apertius, esse interpretationem faciendam.

Verum ex *R. 45. eod. tit.* inspicimus in obscuris quod est verisimilius. Porro verisimilius est, eum, qui Beneficium fundaverit cum onere celebrandi Missas, in eisque sui commemorationem fieri jusserit, maluisse earundem applicationem: Ita sane censuit hic Sacer Ordo, qui in una *Ventimilien. apud Benedic. XIV. de Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 9. num. 3.*, percontantibus Gubernatoribus = *An Sacerdos ad Missæ celebrationem eligendus teneatur illam applicare, attentis verbis Testatoris: et in ea orare pro anima ipsius Testatoris: nulla facta mentione applicationis, cum aliud sit orare, aliud Missam applicare* = responsum dedit = *Sacerdotem teneri ad applicationem Missæ* = Et nuper in una *Mutinen. applicationis et reductionis missarum 16. Julii 1791.* cum quidam Christophorus Grassi Beneficium simplex iastituens onus imposuerit Sacra celebrandi, et faciendi *semper in qualibet Missa commemorationem et orationem pro ipso Grasso*; Beneficii autem Rector vestigia premens Prædecessorum contendere, nullatenus demandatam fuisse applicationem, proposito dubio = *An sit locus applicationi Missarum: Rescriptum prodiit: Affirmative*: Eum le n quoque tenuit sententiam in *Alexandrina 18. Martii 1719. et in Florentina Legati 30. Maji 1807. ad I. Dub.* Et si quando Sacra hæc Congregatio declaraverit, Capellanos nullatenus onere applicationis devinci, sed solummodo teneri ad memoriam Fundatoris habendam



Die 16. Septembris 1825.

in idam in Beneficiis, quae sunt in collecta, vel in  
stipendio; ut tunc solum accidisse reperi, cum Fun-  
dator instituto aliquo Beneficio et imposito Rectori  
onere sibi applicandae Missae; aliud deinde fundavit it-  
erum Beneficium, ubi bonis Beneficium in iuxta iura li-  
bera pro Anima sua id singulis Missis. Hujusmodi resolu-  
tiones praesentantur in Ferrarien. 11. Junii 1700. in apud  
Bened. XIV. nos. 111. in Nonaricn. 22. Novembris 1727.  
et in Ferrarien. applicationis Sacristii 11. Junii 1729.

Nec praeterendum quod in themate ab anno 1401 ad  
haec usque tempora Rectores Capellaniae Rimeni sine  
dum Missas celebrarint, verum etiam pro anima Fun-  
datoris eas applicarint, ideoque ex vetustissima ob-  
servantia depromitur, Fundatorem voluisse etiam ap-  
plicationem; observantiae enim, quae optima est su-  
premarum voluntatum interpres, tanta tribuitur vir-  
tus, ut jus constituat, Rot. in Januen. Beneficii 4. Mar-  
tii 1754. §. 7. cor. Figueroa, et decis. 6. n. 3. cor. Oli-  
valio.

Igitur si EE. VV. Canonici Mellini ab applicandi  
onere haud immunem esse censuerint, videant, utrum  
ejus precibus annuendum sit quoad reductionem,  
translationemque Missarum. Reductionem profecto  
saepius induisit S. Congregatio, dum justae intercede-  
rent rationabilesque causae. Justam in themate sup-  
peditant causam major in praesens Missarum celemo-  
syna, graviora tributa Principi solvenda, majores pro  
Canonicalis Metropolitanae Ecclesiae dignitatis honore  
et expense, pensio scilicet 100. Canonico Comiti Isolani  
quotidianis rependenda, atque sumptus insoliti pro re-  
stantandis domibus colonis, et revera superioribus an-  
nis pro reedificanda quadam domo vix satis fuerunt se-  
80. Quoad translationem vero, cum finis, ob quem  
Testator Missas in praescripto Altari celebrandas man-  
davit, honor nempe, ac cultus Templi, Populi com-  
modum pro audiendo Sacro videatur cessasse, quia  
nunc Metropolitanam Ecclesiam Missis abundat, videtur  
etiam concessi posse Canonico Mellini, ut Missas ce-  
lebraret ubicumque ei libuerit, cum illi e Patria con-  
tingeret abesse. Verum etiamsi redditus Capellaniae val-  
de decreverint, adeo tamen tenues non evaserunt,  
ut reductioni Missarum locus esse possit, uti ostendit

dunt resolutiones in *Viterbien* 18. Augusti 1794., *Vin Civitatis Castellanae* 27. Junii 1807., et docuit Sacra Congregatio in *Nullius S. Martini suspensionis nominationis*, et *reductionis onerum* 27. Julii 1822. §. Congregatio. Translatio quoque deneganda est, tum quia supremam decedentium voluntatem religiose servare præscribit *can. ultima voluntas quest. 13.* tum quia deest utilitatis, ac necessitatis causa, S. Congregatio in *Savonen. reductionis Missarum* 18. Augusti 1792., et in *Casalen. 30. Martii 1822. §.* Porro, Dirimenda igitur proponuntur

## Dubia

- I. *An sit locus applicationi Missarum in casu etc.*
- II. *An et quomodo sit concedenda reductio, et translatio Missarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative in omnibus.

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

**F**OROLIVIEN. PRÆCEDENTIÆ. Clericus Joannes Belli inter Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Forolivii, in qua nulla adest Præbendarum distinctio in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, cooptatus Apostolicum abessendi indultum studiorum causa obtinuit. Ubi primum vero ad locum residentię sese contulit, quæstio ipsum inter, et Sacerdotem Jacobum Bondi Coadjutorem Canonici Pauli Serughi exorta est super præcedentia tam in Choro, quam in aliis Capitularibus actis. Canonicus Bondi, utpote Sacerdotali caractere insignitus, ad se ex antiquissima Ecclesiæ Foroliviensis consuetudine præcedentiam perti-

nere autumat supra Canonicum Belli Minoribus tantum Ordinibus initiatum. Id ægre fert Canonicus Belli, qui propterea controversiam detulit ad hunc amplissimum Ordinem.

Rogatus de more Episcopus exemplar transmisit Capitularium Comitiorum, quo Canonici concordè animo affirmant, *che per consuetudine immemorabile, ripetuta pure più volte sotto gli occhj de' presenti Canonici, quando erano Chierici, non hanno mai ottenuta la precedenza sù i Canonici Coadiutori, come nel caso presente.* Canonici apprime concinunt Episcopus, qui insuper addit „ Dubitari tamen potest „ utrum Coadjutor petere queat manutentionem sub „ prætextu possessionis adeptæ, tam in præcedentia, „ quam in exercitio actuum Capitularium, cum isti „ præsumantur gesti precario, et admissio ad eos „ exercendos censeatur ad libitum Canonorum, „ quibus licet nolle, quod diu etiam placuit. Verum „ Canonici assentiuntur manutentioni Coadjutoris „.

Si hæc quæstio ad tramites juris communis foret definienda, digniorem profecto locum Canonico Belli tribuere oporteret. Etenim in dubium revocari non potest, quin ex juris sanctione Canonicus Coadjutor in Ecclesiis, ubi nulla subest Præbendarum distinctio, sedere debeat post omnes Canonicos, ac functiones, quæ pertinerent ad Coadjutum in novissimo loco explere, *S. R. Congreg. in Coimbricien. 16. Septembris 1606., in Papien. 17. Julii 1640., et S. hæc Congregatio in Verulana Stalli 20. Decembr. 1823. §. Redactis*; nisi agatur de Coadjutore Dignitatis, qui præcedit omnes Canonicos, idemque habere debet stallum, quod Coadjutus, si præsens esset, obtineret eadem *S. R. Congreg. in Neritonen. 22. Octobris 1619, et in Ferrarien. 2. Julii 1640. ad II. Dub.*

Verum Coadjutor Bondi immemorabili innititur consuetudine, quam in hujusmodi controversiis jus constituere post *text. in cap. olim 6. de consuetud. tradit Ferrar. in Bibliothec. verbo Præcedentia n. 87., Rota dec. 483. par. 5. Tom. 2. n. 1. recent., dec. 964. n. 1. cor. Seraphin.* Quin imò consuetudinem, de qua est sermo, servandam

esse respondit S. R. Congreg., quæ in citat. Coimbricien 16. Septemb. 1676. decrevit, Canonicis Coadjutoribus non competere præcedentiam supra veros Canonicos, nisi aliud ex forma Coadjutorie, vel statuto, seu Consuetudine Ecclesiæ legitime præscripta statuatur. Accedit, quod in themate agitur de præcedentia Coadjutori Sacerdoti tribuenda supra Canonicos damtaxit ordine minores, ac proinde consuetudo Ecclesiæ Foroliviensis consona est capiti 15. de major. et obed., quo decernitur, ut Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, et Subdiaconi tertium, et sic de reliquis obtineant ordinalim; atque ita in Ecclesiis, ubi nulla adest Præbendarum distinctio, servari mandavit Sac. Rit. Congreg. in Nullius Baren. 22. Januar. 1678., et Sac. hæc Congregatio Albanen. præcedentia 14. Decembris 1816., ac nuper in alia Albanen. Præcedentia 17. Junii hujus anni §. In Ecclesiis.

¶ E contrario Canonicus Felli contendit, consuetudinem Capituli Foroliviensis esse omnino spernendam: Juri enim communi derogare nequit consuetudo, nisi fuerit rationalis, ac legitime præscripta, cap. ult. de consuet., Suarez lib. 7. de legib. cap. 6. n. 10., Pirhing Jus can. lib. 1. lit. 4. n. 30. A ratione tamen devium videtur, ut Coadjutor præcedentiam obtineat supra veros Canonicos; cum enim Coadjutor nec titulum, nec jus habeat in Beneficio, sed Coadjuti personam representet, ita ut omnes possessorii actus nomine illius patrati censeantur, Lotter. de reb. benef. lib. 2. quest. 25. n. 30., Rot. in Firmana Præcedentia 20. Januar. 1826. §. quin. cor. R. P. D. Mareo; non vere, sed fecte tantummodo Canonicus appellatur, ac propterea minor est dignitate veris Canonicis, quamvis in minoribus Ordinibus constitutis, Bald. in L. quoties n. 3. Cod. ubi senat. vel clariss. Barbosa de Canon. cap. 29. n. 26. Jam vero minori supra majorem et Canonicum ficto supra Canonicum verum tribuere præcedentiam incongruum, absonumque videtur. Quare S. R. Congreg. non a die provisionis Coadjutorie, sed a die capte possessionis post mortem-

Die 16. Septembris 1826.

231

tem Coadjuti esse regulandam præcedentiam Coadjutori debitam, uti vero Canonico, respondit in Papien. 17. Julii 1640.

Præterea etiamsi asserta consuetudo non esset irrationalis, nihilominus haberi nequit veluti legitime præscripta. Enim vero consuetudo præsertim contra jus plene probanda est, *Bartol. in repetit. L. consuetudinis quest. 27. cod. quæ sit longa consuet.*, *Maschard. de probat. concl. 423. n. 19.*, ideoque consuetudinem allegans demonstret oportet cum frequentiam actuum, tum diurnitatem temporis, adeo ut altero ex istis deficiente non censeatur satis probata, *Sperell. decis. 69. num. 26.*, *Reiffenst. in lib. 1. decr. tit. 4. num. 179.* In thomate fidem sane perhibent Canonici de temporis diurnitate, verum ne unum quidem afferunt exemplum. Quocirca concludit Canonicus Belli, servandam esse juris dispositionem, qua Canonici Coadjutores jubentur post omnes Canonicos sedere, usque dum Coadjutor Bondi assertam consuetudinem legitime præscriptam fuisse ostenderit.

Nec ullum præsidium sibi comparare potest Canonicus Bondi ex Litteris Coadjutoriae. Præterquam enim clausulæ generales, quamvis, ut inquirunt, prægnantissimæ, supplere nequeunt derogationem juris communis, *Rot in recent. part. 10. decis. 101. num. 26.*, *Sac. Congr. in Verulana Stalli 20. Decemb. 1823. §. Redactis*; illud accedit, quod in Litteris Apostolicis Coadjutoriae omnino desideratur necessaria derogatio, siquidem tribuunt Canonico Bondi locum in processionibus, aliisque functionibus, et actibus Capitularibus, prout similes Coadjutores habent.

Quæritur itaque

*An, et cui competat præcedentia in casu etc.*

Non proposita cum sequente

**F**ABRIANEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Canonici Collegiatæ S. Nicolai Fabriani, aere alieno obstricti, ut Templum terræmotu quassatum reficere possent, et quædam alia perpessi infortunia, prorogationem

*Sess. 24. Cap. 12. de Reform.*

re-

reductionis Missæ Conventualis ad dies Dominicos tantum pluries obtentæ ab hoc S. Ordine die 19. Decembris 1789. ad decennium sunt consecuti. Alias dein ejusmodi indulti prorogationes impetrarunt, ac postrema finem est habitura die 16. futuri mēsis Octobris. Cumque proventus Canonicalium Præbendarum tum primæ, tum secundæ erectionis, potius quam aucti sint, ob præteritas temporum calamitates valde decreverint, et Canonici primæ erectionis adhuc ære alieno graventur; hinc supplices reductionem Missæ Conventualis ad aliud decennium protrahi efflagitant.

**Episcopus** de more requisitus Canonorum precibus apprime favet, hæc edisserens, „ Causæ reductionis fuerunt redituum imminutio, ac tenuitas, tum ex multo ære alieno sub scenore contracto, tum ex gravioribus vectigalibus impositis super bona, ac tandem ex pluribus insuetis sumptibus agendis proveniens. Hæ autem causæ perstant quidem, cum et gravia vectigalia adhuc pendantur, habita ratione ad ea olim imposita in bonis, præsertim ut vocant primæ erectionis, et Capitulum paucis adhinc mensibus restitutum ære alieno etiamnum prematur in scut. 1941. 14.  $\frac{1}{2}$

„ **Æs** vero alienum non modo dimitti, sed augere opus erit, cum domus rusticæ ingenti reparatione indigeant, ceu ex confecta peritia patet mihi exhibita, in qua sumptus in hanc causam occurrentes ad septingenta fere scuta pertingunt.

„ Hisce autem ad Capituli conditionem eo deteriore reddendam accessit plurium bonorum sub Italico Regimine peremptio, unde altera, nec parva redituum jactura . . . Hinc ut meam nunc sententiam proferam EE. VV. jussis obsequens, cum reductionis obtentæ causæ perdurent, et potiores existant, indulti confirmationem ad decennium concedendam esse censerem.

**Quæ** nunc in jure forent animadvertenda, habetis, **Emi Patres**, in Folio diei 19. Decembris 1789., quod, ne inutili repetitione Vos teneam, consulere precor, ut decernere valeatis

*An, et quomodo proroganda sit reductio Missæ Conventualis in casu etc.*

*Die Sabbathi 18. Novembris 1826.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**F**OROLIVIEN. PRÆCEDENTIÆ.

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

Dubium

*An, et cui competat præcedentiã in casu etc.*

*Affirmative favore Canonici Joannis Belli.*

**F**ABRIANEN. MISSÆ CONVENTUALIS.

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

Dubium

*An, et quomodo proroganda sit reductio Missæ  
Conventualis in casu etc.*

*Affirmative ad quinquennium ad formam indul-  
torum præcedentium.*

Sess. 24. cap. 8.  
de reform. Ma-  
trim.

**F**IRMANA OBSEQUIORUM MATRIMONIALIUM.  
Francisca ex præclara Pelagallorum gente Firmi pro-  
gnata, Dominico Mora conjuge suo e vivis erepto,  
dives ac ætate jam matura anno 1819 nupsit juveni  
Achilli Valletta Romano, constituta sibi dote *scut.*  
5000., obsignatisque tabulis *die 22. Novembris 1820.*,  
quibus Achilli scuta annua 144. ex bonis suis spon-  
debat *nei casi o di sua premorienza al detto Sig. Val-  
letta, o che il medesimo non potesse con lei convi-  
vere.* Brevi tempore concordia huic præfuit conju-  
gio; insequenti siquidem anno ita Achilles uxorem  
contumeliis, atque verberibus cœpit divexare, ut,  
canonicis admonitionibus frustra præmissis, die 5.  
Septembris 1821. conjuges Firmanæ Curia decreto se-  
parati fuerint, Achille in Franciscanorum Cœnobium  
detinso. Hoc decretum ipsius Franciscæ precibus  
paulo post inefficax declaratum fuit ea sub lege,  
*che non s'intenda recato alcun pregiudizio agli alti.*  
Neque tamen resipuit Achilles; adeo enim in Uxo-  
rem sævire, atque extraneas mulieres frequentare  
perrexit, ut eum a Firmana Civitate *die 3. Ju-  
nii 1825.* abire compulerit ipse publicæ tranquillitati  
Præfectus. Romam hinc venit, ac, rejecta pecunia  
sibi ab uxore ad formam stipulationis anni 1820.  
oblata, petiit ab R. P. D. Auditore SSni, ut Franci-  
sca ad matrimonialia obsequia sibi Romæ præstanda  
cogeretur.

Causæ definitionæ ad hunc S. Ordinem rescripto *diei 7.*  
*Maji 1824.* ablegata, Eñnum Antistitem de more in-  
terrogavi. Ipse autem iterum iterumque sævitas,  
verberationes ab viro in nobilem Uxorem adhibi-  
tas, inhonestam Achillis cum alienis mulieribus vi-  
tæ rationem plene confirmat, nullamque adesse au-  
tumat futuræ tranquillitatis spem.

Quamobrem Francisca thori separationem ob sævitas  
sibi a viro illatas, ipsiusque adulteria decernendam  
censet. Sævitas enim legitimam præbere causam tho-  
ri, habitationisque separationi in comperto est, præ-  
sertim si hæ frequentes, et atroces sint, nullamque  
iisdem Uxor dederit causam *ad lex. in cap. Ex trans-  
missa; et cap. Litteras de restit. spolia.* Hujusmodi  
vero



vero sævitiis Franciscam ab Achille multatam fuisse, tredecim deponunt fide digni testes. Et revera ex his novimus non domi solum, sed et publicis in deambulationibus coram spectatissimis viris eam probris, verberibusque affectam, sæpe e domo tremebundam ejectam, sæpe baculo percussam, sæpe minis capitalibus, atque adeo cultro appetitam. Quæ quidem omnia, præcipuum vero in modum si res sit de femina ingenua, inter atroces sævitiis recenseri docet *L. 8. Cod. de repud., Reiffenst. lib. 4. Decret. tit. 9. n. 44., Rot. in Leodien. Separationis thori 13. Junii 1777. cor. Litta.*

Nec ulla concordiae spes affulget. Nihil enim ad Achillem corrigendum profuerunt Parochi, gravissimorumque civium adhortationes, nihil canonicæ admonitiones, aut illa apud Cœnobitas detentio, quemadmodum post testes fidem perhibet Eñus Archiepiscopus edisserens: *non furono queste misure sufficienti, poichè il Valletta continuò nel riprovato contegno fino al tempo, in cui si trattenne in questa città.*

Tandem nullam unquam sævitiarum causam Achilli Franciscam præbuisse testes omnes affirmant; quin imo eam probam, et irreprehensibilem describunt Parochus, et Parœciæ Coadjutor. Non ita tamen de Achille: hic enim, subdunt testes, ideo cum Uxore improbe sese gerere consuevit, *perchè trattava altre donne anche scopertamente e con ammirazione di tutto il paese.* Hinc alteram Francisca causam colligit separationis thori, adulteria nempe Achillis, *Barbos. in cap. Litteris de præsumpt., Engel in jus canon. lib. 4. tit. 19. §. 2.*

Hæc tamen nihil sibi obesse arbitratur Achilles. Namque ad thori separationem ob viri sævitiis discernendam, verberationes atroces, frequentesque intercessisse probetur necesse est. Jam vero pulsationes, quas commemorat Francisca, tribuendæ sunt justæ coercitioni, marito intra modum haud vetitæ, si justa adsit causa, *Reiffenst. lib. 4. Decret. tit. 19. n. 38., Rot. in Romana seu Sabinen. Separationis Thori 23. Junii 1820. §. 4. cor. R. P. D. Tiberi.*

Hæc addit, testes a muliere inductos fere omnes ex-

trajudiciales esse, nonnullos singulares, alios familiares: demum quidquid sævitiarum, aliarumque injuriarum Francisca tulerit, totum ab ea remissum, cum ipsa instante vir eductus fuerit e Cœnobio Franciscanorum. Sævitiæ autem semel remissas amplius non reviviscere tradit *Guttier. lib. 1. can. quæst. cap. 24. n. 9.*, *Rot. in cit. Romana, seu Sabinen. §. 7.* Francisca itaque, concludit Achilles, ad obsequia matrimonialia sibi Romæ exhibenda compelli debet, quoniam uxor virum suum quocumque sequi tenetur, *caus. 13. q. 2. can. 3.*, *Abbas in cap. Illis n. 4. de sponsal.*, *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 41.*, *Rot. in Tridentina Matrimonii 27. Junii 1746. cor. Celso.* Alia plura, quæ hanc respiciunt controversiam, in allegationibus prostant hinc inde distribuendis, quibus facile erit dirimere

#### Dubium

*An, et quomodo sit locus præstationi obsequiorum matrimonialium in casu etc.*

**Negative in omnibus.**

*Sess. 22. cap. 6.  
et sess. 25. cap.  
4. de Reform.*

**M**ATHILICEN, Sodalitas Misericordiæ erecta in Ecclesia S. Joannis Civitatis Mathilicæ, et posita in Solo Lateranensi plura possidebat bona a piis Testatoribus relicta, domumque habebat Ecclesiæ annexam, qua pauperes peregrinos præsertim ægrotos hospitio exciperet ac infantes expositos retineret, ut inde ad Fabrianense Brephotrophium transmitteret. Publicarum, privatarumque rerum ordine labefactato, ille qui summam imperii tenebat, Sodalitatis bona anno 1808. Instituto Charitatis addixit, et anno 1813. tribuit Hospitali S. Solliciti Mathilicensis Civitatis. Pace Ecclesiæ restituta, ac Sodalitate pristino sacrarum functionum exercitio, auctorante Episcopo, reddita, Con-  
fra-

fratres bonorum restitutionem ab Administratoribus Hospitalis S. Solliciti petierunt. Verum Administratoribus bona restituere abnuentibus ob rei familiaris inopiam, qua hospitale premitur, Episcopus controversiam amica transactione componere studuit, proposuitque, ut Sodalitati restitueretur bonorum possessio, onere eidem imposito scuta quinquaginta singulos in annos solvendi Hospitali S. Solliciti, et ex alia parte Hospitale S. Solliciti onus sibi assumeret transferendi ad Nosocomium Fabriani infantes expositos, peregrinosque hospitio excipiendi. At Confratres, rati huic transactioni haud sibi esse quiescendum, supplices hanc Sacram adeunt Congregationem bonorum efflagitantes restitutionem, et quatenus repulsam ferant, postulant: 1.º ut duo Confratres Sodalitatis Misericordiæ adjungantur Congregationi Deputatorum Nosocomii S. Solliciti: 2.º ut idem Nosocomium in posterum vocitetur communi nomine SS. Solliciti, et Joannis della Misericordia: 3.º ut quicumque diem supremum illic cluserit, in die obitus nigro induatur sacco: 4.º Ut restitutis Sodalitati omnibus bonis, eadem Sodalitas teneatur quotannis repræsentare Nosocomio S. Solliciti scuta 30. ad sustinenda supra memorata onera, quæ antea Confraternitati imminebant. Ad hanc enim pecuniæ vim reduci postulant annuam pensionem ex eo, quod bona a Nosocomio S. Solliciti restituenda, omnibus deductis etiam Missarum oneribus, quolibet anno redant fructum scut. 81. 48.  $\frac{1}{2}$ , ac propterea si Confraternitas gravaretur pensione scut. 50., quod superest ex bonorum redditibus, satis non esset ad maintenancem Ecclesiæ S. Joannis, et ad alias Confraternitatis expensas perferendas.

Precibus tum Eñio Archipresbytero Lateranensis Capituli, tum Episcopo ablegatis, Eñus Archipresbyter censet bona Nosocomio S. Solliciti addicta eidem esse relinquenda ad majorem pauperum, et infirmorum utilitatem; æquum tamen existimat, ut Sodalitii jura sarciantur. Id fieri posse ait, si Nosocomii administratio Deputatis partim ab Episcopo, partim a Sodalitio electis committatur; at Lateranense Capitulum bonorum restitutionem omnino clamat. Episcopus vero

**honorum** restitutionem necessariam existimat tum ad  
 controversias componendas, tum ex eo quod eadem  
*prædia magnis expensis et instaurationibus egent, qui-*  
*bus obviare, et succurrere Nosocomium impar omnino*  
*esset; sed quæ postulant Confratres in primis tribus*  
*articulis nullo modo concedi posse existimat, quin*  
*præjudicium juribus Hospitalis inferatur, et notabili-*  
*ter sua commoda atque utilitates negligantur. Præte-*  
*rea cum simul essent Præfecti Nosocomii, et Confra-*  
*tres Societatis, facile oriri possent perturbationes atque*  
*dissidia.* Quod vero pertinet ad annuam pensionem  
 Nosocomio pendendam, subdit „ iterum iterumque re  
 „ diligenter examinata, et cum meis Præfectis Hospi-  
 „ talis pluries colloctione habita, facile cognovi non  
 „ posse omnino recedi a petitione facta *scut. 50.* quo-  
 „ tannis solvendorum, et quia bona restituenda dant  
 „ annum redditum *scut. 87. 05.*, et quia Nosoco-  
 „ mium ex pauperioribus est, et magis interest Civi-  
 „ bus hoc, unde miseros succurrat, abundare, quam  
 „ privatam Sodalitatem ditescere. Accedit quod Socie-  
 „ tas habet etiam collectionem stipis, quam permit-  
 „ tente Episcopo quotannis peragit per Civitatem et  
 „ Diocesim tam frumenti, quam musti, quæ simul  
 „ collecta, testante mihi ipso Sindaco Confraternita-  
 „ tis, ad annuam summam *scutor. 50.* circiter ascen-  
 „ dit, et elapsis temporibus per aliquos annos de ejus-  
 „ modi eleemosynarum, interposito Decreto meo-  
 „ rum Antecessorum, *scut. 10.* Hospitali infirmorum  
 „ elargiebantur. Ex hactenus dictis sperare audeam,  
 „ EE. VV. sapientissime ac congruissime decretaturos  
 „ esse, quemadmodum humillime deprecor, ut pro  
 „ Hospitali infirmorum constituatur, atque præscri-  
 „ batur annuus canon scutorum quinquaginta sol-  
 „ vendus a Confratribus S. Joannis *della Misericor-*  
 „ *dia*, ut duo onera ejusdem Confraternitatis pluries  
 „ nuacupata, quæ Hospitali imposita fuerunt, possit  
 „ sustinere, et e contra Hospitale ipsum omnes fun-  
 „ dos, quorum fructibus hactenus fruitus est, eidem  
 „ Societati restituat. Tali siquidem pacto negotium  
 „ hujusmodi componetur absque præjudicio Socie-  
 „ tatis, et cum omni ejus decore, et Hospitale pro  
 „ ege-

„egenis infirmis æquam et convenientem habebit  
 „compensationem „

Bona Nosocomio S. Solliciti applicata esse omnino restituenda Sodalitati, cui ab illegitima auctoritate fuerunt ablata, fatetur idem Episcopus, atque ostendunt resolutiones ab EE. VV. editis in simillimis casibus, ut evincunt exempla in *Faventina Commutationis Voluntatis* 20. Decembris 1823., et in *Lunen. Sarzanen.* 22. Aprilis 1826. Verum pactio, quam partes inire cupiunt, approbationem meretur. Sodalitas enim omnia sibi vindicaret bona, atque onere se liberaret excipiendi peregrinos, infantesque expositos ad Fabrianense Brephotrophium suis sumptibus asportandi. Ad pauperum quoque, infirmorumque levamen utilius est, ut unum dumtaxat in parva Civitate existat Nosocomium sufficientibus redditibus præditum, quam duo reperiantur Hospitalia, quæ paupertate laborent.

Restat itaque, ut perpendatur, an conditiones a Sodalitate propositæ vestram, Eñi Patres, mereantur approbationem. Jam vero conditiones in primis tribus articulis contentæ respiciantur oportet; siquidem, ut animadvertit Episcopus, contentiones, ac dissidia inter Praefectos Nosocomii facile orirentur, ejusdemque Nosocomii jura læderentur. Quod vero spectat annuam pensionem, similiter cum Episcopo sentiendum videtur; quoniam solutis a Confraternitate annuis sc. 50. superessent pro Sodalitate annua circiter scut. 35, quæ satis habentur pro manutatione Ecclesie S. Joannis, et pro expensis Confraternitatis, præsertim si ratio habeatur eleemosynarum, quas colligunt Confratres.

Verum Confratres *della Misericordia* conditiones primis tribus articulis contentas approbandas esse contendunt, tum quia nullum Hospitali inferunt detrimentum, tum quia tali pacto Confraternitas characterem beneficentiæ, quem a fundatione sortita est, jugiter retineret. Multoque magis decernendum putant, ut a Sodalitate scut. 30 solummodo Nosocomio repræsententur: si enim annua scut. 50. forent eidem pendenda, Confraternitas *diverrebbe una gravata amministratrice delle sue sostanze, e dovrebbe trascurare il pensiero di riparo a tante imprevidibili urgenze.*

Accedit, quod scut. 50. satis videntur ad onera, quas Noëocomium S. Solliciti perferenda susciperet, ac propterea iniqua redderetur Sodalitatis conditio, eam ad majorem pecuniæ vim persolvendam, quam exigunt onera, adigendo, *L. Sancimus Cod. de pen., Piton de controv. patron. alleg. 47. n. 19.*  
Dirimenda itaque proponuntur

## Dubia

I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione transactionis in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An sit restituenda bonorum possessio Sodalitati S. Joannis Baptistæ in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 22. cap. 6.  
de Reform.

**CATHACEN. LEGATI.** Sacerdos Franciscus Zangari ex Sorbo Cathacensis Diœcesis supremis tabulis anni 1745. heredem suum universalem nuncupavit Josephum, ejus fratrem, eique, si absque liberis decederet, substituit filios alterius fratris, cui nomen Cajetanus. Nonnulla etiam scripsit legata ususfructus bonorum stabilium, ac perpetuam fundavit Capellaniam cum onere trium Missarum in qualibet hebdomada, stisque diebus in Ecclesia Parochiali S. Mariæ Majoris Civitatis Tabernæ celebrandarum. In dotem ejusdem Capellanix duo reliquit prædia, eaque ad se pertinere hisce significavit verbis: *Dichiaro esso R. D. Francesco Testatore avere e possedere come vero signore e padrone un Territorio situato nella Marina di della Città di Taverna, nel luogo detto l'Uria... l'istesso che comprò dal Sig. Lionardo Durante, ed un Castagneto posto nella circonferenza del Casale del Sorbo, nel luogo detto Ejero, che lo comprò da Lionar-*

nardo Urretta , giusta i suoi notori fini , copie degli Istromenti stanno in Casa. Hujusmodi prædia locari voluit a Sebastiano Ferrari , quem Executorem Testamentarium sibi delegit , ac post ejus obitum locari jussit da quella persona che istituirà detto suo esecutore. Eidem Executori facultatem tribuit nominandi Capellanos , ita tamen ut Sacerdotes ex Testatoris fratribus descendentes ceteris præferrentur . Tandem legem dixit , ut Capellanis penderetur eleemosyna di grana quindici pro quolibet Sacro , et quidquid reliqui foret ex annuis redditibus di detto Territorio , e Castagneto , cederet a beneficio della Ven. Cappella di S. Maria del Carmine cretta dentro la Chiesa Parrocchiale di S. Maria Maggiore per sua particolar devozione , ed applicarsi dal Procuratore di detta Cappella alle cose necessarie della medesima , e farsene ancora le suppelletili necessarie per detta celebrazione.

Piam Testatoris voluntatem plane executioni mandarunt tum Executor Testamentarius Ferrari , tum ejus Filii , qui parenti in commisso Administratoris mudere successerunt , donec Gregorius Ferrari anno 1811. administrationem concessit Sacerdoti Angelo Zangari supra memorati Cajetani filio , qui etiam Capellaniam possidebat. Vita functo Angelo , illius Nepotes Cajetanus , Nicolaus , et Franciscus Zangari administrationem , quam sibi jure hæreditario devolutam sunt arbitrati , susceperunt , atque idem Nicolaus divino servitio mancipatus in possessionem ivit Capellanix , ac dein quidquid superesset ex fructibus honorum Capellanix ; celebratis Missis ad formam fundationis , sibi applicari posse ab Episcopo Cathacen. imploravit , ut facilius ad Sacros Ordines promoveretur. Cumque Magdalena uxor Josephi Zangari , Testatoris hæredis , propter inopiam , qua premebatur , similiter obtinisset ab Episcopo annuos carolenos 30. ex fructibus Capellanix , dum viveret , detrahendos , eandem pecuniæ vim filiis Magdalenæ Francisco et Seraphinæ , titulo eleemosynæ , persolverunt Capellanix Administratores . At iidem Magdalenæ filii legem , quam dicunt , eversivam legatorum piorum anno 1822. invocantes transactionem inierunt cum fratribus Zangari , eaque statutum fuit : *Che il*



*Castagneto Ejero dovrà usufruirsene da essi Francesco e Serafina vita loro naturale durante , con pagare ad essi Signori Gaetano , D. Niccola , e Francesco annui ducati otto in ogni mese di Agosto , principiandone il primo pagamento in Agosto del venturo anno 1825. , e continuare per tutto il tempo della di loro vita , in moneta effettiva e corrente. Resta estinta d'oggi innanzi l' elemosina di carlini 30. annui , perchè calcolata sull' utile ch' essi hanno sul frutto delle Castagne in usufrutto. Tanto il fondo Lenze sito nella Marina d'Uria , che detto fondo Ejero d'oggi in avanti sian di piena proprietà e dominio de' sopra citati Fratelli Gaetano , D. Niccola , e Francesco , rinunciando esso Francesco e la sopra detta Serafina a qualunque diritto ad loro favore potrassi vantare sù de' fondi sopra menzionati.*

Preces dein huic Sacrae Congregationi porrexerunt fratres Zangari , eique exposuere , bona in Capellaniae dotem assignata non ad ipsum Franciscum solummodo pertinuisse , sed etiam ad alios ejus germanos Josephum , et Cajetanum , cum quibus communem vitam agebat , spectasse. Hinc petunt , ut nullum declaretur Missarum Legatum , aut saltem ut earum numerus reducatur , et celebratio ad commodiorem Ecclesiam transferatur , tandem ut legatum Capellae S. Mariae relictum , quae supellectili non indiget , penitus abrogetur , atque egenis Oratoribus tribuatur , simulque eisdem ; quatenus opus sit , a fructibus huc usque perceptis , et ad Capellam pertinentibus absolutio impertiatur.

Hisce ad huc Ordinarius de informatione et voto requisitus , Sacerdotem Nicolaum fuisse ,, nominato dal Zio  
 ,, D. Angelo Zangari Amministratore e Cappellano del  
 ,, Legato. Ho rilevato da un' antico Inventario fattosi  
 ,, nell' anno 1746. de' Beni della Famiglia Zangari , che  
 ,, su de' fondi suddetti il Testatore Francesco non aveva  
 ,, altro diritto , che della terza parte , giacchè gli  
 ,, altri due terzi erano di pertinenza degli altri due fratelli  
 ,, Gaetano , e Giuseppe.

,, Essendo in tal posizione l' affare , e conoscendo che il  
 ,, fù D. Francesco Zangari non aveva l' intero dominio  
 ,, sù detti fondi , sarei d' avviso che il sudetto Legato  
 ,, sia ridotto ad una sola Messa perpetua la settimana  
 ,, da celebrarsi ubique , essendo penosissima la celebra-



„ brazione della sudetta Messa in Taverna ; e per la  
 „ distanzi , e per le strade alpestri , e difficili , e per  
 „ il Fiume che trovasi fra il Sorbo e Taverna , che  
 „ nell' inverno è molto pericoloso nel passarlo ; cagion  
 „ per cui l' attuale Celebrante D. Niccola Zangari chia-  
 „ mato alla celebrazione delle sudette Messe ne otten-  
 „ ne la grazia dalla Sa. Me. del Sommo Pontefice Pio  
 „ VII. della traslazione ad tempus di dette Messe. Sa-  
 „ rebbe del pari della clemenza della Santità di Nostro  
 „ Signore , che i sudetti supplicanti sieno benignamen-  
 „ te assoluti del passato , qualora abbian percepito  
 „ qualche cosa di più della rendita di detti fondi , ol-  
 „ tre l' importo delle Messe legate , e che non siano  
 „ neppur tenuti pel successivo di versare detto sopra-  
 „ vanzo al Procuratore di detta Cappella del Carmine  
 „ di Taverna , anche sul riflesso per avere gli Oratori  
 „ dal tempo della istituzione del legato fino al presen-  
 „ te sodisfatto alle Messe sudette per intero , quando-  
 „ che appena eran tenuti per terzo.

**Contendunt Oratores legatum a Testatore relictum irritum esse declarandum.** Compertum enim arbitrantur bona pro fundo Capellaniae assignata non fuisse solius Francisci propria, sed aequae communia Josepho et Cajetano: Siquidem Testator vitam communem cum fratribus agebat, bonaque indivisa cum eisdem possidebat, quemadmodum teste Ordinario eruitur ex bonorum Inventario anno 1746. exarato. At legatum rei alienae tum solum valet, cum defunctus sciebat eam esse alienam, *Inst. §. 4. de Legat., L. cum rem alienam Cod. de Leg.* In themate Defunctum ignorasse rem legatam esse alienam liquido constat ex ipsis supremis tabulis, quibus ad se pertinere declarat dominium fundorum *l'Uria et Ejero.* Cum itaque Testator ignorans rem alienam legaverit, abroganda est ejus voluntas, nec ulla habenda ratio temporis, quo pia dispositio executioni mandata fuerit, nam quod ab initio vitiosum est non potest tractu temporis convalescere, *L. 29. ff. de' R. I.*

**At vero absonum videtur res legatas haud fuisse Testatoris proprias, cum ipse moriens tam aperte denunciaverit earum esse vero Signore e padrone.** Fictitia quoque videtur asserta bonorum communio, tum quia nullum

affertur documentum, tum quia octoginta effluxere anni, ex quo neque Cajetanus a Testatore præteritus; neque ipsius hæredes ullam instituerunt querelam, quo sane temporis intervallo quælibet sive realis, sive personalis actio perimitur, *L. 1. Cod. de præscript. 30. vel 40. an, Rot. in Fulginaten. Censuum 17. April. 1758. §. 9. cor. Herreræ*. Præterea etiamsi Testator in communi cum fratribus vitam duxisset, ac res legatæ partim ad fratres spectassent: nihilominus pium legatum suis polleret viribus. Sicut enim legatum rei alienæ, quam defunctus propriam putabat, suo stat robore, si conjunctis, aut tali personæ datum sit, cui legaturus esset, si scivisset, alienam esse, *L. 10. Cod. de leg.*, ita similiter sentiendum de re aliena ad pias causas ignoranter legata, cum nemo præsumatur, plus consanguineos, quam suam diligere animam. *Gratian. discept. tom. 4. cap. 611. num. 8: Amost. de causa piis lib. 1. cap. 13. num. 42.* Multoque minus aliquod sibi præsidium blandiri valent Oratores ex transactione anno 1822. inita: tunc enim temporis hæredes Josephi Zangari leges piorum legatorum eversivas, quæ dudum obsolverant, frustra invocarunt, ac propterea nullum jus in Oratores per transactionem poterant transferre.

Missarum reductionem quod attinet, eam denegare solet Sacra Congregatio, si redditus oneribus pares inveniantur. Ita in *Rom. Reductionis 8. Aug. 1818.*, in *Lucana Translationis, reductionis, et sanationis 26. Augusti 1820. et Tranen. reductionis, et commutationis 24. Julii 1824.* Verum obligati paupertas justam præbere causam reductionum Missarum ad certum tempus censuit S. Congregatio in *Januen. Capellaniarum 31. Julii 1819.*, in *Mutinen. Réductionis 17. Februarii 1821.*, præsertim si accedat consanguinitas Oratorum cum Fundatore, quia, ut ait Card. *De Luca de Testamen. dis 72. num. 15. et seq.*, si gravem eorum paupertatem prævidisset Testator, sanguinis fortasse vocibus motus, vel Missarum onus non imposuisset, vel minorem illarum numerum demandasset. Translationi Missarum obsistit Testatoris voluntas, ac ipsius erga designatam Ecclesiam et Capellam pecuniarum affectio: Hisce autem in casibus indulgendam non

non esse Missarum translationem docent *Navar. Cons. 14. n. 10. de Testament., Gratian. discept. 73. n. 4.; S. C. in Panormitana Translationis oneris Missarum 26. Septembris 1759.* Conceditur tamen justis concurrentibus causis, uti docuit S. Congregatio in *Asten. 21. Maji 1794., et in Alatrina Translationis et Permutationis 31. Julii 1819. ad II. Dub* Justam in themate suppeditant translationis causam *la distanza, e le strade alpestri e difficili, ed il fiume che trovasi fra il Sorbo e Taverna, che nell'Inverno è molto pericoloso.*

Ceterum si EE. VV. judicaverint, consulendum esse SSmo pro translatione onerum Missarum, videant etiam, utrum Oratoribus ad levamen pauperis familiae indulgendum sit, ut sibi applicare valeant praestationes, quae Capellae S. Mariae forent exhibendae, atque eisdem imperianda absolutio quoad fructus hactenus perceptos. Tandem decernere dignentur, an administratio pii Legati gerenda sit ab Oratoribus, jure haereditario ad se pertinere contendentibus, seu potius retinenda dumtaxat a Sacerdote Nicolao, quem ait Ordinarius fuisse a Patruo nominatum *Amministratore e Cappellano del Legato.*

Hinc proponuntur

### Dubia

I. *An constet de validitate pii Legati in casu etc.*

II. *An constet de validitate transactionis in casu etc.*

III. *An, et ad quem spectet administratio pii Legati in casu etc.*

IV. *An, et quomodo concedenda sit reductio Missarum in casu etc.*

V. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione Missarum in casu etc.*

VI. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro abrogatione Legati Capellae S. Mariae ejusque applicatione favore Oratorum in casu etc.*

VII. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad fructus perceptos in casu etc.

Dilata, et scribatur Episcopo, qui referat magis precise, quomodo excludatur jus privativæ proprietatis Sacerdotis Francisci Zangeri Testatoris super fundo l'Uria empto a Leonardo Uretta, inspectis instrumentis in Testamento citatis, vel auditis Testibus in supplementum, et exquirat consensum Parochi S. Mariæ Majoris, et Procuratoris Capellæ S. Mariæ de Monte Carmelo pro cessione Legati saltem ad tempus.

Sess. 22. cap. 6.  
de Reform.

**B**ONONIEN PATRIMONII SACRI. Supremo voluntatis suæ, quo decëssit, elogio anni 1763. Franciscus Bagni Civitatis Centensis amplum constituit legatum Patrimonii Sacri, ut liberi Joannis, et Caroli Bagni Testatoris Nepotum ad majores ordines possent promoveri. Cavît autem 1. ut iis masculis ex iisdem nepotibus ortum trahentibus Patrimonium optare datum esset, qui si troveranno al tempo, che sarà vacante in qualunque modo il Patrimonio, purchè non minori di dodici anni, nè maggiori di venti. 2.º Ut contendentes ad Patrimonium abbiano nel termine di due mesi da cominciarsi dal giorno della vacanza del Patrimonio a presentarsi al Sindaco pro tempore dei Comunali colle loro giustificazioni . . . ed indi posti con eguali Viglietti i nomi di tutti i concorrenti in un Bussolo debba quello conseguire il Patrimonio, che sarà l'ultimo degli estratti dal Bussolo =. 3.º Ut sortis beneficio donatus teneretur = di immediatamente assumere l'abito chiericale, di porsi a studio a Cento, o in altra Città, e di andare a suo tempo agli ordini minori, e poscia maggiori =. 4. Ut si monitus ab Archibresbytero S. Blasii, et a Sindico Communalì negligeret studiis vacare, aut ecclesiasticæ militiæ nomen dare = lasciando con avvertenza, e a bello studio oltrepassare il ventesimo terzo di sua età, senza aver ottenuto nemmeno uno degli ordini maggiori, s'intenda in ciascuno di detti casi essere decaduto ipso jure, et ipso facto tal-

Die 18. Novembris 1826.

247

dal comodo, e beneficio del Patrimonio, cosicchè deb-  
basi venire ad una nuova elezione di altro soggetto.  
5°. Che in caso fosse alcuno dipoi provveduto di Bene-  
fizio, o potesse provvedersi di altro Patrimonio si debba  
venire ad una nuova elezione, se vi saranno concor-  
renti, = 6°. Tandem ut deficiente progenie masculo-  
lorum Bagni sortitioni committerentur omnes paupe-  
res Parœciæ S. Blasii, = che non avessero comodo di  
potere costituirsi un patrimonio sacro =, electumque  
voluit obstrictum legibus, quibus subjecit masculos  
ex memoratis lineis Bagni originem ducentes.

Primus omnium sortitione Patrimonium obtinuit Caro-  
lus Bagni ex familia Caroli Testatoris Nepotis. Cum  
autem iste divino se nollet mancipare servitio, Patri-  
monium resignavit Aloysio ipsius fratri, quo die 18.  
Januarii 1822., post decennalem Legati possessionem,  
vita functo, quin ad Sacros Ordines ascenderit, Patri-  
monium sortitus fuit Joseph alter ejusdem Caroli fra-  
ter. Verum et hic similiter adeo ab Ecclesiastica mi-  
litia erat alienus, ut ne Patrimonii quidem possessio-  
nem petierit, ejusque propterea administrationem die  
3. Maji 1823. Archipresbytero Centensi concedidit  
Eius Archiepiscopus.

Hinc filii Pauli Bagni ex altera familia Joannis, qui æta-  
tem agebant a Testatore constitutam, et Patrimonium  
assequi cupiebant, statim jura sua coram Archiepi-  
scopali Curia Bononiensi detulerunt, irritamque de-  
clarari postularunt Josephi electionem, sistentes etiam  
in amplissimis opibus, quibus præditus erat Petrus Jo-  
sephi Pater.

Curia Archiepiscopalis controversiam componere studens  
renunciationem a Josepho faciendam esse suasit; at  
Joseph sive potius ejus Pater renunciationem subter-  
fugiis ita protrahi satagit, ut ea expleta non fuerit,  
nisi die 25. Januarii 1825., quo tempore alter Josephi  
Frater, cui nomen Antonius, ad duodecimum per-  
venerat ætatis annum.

Hac emissa renunciatione, Archiepiscopalis Curia no-  
vam perfici mandavit sortitionem, qua die 12. Fe-  
bruarii ejusdem anni 1825. memoratus Antonius pro-  
pitiam expertus est fortunam. Quocirca filii Pauli Ba-  
gni illico Archiepiscopo preces porrexerunt, petentes

nul-

nullam declarari electionem, quippe quæ ceciderat in Antonium ditissimi Patris filium. Sed Curia Archiepiscopalis die 8. insequentis Junii satius duxit Antonium immittere in possessionem Patrimonii, sarta, ac integra relinquens *omnia jura favore illorum, qui interesse habeant, aut habere possunt pro eorum exercendis actionibus in casibus a fundatore in ejus dispositione contemplatis pro quocumque juris effectum.*

Re ad hanc Sacram Congregationem delata Eñus Archiepiscopus de more rogatus fuit, qui documenta transmisit, ex quibus ea, quæ superius exposui, eliciantur. Cumque idem Eñus requisitus etiam fuerit, ut referret *de causa retardatæ extractionis nominandi ad Patrimonium*, ideo aliud misit scriptum Curiae Archiepiscopalis, quæ = *conviene che la tardanza è stata causata da procrastinazioni del Sig. Pietro Bagni, le quali possono interpretarsi artificiose, e dirette a farsi, che un altro di lui figlio Antonio giungesse all' età prescritta alla imbussolazione, secondo che avvenne.*

Ad convellendam Antonii electionem filii Pauli Bagni legibus innituntur a pio Testatore præscriptis. Hic enim præcepit, ut patrimonium asequutus, onere divinceretur = *di immediatamente assumere l'abito chiericale, di porsi a studio, e di andare a suo tempo agli ordini minori, e poscia maggiori* =, ac si hisce non pareret legibus, decideret *ipso jure, et ipso facto a possessione patrimonii, ita ut = debbasi venire ad una nuova elezione di altro soggetto* =, atque hanc electionem expleri mandavit intra duos menses = *dal giorno delle vacanze* =. Jam vero inquitur filii Pauli Bagni, tantum abest, ut Joseph Bagni Testatoris voluntati morem gesserit, ut = *essendo privo di vocazione non mai chiese il possesso, nè mai vestì l'abito chiericale*. Statim ac itaque Filii Pauli Bagni jura sua coram Archiepiscopali Curia detulerunt, ac Joseph monitus, ut Patrimonio nuncium mitteret, leges a Testatore injunctas implere neglexit, ipso jure, et ipso facto decidit a possessione patrimonii, ac intra duos menses ad novam deveniendum erat electionem. Quod si hæc electio intra duos menses a die vacationis juxta supremam Francisci voluntatem expleta fuisset, alter ex filiis Pauli Bagni, qui legitimam agebant ætatem, Pa-

trimonium obtinisset, non autem Antonius Petri filius, qui tunc vix decimum attigerat annum. Electio itaque Antonii, qui tempore vacationis incapax erat ad sortiendum Patrimonium, nullius est roboris declaranda; quoniam explorati juris est, mole sua ruere electionem ejus, qui etatem a Testatore præscriptam non habet, *Constant. Fel. 4 §. 5. num. 9., Rot. alleg. apud Spala Cons. 354.*

Quin culpæ verti quærit filiis Pauli Bagni, quod non curaverint intra duos menses rem conficere, ideoque postea eorum omnium nomina sorti commisi fuerint, qui tunc in præscripta a Testatore etate versabantur. Omni enim studio conati sunt legitimo tempore ad exitum controversiam perducere, et ægro animo ferre debuerunt electionem in longissimum protrahi tempus. Imputari autem non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum faciendum erat, *Cap. Quia diversitatem 5. de Concession. Præben., L. in executione 85. ff. §. fin. de verb. obligat., et nemo pœna plectendus, quem compertum est culpa vacare, Cap. Cognoscentes 2. de Constit., R. 25. l. in 6., L. Saucimus C. de Penis.*

Ho vel magis quod non abest suspicio, ut ceasit Curia Archiepiscopalis, ex conflictu Petrum operam dedisse, ut quæstio inter Josephum ejus filium, et descendentes ex progenie Joannis Bagni non absolveretur, donec Antonius ad duodecimum perveniret annum, ac propterea dolo, ac fraude, quæ nemini patrocinari debet, factum est, ut nomen Antonii sortitioni committeretur, et cum alterius detrimento locupletior evaserit.

Alia quoque ratione contendunt hæredes Pauli Bagni, nullam renunciandam esse Antonii electionem. Propugnant enim, eundem Antonium, cui percommode Patrimonium a divite Patre constitui potest, nullo modo adspirare potuisse ad Patrimonium Sacrum, aut saltem nunc illud dimittere debere. Reque vera Testator jussit, *che in caso fosse alcuno dipoi provveduto di Benefizio, o potesse provvedersi di altro patrimonio, si debba venire ad una nuova elezione, se vi saranno concorrenti.*

Quæ voluntas clarius emicat, si animadvertamus, defi-



ciente utraque linea Bagni, vocatos fuisse *i poveri della Parrocchia di S. Biagio*, locumque fieri novæ electioni, *ove l'eletto venisse poscia provveduto con Benefizio, o con altra fortuna di beni, onde potersi costituire altro Patrimonio*. Jus itaque prelationis egenis Clericis tributum videtur, licet expresse id cantum non fuerit, cum pro expresse sit habendum, quod ab expressis perspicue consequitur, *Cap. Cum olim de Censib., L. ult. ff. de legat. 2., Rot. cor. Ratto Decis 217. num. 7.*; ideoque aut irrita declaranda est Antonii electio, utpote ditissimi Patris filii, aut ad novam procedendum est electionem, quia adsunt filii Pauli Bagni, qui legitima pollent ætate, paupertate laborant, seque divino servitio mancipare peroptant. Verum Antonius validam tuetur suam electionem, utpote ex familia Bagni descendens, ac intra legitimum tempus ad assequendum Patrimonio sortis beneficio vocatus. Nec enim sibi officere autumat, quod nondum duodecimum exegisset annum, cum Filii Pauli Bagni Archiepiscopalem adierunt Curiam, ut Josephi legato Patrimonii privaretur. Namque ad privationis peram incurrendam sententia declaratoria accedere debet, *Auth. Hoc amplius Cod. de fideicom., Pitor. de controuv. Patron. alleg. 100. n. 694., Rot. cor. Olivatio decis. 529. n. 15.*, quam declaratoriam quum nunquam ediderit Archiepiscopalis Curia, tum solum Patrimonio vacasse videtur, cum Josephi se legato abdicavit, ac propterea tempore, quo Antonius annos a Fundatore constitutos agebat. Dein etiamsi ante Josephi renuntiationem vacatio obtigisset Patrimonii, suis staret viribus Antonii electio: neminem siquidem fugit ad personæ idoneitatem metiendam in Beneficiis, et in emolumentis, quæ ilico juris ministerio non deferuntur, sed extrinsecum hominis factum exigunt uti electionis, presentationis, sortitionis; tempus inspicendum esse presentationis, aut sortitionis non autem secutæ vacationis, *Cap. dulum, et Cap. Eum §. inferiore de Electione, Card. de Luca de Fideicom. disc. 50. n. 11., Rot. cor. Buratt. dec. 682. n. 8. et seq.* Eoque minus quidquam sibi obesse censeat tergiversationes proprii Parentis. Præterquam enim dolus certis evinci debet, ac ineluctabilibus probationibus, *Rota cor.*



cor. *Olivatio Decis.* 917. n. 5., illud insuper urget, quam maxime aberrare a ratione, ac devium esse ab æquitate, ut quis dolo non suo damnum ferat, *L. Nemo debet ff. de reg. Juris, L. si quis suo C. de inoff. Testam.*; *Rota cor. Olivatio dec.* 592. n. 4.

Nec divitias, quibus abundat ejus Pater, sibi præpedire posse contendit, quominus frui valeat legato Patrimonii. His enim verbis = *Che in caso dipoi fosse provveduto di Benefizio, o potesse provvedersi di altro Patrimonio, si debba venire ad una nuova elezione* = designari censet opes ipsius electi proprias, ac ipsi post adeptam Patrimonii possessionem obventas, cum tea sit germana significatio verborum *in caso poi*, ut posteriora, non anteriora significet.

At amen si Emi Patres electionem Antonii irritam habendam esse censuerint, decernere dignentur, an fructus Patrimonii ab ipso hactenus percepti novo eligendo sint tradendi, fructus enim indebite collectos restituendos esse tradit *l. 5. ff. de interd., S. Congr. in Faventina Legati 19. Novemb. 1825. §. Parochi. Filii* autem Pauli Bagni simul ac Antonius Patrimonium sortitus fuerat, nullam coram Archiepiscopali Curia declarari petierunt illius electionem, atque hanc ob causam in actu immissionis sarta tecta servata suere pro quocumque juris effectum jura interesse habentium.

Quæritur idcirco

I. *An constet de validitate electionis favore Antonii in casu ec.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et cujus favore teneatur dimittere Legatum Patrimonii in casu etc.*

Et quatenus negative ad I. Dubium

III. *An, et a quo tempore teneatur restituere fructus in casu etc.*

Ad I. Providebitur in secundo.

Ad II. Affirmative, et fiat nova sortitio ad formam testamenti inter alios vocatos.

Ad III. Affirmative a die præsentis decreti.

Sess. 23. cap.  
1. de Reform

**O**VETEN. MISSAE PRO POPULO Parochiales Ecclesias S. Mariæ in Campos, et SS. Salvatoris de Salave Ovetensis Diœcesis ducentis abhinc annis ita inter se unitas esse constat, ut unus sit earum Rector, unusque populus, licet in unaquaque Ecclesia independenter ab altera præcipua exercentur Parochialia jura. Hujusmodi Ecclesiarum Parochi quotquot usque adhuc fuere, unicam tantum diebus festis pro Populo applicarunt Missam, hodiernus vero Parochus minus recte se gerere verens, EE. VV. oraculum sibi exquirendum ducit, ac declarari postulat, an unam, vel potius binas Missas applicare teneatur. Addit tamen, admodum grave sibi futurum onus per alium Sacerdotem singulis diebus festis secundam applicandi Missam.

Episcopus pro informatione, et voto rogatus, ea, quæ supra narraui, plene confirmat, votumque suum aperiens inquit = *non possum non asserere convenientissimum fore, ut non binas, sed unicam tantum Missam pro populo diebus dominicis, et aliis festis, Parochum applicare teneri Sacra Congregatio decernat.*

Qui animarum curam exercent, tenentur jure divino applicare Missam pro Populo sibi commisso, *Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. de Reform., Sacra Congregatio in Calaguritana Applicationis Missæ pro Populo 12. Decembris 1764. et in Oveten. 12. Januarii 1774.*, iisque hoc onus applicationis dominicis, aliisque festis diebus ita inheret, ut non eximantur, etiamsi redditus tennes sint, cum ad id non obstringantur propter redditus, sed ratione officii; *Benedictus XIV. Constit. Cum semper oblatas §. 3. et Sac. Congregatio in cit. Oveten. §. Quæsitum.* Quin imo Parochi, qui duabus præsent Ecclesiis insimul unitis unione subjectiva, vel æque principali, in utraque Ecclesia Missam pro populo singulis diebus festis applicare debent. Enim vero in *Lucen. applicationis Missæ pro populo 26. Februarii 1774.* requisiti Emi Patres; *an Parochi duabus Ecclesiis Parochialibus præpositi teneantur dominicis, aliisque festis diebus Missam in unaquaque Ecclesia sive per se sive per alium applicare pro populo in casu etc.* responsum dederunt die 12. Martij

gii ejusdem anni: *Affirmative exceptis tantum Parochiis uniti unione plenaria, et extinctiva, et scribatur Episcopo juxta instructionem.* In hac autem instructione Emi Patres Episcopum certiore facendum esse putarunt, ipsos numquam dubitasse, quod *Parochi teneantur applicationi supradictæ Missæ pro populo singulis diebus dominicis, et festis in unaquaque ex Ecclesiis Parochialibus, quæ vel æque principaliter, vel subjective conjunctæ, atque incorporatæ sunt; cum applicatio unius tantummodo Missæ pro populo locum habeat in iis Parochialibus, quæ invicem adeo unitæ, conjunctæ, atque incorporatæ sunt, ut ex duabus una prorsus cum extinctione tituli alterutrius evaserit.*

Hoc unum itaque in præsentī casu inquirendum superest, utrum Parochiales Ecclesiæ S. Mariæ, et SS. Salvatoris insimul unitæ fuerint unione plenaria, et extinctiva, vel potius unione subjectiva, aut æque principali. Jam vero hanc unionem haud renuntiandam esse extinctivam in primis suadet memorata instructio, quæ extinctionem efflagitat tituli alterutrius Ecclesiæ unitæ. Parochus autem Orator se Rectorem appellat Ecclesiarum S. Mariæ in Campos, et Ss. Salvatoris de Salave, ac proinde quolibet ex Ecclesiis suum retinet titulum. Accedit, quod per unionem extinctivam ex duabus una fiat Ecclesia, sicque jura alterutrius Ecclesiæ extinguantur, seu trasferantur in aliam, *Fagn. in cap. Exposuisti n. 34. de Preb., Reiffen. in lib. 3. decret. tit. 12. n. 41.* In themate vero neutrius Ecclesiæ jura in alteram translata sunt, sed in utraque Ecclesia independentē ab altera, fatente Parocho, ac teste Episcopo præcipua exercentur Parochialia jura. Quocirca unio, de qua agitur, characteres præferat unionis, æque principalis, qua ambæ Ecclesiæ suum retinent titulum, honorisque gradum, licet unius Rector fiat etiam Rector alterius; *argum. Can. ex temporis 16 q. 1., Garz. part. 12. de Benef. cap. 2. n. 37., Reiffenst. loc. cit. n. 51.*

Contra animadvertere præstat prædictas Paræcias (inquit Episcopus) etiam post unionem non duos populos, sed unum esse populum, quod quidem unionem extinctivam fuisse ostenderet; quando enim Ecclesiæ Parochiales aut subjective, aut æque principi-

liter uniuersatur, utriusque Parochiæ populus distinctum corpus efformat, S. Congregatio in *Sutrina Missæ pro populo* 17. Julii 1791. §. licet., et in *Lamacen.* 30. Julii 1796. §. Ex. Nec prætereunda biscentenaria observantia applicationis unius tantum Sacri, quæ præsumptionem inducit, memoratas Ecclesias extinctive fuisse unitas, aut saltem exemptionis titulum a duplici Sacrificio tribuere potest, *Card. De Luca de jurepat. dis. 9. num. 17., et Sacra Congregatio in cit. Lamacen. §. Ex.*

Quatenus tamen EE. VV. Parochum ad duplex Sacrum teneri decreverint, decernant quoque, numi Oratori concedenda sit absolutio quoad præteritas omissiones, et reductio quoad futurum. Commendabilis enim actualis Parochi religio ac grave incommodum, quod in Oratorem ex duplici applicatione redundaret, iustam suppeditare reductionis causam docet *S. Congreg. in Civitatis Castellii* 17. Aprilis 1790., et in *cit. Lamacen. §. Quatenus* Nihilominus videant Emi Patres, utrum potius expediat tribuere Oratori facultatem applicandi infra hebdomadam alterum Sacrum, quemadmodum *Bened. XIV. in Constitutione cum semper oblatas* ad consulendum Parochorum inopiæ concessit Episcopis potestatem dispensandi cum Parochis, ut diebus festis eleemosynam recipere possint, et Missam applicare pro benefactore, translata ad alium diem infra hebdomadam applicationem Missæ pro populo.

Itaque proponuntur

### Dubia

I. *An Parochus duplicem teneatur applicare Missam pro populo in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.*

III. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad præteritum in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

**N**URSINA DECIMARUM. Monachi S. Benedicti Nursinæ Civitatis curam olim habebant Parochialis Ecclesiæ S. Peregrini eorum Monasterio annexæ; verum postea consilium inierunt muneri hujusmodi nantium mittendi. Pactum hinc Monachos inter, et populum intercessit, quo, ceu eruitur ex vetustis sacræ Visitationis actis, res ita composita fuit, ut in posterum Populus Parochos amovibiles deligeret, et Abbas Monasterii eos nominaret, ac instituendos præsentaret Episcopo; præterea ut *dimidia pars decimarum recipiatur a Confraternitate SSm̃i Sacramenti, et tradatur Parocho pro tempore, alia pars recipiatur a Monachis.* Qua ex re Monachi mediam decimarum partem ex Parœcia S. Peregrini proticiscentium jugiter perceperunt, atque in annuæ administrationis codices redditum decimarum ita retulerunt: *porzione delle decime di S. Pellegrino dovute al Monastero.*

**A**t suppresso Monasterio S. Benedicti per Constitutionem san: me: Pii VII. incipien. *Ad tuendam diei 6 Januarii 1820.*, qua Episcopalis Cathedra in Nursina Civitate denuo erecta fuit, omnia, et singula bona, sive urbana, sive rustica, sive libera, sive in Emphyteusim concessa ad dictum Monasterium spectantia Mensæ novæ Cathedralis Ecclesiæ tributa fuerunt: Communitati autem Nursinæ, cui Pontifex onus injunxerat *supportandi expensas pro manutentione Parochialis Ecclesiæ . . . . nec non constituendi annuam pecuniæ summam ab Ordinario statuendam pro congrua illius Rectoris sustentatione, concessæ fuere præstationes, oblationesque fidelium, sive in pecunia, sive in cera, sive in holofericis vulgo pallii nuncupat. hujusmodi Parochiali Ecclesiæ debite*

**Q**uoniam vero in susceptæ obligationis exonerationem Communitas medietatem decimarum, Monachis olim debitam, Parocho S. Peregrini assignaverit, orta hinc est controversia, utrum ex Piana Constitutione ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, seu potius ad Parochum, uti Communitatis cessionarium, pertineat ista decimarum medietas. Episcopus, quem de more requisivi, plane confirmat, quæ supra narravi.

Parochus, cui ad stipulatur Nursina Communitas, potiora sua jura esse contendit. Ex jure enim certum est, decimas præmium esse laboris, *Cap. 1. Gaus. 16. quest. 7.*, easque Parochis deberi, quippe qui curam habent animarum, *Cap. Cum contingat 29. de Decim.*, *Sacr. Congr. in Briclinorien. Decimarum 8. Maji 1824. §. Animadvertit*; ac propterea si quis alius jus sibi asserat percipiendi decimas, nisi id perspicuis evincat argumentis, succumbat oportet. Jam vero Piana Constitutio, bona ad Monasterium S. Benedicti spectantia Mensæ Cathedralis Ecclesiæ concedens, potius spectasse videtur bona, quorum proprietas ad Monasterium pertinebat, quam jus exigendi partem decimarum, quæ inter fidelium oblationes accensentur, *Numer. 18. v. decimarum, Reifsenst. lib. 3. Decret. tit. 30. n. 179.*

Illud præterea addendum, quod ex Concilii Tridentini sanctione *Sess. 25. Cap. 12 de Reform.* exigui Parœciarum fructus per assignationem decimarum sunt augendi. Absolum autem videtur, eam fuisse Pontificis mentem, ut parte decimarum privaretur Parochus S. Peregrini, qui adeo tenui donatus est Præbenda, ut par non sit perferendis oneribus. Enim vero ex tabulis accepti et expensi ab Episcopo transmissis apparet, annuos redditus, non comprehensis incertis stolæ, pertingere ad *scut. 16. 17½*; onera autem, et elemosynam Missæ pro populo conficere summam *scutorum 20. 05.*

At Canonici perspicuum exploratumque censent, nec ipse inficiatur Parochus, Monasterium S. Benedicti ex pacto, atque observantia trium fere sæculorum jus acquisivisse symbolam decimarum percipiendi; neminem enim latet ex immemorabili etiam, ac centenaria consuetudine præscribi posse jus decimandi, *Cap. Cum sint de Decimis, Rot. cor. Rezzonico. dec. 112.*, eoque magis quia cum in themate res sit inter personas Ecclesiasticas, quadragenaria observantia potis est ad legitimam præscriptionem inducendam, *Barbos. Jus. Eccl. Cap. 26. num. 12.*, *Sacr. Congr. in Pisauren. Decimarum 3. Martii 1792. §. Respicit.*

Die 18. Novembris 1826.

257

Hujusmodi autem decimarum medietatem nunc ad Mensam Capitularem pertinere ex eo colligunt Canonici, quod Pontifex in laudata Constitutione *omnia, et singula bona sive rustica, sive urbana* ad extinctum Monasterium spectantia eidem Mensæ tribuerit; nemo enim ignorat æque bonis adnumerari, si quid est in actionibus, *L. Bonorum 59. ff. de V. S., Rot. cor. Olivatio dec. 242. num. 2.* Ex his inferunt nullo jure potuisse Communitatem pro congrua Parochi S. Peregrini assignare decimarum medietatem, quæ Capitulo debetur tamquam Monachorum successori. Neque audiendas inquit querelas Parochi de congruæ tenuitate, quia eidem expeditissima est actio contra Communitatem, quæ hoc onere devincta est ex Piana Constitutione:

Quare vestrum erit EE. PP. pro ea, qua præstatis, sapientia dirimere

Dubium:

*An, et ad quem spectet medietas decimarum olim Monasterio S. Benedicti debita in casu etc.*

**F**OROLIVIEN. LEGATORUM. Familiæ Petrignani Forolivii plura imminabant pia Legata. Primum quatuor Missarum in singulis hebdomadis, quarum binæ ad aram B. M. V. ab igne, et binæ in Ecclesia Cathedrali sunt litandæ. Hujus legati institutio in tenebris delitescit antiquitatis, licet ex actis sacrarum visitationum constet, Familiam Petrignani ab immemorabili fuisse huic oneri subjectam. Alterum *scut. 12.* pro festo S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis in Ecclesia Patrum Carmelitarum quotannis celebrando. Hujusmodi legati implementum demandavit Julia Rosetti, cujus hæres Didacus Columbani anno 1743. vendidit Petro Paulo Petrignani quandam domum sitam in

*Sess. 22. cap. 6., et sess. 24. cap. 4. de Reform.*

K k

via

via S. Blasii, injuncta eidem lege curandi satisfactionem Legati Rosetti, ac speciali hypotheca favore legati devincta domo. Tertium olei pro duabus lampadibus: Jacobus enim Albicini, qui hæredem fideicommissarium sibi scripsit Livium Petrigiani, duas emi jussit argenteas lampades, easque ante aram S. Peregrini in Ecclesia Patrum Servorum Mariæ collocatas diu noctuque sumptibus hæredis lucere voluit. Quartum tandem *scut. 9. 12.* pro celebratione sex supra viginti Missarum in Ecclesia Patrum Cappuccinorum peragenda. Legatum hoc perpetuo impleri edixit Joseph Albicini, cuius hæres extitit idem Jacobus Albicini.

Hujusmodi legata diu exequi non prætermisit memoratus Livius; at postea cum in adversam incidisset fortunam, adeo ut anno 1809. ære alieno obstrictus bonis suis, etiam fideicommissariis, cesserit, legatorum reductionem a Sede Apostolica imploravit, eamque ad quinquennium anno 1816. obtinuit. Quumque exeunte anno 1819. Livius vitam cum morte commutaverit, Petrus Paulus ejus filius, qui ab adeunda hæreditate sese abstinuerat, ad annum usque 1821. legata expleri proprio ære satagit. Nunc vero propriæ conscientiæ consulere cupiens, declarari postulat, se a quolibet legatorum onere esse immunem; sin minus ob rei familiaris angustias amplam efflagitat reductionem.

Semel iterumque rogatus Episcopus respondit, Legatarios onerum urgere satisfactionem, subditque: *Paternam hæreditatem neque adivit, neque respuit Orator, quoniam nulla erat, cum Pater bona omnia, etiam fideicommissum Canonici Jacobi Albicini, creditoribus cecisset anno 1809. Cessio bonorum fuit voluntaria, nullusque pro legatis piis vocatus fuit. Attamen semper ipsis satisfactum fuit a Livio, dum viveret, ideoque censendum relictum fuisse fundum pro hujusmodi satisfactione.*

*Domus gravata pro legato favore Patrum Carmelitarum amplius non extat. Adhærebat enim antiquæ domui familiæ Oratoris, in cujus nova constructione comprehensa fuit etiam illa legato obnoxia; sed etiam illa pluribus abhinc annis alteri vendita fuit.*



*Ex bonis hereditatis maternelæ, et patrum, ac etiam ex dote, cæterisque, propriæ uxoris, Orator in probe commoda versatur fortuna. Ex statu tamen activo et passivo Orator deducit, ipsum vivere tantum ex industria.*

Exploratum censet Orator cuncta onera supra memorata Livio ejus parenti incubuisse; ræque vera iste solummodo ad obitum usque legata implevit. Cumque Livius anno 1809. omnia creditoribus cesserit bona, nihilque postea acquisierit, itaut filius eidem, dum vixit, ex proprio peculio alimenta præbuerit, Orator a paterna sese abstinuit hereditate. Certi autem juris est, filium, qui paternæ sese non immiscuit hereditati, ad parentis debita dissolvenda adigi non posse. Quo circa, inquit Orator, Legatarii jura sua experiantur oportet in cessionarios, qui bona possident legatorum onere divincta, eoque magis quod cessio bonorum expleta fuerit nemine ex legatariis requisito: solutio enim facta posterioribus creditoribus per decoctum vel decocturum non subsistit, et subjacet avocationi, *Card. de Luca de Cred. disc. 2. num. 11., et disc. 48. num. 8., Rot. decis. 1074. num. 4. cor. Seraphin.* Quia imo Patres Carmelitæ hæredes quoque Didaci Columbiani adigere queunt ad implendum legatum Rossetti. Pia siquidem Testatrix, nullo taxative designato fundo, jussit festum celebrari S. Mariæ de Pazzis, ideoque tametsi hæres domum traderit pro legati implemento, eaque dudum perierit, nihilominus onere obstringitur curandi satisfactionem legati, quemadmodum post *Passerin. de stat. homin. quæst. 187. art. 4. num. 984., Rot. decis. 117. num. 7. recent. monet Benedict. XIV. de Syn. Diac. lib. 13. cap. ult. num. 31. et seq.*

At Legatarii contendunt, Oratorem esse compellendum ad omnia pia legata implenda: affirmant enim, eundem proprii parentis hæredem extitisse, et aliquod emolumentum ex hereditate percepisse, licet nullam afferant probationem. Animadvertere tamen præstat, onus quatuor Missarum in singulas hebdomadas ab immemorabili imminere Familiæ Petrignani, et idcirco omnes, qui bona possident ex eadem familia proficiscentia earum implemento devinciuntur. Jam vero ex Episcopi informatione liquido constat, Ora-

tozem hæredem extitisse Francisci Petrignani ejus patri. Quemadmodum igitur Franciscus oneri Missarum subjectus fuisse videtur, ita etiam ejus hæres, qui melioris conditionis esse non debet, quam illius auctor, *L. Ex qua 149. ff. de R. J.*

Quamobrem si *EE. VV.* Petrum Paulum Petrignani ad legatorum implementum cogendam esse censuerint, decernant oportet, an concedenda sit absolutio quoad præteritas omissiones, et reductio quoad futurum. Quamvis enim Episcopus retulerit, Oratorem in comoda versari fortuna, attamen iste ex transmissis tabulis accepti et expensi probare nititur, æs alienum, quo tenetur, longe in præsens superare ejus patrimonium, si bona dotalia Uxoris detrahantur. Gravem vero obligati paupertatem præbere legitimam causam tam absolutionis pro præteritis omissionibus, tum reductionis piorum legatorum docet *S. Cong. in Taurinen. 30. Martii 1776.*; et *in Mazzarien. Reductionis et absolutionis 14. Decembris 1822.* Verum hanc ob causam ut plurimum temporaneas tantum indulgere consuevit reductiones, uti *in Mutinen. Reductionis Missarum 17. Februarii 1821.*, et *in Sorana Reductionis 18. Septembris 1824.*

Hinc dignabuntur *Emi Patres* definire

- I. *An et quæ legata Orator tenèatur implere in casu etc.*  
Et quatenus affirmative.
- II. *An et quomodo sit locus reductioni legatorum in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Die

*Die Sabbathi 23. Decembris 1826. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia, juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.*

## **O**VETEN. MISSÆ PRO POPULO

Dubia

*Sess. 25. cap.  
1. de reform.*

*I. An Parochus duplicem teneatur applicare Missam pro  
populo in casu etc.*

*Et quatenus affirmative*

*II. An et quomodo sit locus reductioni Missarum in  
in casu etc.*

*III. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolu-  
tione quoad præteritum in casu etc.*

*Ad I. Negative.*

*Ad II. et III. Provisum in primo,*

## **N**URSINA DECIMARUM.

Dubium

*Sess. 25. cap.  
12. de reform.*

*An et ad quem spectet medietas decimarum olim Mo-  
nasterio S. Benedicti debita in casu etc.*

*Affirmative ad Mensam Cathedralis Ecclesiæ.*

Sess. 22. cap.  
6., et Sess. 24.  
cap. 4. de reform

## FOROLIVIEN LEGATORUM.

### Dubia

I. *An et quæ Legata Orator teneatur implere in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quomodo sit locus reductioni Legatorum in casu etc.*

III. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolute quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Affirmative pro nunc quoad Legatum quatuor Missarum; in reliquis dilata, et scribatur Vicario Apostolico, qui referat, auditis interesse habentibus, an utilis actio experiri possit pro anterioritate, et potioritate jurium reliquorum Legatorum.

Ad II. Provisum in præcedenti.

Ad III. Affirmative celebratis quatuor Missis pro omnibus.

Sess. 24. cap. 1.  
de reform. Matrim.

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. Tertio ad trutinam vocatur hæc controvèrsia inter Cajetanum d'Errico, et Mariam Hieronymam Marigliano. In Comitibus enim diei 18. Martii labentis anni percontanti mihi: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc.*, responsum datum est: *Dilata: iterum die 22. insequentis Julii eodem proposito Dubio EE. VV. placuit rescribere: Affirmative, et ad mentem: mens est, ut scribatur Emo Archiepiscopo, ne Cajetano d'Errico relaxetur fides status liberi inconsulta Sacra Congregatione.* Quum autem Defensor Matrimonii instaurandi certaminis exposulasset licentiam, inspecta praxi, quam Sacer hic Ordo jugiter servavit, ut ostendunt exempla præsertim in *Neapolitana Matrimonii 19. Septembris 1772., in Romana Matrimonii 20. Januarii 1787., in Barchinonen Matrimonii 23. Januarii 1808., et alia plura relata in Burdigalen. Dispensationis 6. Augusti 1825., novæ audientie beneficium eidem concessi.* Id ægre ferens Mulier penes Summum Pontificem conquesta est,

rata editam resolutionem pro gratiosa dispensatione satis habendam, aut saltem ad SSmum esse referendam, ut ipse pro sua sapientia, ac suprema potestate quid esset faciendum decerneret. Verum Mulieris preces cum dimissæ fuerint rescripto: *SSmus Oratricis instantiam rejecit, et consuetam praxim Sacræ Congregationis servari mandavit*; idcirco hodierna die novo eadem quæstio subicitur examini.

In novissima allegatione animadvertit Matrimonii Defensor Mariam Hieronymam post novem nuptiarum menses querelam instituisse de viri frigiditate, Cajetanum vero religionis interposito sacramento affirmasse sequitam Matrimonii consummationem. Exinde ad censuram *Cap. accepisti de frigid.* deducit, Mulieri non esse fidem habendam, nisi ostendat impotentiam Viri ex signis physice, aut moraliter certis, *Sanchez de Matrim. Lib. 2. cap. 7. disp. 109. num. 1. et seq.*

Ad probandam Cajetani perpetuam impotentiam ineptissimas arbitratur relationes septem Peritorum judicialium, qui corpus viri inspexerunt. Eorundem enim relationibus ab eodem Defensore traditis clarissimo Urbis Chirurgo Cajetano Flajani, ut sententiam suam panderet, is votum elucubratus est ab Josepho Sisco, ac Francisco Bucci eximiis Chirurgiæ Professoribus comprobatum, quo tamquam falsa, et comitentitia traducit principia, quibus nititur septem Peritorum iudicium; eosdem contradictoria, facta relationum collatione, exponere evincit; ambigua, incerta, ac inepta vocitat signa, quibus eorum adhærent relationes; quare putat, *necessario che nuove e più esatte esplorazioni si facciano sulla virilità del d' Errico, e prove sperimentali più lunghe, onde giungere a quella fisica, o moral certezza che si richiede dai Sagri Canoni per lo scioglimento del vincolo matrimoniale.*

Eoque minus in relatione Peritorum judicialium Eños Patres conquiescere posse autumat idem Defensor, quod in præterita Causæ actione plures adduxerit extrajudiciales Professores, qui ne dum inspectum Cajetanum ad rem maritalem obeundam idoneum iudicarunt, sed insuper ea inficiati sunt invenisse frigiditatis signa, quæ Periti judiciales retulerunt. Hisce autem extrajudicialibus relationibus fidem haud esse de-

negandam subdit, quoniam eius autographus agnovit publicus Actuarius: neque etiam spernendas, utpote extrajudiciales; siquidem hujusmodi Peritiæ satis habentur ad docendum de gravamine Peritiæ judicialis, ut inde fiat locus novæ deputationi Peritorum, *Rot. in recent. decis. 479. n. 7. part. 9., et in Romana affictus 1. Junii 1817. §. 9. coram R. P. D. Marco.* Ex his colligit Sacramenti Adsertor, maximum vinculo matrimonii inferri præjudicium, nisi ad novam inspectionem procedatur, aut triennale decernatur experimentum. Errore enim et gravamine Peritorum judicialium probato, res in dubio versatur, et in dubio concedi non posse dispensationem sæadet Sacra Congregatio in *Barchinonen. Matrimonii 24. Januarii 1807.* Nulla sane superfluitas reprehendenda, omissaque diligentia in quæstionibus de matrimonii dissolutione, pro indaganda veritate, adhibenda est, *Card. Argenvillier. dissert. de matrim. impoten. caus. dirimèn. vel non. n. 16., et Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 107. n. 6.*

Quoniam vero Mulieris Defensor nihil novi mihi exhibuit, idcirco Folia dierum 18. Martii ac 22. Julii hujus anni, et allegationes semel iterumque distributas EE. VV. consulere precor, ut dirimere possint

#### Dubium

*An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc*

*In decisis et amplius*

*Sess. 24. cap. 12. de reform.*

### TERRACINEN. PRIVERNEN. EMOLUMENTORUM.

Sacerdos Paschalis Reali Privernensis Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, quadraginta annorum emensus servitium, anno 1822, jubilationis indultum obtinuit cum facultate percipiendi in posterum *fructus omnes, et distributiones quotidianas sui Canonatus*, perinde ac si Choro, et officiis divinis personaliter interesset.

Inter

Inter cetera Capituli emolumenta recensetur quædam tritici distributio, quæ obvenit Canonicis post laudum officia quadragesimali tempore antiphonam *Libera me Domine* canentibus. Quamquam primo alteroque anno post jubilationis iudultum huiusmodi emolumentum particeps factus fuerit Canonicus Reali, nihilominus postea Canonici innixi consuetudine, quam vocant immemorabilem, Ecclesiæ Privernen. contendere cœperunt, neminem sive rude, sive alio indulto suffultam participem esse reddendum distributionis *Libera me Domine*, nisi reapse Choro Inter-sit, et antiphonam cauat. At jura sua læsa existimans Canonicus Reali, controversiam ad S. hunc Ordinem detulit dirimendam.

Rogatus de more Episcopus, ut audito Capitulo referret, quomodo res se antea habuerint, respondit id satis esse obscurum; subdit tamen „ Inter contendentes hæc habentur pro exploratis, et certis, 1. Emolumentum, de quo agitur, esse anniversarium, præfinitum, et perpetuum. 2. emolumenta huiusmodi deberi Canonicis privilegio donatis, nisi obsit voluntas Testatoris, vel Ecclesiæ particularis statutum, vel legitima consuetudo. 3. Nullam in casu nostro esse testatoris legem, jussamve, nullum Ecclesiæ statutum, quo Canonici, qui abesse permittuntur a Choro non amissis distributionibus, ab illo emolumento percipiendo arceantur.

„ Tota igitur difficultas in eo posita est, utrum si legitime consuetudinis Canonici, qui non intersunt, dum cantatur = *Libera me Domine* = post cetera officia tempore quadragesimæ, nullo privilegio juri vari queant, quominus quadam tritici mensura, seu sacco priventur, quo potiuntur Canonici, qui huiusmodi cantui revera intersunt = Denique votum suum aperiens inquit „ Mihi potior videtur ratio, et jus Canonici Reali „

Canonicos quamvis rude donatos haud esse admittendos ad participationem emolumentum = *Libera me Domine* = nisi Choro intersint, tum ex immemorabili consuetudine, tum ex juris censura suadere nititur Capituli Defensor in distributa Allegatione. Immemorabilis siquidem observantiæ tantam esse inquit vim,

ut non minus quam lex scripta servari debeat, *Fagnan. in Cap. Cum contingat de For. comp. n. 6., Sacr. Congr. in Surrentina Præminentiarum 20. Decembris 1823. §. Juris: quinimo veluti lex habetur consuetudo, etiamsi intra decem annorum fines contineatur, si juri non adversetur, Sperel. Dec. 67. n. 41., Rot. in recen. Dec. 375. n. 8. part. 2.*

Consuetudinem vero, quæ in Privernensi viget Ecclesia, non intra decennii limites cohiberi, sed hominum vincere memoriam in propatulo esse censent Canonici. Jam inde enim ab anno saltem 1735. morem invaluisse, ut nihil præfati emolumenti tribueretur Canonici, qui sive infirmitate detenti, sive jubilatione, aut alio indulto præditi a Choro abessent, plura ostendunt exempla, quæ in Capitularibus prostant Codicibus. Hanc longissimi temporis observantiam Canonici omnes, uno dempto Reali, confirmant, atque eorum testimonio eo magis est fides adhibenda, quod hujusmodi punctaturæ Canonicorum absentium haud præsentibus accrescant, sed in utilitatem erogentur Ecclesiæ, *Piton. Discept. Eccl. 24. n. 26., Rot. cor. Olivatio Dec. 230. n. 17.* Denique rem conficere autumant Decretum anni 1776., nam Canonici animadvertentes, nonnullos haud interfuisse, „ alla so- „ lita frequenza della quaresima, e perchè per il pas- „ sato si è praticato di perdonare Libere tre alli Ca- „ nonici sani, e cinque agl'Infermi, e avendo man- „ cato di più, non gli si è perdonata alcuna Libera, „ perchè si lucra solamente dai presenti „ majori suffragiorum numero decreverunt, inductam servandam esse consuetudinem.

Dein ex Oraculis hujus Sac. Congregationis ostendere conatur idem Defensor, Canonicos absentes, licet jubilationis indulto auctos, repellendos esse a perceptione ejusdem emolumenti. Enim vero tametsi hic Sacer Ordo Canonicos jubilatos participes faciendos esse putaverit emolumentorum ex anniversariis proficiscentium, quæ fiunt inter annum, et sunt fixa, nisi aliter caverint Testatores, uti demonstrant decreta in *Novarien. Jubilationis 23. Novembris 1681., et in Lunen. Sarzanen. Jubilationis 30. Septembris 1684. ad primum dubium relata in Bosanen. Visit SS. LL. 6. Februarii 1734. §. Agendo et sequen. ;* attamen  
eis



eis denegavit portionem emolumentorum provenientium ex funeralibus, et anniversariis incertis, et extraordinariis *in cit. Lunen. Sarzanen. ad secundum dubium. Similiter in Romana Jurium Canonicalium 5. Maji 1703. lib. Decret. 53. pag. 186.*, in qua agebatur de Canonico valetudinario, cui tributa fuerat facultas lucrandi omnes fructus, et distributiones non secus ac si Choro, et divinis officiis interesset, respondit, eidem pendere oportere omnia emolumenta, atque etiam laudemia, *exceptis Anniversariis aliisque obventionibus non fixis, et in quibus diversimode fuerit a testatore dispositum.* In themate emolumentum nuncupatum *Libera non fixum*, sed adventitium esse ex eo colligunt Canonici, quod modo plus, modo minus, modo in pecunia, modo in tritico tribuatur.

Contrario Canonico Reali, qui jura sua scripto mihi exhibuit, ut EE. VV. oculis subjicerem, memorata emolumenta fixa renuntianda esse tuetur, cum singulis annis statisque diebus Canonicis distribuuntur, ac propterea resolutiones a Canonicis allatas ipsemet ad jura sua tuenda enixe invocat: additque se participem esse reddendum controversi emolumentum, quamvis adventitium putaretur. Et sane *in Aquipendien.*

1. Aprilis 1719. proposito dubio: *An Canonicus vigore indulgi jubilationis participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum, et associationum Cadaverum, si functionibus non intersit*, respondit hæc Sac. Congregatio: *Affirmative ad primam partem, dummodo non obstet voluntas Testatoris, vel dantis: ad secundam partem negative.* Item Canonico jubilato solvenda esse emolumenta etiam processionum statuit *in Romana 24. Martii 1703. relata in Lauretana Jubilationis 11. Junii 1774. §. Canonico*; concinnato siquidem Dubio: *An Jubilato debeantur emolumenta processionum, etsi illis non interfuerit*, rescripsit = *Affirmative.* Et nuperrime *in Verulana Jubilationis 17. Junii 1820. rogati Eññi Patres: An Canonico jubilatus, quamvis absens participare debeat de scut. sex, quæ annuatim a Communitate persolvuntur ob sacra novendialia*, responsum dederunt: *Affirmative.*

Quocirca concludit Reali, explorati juris esse, Canonico jubilatum frui debere cunctis emolumentis, quibus

bus gaudent Canonici Choro interessentes, iis tantummodo exceptis, quæ extraordinaria sunt, et incerta, aut ex voluntate Testatorum inter præsentibus sunt distribuenda. Cumque emolumenta ob cantum versiculi = *Libera me Domine* = sint perpetua, certa, et ordinaria, ipsique Canonici fateantur, firmetque Episcopus, nullam adesse Testatoris legem, restat, ut ad tramites resolutionum hujus Sac. Ordinis Canonicus Reali particeps reddatur controversi emolumentum, quamvis Choro non intersit

Quin contrarium suadere queat Privernensis Ecclesiæ consuetudo, ad quam confugiunt Canonici. Initio enim consuetudo cum stricti juris sit, eam de persona ad personam, de casu ad casum protrahere non licet, *L. quis §. si quis ff. de itiner. act. priv.*, *Sacr. Congr. in Ferentina Residentiæ 22. Novemb. 1823. §. videant.* Præterea ut consuetudo, quæ juris communis censuræ adversatur, vim suam exerere valeat, vel immemorabilis, vel saltem quadragenaria, nulloque contrario actu intercepta probetur necesse est, veluti post *tex. in Cap. Irrefragabili de offic. ordin. tradit. Rot. cor. Molin. Dec. 962. num. 17.*, et *Dec. 1316. num. 19. et cor. Falconer. De Miscell. Dec. 74. §. 16.*

At vero consuetudinem, qua innituntur Canonici, nec immemorabilem, nec quadragenariam, nec continuam existimat Canonicus Reali. Ex adductis enim exemplis Canonicorum, qui rude erant donati, patet, consuetudinem ortum duxisse *anno 1750.*, ac servatam ad annum usque *1763.*, eamque dumtaxat iterum inolevisse *annis 1821. et 1822.* Itaque post annum *1763.* interrupta dicenda est; siquidem fieri non posse videtur, ut septem et quinquaginta annorum intercapedine nullus ex Canonicis beneficium jubilationis sit assecutus, aut saltem oporteret, ut id Canonici idoneis evincerent documentis, cum allegans consuetudinem eam luculenter demonstrare teneatur, *Sperel. decis. 69. num. 26.*, *Reiffenst. Jus Can. lib. 1. tit. 4. num. 179.*, *Sac. Cong. in Forolivien. Præcedentiæ 16. Septembris vertentis anni.*

Nec ullum subsidium sibi comparare queunt Canonici ex Capitulari decreto *anni 1776.* Præterquam enim istud decretum ostendit consuetudinem per aliquot annos inductam, *anno 1776.* jam fuisse senescentem; illud accedit quod nullius sit roboris, utpote majora

tantum suffragiorum numero latum contra R. 23. J. in 6., statuentem, quod omnes tangit, ab omnibus esse approbandum. In præsentem enim casum agebatur de actu voluntario, ac de privato, et singulari cujusque Canonici interesse ad tradita per Scarf. ad Ceccop. Lucub. canon. tom. 3. add. 1. num. 16. et 23., Rota coram Cerro decis. 473. et 517., ideoque etiam unius Canonici dissensus satis fuisset, ne viribus polleret, quod a cæteris gestum fuerat, Pignat. Consul. 82. n. 6. tom. 10., Reiffenst. ad reg. 29. J. in 6. n. 10.

### Dubium

*An Sacerdos Paschalis admittendus sit ad participationem emolumentum in casu etc.*

### Affirmative

**CIVITATIS PLEBIS CANONICATUS.** Extat in Oppido Panicalis Collegiata Ecclesia S. Michaelis Archangeli decem prædita Canonicatibus, quorum alter sub titulo SSiñæ Annuntiationis institutus a Neapoleone et Dominica Mazzarelli, atque a Livia Baracconi. Isti enim in Testamento diei 25. Januarii 1697. se se invicem hæredes usufructuarios instituerunt, ac post singulorum obitum ex omnibus eorum bonis Canonicatum erigi mandarunt, cui præter divinarum laudum psalmodiam cum cæteris ejusdem Collegiatae Canonicis, onus imposuerunt trium Missarum qualibet Hebdomada in Ecclesia Sodalitatis Mortis celebrandarum. Ad jus patronatus quod attinet, edixerunt = *che se vi saranno figli capaci ed atti a tal Ministero tanto di Gio. Battista, quanto di Annibale Baracconi, sempre siano nominati, e preferiti a tutti gli altri, dando con il presente il jus nominandi alla detta Casa Baracconi, e se di tal Casa e discendenza non vi fossero atti, e dal Superiore non venissero approvati a tal Ministero, allora ed in quel caso, quando vi fosse qualcuno capace di Casa Mazzarelli sia promosso a tal carica; e caso che non vi fossero di una Casa e dell'altra, allora il detto*

*Sess. 22. cap. 6., et Sess. 25. c. 4. de Reform.*

*delto jus nominandi specti, e debba nominare il Capitolo di detta Collegiata =.*

Ex hac vita ereptis Testatoribus, filii Joannis Baptistæ Baracconi erectionem postularunt Canonicatus. Annuit Episcopus eorum votis, ac die 3. Aprilis 1715. decretum edidit, quo Canonicatum erexit, atque insuper juspatronatus passivum uni ex Filiis ex descendantibus de Barraconibus quoad idonei et capaces reperti fuerint cum jure prælationis, necnon jus Patronatus activum seu præsentandi et nominandi alterum ex dictis descendantibus memoratæ Domui, et Familiæ de Barraconibus, reservavit, sub lege tamen, quod si de dicta Domo non adessent Clerici idonei, tunc præferendus sit aliquis de Domo Mazzarella, si tamen fuerit capax; quoad vero non adessent de una, nec de altera Domo, tunc jus nominandi, et præsentandi Clericum spectare ad Capitulum dictæ Collegiætæ, cui in eodem casu jus Patronatus, seu præsentandi reservamus juxta formam testamenti ad quod etc.

Primus omnium Canonicatum possedit Marianus Baracconi ab illius Fratribus nominatus. Cum autem anno 1767. idem Marianus vitam cum morte commutavit, ac Domus Baracconi ad Canonicatum præsentaverit Clericum Antonium Tassi, Capitulum S. Michaelis, ad se pro ea vice pertinere contendens jus nominandi ob defectum idoneæ personæ ex Familia Baracconi ortum trahentis, obstitit nominationi, licet postea liti nuntium miserit cum expressa declaratione, quod per præsentem actum, et consensum nullo unquam tempore censeatur irrogatum præjudicium juribus Capituli. Rursus anno 1799. Canonicatus caruit possessore, ac nemine ex Familia Baracconi existente idoneo Clerico, Capitulum S. Michaelis nominationem explevit favore Hieronymi Cherubini, eique, frustra conquerente Domo Baracconi, mandatum de immittendo in possessionem præbendæ Canonialis relaxavit Curia Episcopalis. Similiter anno 1803. Carolus Antonius Mariotti nominatione a Capitulo donatus possessionem iniit Canonicatus. Tandem anno 1824. cum nemo ex Familia Baracconi idoneus reperiretur, et Domus Mazzarelli jam dudum exaruisset, Capitulum ad vacantem Canonicatum nominavit Jacobum Giuliotti. Id ubi

ubi primum rescivit Marianus Baracconi, quindecim annos natus, et Vidnam habens Matrem opibus destitutam, ab hoc S. Ordine expostulavit, ut sibi annui Canonicatus fructus, suspensa ejus nominatione, ad quinquennium tribuerentur, quibus vitam traducere, studiis vacare, simulque ecclesiasticæ militiæ nomen dare queat.

rogatus Episcopus de informatione et voto hæc retulit

„ Canonici Collegiati sunt decem, et quinque tan-

„ tum ex eis inserviunt Choro alternative per quindec-

„ eim dies. Ea pars quinque Canonicorum, ad quam

„ pertinet Canonicatus vacans, constat ex Archipre-

„ sbytero cum Cura animarum, qui persæpe, et præ-

„ sertim diebus festivis non potest interesse, et ex alio

„ Canonico jamdiu jubilato, senilique infirmitate la-

„ borante; tandem ex alio Canonico Clerico Studio-

„ rum causa dispensato, atque in Seminario degente.

„ Unde si cessaret servitium Canonicatus SSmæ An-

„ nuntiationis, de quo in precibus duo tantum Cano-

„ nici residui essent, qui totam quindenam comple-

„ re tenerentur, non sine gravi detrimento servitii

„ Choralis, præsertim diebus Festis. Hodie non alii

„ supersunt Patroni nisi Orator, ac ejus Frater Hermin-

„ dus, qui juxta Testamentariam dispositionem ha-

„ bent jus activæ, et passivæ nominationis, si alias

„ idonei a Superioribus invenirentur. Onera nunc vi-

„ gentia sunt binæ Missæ loco trium qualibet hebdo-

„ mada, et scuta 5. 78. pro impositionibus publicis.

„ Unde dato reditu annuali ad rationem quinque

„ scutorum pro quolibet centenariò, totus reditus

„ erunt scuta 35. 70., a quibus detractis omnibus on-

„ eribus, totus reditus liber favore Canonici reliquus

„ erit in tenui summa scutorum 14. 32. sine ullo ju-

„ re distributionis. Adolescens autem Marianus, pro

„ cujus favore supplices Litteræ factæ sunt prætextu

„ vocationis Ecclesiasticæ, ut possit educationi, et

„ studiis incumbere, vitam ducit non quidem lau-

„ dabilem in triviis, sine aliqua studiorum applica-

„ tione, et neque Parocho, neque Ordinario ullo un-

„ quam tempore, neque nunc expressit intentionem

„ sumendi habitum Ecclesiasticum, neque ulla signa

exhi-

„ exhibuit sanctæ hujus vocationis . Aliquid habet in  
 „ bonis, sed non sufficiens ad congruam substantia-  
 „ tionem; Mater ejus ex opere Sartricis sibi victum  
 „ quærens, omnem mendicitatis viam præcludit.  
 „ Addendum quod Canonici Collegiæ congruo tempo-  
 „ re, nemine reclamante, non obstante longa edicto-  
 „ rum affixione, exercuerunt jus sibi obventum at-  
 „ tenta incapacitate Adolescentis Mariani, aliorumque  
 „ non comparantium de Familia Baracconi, et no-  
 „ minarunt quemdam Sacerdotem Jacobum Giuliotti,  
 „ qui tamen se abstinuit ab impetranda canonica in-  
 „ stitutione, imo subdit in novissima informatione,  
 „ che sebbene avesse fatto quest'atto non sarebbe stato  
 „ accolto per demeriti personali „ Tandem votum  
 „ suum aperiens inquit, „ Cum constet de gravi detri-  
 „ mento servitii Chori, si deficeret Canonicus inser-  
 „ viens ob plures annos, mihi videtur non esse locum  
 „ instantiæ Mariani. „

Juspatronatus qua activum, qua passivum Canonicatus  
 SSmæ Annuntiationis Familiæ Baracconi esse reli-  
 ctum in dubium revocari non posse autumat Orator.  
 In supremis enim Testatorum tabulis nedum cavetur,  
 ut descendens ex gente Baracconi si idoneus sit ad as-  
 sequendum Canonicatum, cæteris præferatur; sed in-  
 super aperte reservatur *il jus nominandi alla Casa Ba-  
 racconi*. Nec audiendos esse subdit Canonicos, con-  
 tendentes ad Capitulum spectare jus præsentandi, si  
 tempore vacationis Canonicatus nemo ex Familia Ba-  
 racconi idoneus reperiatur, qui nominationem obtineat.  
 Etenim præterquam absonum videtur a Testatoris vo-  
 luntate, ut cuidam Familiæ tum solummodo tribua-  
 tur juspatronatus activum, cum aliquis ex eadem Fa-  
 milia aptus existit ad assequendum Canonicatum; il-  
 lud accedit, quod in parte ut inquirunt proemiali in-  
 strumentum erectionis jus nominandi ad Capitulum  
 transire dicatur, ubi penitus defecerit gens Baracconi.  
 Et revera ibidem legitur: *deficiente autem utraque  
 Domo de Baracconibus et Mazzarellis, jus nominan-  
 di, et presentandi Canonicum spectare debeat ad Ca-  
 pitulum ejusdem Ecclesiæ Collegiæ, et alias latius  
 in dicto Testamento*. Partem autem dispositivam in-  
 strumentum interpretationem sumere a parte proemiali  
 do-

Die 23. Decembris 1826.

273

docet *Barthol. in L. fin. n. 3. ff. de hered. instit.*, quem sequitur *Rot. decis. 209. n. 7. cor. Peuting.*, et *Piton. discep. eccl. 14. n. 22.*

Hoc pacto sibi, suæque Familiae, vindicato Canonatus jurepatronatus tam activo, quam passivo, Eius Patres suis precibus propitios futuros esse confidit. Enim vero Sacra hæc Congregatio indigenti patrono non modo alimentorum præstatione prospicere consuevit ad præscripta in *Cap. Nobis de jure patron.*, sed insuper indulgit, ut pueri ad Patronalia Beneficia nominarentur in *Meleuitana Indulti 10. Septembris 1735.*, et in *Vercellen. 19. Julii 1766. §. Sæpissime.* Missarum etiam suspensionem, et Capellaniae administrationem Patrono tribuit, ut se exhibere posset in *Nullius S. Michaelis de Clusa 30. Martii 1776.*, in *Nucerina 6. Septembris 1778.*, et non raro administrationem Ecclesiastici Beneficii, impletis oneribus, et deputato Ecclesiastico Administratore, largita est vel ad certum tempus, vel donec aliquis ex Familia illud obtinere posset in titulum, in *Segovien. Capellaniae 17. Novembris 1731.*, in *Asculana Dispensationis 20. Maji 1786.*, et in *Aquen. Capellaniae 3. Februarii 1787.* Orator itaque, qui se Deo devovere exoptat, ac rei familiaris angustia premitur, dignum se existimat, qui petita administratione ad quinquennium donetur, ut ad literas incumbere valeat.

At vero Capitulum ejus precibus adversatur, atque in primis jure suo anno 1824. nominationem explevisse affirmat, cum nemo ex Familia Baracconi descendens idoneus existeret, qui Canonatum nancisceretur. Etenim Testatores jus patronatus activum Domui Baracconi tribuerunt, si aliquis ex eadem Familia aptus inveniretur ad Canonatum obtinendum; sin autem non vi fossero di una Casa e dell'altra, allora il detto jus nominandi spetta, e debba nominare il Capitolo di detta Collegiata,, Quin aliquid negotii facessere queant, quæ in parte proemiali instrumenti erectionis perleguntur, nam pars dispositiva plane ostendit ad Capitulum devolvi jus nominandi, quoties neque in Familia Baracconi, neque ex Domino Mazzarelli dignus reperiat, qui Canonatum adipisci valeat, atque huic parti dispositivæ, si cum

narrativa repugnet, adhaerendum esse firmat *Rot. cor. Bural. decis. 203. n. 18. et cor. Emerix jun. decis. 537. num. 2. et decis. 49 num. 5.* coque magis in hac specie, quoniam Episcopus tum in narrativa, tum in dispositiva parte, reservans juspatronatus, ad Testamentum se retulit, quae relatio operatur, ut juspatronatus reservatum intelligatur ad trames testamenti, *Piton de controuv. patron alleg. 75. n. 44. et alleg. 100. n. 528. Rot. cor. Emerix jun. decis. n. 16. et in Sulmonen. Jurispatronatus 11. Januarii 1716. §. quibus cor. Falconerio.*

Amoto pro hac vice ex Familia Baracconi jure patronatus activo, et passivo, ac vindicato favore Capituli jure nominandi, exploratum censent Canonici rejiciendas esse Mariani preces, cum omnis evanescat canonicae aequitatis titulus, imo petita administratio jura laedat Capituli. Insuper nullam esset Ecclesia utilitatem perceptura, siquidem Orator, ut superius monuit Episcopus *vitam ducit non quidem laudabilem in triviis, sine aliqua studiorum applicatione. . . nec ulla signa exhibuit vocationis ad statum ecclesiasticum: postremo grave detrimentum Chori servitium pateretur, ideoque nominationis suspensio cum voluntate Fundatorum, ac juris dispositione pugnet, teste Card. de Luca de jurep. disc. 20. n. 2. et S. Congreg. in Camerinen. suspensionis nominationis 12. Februarii 1803.*

Si EE. VV. nec Oratoris petitioni annuendum, nec Sacerdoti Giuliotti veluti indigno institutionem Canonici dandam esse censeant, decernere quoque dignentur, utrum Canonici collatio ab Episcopo sit libere explenda, vel potius ad nominationem Capituli, quod a jure nominandi haud decidisse videtur per praesentationem indigni, cum non pateat id scienter fuisse peractum, ad tradita per *Fagnan. in Cap. Cum vos 4. de offic. ordin. n. 32., Reiffenst. Jus Can. lib. 3. tit. 38. n. 84.*

Itaque proponuntur

### Dubia

I. *An deficiente idoneo Clerico ex Familia Baracconi juspraesentandi spectet ad Capitulum in casu etc.*

II.



II. *An sit concedenda institutio Sacerdoti Jacobo in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An et quomodo sit annuendum precibus Mariani pro administratione Canonatus in casu etc.*

Et quatenus negative

IV. *An et quomodo sit facienda collatio Canonatus in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. Negative in omnibus.

Ad IV. Affirmative ad nominationem Capituli.

**A**LATRINA. Ecclesia S. Mariæ Terræ Fumonis Alatrinx Dæciesis, anno 1781. in Collegiatam erecta, octo constat Canonicis, et duabus Dignitatibus, quarum prima Archipresbyter, Abbas altera nuncupatur. Novæ Collegiatæ mensam constituerunt bona plurium Beneficiorum, eorumque fructus in duodecim æquales partes dividi jussit erectionis Bulla, quarum decem inter Archipresbyterum Abbatem, et cæteros Canonicos æqualiter distribuerentur; de duabus autem partibus, seu ratis remanentibus una integra sit pro Archipresbytero, ut respectu aliorum duplum habeat, et medietas alterius partis, seu ratæ Canonico Abbati Curato, ut præ cæteris Canonicis habeat partem unam integram cum dimidia; dimidium medietatis residuæ ratæ integræ Canonico Theologo, alterius medietatis dimidium Canonico Presbytero Sacramentales Christianorum confessiones excipiendi onus habenti accrescant; assignata in usum distributionum quotidianarum tertia parte dictorum septingentorum vigintiquinque scutorum respective æqualiter detrahenda a partibus uniuscujusque. Hujusmodi bona communiter administrant Canonici, annuosque fructus ad tramites Bullæ erectionis inter se partiti sunt ad annum usque 1799. Etenim superiorum annorum experientia do-

Sess. 25. Cap.  
11. de Reform.

cti Canonici, communem illam bonorum administrationem in detrimentum cedere totius Collegiatæ, siquidem modo imperitia, modo negligentia, et fraude Administratorum, interdum vero Cultorum nequitia eveniebat, ut longe minores colligerentur fructus, et agrorum cultura negligenteretur, rem sibi utilem gerere putarunt, si fundos eodem ferme modo quo redditus ex foundationis lege erant distribuendi, inter se dividerent, ac decem efformarent Præbendas, ut quisque ex Capitularibus suam possidere, et administrare posset præbendam. Hinc præfato anno 1799., auctorante Episcopo, ac Periti opera, optatam absolverunt divisionem, relicta fundorum parte pro massa communi, qua publica vectigalia, aliaque Capituli perferrentur onera.

Verum anno 1807. Episcopus *della Casa*, qui tunc Alatinam regebat Ecclesiam, illicitum et invalidum denuntians divisionis actum ob defectum Beneficentiae Apostolici, statuit, ut Fundi communiter denuo administrarentur, absolutionemque a Censuris, si quas Canonici ob peractam divisionem incurrerint, ab Summo Pontifice impetravit. At nihilominus Capitulares, animo recolentes præterita incommoda, atque etiam jurgia, quæ inter ipsos Canonicos oriebantur, dispartitas Præbendas possidere, eisque frui sunt prosequuti; donec moniti ab hodierno Episcopo preces huic Sacro Consessui porrexere, ut bonorum divisio firma maneat, et Apostolica auctoritate roboretur.

Requisitus de more Episcopus pro informatione et voto, hæc ad rem habet = Nulla prorsus sunt pro Præbendis, proque quotidianis distributionibus assignata bona, sed Prædia omnia de Capituli proprietate, eo quod generatim natura sua sterilia sint, bona fide a Capitularibus ipsis æqualiter fieri potuit, lance fuerunt divisa, ut unusquisque, quæ sibi obvenerant, melius excoli curaret in suimet utilitatem. Horum fructus seu proventus, attentis miserandis hujus temporis circumstantiis, summam vix adæquant annuam scut. 779., quæ si dispartiantur juxta dispositionem Bullæ erectionis, consequetur, singulis sex simplicibus Canonicis quotannis obtingere scuta circiter 65., Archiepiscopo 130., Abbati 97. 50., Canonico Theologo 81., totidemque Confessario.

„ Extra

- Extat profecto *Massa*, seu *Bursa communis* centum  
 „ vix scutorum capax oneribus supportandis, et pun-  
 „ ctaturis seposita persolvendis, sed impar sane. Quo-  
 „ circa *Canonici* singuli proportionaliter defectum ap-  
 „ posite supplent  
 „ Hisce præhabitis expedire arbitror, imo necesse est,  
 „ ut jam inducta, seu præstituta divisio tolleretur,  
 „ aucta tamen, prout opus videbitur, quæ obtinet,  
 „ communi capsula, ut plene onerum adimplemen-  
 „ to, et fallentiarum, ut vocant, satisfactioni tuto  
 „ provideatur =

Quanquam explorati juris sit, vetitam esse bonorum  
 Ecclesiæ alienationem sine Apostolicæ Sedis beneplacito, *Extravag. Ambitiosæ de reb. eccl. non alien.*, adeo ut ne in alteram Ecclesiam transferri queant, *Card. de Luca de Canon. disc. 30. n. 19., Rot. part. 7. divers. decis. 190. n. 12.*, nihilominus non desunt *Doctores*, qui tradant, haud esse necessariam S. Sedis veniam pro incunda pactione inter Clericos ejusdem Ecclesiæ super modo gaudendi fructibus, et emolumentis communis Mensæ, cum nulla intercedat abdicatio, aut translatio domini, vel jurium ab uno corpore in alterum, *Card. De Luca loc. cit. et de alien. disc. 54. n. 8., Scarfan. ad Ceccop. Lucub. Canon. lib. 4. tit. 15. n. 64.*

Præterea etiamsi illegitima foret declaranda peracta bonorum divisio, utpote adversa erectionis Bullæ, quæ communem demandavit mensam, annuosque tantum redditus inter *Canonicos* distribui jussit, justam tamen, imo necessariam in themate contendunt *Capitulares* occurrere causam, ut bonorum divisio Apostolica firmetur auctoritate. Necessitatem in eo collocant, quod si communis mensa denuo præciperetur, jurgia et contentiones, quæ post bonorum partitionem finem habuere, statim reviviscerent. Utilitatem vero sitam arbitratur in uberiori fructuum perceptione. Cum enim fere omnes agri Collegiæ S. Mariæ sint *montuosi e sassosi*, ideoque sine multa cultura, magnoque labore vix aliquem fructum edere valeant, expedit quammaxime, ut bona separatim administrantur; nam singuli *Canonici*, spe ducti majores ex propria Præbenda colligendi fructus, diligentio-rem cultum, quam administratores imperiti vel socordes, agris adhibere solent.

At animadvertere præstat hujusmodi rationum momenta tanti non esse, ut expleta bonorum divisio confirmetur; secus jam penitus destrueret oporteret communes Capitulorum Mensas, quas in Ecclesia vetustissimas ostendit *Cap. cum M. Ferrariensis 9. de Constit.*, quæque etiam nunc vigent in pluribus Capitulis. Præterea incommodis, quæ adeo extollunt Canonici Oratores, facile occurri posse videtur per electionem Administratorum, qui diligentia ac peritia munus concreditum rite obire valeant. Nec deest Collegiæ utilitas in communi bonorum administratione; siquidem gravioribus sumptibus pro Templi, ædificiorumque tuitione, aut majori agrorum cultione agendis expeditius prospicitur ex fructibus mensæ communis, quam ex symbola a singulis Canonicis conferenda.

Nec prætereundum, Canonicos Oratores ita Capituli bona inter se fuisse partitos, ut vix annua *scut. 100.* conficiant communem massam, imparè omnino ferendis Collegiæ oneribus, ac quotidianis pendendis distributionibus. Statuit enim Bulla erectionis, eique concinit Tridentina Synodus *sess. 23. cap. 3. de reform.*, ut tertia pars fractuum Mensæ Capitularis in usum quotidianarum distributionum converteretur. Quamobrem videant Emi Patres

*An et quomodo sit probanda bonorum divisio in casu etc.*

previa absolute quoad præteritum, affirmative, aucta tamen Massa communi per Episcopum ad formam Bullæ erectionis, facto verbo cum SSmo.

*Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

**C**AMERINEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Silvester Marucci supremis tabulis die 23. Augusti 1785. hæredes usufructuarios omnium bonorum instituit Conjuges Aloysium Ricci et Theresiam Micheli, relicta proprietate Filiis ex Theresia nascituris. Theresia vero sine liberis ex hac vita migrante, hæredem ex asse scripsit Capellaniam in Ecclesia S. Silvestri loci *Bazzano* erigendam, onere injuncto Capella

fano celebrandi tot Sacra, quot pro ratione fructuum integræ hæreditatis celebrari possent cum eleemosyna obolorum quindecim: quod si occorresse alcuna spesa per riattamento di detta Chiesa, e sue Suppelletili, voluit, che debba ciò farsi col fruttato di essa Cappella ad arbitrio del Cappellano pro tempore, ed in tali casi per quell' anno, o anni dovrà minorarsi il numero delle messe. Neminationem Capellani tribuit Dominico Conforti, ejusque Descendentibus masculis ad tertiam usque generationem, ac dein Parochis pro tempore Parœciæ Bazzani sub titulo S. Mariæ Erixinæ.

Diem extremum anno 1809., nullo suscepto filio, obiit Theresia, eamque die 5. Februarii 1819. sequutus est Aloysius Ricci novissimus hæreditatis Marucci usufructuarius.

Venerat itaque dies, quo ad tramites Testamenti Sylvestri Marucci Capellaniam erigere oportebat: Verum Petrus, Dominici Conforti filius, possessionem bonorum ad Capellaniam pertinentium iniit, supplicemque huic S. Ordini obtulit libellum, quo exposuit, bona hæreditaria Marucci, ære alieno subducto, pertingere ad scut. 1282., Vicum Bazzano vix numerum 29. incolarum conficere; onera erigendæ Capellanix ob Sacerdotum penuriam difficillime impleri posse; Ecclesiæ autem Parochialis reditus adeo esse tenues, ut ejus Rector scut. 24. dumtaxat quotannis percipiat. Facultatem hinc poposcit sibi suisque retinendi hæreditaria bona, lege tamen eidem imposita curandi annuam celebrationem Missarum 50., ac tradendi Parocho Bazzani Prædium Scut. 200. pro augmento Parochialis Præbendæ. Cumque hujusmodi preces die 18. Martii 1820. dimissæ fuerint rescripto: *servandam esse foundationem*; denno sistit coram hac S. Congregatione, eandemque postulat facultatem.

Rogatus, prout in more positum est, Archiepiscopus votum suum aperiens inquit: *Utile videtur, ut commutata Testatoris voluntate, quæ, penuria simplicium Sacerdotum inspecta, minime adimpleri posset, pars certa hæreditatis Marucci, Missarum tamen oneribus gravata, ipsi Ecclesiæ tradatur. Quod reliqui erit, detracto ære alieno, quod Orator assumet in se, eidem concedendum putarem.*

*Inter Parochum et Petrum Consorti nonnulli fuere tractatus . Super his mea sententia foret , ut latifundium de predicta hereditate valoris saltem scut. 350. , atque domuncula Parocho tribuantur , cum obligatione tamen Parocho pro tempore celebrandi et applicandi ad mentem Benefactoris , aut celebrare facienda Missas 50. quolibet anno ; et singulis annis in Festis S. Sebastiani , et Sanctissimæ Crucis pro unoqueque ad mentem ut supra Missas quinque , nec non exponendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum , atque benedicendi Populum cum Eo singulis diebus Festivis de præcepto sub ritu duplici primæ classis.*

Si ea proponantur , quæ utilitatis , aut necessitatis præferant causam , defunctorum voluntates commutari possunt , *Piton. discept. eccles. 69. num. 5. et 13. , et S. Congregat. in Forolivien. Reductionis 12. Julii 1799. ad II. Dub. , et in Casalen. Commutationis onerum et Voluntatis 30. Martii 1822. §. Missarum ,* Utilem vero , atque adeo necessariam aliquando suppeditat causam tenuitas reddituum Præbendæ Parochialis ; indigenti enim Parœciæ , ubi aliter suppetiæ ferri nequeant , consulere oportet aut perpetua unione Beneficiorum , *Concil. Trid. Sess. 21. cap. 5. de reform. ;* aut applicatione piorum Legatorum , imò et Missarum reductione , *S. Congreg. in Spoletana 18. Decembris 1790. , in Novarien. Reductionis Missarum 23. Novembr. 1793. , et in Asculana Parœciæ 15. Decembris 1804. §. Hæc. ,* ne Rector cum dignitatis dedecore stipem quærere , vel animarum curam deserere adigatur , *Rot. part. 1. recent. decis. 420. num. 4. , et part. 2. decis. 449. num. 5.*

Petita igitur voluntatis commutatio ad levandam Parœciæ indigentiam impertienda esse videtur ; siquidem Parochus Bazzani annua tantum scut. 24. lucratur , et incolæ tanta paupertate laborant , ut *riesce anche impossibile di poter tenere quotidianamente il SS. Sacramento .* Accedit Testatorem demandasse suspensionem Missarum , si Ecclesia S. Silvestri restorationibus , aut sacra suppellectili indigeret ; ac propterea cessio alicujus fundi ad Capellaniam spectantis pro augenda Parochiali Præbenda haud absorta videtur ab Testatoris voluntate. Nec prætereundum , ceu animadvertit Archiepiscopus , quod *Testatoris voluntas pe-*  
na;

nuria simplicium Sacerdotum inspecta minime impleri posset. Hac sane existente causa, in alios pios usus convertendum esse, quod pro Missarum celebratione a Testatoribus fuit relictum, respondit hæc S. Congregatio in *Civitate Castellane Legati pii 13. Januarii 186. §. Observent.*

Verum nisi stricte servaretur suprema decedentium voluntas, viventes in posterum a piis scribendis legatis retraherentur, *Card. Petra in comment. ad Constit. 7. Innocent. VI. Tom. 3. num. 50.* Quapropter Sacra Congregatio, quæ in certum opus morientes destinarunt in aliud facile convertere non solet; eoque minus, si de Missarum Legatis agatur, in *Nullius S. Benigni 16. Junii 1792. §. Quæ, et in Januen. Com. volunt. et Reduction. 25. Maji 1822. §. Contra.* Præterea piæ Testatoris voluntati aperte adversum tenent preces Petri Conforti; hic enim sola cessione prædii valoris *scut. 550.* et parvæ Domus, integram Marucci nancisceretur hæreditatem, quæ non deducto ære alieno summam attingit *scut. 2438.*

Proponitur

#### Dubium

*An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

## NULLIUS FORIPOMPILII SACRÆ VISITATIONIS.

Magna animorum contentione actum est de hac causa in Comitibus diei 14. Maji 1825. Propositis autem dubiis. I. *An, et quomodo Vicario Generali competat habitatio in Cubiculis Hospitalis, et Decretum Sacræ Visitationis sit exequendum in casu etc.* II. *An sit solvenda procuratio, aut potius sit locus restitutioni in casu etc.* III. *An, et quomodo Decretum S. Visitationis diei 14. Octobris 1818. sit exequendum in casu etc.* placuit Eūnis Patribus rescribere: Ad I. *Affirmative, ad formam tamen declarationis Ordinarii diei 22. Augusti 1825.* Ad II. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Ad III. *Dilata et expectetur relatio novæ Visitationis.*

*Sess. 7. cap. 4. et 8., et Sess. 24. cap. 3. et 10. de Reform.*

Visitationem, quæ instabat, eo successu explevit R. P.  
 D. Lanfrancus Mattei Canonicus Vaticani Capituli, ut  
 amica transactione controversias omnes composuerit:  
 Retulit enim idem Canonicus. „ In obsequium De-  
 „ creti EE. VV. in Visitatione ad cognitionem Litis  
 „ Causarum me occupare non distuli, ut facilis ad  
 „ compositionem devenirem, sicuti a Rūno Vaticano  
 „ Capitulo desiderabatur. Et revera agnovi nonnullo-  
 „ rum malam interpretationem Xenodochii modera-  
 „ torum tantæ offensionis causam dedisse, et facile  
 „ erat concordare, imo ipsi Moderatores cum Mel-  
 „ dulam venissem, transactionis pacta petierunt. Jus  
 „ Capitulo Vaticano exigendi in Visitatione procura-  
 „ tionem, atque jus Vicario Generali habitandi in  
 „ Cubiculis Xenodochii tribuebant, tantummodo Mo-  
 „ derationem aliquorum Articulorum Constitutionum  
 „ R. P. D. Actonis Benigni 1818. postulabant, et ma-  
 „ xime ob late concessum Vicario Foraneo imperium  
 „ conquerebantur. Nam omnia quæ Moderatores in  
 „ Xenodochii administratione gerenda disponent,  
 „ pro arbitrio poterat abrogare: ita læsa jura priva-  
 „ torum putabant super administratione dicti Loci  
 „ pii. . . . . Post consideratam Locorum, rerum-  
 „ que mutationis investigationem postulatis modera-  
 „ tionibus, quæ minime jus, jurisdictionemque Ca-  
 „ pituli Vaticani imminuere valebant, assensus sum,  
 „ atque novas Constitutiones justis vestigiis R. P. D.  
 „ Benigni insistendo dedi, quas cum Congregatio Ho-  
 „ spitalis approbaverit una cum Meldulæ Magistratu  
 „ liti renuntiavit, et non dubia signa obsequii et amo-  
 „ ris erga Vaticanum Capitulum dedit. „

Inita igitur transactio in eo sistit, quod die 15. Junii  
 1825. in Sacra Visitatione novæ communi partium  
 placito editæ sint Constitutiones, quas Meldulense Col-  
 legium grati animi ergo in Vaticanum Capitulum eo-  
 dem anno 1825. Typis Forolivii mandari curavit.  
 Videant hinc Em̃i Patres, utrum hujusmodi Consti-  
 tutiones una cum Folio circumferendæ approbatio-  
 nem mereantur, ac dirimere dignentur

#### Dubium

*An, et quomodo sint approbandæ novæ Constitutio-  
 nes in casu etc.*



# I N D E X

## R E S O L U T I O N U M

*Quæ prodierunt in causis in S. Congreg. Concilii  
anno 1826. propositis.*

### A

**P**recibus Magdalena Lupoli, quæ, si ejus descendentibus tribueretur *administratio* pii Legati a Paulo Botticelli relictæ, se redditus ejusdem Legati aucturam, ac insuper soluturam scutata ducenta arbitrio Episcopi alicui Ecclesiæ Parochiali applicanda spononderat, non esse annuendum dixit S. Congregatio; imo nec etiam precibus Episcopi Setini, qui reductionem Missarum ejusdem Legati postulabat ad augendam eleemosynam pro Missa in Cathedrali templo circa meridiem celebranda. Sancivit quoque S. Congregatio, ut Episcopus cogeret Leonardum Bolli, et Magdalenam Lupoli conjuges ad reddendam rationem hæreditatis Pauli Botticelli, et gestæ administrationis Legati Missarum, curaret executionem rescripti SSmæ diei 16. Junii 1825, ac mandaret fieri inscriptionem hypothecariam super bonis hæreditariis, *in Terracinen. et Setinâ Administrationis Legati pii, et reductionis Missarum. 16. Septembris ad I. et II. Dub.*

Særa Congregatio, quæ jam inde a die 18. Decembris 1824

ad rectam honorum *administrationem*, et onerum implementum hæreditatis Raffaelli Oppidi Montiscoeli unum tantummodo constitui demandaverat administratorem Episcopo benevolum cum annuo emolumento scutorum trium, qui eidem quotannis redderet rationem suæ administrationis, in decisis standum esse decrevit, nec audientas inanes querelas sive Archiepresbyteri S. Joannis Evangelistæ, sive Parochi Petraræ, sive etiam hodierni Rectoris Cappellani Raffaelli, qui ex fundatione nullo pollet jure administrandi bona, nec etiam obeundi sacras functiones in testamento præscriptas, *in Tiburtina 17. Junii ad I. II. et III. Dub.*

Deficiente idoneo Clerico ex Familia Baracconi, jus presentandi ad Canonicatum sub titulo SSmæ Annuntiationis, institutum a Neapoleone, et Dominica Mazzarelli, atque a Livia Baracconi, dixit S. Congregatio spectare ad Capitulum Collegiæ Ecclesiæ Oppidi Panicalis ad tramites instrumenti fundationis. Verum respondit dandam non esse institutionem Canonici Sacerdoti a Capitulo nominato, Episcopo legitime abnuente. Similiter denegandam

existimavit *administrationem* Canoniciatus, quam Mariannus Baldaconi a fundatoribus passively vocatus postulaverat, quia nulla aderat spes, ut ecclesiasticæ militiæ nomen dare posset, et chorale servitium grave interrim passum fuisset detrimentum, ideoque mandavit collationem Canoniciatus esse faciendam ad novam nominationem Capituli, *in Civitatis Plebis Canoniciatus* 23. Decembris ad I. usque ad IV. Dub.

Rectore Capellaniæ Rimondi in Bononiensi Metropolitana fundatæ, et postea in Canoniciatum erectæ, contendente, se non esse obstructum ad Missarum *applicationem*, quia fundator sui commemorationem, silentio præterita applicatione, præceperat; S. Congr. locum esse applicationi Missarum decrevit. Cumque reditus essent satis ampli, nullaque subesset justa causa, tam reductionem, quam translationem denegavit Missarum ab Oratore petitam, *in Bononien. Applicationis, reductionis, et translationis Missarum* 16. Septembris ad I. et II. Dub.

## B

Cum conditiones, quas Bonaventura Riccianti adicere cupiebat contractui ineundo cum Monialibus SS. Andreæ et Bonaventuræ Balneoregii pro dissolvendis creditis earundem Monialium, nullam præferrent Monasterii utilitatem, imo jacturam parerent, S. Congregatio denegavit *Beneplacitum* Apostolicum, et Episcopo scribi jussit ad mentem, *in Balneoregien.*

*Beneplaciti Apostolici* 17. Junii.

Bona Mathilicensi Nosocomio S. Solliciti a Gallico regimine applicata esse quidem restituenda Sodalitati Misericordiæ judicavit S. Congregatio; verum ad exiguos Hospitalis reditus augendos, et ad majorem infantium expositorum utilitatem, dixit fore concedendum Apostolicum *Beneplacitum* pro approbatione concordiæ, juxta votum Episcopi, qua concordia Sodalitium Misericordiæ obstringebatur quotannis representare Hospitali S. Solliciti scutata quinquaginta, atque istud onere gravabatur transferendi ad Nosocomium Fabriani infantes expositos, peregrinosque hospicio excipiendi, quæ onera eidem Sodalitati ex fundatione imminebant, *in Mathilicen.* 18. Novembris ad I. et II. Dub.

## C

Patres Emi priusquam definirent, an esset standum in primo, vel in secundo loco decisis super laica i *Capellania* ab Achilleo Tassi instituta, quam quisque ad se pertinere contendebat, tum Clericus Achilles Pellei, tum Sacerdos Gervasius Trojani, rescribendum existimarunt: dilata, et scribatur Episcopo ad mentem, *in Montis Alti Capellaniæ* 27. Maji.

Ad trutinam revocata controversia inter memoratos Achillem Pellei, et Sacerdotem Trojani super *Capellania* Tassi, cum aperte innotuerit, eundem Clericum Achillem majori prædictum esse suffragiorum, seu vo-

enim parte, sancitum fuit, standum esse in secundo loco decisis, nempe Achilleni inante-nendum esse in possessione Capellaniæ, et amplius, in *Montis Alti Capellaniæ* 26. *Augusti*.

Quoniam ex vetustis monumentis constabat, Ecclesiam S. Antoni Abbatris Civitatis Planellæ veluti Collegiatam jugiter habitam fuisse, eique more insignium Collegiarum inserviisse cœtum Sacerdotum characteribus Collegii Canonorum insignitum, S. Congregatio declaravit, eam em Ecclesiam esse *Collegiatam*; et matricem, in *Pinnen. Juriur et præminentiarum* 26. *Augusti ad I. Dub.*

*Capellaniam* SS Paulino et Raphaeli Archangelo dicatam in Ecclesia S. Rocchi Oppidi Riparum haud esse concedendam Clerico Joanni Baptistæ Marianni; quamvis ex Familia a fundatore Paulino Giorgi designata descenderet, decrevit S. Congregatio, qui fundator Presbyteros ejusdem Familæ ad *Capellaniæ* p ssessionem invitavit, et in defectum eorundem Presbyterorum alium Sacerdotem eligi jussit Hinc eadem S Congreg censuit, non esse locum reductioni Missarum, quam idem Clericus postulaverat, ut commodius studiis vacare posset, in *Verulana Capellaniæ* 21. *Januarii ad I. et II. Dub.*

Jus administrandi Parochianis Paschalem *Communione* in Ecclesia Collegiata Planellæ, in qua tantummodo asservatur Sanctissima Eucharistia, spectare ad Parochos SSmi Salvatoris, et S. Leonardi dixit S. Congregatio. Verum respondit, Canonico Missam solemnem celebran-

ti feria quinta in cœna Domini licitum esse administrare Sanctissimam Eucharistiam Canonice, aliisque Clericis Collegiatæ servitiõ addictis: claves autem Tabernaculi SSmi Sacramenti, et Olei infirmorum esse asservandas penes Sacristam, et ad mentem, in *Pinnen. Juriur et præminentiarum* 26. *Augusti ad IV. V. et VII. Dub.*

Quum supremæ decedentium voluntates adamussim sint servandæ, nec eorundem bona in alios pios usus, præsertim repugnantibus hæredibus, convertenda, S. Congregatio denegandam censuit *commutationem* voluntatis Aloisii Gullinelli, qui ex ejus bonis ruralem Ecclesiam penes Tolentinatem Civitatem ædificari, et congrua dote ditari jusserat, quamvis ejus commutationem, ac bonorum applicationem Canonici Cathedralis Ecclesiæ Tolentinatensis exposcerent ad Cathedrale Templum diu inceptum, sed mediis deficientibus nondum absolutum, perficiendum, in *Tolentinatën. Commutationis voluntatis* 27. *Maji*.

Quum ex noviter deductis per Episcopum non constaret Massales Ecclesiæ Cathedralis augmentum reddituum obtinuisse ad ferendum onus stipendii pro *Concionatore* Cathedralis, Gallicum vero decretum Massalibus ejusmodi onus imponens consecraverit, simul ac Gallorum regimen interit, S. Congregatio dixit standum esse in decisis sub die 18. Septembris 1824, nisi mirum onus solvendi stipendium spectare ad Episcopum, in *Lunen. Sarzänen. Stipendii Concionatoris* 25. *Februarii*.

Duobus Vicariis perpetuis Collegiatæ Oppidi S. Archangeli Ari-

minensis Dice esis, qui ex rescripto hujus sacri Ordinis sub die 16. Aprilis 1825 adacti fuerant ad primævam dependentiam a Capitulo redire, eique cedere bona, quæ ipsis Vicariis post suppressionem Collegiatiæ tempore Italici Regiminis expletam assignata fuerant, S. Congregatio congruam tradi jussit in scatis septuaginta pro unoquoque attentis peculiaribus circumstantiis, præter emolumenta stolæ ad formam antiquæ consuetudinis, *in Ariminens. 22. Aprilis.*

## D

**D**ecimam Sacramentalem, quam ex vetustissima consuetudine Parocho domicilii solvere tenentur, qui Pisauri domum retinent apertam, etiamsi alibi moram ducant, Parocho S. Michaelis præstandam esse ad formam consuetudinis a Præsede Aloisio Ciacchi, qui Romam venerat, sed domum apertam Pisauri habebat, decrevit S. Congr., *in Pisaurens. 21. Januarii.*

Medietatem decimarum, quæ olim suppresso Monasterio S. Benedicti Nursinæ Civitatis solvebatur ex decimis Paroeciæ Sancti Pergini, nunc non ad Rectorem ejusdem Paroeciæ, sed ad Mensam Nursinæ Cathedralis Ecclesiæ, cui omnia et singula bona memorati Monasterii applicata fuerant, spectare respondit S. Congregatio, *in Nursina Decimarum 23. Decembris.*

Quoad questionem a Dominico d'Amico propositam, utrum ipse, qui nonnulla ab Italico Demanio emerat prædia, olim perti-

nentia ad Ecclesiam Collegiatiæ tam S. Laurentii, et ad Minores Conventuales Oppidi Montis S. Petri Angelotum, immunitas esset a pendendis decimis, quas vocant dominicales, quemadmodum immunes erant Religiosi, et Collegiati, S. Congregatio judicium tenuit protelandum, et addidit = ad mentem, *in Firmana Decimarum 17. Junii ad I. et II. Dub.*

Antequam Emi Patres quidquam decernerent circa dispensationem matrimonii rati et non consummati a Maria Hieronyma Marigliano una cum Cajetano d'Errico initi, judicium prorogandum putarunt, ac novum terminum viro præfigi jusserunt ad subjiciendum corpus suum inspectioni peritum medicæ, et chirurgiæ, ut dignosci posset, an et qui impotentia laboraret, cum intimatione, quod lapsus termini, et contumacia Cajetani haberetur pro ultroque confessione non sequenti consummationis, et suæ impotentiae, ideoque nunquam ad alia vota transire posset, etiamsi uxori suæ indultum dispensationis a SSmo concederetur, *in Neapolitana Dispensationis Matrimonii 18. Martii.*

Cum ex inspectione corporis præfati Cajetani per judiciales peritos expleta erueretur, eundem Cajetanum impotentia laborare, Emi Patres rescipserunt, consulendum esse SSmo pro dispensatione matrimonii rati, et non consummati, ac scribi mandarunt Emo Archiepiscopo, ne Cajetano relaxetur fides status liberi inconsulta S. Congregatione, *in Eadem 22. Julii.*

Eadem S. Congregatio in decisis et amplius standum decrevit, *in Eadem 23. Decembris.*

Quamvis S. Congregatio satis exploratam haberet virginitatem Olympiæ Non celli della Valle ex Ducibus Ventignani, quæ dispensationem efflagitabat matrimonii rati, ei non consummati ab ipsa contracti cum Joanne Ferrari Duc. Parabitæ, nihilominus ad dignoscendam viri potentiam, judicium distulit, mandavi quæ, ut præfigeretur terminus unius mensis eidem Joanni ad comprehendendam personaliter Neapoli, ibique se subiceret inspectioni Professorum Medicinæ, et Chirurgiæ etiam ex officio ab Eodem Archiepiscopo deputandorum, in *Neapolitana Dispensationis Matrimonii* 22. Aprilis.

Quoniam ex confecto processu in Archiepiscopali Curia Neapolis super Matrimonio rato, et non consummato, quod Maria de Pompeis anno 1821. inierat cum Thoma Messore, aperte eliciebatur, Uxorem non potuisse a viro cognosci, ac Thomam absoluta et perpetua laborare impotentia, Eius Patres decreverunt consulendum esse SSmo pro dispensatione Matrimonii a Maria impetrata, inhibito Thomæ Messore transitu ad alia vota, in *Neapolitana Dispensationis matrimonii* 27. Maji.

Quum in præsentia actione nihil novi sive in facto, sive in jure protulisset Matrimonii Defensor, adversus preces a Maria de Pompeis oblatas pro assequenda Matrimonii dispensatione, Patres Eius dixerunt standum esse in decisio, in *Eadem* 22. Augusti.

Mandatis S. Congregationis, quæ die 18. Decembris anni 1824. decreverat inspectionem corporis Nicolai ex Baronibus Enrici, antequam quidquam deliberaret

super dispensatione matrimonii rati et non consummati a Maria Bassi ex Ducibus Alano efflagitati, obedire tenente eodem Nicolao; placuit Eius Patribus judicium iterum protrahere, atque addere: ad D. Secretarium cum SSmo ad mentem, in *Theatina Dispensationis* 16. Septembris.

Precibus Episcopi Albensis, qui postulaverat, ut Parochis Sanctorum Cosmæ et Damiani, ac Sancti Joannis Baptistæ Civitatis Albæ, qui etiam Canonicatum in Cathedrali templo obtinebant, liceret quotidianas distributiones percipere, etiamsi Choro non interessent propter munia parochialia tota quindena paschali, et omnibus festis de præcepto, exceptis diebus, in quibus Episcopus pontificaliter celebraret quoad Missam, et vesperas, annuendum dixit S. Congregatio, ut Parochi impensius animarum curæ vacarent, et Canonicalium emolumentorum minus gravem jacturam paterentur, præsertim quia Episcopus quædam simplicia Beneficia, quæ Parochis ad illorum congruam augendam tribuere poterat ex Pontificia auctoritate, Capitulo Cathedralis Ecclesiæ unierat. in *Alben. Præbendæ Parochialis* 16. Septembris.

## E

Templum Parochialis Ecclesiæ S. Valentini Ferentinæ Civitatis jamdiu incoeptum, ac temporum calamitate redituque defectu interruptum perficiendum esse decrevit S. Congregatio, et ad contributum adigendos dixit tum Archipresbyterum, et Beneficia

tos S. Valentini, tum Solalitanum: Sui Rosarii juxta votum Episcopi, adjecta lege, ut nihil detrahanur ex eo, quod Parochus, vel Beneficiatus solvere haecenus tenebantur pro fabrica Ecclesiae ad tramites resolutionis hujus sacri Ordinis diei 25. Maji 1865, dilata tamen ejus solutione juxta votum Episcopi, in *Ferentina Reaedificationis* 22. Julii.

Sacerdotem Paschalem Reali Canonico jubilatim in Priver-nensi Cathedrali Ecclesia, qui in-vis Choro non intersit, admittendum esse ad participationem *emolumentis*, quod appellant *libera me Domine*, rescripsit S. Congregatio: siquidem Canonici rude donati, etiamsi absentes, fruuntur cunctis emolumentis, nisi ex voluntate testatorum inter corporaliter praesentes sint dividendi, in *Terracinen. Privernen. Emolumentorum* 25. Decembris.

Contractum *emphytheusis* honorum ad Beneficium S. Mariae syderibus receptae, et S. Victoriae pertinentium jamdiu inipsum sine Apostolico Beneplacito, utpote Beneficio utilem, sanatione donandum, et absolutionem a censuris contrahentibus concedendam statuit S. Congregatio. Cumque Beneficiatus ob memoratum contractum *emphytheusis* dominium utile donus, in qua ex lege foundationis habitare obstringebatur, amiserit, Sacra Congregatio censuit, eundem Rectorem exonerandum esse ab onere residentiae, facto verbo cum SSmō, in *Fesulana* 17. Junii ad I. II. et V. Dub.

Litterarum Apostolicarum *executionem*, quae committitur Canonico antiquiori, non ad Petrum Ossicini Canonico Decanum Cathedralis Ecclesiae Vi-

terbiensis, sed ad Archidiaconum Franciscum Matiam Zelli Jacobuzi primam Dignitatem pertinere respondit S. Congregatio, attenta anterioritate possessionis ejusdem Archidiaconi; siquidem in Cathedrali Viterbiensi antiquior ex Canonicis nuncupatur Decanus, quamvis receptione junior sit Dignitatibus, in *Viterbien. Executionis Litterarum Apostolicarum* 16. Septembris.

Imi iatres iniuxi v. tusta hujus S. Congregationis praxi dixerunt, quoad refectionem *expensarum* occasione litis, exagitatae inter Collegiatam S. Antonii Abbatis, et Parochos S. mi Salvatoris, et S. Leonardi Civitatis Planellae coram Curia episcopali Pionen. super juribus et praeceminentiis, servandam esse sententiam Vicari Generalis, qui damnavit Parochos in medietatem sumptuum litis; quo vero ad expensas peractas occasione litis coram S. Congregatione; decreverunt, non esse rependendas, in *Pinnen. Jurium et praeceminentiarum* 26. Augusti ad XIV. Dub.

## F

Sacra Congregatio respondit standum esse in decisio, et amplius, nimirum confirmandam resolutionem in Comitibus diei 14. Maji 1825. editam, qua certis quibusdam legibus probata fuit erectio *Fontis* Baptismalis in parochiali Ecclesia S. Andreae Oppidi Hispelli Patribus Minoribus Conventualibus concedita, quamvis Canonici Collegiarum S. Mariae, et S. Laurentii, qui jure privativo gaudebant, acriter obstitissent. Praecepto vero,

ut Episcopus omnino curet admissum impleri conditiones appositas in eadem resolutione, et a SSmo approbatas, *in Fuldginaten. Fontis Baptismalis* 22. *Julii ad I. et II. Dub.*

Ecclesiam Collegiatam S. Antonii Abbatis Civitatis Planellae gaudere jure privato *Fontis Baptismalis* censuit S. Congregatio, quoniam in ea tantum Ecclesia ab antiquissimo tempore extitit Fons Baptismalis, in quo est civitatis, et Territorii pueri Baptizatum duentur. Cumque Canonici rectores sunt ejusdem Ecclesiae, ideo S. Congregatio decrevit ad Canonicos, non autem ad Parochos SSmi Salvatoris, et S. Leonardi pertinere solemnem Fontis benedictionem, *in Pinnen. Jurium et praecminentiarum* 16. *Augusti ad II. et III. Dub.*

Cadavera confratrum Sodalitatis S. Crucis Oppidi Montis Alt de Castro, sepelienda in Ecclesia ejusdem Sodalitatis, recto tramite ad Ecclesiam tumultantem esdeferenda pro *funere* peragendo, ac funeris emolumenta ad Ecclesiam tumultantem spectare dixit S. Congregatio, reservata Parocho defuncti quarta dimittat funerale juxta taxam Diocesis, nec non jure peragendi officium funebre super cadaveribus, *in Vitebien. Jurium Parochialium* 16. *Septembris ad III. IV. et V. Dub.*

## I

Contendentibus inter se Parochis SSmi Salvatoris, et S. Leonardi, ac Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Antonii Abbatis Civitatis Planellae, cuinam jus

esset quasdam peragendi sacris functiones in eadem Collegiata, Eius Patres decreverunt, ad Canonicos spectare jus canendi Missam solemnem feria quinta in coena Domini, item benedicendi, et distribuendi candelas, cineres, et palmas, nec non peragendi triduum, novenas, aliasque similes functiones etiam cum expositione SSmi Sacramenti, *in Pinnen. Jurium et praecminentiarum* 26. *Augusti ad VI. VIII. et IX. Dub.*

S. Congregatio statuit, jus canendi Missam solemnem tam pro vivis, quam pro defunctis, item canendi vespas, aliasque sacris obeundi functiones non parochiales in Ecclesia S. Crucis Oppidi Montis Alt de Castro Viterbiensis Diocesis, sodalibus S. Crucis concedita, spectare ad Capellanum Sodalitatis, non vero ad Archiepiscopum ejusdem Oppidi, quoniam Sodalitates erectae in Ecclesiis sejunctis a Templo parochiali non prohibentur per Capellanum peragere functiones ecclesiasticas non parochiales. *in Vitebien. Jurium Parochialium* 16. *Sept. ad I. et II. Dub.*

Cum ex adductis probationibus non satis constaret, antrum *juspatronatus* Capellaniae Bruconio in Ecclesia S. Andreae Civitatis Sarzanae erectae pertineat ad Capitulum tantummodo Cathedralis Ecclesiae, vel etiam ad Communitatem ejusdem Civitatis, judicium protelandum duxit Sacra Congregatio, et probationes in scriptis jussit proferri per Capitulum, et Consilium municipale. Similiter se abstinuit a decernenda translatione Missarum Capellaniae inhaerentium, earumque reductionem, quas postulaverant Administratores Ho-

spitiorum, ut congruae exhibitioni consuleretur Sacerdotis, qui spiritualibus infirmorum in Nosocomio existentium indigentis sollicitè opitularetur, *in Lunen. Sarzanen Commutationis voluntatis, applicationis, et reductionis 22. Aprilis ad I. et II. Dub.*

## L

Contententibus Familiis Tarugi Montis Politiani vires hereditarias Comitis Stortig Tarugi satis esse tum ad implenda Legata Missarum, tum ad pendenda saltem duo annua Legata studiorum relicta favore descendentium ex Familiis Tarugiorum, vel saltem Archiconfraternitatem SS. XII Apostolorum heredem ejusdem Comitis compellendam esse ad emendanda damna ob malam administrationem illata, et contra affirmante Archiconfraternitate, rectam, ac providam fuisse administrationem, ac implere Missarum Legatis vix aliquid reliqui esse in præsens pro Legato studiorum, S. Congregatio judicium differendum censuit, et prævia absolute quoad præteritas Missarum omissiones, facto verbo cum SSmo, mandavit pro nunc impleri Missas juxta votum Emi Vicarii, ac solvi Josepho Tarugi per modum provisionis scutata quindecim quolibet mense incipien. a die prima Novembris proxime futuri. In reliquis dixit ad D. Secretarium, ut agat cum Deputatis Archiconfraternitatis ad effectum cognoscendi statum activum et passivum hereditatis, et curandi aliquam concordiam a S. Congregatione approbandam, *in Romanu seu Montis-*

*politiani Legatorum 22. Julii ad I. II. et III. Dub*

Existimantes Emi Patres neque per Ultrajectina decreta, neque per edictalem Legem anni 1818. sublatum fuisse jus Monialium S. Philippi exigendi a Congregatione de Propaganda Fide annuas Legati præstationes eisdem Monialibus ex testamentaria dispositione Cardinalis Barberini debitas, quarum dies cesserat tempore Gallici regiminis, decreverunt esse locum præstationi Legati in summa scut. 420 54, *in Romana Legati Pii 25. Februarii.*

Imo ob earundem rationum momenta standum esse in decisis et amplius responderunt, *in Eadem 17 Junii.*

Cum perquisitis Cancellariæ libris, sacrarumque visionum actis, aliisque adhibitis diligentis satis non appareret, fundum in loco S. Materno a Francisco Antonio Gaja possessum gravari Legato sex Missarum in singulos annos, quemadmodum contendeat Archipresbyter Asconæ, Emi Patres decreverunt non esse locum implemento Missarum, *in Comen. Legati Missarum 21. Januarii ad I. et II. Dub.*

Cum Foroliviensis Familia Petri gnani pluribus gravaretur piis Legatis, et Livius Petri gnani ære alieno obstrictus bonis suis anno 1809. cesserit, adeo ut ejus filius Petrus Paulus, ab adeundi hereditate sese abstinerit, S. Congregatio, prævia absolute quoad præteritas omissiones, celebratis quatuor Missis pro omnibus, dixit, eundem Petrum Paulum pro nunc teneri ad implendum Legatum quatuor Missarum in singulis hebdomadis, quod ab



inmemorabili Familiae Petruanæ imminerebat: in reliquis distulit iudicium, et scribi voluit Vicario Apostolico, ut referret auditis interesse habentibus, an utilis actio institui possit pro anterioritate, et potioritate iurium reliquorum Legatorum, in *Fo-rolivien. Legatorum* 23. *Decembris ad I. II. et III. Dub.*

Potentibus fratribus Zangari, ut nullum declararetur *Legatum* Missarum a Francisco Zangari ex Sorbo relictum, eo quod de bonis ad se non pertinentibus disposuisse dicebant, sin minus reductionem, et translationem Missarum postulantes; S. Congregatio distulit iudicium, ac litteras dari iussit ad Episcopum, ut referret magis præcise, quomodo excludatur jus privativæ proprietatis Sacerdotis Francisci Testatoris super fundo l'Uria empto a Leonardo Durante, et super Castaneto empto a Leonardo Uretta, inspectis instrumentis in testamento citatis, vel auditis testibus in supplementum et exquireret consensum Parochi S. Mariæ Majoris, et Procuratoris Capellæ S. Mariæ de Monte Carmelo pro cessione Legati saltem ad tempus, in *Cathacen. Legati* 18. *Novembris ad I. usque ad VII. Dub.*

## M

Canonicis Collegiatae S. Antonii, Abbatis Civitatis Planellæ ab hæredibus invitatis, et capitulariter intervenientibus in associatione Cadaverum ad Collegiatam, Stolum juxta solitum esse deferendam respondit S. Congregatio, atque etiam censuit, ad Canonicos spectare jus ca-

nendi *Missam* cum Diacono et Subdiacono, peragendi officium, et impertiendi benedictionem super cadavera in eadem Ecclesia tumulanda, non vero ad Parochos Ecclesiarum SSmi Salvatoris, et S. Leonardi, in *Pirunen. Jurium et præemintiarum* 26. *Augusti ad XII. et XIII. Dub.*

Quamvis in antiquis sacrarum visitationum actis, deficiente instrumeneo erectionis Beneficiorum S. Mariæ de Baltrignana<sup>c</sup> et S. Mariæ Pontis novi Perusinae Diocesis, nulla fieret mentio Missarum per Rectorem eorundem Beneficiorum celebrandarum; attamen hic Sacer Ordo censuit, *Missas* 42. ab R. P. D. Raphaelæ Matio hodierno Beneficiato litandas esse, quia in posterioribus sacris visitationibus ab anno 1764. r censetur onus earundem Missarum, easque jugiter celebrarunt Rectores, in *Perusina oueris Missarum* 21. *Januarii.*

Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Signinae, inmemorabili ianixis propriæ Ecclesiæ consuetudine, opinantibus, Canonicum Brunonem Milani, indulto abessendi præditum ac inter Cantores Pontificiæ Capellæ adscitum, onere devinci alium proprio aere subrogandi, qui *Missas* Conventuales et adventitias sive pro vivis, sive pro defunctis per turnum caneret, quin idem Canonicus Bruno particeps esse posset emolumentorum, quæ pro *Missis* adventitiis inter præsententes dividuntur, S. Congregatio dixit eundem Canonicum immunem esse ab onere alium subrogandi; nam Cantores Capellæ Pontificiæ, utpote Pontificis familiares, gaudent a jure indulto abessendi a loco re-

siduitate, et annuatim percipiendi fructus prebendae suae integraliter, non obstante contraria consuetudine, vel constitutione. Quo rescripto provisum dixit alteri controversiae circa perceptionem emolumentorum pro Missis adventitiis, cum haec ex voluntate Testatorum ab illis tantum percipiantur, qui Choro personaliter intersunt, *in Signina Indulti 22. Julii ad I. et II. Dub.*

Propter gravem imminutionem reddituum Collegiatae Oppidi Salem Mazzariensis Diocesis Sacra Congregatio reductionem applicationis *Missae Conventualis* ad solos dies festos de praeecepto, celebrata aliis diebus *Missae Conventuali* cum assistentia Capitularium, ad septennium iuxta votum Episcopi, concessit, *in Mazzarien. Missae Conventualis 22. Aprilis.*

Reductionem *Missae Conventualis*, ad dies tantum dominicos alias concessam Canonicis Collegiatae S. Nicolai Fabriani ad quinquennium ad formam indultorum praecedentium prorogavit Sacra Congregatio, quia Capituli redditus, potiusquam aucti essent, valde decreverant, *in Fabrianen. Missae Conventualis 18. Novembris.*

Animadvertentes Emi Patres, Capellanum Curatum S. Mariae de Rambona Oppidi Montis Milonis distinctam separatamque a Parochiis SSmi Salvatoris, et Sanctae Mariae regere populi partem, responsum dederunt, eundem Capellanum obstrictum esse ad applicationem *Missae pro populo* sibi commisso, *in Ariminen. Missae pro populo 21. Januarii.*

Rectorem Ecclesiarum Parochialium S. Mariae in Campos, et

SS Salvatoris de Salave simul unitarum non teneri ad applicationem duplicis *Missae pro populo* rescripsit S. Congregatio. Quo responso provisum fuit tum reductioni *Missae*, tum absolutioni quoad praeteritas omissiones, quam Parochus petebat, quatenus ad duplicem *Missam* obtingeretur, *in Oveten. Missae pro populo 23. Decembris ad I. II. et III. Dub.*

## O

Ob saevitias ab Achille Valletta in nobilem ejus exorem Franciscam Pelagallo adhibitae non esse locum praestationi *obsequiorum* matrimonialium, veluti vitio contendebat, dixit S. Congregatio, *in Firmana Obsequiorum Matrimonialium 18. Novembris.*

Dubiis instante Archiepiscopo Spoletano propositis super licita, vel illicita *Ordinatione* Valentini Valentini, qui ortum habuerat in Spoletana Diocesi, et ad minores Ordines fuerat promotus a Fulginae Episcopo, dimissoriabus ac testimonialibus litteris ab Ordinario originis nec petitis, nec obtentis, atque etiam super censuris ac irregularitate ab Ordinate, et ab Ordinate incursum, ac tandem super futura ejusdem Valentini promotione ad sacros Ordines, Emi Patres rescribendum duxerunt: Ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem, *in Spoletana et Fulginaten. Ordinationis 17. Junii ad I. II. et III. Dub.*

## P

**P**retermissio iudicio quoad validitatem electionis Antonii Bagni ad fructum Legati *Patrimonii* sacri a Francisco Bagni relicti pro masculis descendentibus ex Joanne, et Carolo Bagni, S. Congregatio censuit ab eodem Antonio dimittendam esse possessionem Legati, ac novam fieri mandavit sortitionem ad formam testamenti inter alios vocatos, fructusque esse restituendos a die praesentis decreti, in *Bononien. Patrimonii sacri* 18. *Novembris ad I. II. et III. Dub.*

**P**eculiares *praebeudas*, potiusquam *Massam* communem in Collegiata S. Mariae Terrae Fumonis *Alatrinae* Diocesis utiliore existimantes Emi Patres bonorum divisionem dudum a Canonicis peractam probandam esse censuerunt, praevia absolute quoad praeteritum, facto verbo cum *SSmo*, et aucta *Massa* communi distributionum per Episcopum ad formam Bullae electionis, in *Alatrina* 25. *Decembris.*

**Q**uoniam jus ex Sacerdotio semel acquisitum nunquam amittatur, *Sacra* Congregatio respondit *praecedentiam* in Choro, et in aliis *Capitularibus* functionibus *Ecclesiae Collegiatae S. Barnabae* Apostoli Terrae Mareni, in qua nulla adest *Praebeendarum* distinctio in *Praesbyterales*, *Diaconales*, et *Subdiaconales* dandam esse Canonico *Benedicto Benignetti*, *Praesbyteratus* ordine antiquiori, licet possessione juniori, eumque praefendum Canonico *Joseph Torquati*, qui licet possessione sit

antiquior, susceptione tamen sacerdotum ordinum est posterior, in *Albanen. Praecedentiae* 22. *Julii.*

Canonico *Joanni Belli*, licet minoribus tantum insignito ordinibus, *praecedentiam* in Choro, aliisque *Capitularibus* actis *Cathedralis Ecclesiae Foroliviensis*, in qua nulla adest *Praebeendarum* distinctio, candam esse supra sacerdotem *Jacobum Bondi* coadjutorem Canonici *Pauli Serughii* respondit *S. Congregatio*; nam *Canonicus Coadjutor* in *Ecclesiis*, ubi nulla subest *Praebeendarum* distinctio, sedere debet post omnes veros *Canonicos*, in *Forolivien. Praecedentiae* 18. *Novembris.*

Cum ex *Litteris Apostolicis* *Pauli V. Abbas Spada* Dignitas *Metro politanae Ecclesiae Lucae* in omnibus et per omnia aequiparetur aliis ejusdem *Ecclesiae* Dignitatibus, et idcirco gaudeat omnibus juribus, et *praeminentibus*, tum in rebus *spiritualibus* tum *inmixtis* *Capituli*, non secus ac aliae Dignitates, *Sacra* Congregatio decrevit, *Abbatem Spada* adscribendum esse *servitio Chori*, sorti committendum pro munere *Diaconi* et *Subdiaconi*, etiam dum *Archiepiscopus* in *extraordinariis* functionibus est *sacris* solemniter operaturus, quatenus tamen aliae Dignitates munus *Diaconi*, et *Subdiaconi* sortiantur, nec non eligi posse ad munus *Interioris Sacristae* ad formam resolutionis diei 26. *Februarii* superioris anni 1825. ad tertium et quartum *Dubium*, in *Lucana Praeeminentiarum, et Jurium*, 25. *Februarii ad I. II. et III. Dub.*

In *Collegiata*, et *matrice Ecclesia S. Antonii Abbatis Civitatis Pla-*

nellæ, non autem in Ecclesiis Parochialibus SSmi Salvatoris, et S. Leonardi, ad formam consuetudinis inchoandas, in eaque terminandas esse generales *processiones* tam Synodales, quam pro causa publica indictas, exceptis prout de more processionibus in feriis secunda, et tertia Rogationum, decrevit Sacra Congregatio, quæ etiam dixit, Canonicis reservandum esse locum digniorem supra Parochos, *in Pinnen. Jurium, et prae- eminentiarum* 26. Augusti ad X. et XI. Dub.

Tarentino Archiepiscopo seiscitanti, an occasione sacrae visitationis a Capitulo Collegiatae Martinae scut. 240., et a Capitulo di Grottaglie scut. 80., ab immemorabili tempore pendendi consueta, ac sponte etiam oblata, titulo procurationis accepto habere posset, S. Congregatio respondit Archiepiscopo visitanti solvendam esse ad formam Concilii Tridentini *procuracionem* sive in victualibus, sive in pecunia arbitrio visitandorum, juxta summam pro victualibus, non autem pro expensis itineris, equorum seu vecturarum solvi consuetam, et ab illis tantummodo, qui redditibus ecclesiasticis fruuntur, *in Tarentina Procuracionis* 18. Martii ad I. II. III. IV. V. Dub.

Quamvis ex juris communis sanctione Sacerdos Antonius Mattei non obstringeretur ad *professionem fidei* emittendam ob initam possessionem Beneficii simplicis sub invocatione S. Mariæ Majoris Civitatis Assisii, attamen ex Concilii Romani dispositione, cui subest Assisiensis Diocesis, ejusmodi professionis onere devinctum existimarunt Emi Patres. Secus vero censuerunt quoad

aliud simplex Beneficium ab ipso adeptum sub auspiciis S. Mariæ Terræ Milonis Maceratensis Diocesis, quæ haud est obnoxia Concilio Romano, nullaque in ea Diocesi viget lex, aut consuetudo, qua Rectores simplicium Beneficiorum ad fidei professionem obligentur. Verum propter bonam fidem Beneficiarii condonationem fructuum Beneficii S. Mariæ Majoris imperterunt, erogata in Christi pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi, facto verbo cum SSmo, *in Assisien. et Maceraten. Professionis Fidei* 25. Februarii ad I., et II. Dub.

## Q

Episcopi Cæsenatensis decretum, quo ad tollendos inductos abusus omnibus eleemosynarum *quaestoribus* ad suum gregem non pertinentibus interdicitur stipem quaerere pro cultu Ecclesiarum, et Sacrarum Imaginum, sustinendum sanxerunt Emi Patres, nec propterea audiendas Sodalitates Ariminensis Diocesis, quæ centenaria, aut saltem quadragenaria innixæ consuetudine decretum illud infirmari, sibi que jus esse contendebant in finitimis Cæsenatensis Diocesis Parœciis eleemosynas colligendi, cum Episcopis potestas sit ferendi leges pro recto sui gregis regimine, et adversus superioris jurisdictionem nulla a subditis invehiri possit contraria præscriptio, *in Arimin. seu Caesenaten. Juris quaestuandi* 22. Aprilis.

## R

**C**um Monasterium S. Claræ Urbanieasis Civitatis maximis premeretur angustiis, et impar esset solvendo stipendio proprii Confessarii, S. Congregatio, prævio recessu a desisis sub die 22. Novembris 1823., indulisit, ut ex Legato Missarum Ubaldini præstarentur Confessario annua sentata viginti, ad decennium, facto verbo cum SSmo. Qua impertita voluntatis commutatione, voluit ut Missæ Legati Ubaldini reducerentur, celebratis tot Missis ex reliquis redditibus, quot celebrari possent ad rationem elemosynæ obolorum quindecim, in *Urbanien. Reductionis et commutationis voluntatis* 16. Septembris ad I. et II. Dub.

Antequam Emi Patres aliquid statuerent super precibus a Collegio Hebdomadarios Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Neapolis porrectis pro obtinenda *reductione* servitii Choralis, quod revixerat per discessionem Patrum Ordinis Clericorum Regularium, quibus Collegium Hebdomadarios, auctorante summo Pontifice Sixto V. cesserat propriam Ecclesiam, atque ædes annexas, adjecta lege ut Patres Minoritæ onera missarum ipsumque Chori servitium explerent, exhiberi mandarunt indultum *reductionis* Legati Pontano ab eodem Collegio assequutum una cum decreto executoriali Emi Archiepiscopi, in *Neapolitana Reductionis Servitii Chori* 22. Aprilis 1822.

Cum Hebdomadarios Collegium exhibuerit indultum *reductionis*

Legati Pontano, atque etiam decretum executoriali ad formam superioris resolutionis, Emi Patres perpendentes tenuitatem reddituum memorati Collegii indulserunt *reductionem* servitii Chori ad omnes dies festos de præcepto ritus duplicis tam primæ, quam secundæ classis, nec non ad officia tenebrarum, commemorationis omnium fidelium, et ad Missam solemnem quotannis celebrandam in Anniversario Philippi Pontano, in *eadem* 22. Julii.

Ad levandam gravem inopiam, qua premebatur Franciscus Avanzi, pater Sacerdotis Philippi hodierni possessoris Capellaniæ laicalis per Abele n Avanzi fundatæ in Collegiata Montis Falchi, et cum fundatore sanguine conjunctus, nedum *absolutionem* a præteritis omissionibus celebratis tribus Missis præ omnibus, sed etiam *reductionem* Missarum ad annuas Missas 150. durante vita ejusdem Francisci concessit S. Congregatio, quæ tamen præscripsit, ut Archiepiscopus curaret onerum implementum, ac fieri inscriptionem hypothecariam super honis Capellaniæ in *Spoletana absolutionis, et Reductionis* 22. Aprilis ad I. et II. Dub.

Administratoribus Hospitiorum Civitatis Sarzanæ *reductionem*, translationem Missarum, et applicationem bonorum, ad Confraternitates in antiquum statum post Gallorum discessionem restitutas pertinentium, petentibus, ut eorum Legatorum, ac bonorum redditibus prospiceretur sustentationi Sacerdotis, quo indigebat Nosocomium illius Civitatis ad spiritualia subsidia infirmis præstanda, respondit Sacer Ordo non expedire, tum

quia Confraternitatum Sodales petitioni obsistebant, tum quia redditibus caruissent, quibus divinus cultus exerceretur. Quoad vero reductionem, et translationem Missarum proliciscentium ex Legatis Mascardi, et Tregiana, distulit resolutionem, et Capitulum Cathedralis Sarzanæ audiri mandavit circa Legatum Mascardi, cujus onera sunt implenda ad Altare S. Thomæ Cathedralis Ecclesiæ, *in Lunen. Sarzanen. Commutationis voluntatis, applicationis et reductionis 22. Aprilis ad III. IV. Dub.*

Quoad reductionem Missarum, quam iterum postularunt Administratores Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis, potiusquam reductionem subsidiorum dotalium, aliorumque onerum, non esse recedendum a decisis sub die 24. Maji 1823. juxta votum Emi et Rmi D. Cardinalis Guerrieri Relatoris, respondit S. Congregatio, quæ tamen addidit, et ad mentem, indulisitque absolutionem quoad præteritas omissiones, celebratis decem Missis lectis, et una cum cantu, *in Bononien. Absolutionis et reductionis 26. Augusti ad I. et II. Dub.*

Ob exiguas hæreditarias vires Comitum Constantini Balbi S. Congregatio dixit consulendum esse SSmo pro diminutione sortis quinque laicalium Capellaniarum quarum alteram fundaverat Joanna Balbi, reliquas Pantaleon Balbi, constituto tamen fundo annui redditus scut. 80. liberi ab omni onere directo, et indirecto cum inscriptione hypothecaria favore Legatorum seu Capellaniarum, quæ diminutio respicit tantummodo medietatem onerum Capellaniarum Oratri-

cibus Violantinæ Spinola, et Thomasinæ Adorno memorati Comitum Constantini filiabus, et hæreditibus incumbentem. Qua sortis imminutione, et fundisubrogatione impertita, S. Congregatio concedendam quoque censuit reductionem medietatis Missarum ad Missas perpetuas quatuorcentum taxata elemosyna ad obolos viginti: Similiter indulisit, ut firma obligatione integræ, et quotidianæ Capellanæ in Ecclesia Monialium Capuccinarum Civitatis Januensis, reliquæ celebrentur in Ecclesia arbitrio Oratricum designanda juxta votum Archiepiscopi, docto, *in Januen. Reductionis Missarum 17. Junii.*

Diminutis annuis fructibus Beneficii S. Mariæ Syderibus receptæ, et S. Victoriæ Pagi Casale, Emi Patres reductionem Missarum juxta votum Episcopi probandam, et absolutionem a præteritis omissionibus indulgendam putarunt. Verum jusserunt quotannis ad formam fundationis distribuendam esse dotem pauperi puellæ, ac medium olei cadum Ecclesiæ Pacensi relictum tribui mandarunt alteri Ecclesiæ ab Episcopo designandæ, *in Fesulanæ 17. Junii ad III. IV. et VI. Dub.*

## S

Amplam hæreditatem, quam Sebastianus Scarsellini Sodalitio S. Gregorii Faventinæ Civitatis reliquerat certis legibus, ac præsertim indicta annua præstatione favore Descendentium Jacobi Philippi Pani, Congregationi Charitatis tradidit Italicum Regimen. In antiquum statum

restituta Sodalitate, S. Congregatio decrevit, non esse consulendum SSmo pro *sanatione* transactionis ab Instituto Charitatis sine Apostolico beneplacito initæ cum Descendentibus Pani, eoque minus eisdem Descendentibus loco præstationis assignanda esse bona hæreditatis Sears, Ilini. Verum antequam decerneret, in qua summa sit illis solvenda annua præstatio ex redditibus hæreditariis, scribendum censuit Episcopo ad mentem, non retardata interim per modum provisionis executione transactionis anni 1705., in *Faventina Beneplaciti Apostolici* 25. Februarii ad I. II. et III. Dub.

S. Congregatio, ne divinus cultus in Cathedrali Ecclesia Lyciensi detrimentum pateretur, denegavit nedum reductionem *servitii* choralis, sed insuper exemptionem a Choro, quam Canonici postulaverant, ut prædicationi, Sacramentorum administrationi, aliisque spiritualibus operibus vacarent, eosque monuit, ut in casu necessitatis particulariter supplicarent. Item declaravit, Canonicos in vigiliis, et quadragesima obstrictos esse ad canendam secundam Missam ferriæ. Verum ad levandum Canonicorum onus, et ad augendos tenues redditus decrevit consulendum esse SSmo, ut nonaginta Officiaturæ ad binas quolibet mense juxta votum Episcopi reducerentur, ac insuper ut Canonici absolventur ab onere eadem die post Missam, Vesperasque solemnes eandem Missam, easdemque vespas, quemadmodum exigeret quorundam suprema Testatorum voluntas, interdum repetendi, celebratis tamen pro qualibet vi-

ce tribus Missis lectis, et conversis Legatorum fructibus in quotidianas distributiones, in *Lycien. Servitii Chori* 18. Martii ad I. II. III. IV. V., et VI. Dub.

Archiepiscopo Tarentino licere exactionem *subsidi* charitativi ad formam taxæ Innocentianæ censuit S. Congregatio, in *Tarentina Procurationis* 18. Martii ad VI. Dub.

## T

Deficiente utilitate Capellanæ Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Collegiata Caldaroke a Philippo Penna anno 1806. fundatæ, atque etiam obsistente Fundatoris voluntate, qui præceperat, ne pœcuniæ ejus hæreditatis in emptione censuum collocarentur, Sacra Congregatio reprobavit *transactionem* a Petro Croci Testatoris debitorum propositam, qua plures census, nec debitum æquantur, nec satis tuti in solutum dabantur. Cum vero Capellanus ejus crediti fructus non exegisset, cum absolute non indigere quoad præteritas Missarum omissiones hic Sacer Ordo declaravit, qui etiam absolute non indigere quoad reliquos obligatos denegavit, in *Camerinen Concordiæ* 21. Januarii ad I. et II. Dub.

*Transactionem*, quam Cessionarii Gregorii Massioni inire cupiebant cum Calliens Orphanotrophio, ut vitarent reductionem capitis, et fructuum alias a hac S. Congregatione demandatam, omnino rejiciendam utpote Loco Pio minus utilem, censuit hic Sacer Ordo, edi-

xitque præterea exequendam esse resolutionem S. Congregationis diei 21. Julii 1821. quoad reductionem legis, et tariffæ. Denegata transactionis approbatione, hæredibus Fioravanti

jam provisum esse dixit per resolutionem ad quartum Dubium eadem die 21. Julii editam, in *Callien. Sanationis, et Absolutionis 21. Januarii.*

FINIS



# I N D E X

## C O N C L U S I O N U M

*Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum anni 1826.*

---

### A B S E N T I A

**I**ndulta absessendi a Chori servitio pro diebus, et horis concedere consuevit S. Congregatio, pag. 181. §. *Verum.*

Qui indulto gaudent absessendi a Choro pro diebus et horis ratione muneris, ex quo lucrum aliquod percipiunt, quotidianas amittunt distributiones, pag. 182. §. *At vero.*

**C**anonicus valetudinarius absens cum indulto percipiendi fructus, et distributiones, lucratur omnia emolumenta, pag. 266. §. *Dein.*

**E**xceptis anniversariis, et obventionibus non fixis, *ibid.*

**E**t iis, in quibus diversimode fuerit a testatore dispositum, *ibid.*

**V**ide *Canonici, Chori servitium, Missa Conventualis.*

### A B S O L U T I O

**I**ndulgetur ab oneribus non impletis, si adsit bona fides, et obligati paupertas, pag. 68. §. *Ad absolutionem, et pag. 260. §. Quamobrem.*

### A C T U S F A C U L T A T I V I

**P**er quodcumque temporis spatium exerciti nec jus, nec obligationem pariunt, pag. 203. §. *Etre.*

### A L I E N A T I O

**V**etita est bonorum Ecclesie alienatio sine Apostolico Beneplacito, pag. 277. §. *Quamquam.*

**A**deo ut ne in alteram quidem Ecclesiam transferri queant, *ibid.*

**U**trum necessaria sit venia Sedis Apostolicæ pro incunda pactio- ne inter Clericos ejusdem Ecclesie super modo gaudendi fructibus communis mensæ, traditur *ibid.*

**B**ona spectantia ad Sodalitates auctoritate Episcopi erectas ecclesiastica censentur, pag. 22. §. *Quaestio*

**Q**uamvis a laicis administrantur, *ibid.*

**I**deo transactio de illis inita sine Apostolico Beneplacito nullius est roboris, *ibid.*, pag. 58. §. *Et quamvis, et pag. 80. §. Confratres.*

**N**ec defectum hujus Beneplaciti sanare valet approbatio transactionis ministri *del culto*, pag. 23. §. *Deest, - pag. 239. §. Bona.*

**N**ec etiam subsequens possessio, pag. 80. §. *Confratres.*

**V**ide *Beneplacitum.*

### A P P L I C A T I O M I S S Æ

**V**ide *Capellanus.*

## A U D I E N T I A

In causis matrimonialibus pro dispensatione matrimonii rati et non consummati post primam affirmativam resolutionem conceditur beneficium instaurandi certaminis, pag. 282. *Tertio* Quin Matrimonii Defensore beneficium novæ audientiæ postulante opus sit, ut resolutionis relatio fiat SSmo, *ibid.*  
Idque ex consuetudine S. Congregationis praxi, quam SSmus servari mandavit, *ibid.*

## B E N E F I C I U M

Post Beneficii erectionem nova onera non sunt imponenda, pag. 5. §. *Post*  
Nisi legitima id postulet causa utilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ, *ibid.*  
Siquidem Beneficiis onera imponere non est Episcopi, sed fundatoris, *ibid.*  
Verum ex consuetudine onera favore Ecclesiæ induci possunt, pag. 4. §. *Perpendendum*  
Et Missarum onera evincuntur prolata fundatione, aut probato diuturno implemento, *ibid.*  
Decem annorum observantia sufficit ad inducendam obligationem celebrationis Missarum, pag. 4. §. *Accedente*.  
Beneficiorum redditus oneribus respondere, ac sustinendo Canonicorum gradui pro loci, et peronarum qualitate sufficere debent, pag. 88. §. *Si*.  
Secus illos augere, vel onera imminuere oportet, pag. 88. §. *Si*.  
Vide *Instrumentum*, *Onera*, *Patronus*.

## BENEPLACITUM APOSTOLICUM

Numquam conceditur sine justa causa, pag. 22. §. *Quaestio*.  
Justam causam præbent necessitas, vel utilitas, *ibid.*, et pag. 131 §. *Transactio*.  
Beneplacitum Apostolicum non est formalis, sed mere effectualis solemnitas contractus, pag. 25. §. *Caeterum*.  
Ideo superceedere, ejusque defectus suppleri potest, *ibid.*  
Vide *Alicnatio*.

## C A N O N I C I

Qui Canonicatum, ipsique conjunctam obtinent Parochiam in alia Ecclesia erectam, quotidianas distributiones amittunt, si Choro non intersint, pag. 181. §. *Explorati*.  
Licet interim Sacramenta ministrant, aliaque ad animarum curam spectantia exerceant, *ibid.*  
Familiars Pontificis a jure gaudent indulto abeundi a loco residentiae, pag. 176. §. *At vero*.  
Atque integros percipiunt suæ præbendæ fructus, non obstante contraria consuetudine, vel constitutione, *ibid.*  
Nec alium, qui eorum vices gerat in Choro, subrogare tenentur, pag. 177. §. *Ex hac*.  
Sed præsentibus in Choro defectum absentium supplere debent, *ibid.*  
Ne legitime absens mulctetur amissione distributionum, et onere alium subrogandi, *ibid.*  
Absentibus, quamvis indulto præditi, non lucrantur distributiones quotidianas, pag. 175. §. *Nulla*.  
Emolumenta, quæ proficiscuntur ex Missis adventitiis, dividun-

tur inter realiter presentes, *ibid.*,  
*et pag. 181. §. Explorati.*  
 Nec illa lucrantur jubilati, aut in-  
 firmi, *pag. 175 §. Nulla, et*  
*pag. 181. §. Explorati.*  
 Imo nec absentes cum Apostolico  
 indulto percipiendi quascumque  
 distributiones, *ibid.*, *ibid.*  
 Canonici jubilati, licet Choro non  
 intersint, lucrantur emolumenta  
 proficiscentia ex anniversariis,  
 quæ fiunt inter annum, etsunt  
 fixa, *pag. 206. §. Dein.*  
 Nisi aliter caverint Testatores,  
*ibid.*  
 Verum illis denegatur portio emo-  
 lumentorum præventium ex  
 funeralibus, et anniversariis in-  
 certis, et extraordinariis, *ibid.*  
 Sed aliquando admissi fuerunt ad  
 participationem emolumentorum  
 proficiscentium ex anniversariis  
 adventitiis, *pag. 267. §. E con-*  
*trario.*  
 Dummodo non obstaret voluntas  
 testatoris, vel dantis, *ibid.*  
 Similiter Canonicis jubilati debentur  
 emolumenta processionum,  
 et sacrorum novendialium, *pag.*  
*267. §. E contrario.*  
 Vide *Absentia, Beneficium, Cho-*  
*ri servitium, Dignitas, Exe-*  
*cutio, Functiones.*

### CAPELLANUS

Jus habet percipiendi fructus bo-  
 norum Capellanæ, *pag. 135. §.*  
*Quaedam.*  
 Item jus administrandi bona, et  
 implendi onera, *ibid.*  
 Capellanus Missarum oneribus gra-  
 vatus eas applicare tenetur, *pag.*  
*225. §. Quamquam.*  
 Tametsi Fundator nullum de ap-  
 plicatione adjecerit verbum,  
*ibid.*  
 Nisi ex vehementibus indiciis, et  
 urgentibus conjecturis contrarium  
 eliciatur, *ibid.*

In vetustis Beneficiorum fundatio-  
 nibus perpetua celebratio potius  
 ad populi commoditatem ob sa-  
 cerdotum penuriam, quam ad  
 fructum Sacrificii percipiendum  
 injuncta præsumitur, *pag. 225*  
*§. In Themate.*

Aliud est orare pro anima Funda-  
 toris illiusque commemoratio-  
 nem facere, aliud Sacrificium  
 offerre, *ibid.*

Si testator pro se in Missa orare,  
 aut sui commemorationem fieri  
 mandaverit, Capellanus Missam  
 applicare debet, *pag. 226. §.*  
*Verum.*

At si idem fundator plures insti-  
 tuerit Capellanas, et aliquan-  
 do Missæ applicationem, ali-  
 quando autem omnis pro ipsius  
 anima orandi, nulla facta men-  
 tione applicationis, injunxerit,  
 vi discretivæ locutionis Missæ  
 applicationem in secundo casu  
 noluisse eruitur, *ibid.*

### CENSURA

Vide *Ordo sacer.*

### CESSIO BONORUM

Vide *Solutio.*

### CHORI SERVITIUM

Ecclesiarum Cathedralium et Colle-  
 giatarum Canonici per tres men-  
 ses abesse possunt a residentia,  
*pag. 54. §. Quamvis.*

Salvis tamen Ecclesiarum consue-  
 tudinibus, quæ longius serviti  
 tempus requirunt, *ibid.*

Divina psalmodia auget cultum  
 Dei, fovet pietatem, et chari-  
 tatem in proximum, *pag. 56.*  
*§. Petitioni.*

Et ideo S. Congregatio difficilem  
 se præbere solet in conceden-

da Chori reductione, pag. 88.  
 §. *Animadvertendum.*

Verum S. Congregatio ob redituum imminutionem, aut aliam legitimam causam Chori servitium reducere solet ad tertiarias, vel ad alternas inserviendi vices, pag. 54. §. *Quamvis, et* pag. 88. §. *Si.*

Imo aliquando concessit indultum abessendi a matutino Officio, ut Canonici, deficientibus aliis sacerdotibus, sacrum facerent in ruralibus Ecclesiis, pag. 55. §. *Concedenda.*

Dummodo Chori servitium non patitur grave detrimentum, *ibid.*

In concedendis reductionibus jubetur, ut Capitulares omnes tempore Adventus, Quadragesimæ, festis diebus per octavas privilegiatas, aliisque temporibus Ordinario benevisis jugiter inserviant, pag. 57. §. *Ceterum, et* pag. 89. §. *Attamen.*

Si tamen valde tennes sint reditus, servitium Chori reducitur ad dies festos tantum, et ad majorem hebdomadam, pag. 57. §. *Ceterum.*

Festis præsertim diebus Capitulares Choro interesse debent, pag. 56. §. *Plurimum.*

Tenes non esse Canonicatum reditus dixit S. Congregatio, si romana scut. 30. excederent, vel æquarent, pag. 56. §. *Petitioni,* pag. 88. §. *Animadvertendum.*

Indultum abessendi pro diebus, et horis facilius conceditur designatis personis, quam generatim omnibus Capitularibus, ut spiritualia subsidia urgente necessitate fidelibus præbeant, pag. 56. §. *Plurimum.*

Vide *Missa.*

## COADJUTOR

Canonicus Coadjutor representat personam Coadjuti, pag. 230. §. *E contrario.*

Ita ut omnes possessorii actus nomine illius patrati censeantur, *ibid.*

Canonicus fictus appellatur, ac minor est dignitate veris Canonicis, quamvis in minoribus Ordinibus constitutus, *ibid.*

Præcedentia regulanda est non a die provisionis, sed a die possessionis captæ post mortem Coadjuti, *ibid.*

Vide *Præcedentia.*

## COLLEGIATA

Ad Summum Pontificem pertinet erigere Collegiata, pag. 194. §. *At vero.*

Requiritur consensus Patronorum, *ibid.*

Deficiente Bulla erectionis, ex quibus indiciis desumatur qualitas Ecclesiæ Collegiatæ, innotuit pag. 192. §. *Praescriptioni,* et pag. 194. §. *Quod.*

In dubio an Ecclesia Collegiata sit, vel Parochialis, standum est pro parochialitate, pag. 195. §. *Hinc.*

Jus Parochi liberum administrandi Sacramenta in aliqua Ecclesia, parochialitatem evincit, *ibid.*

Ac præsertim jus in ea administrandi paschalem communionem suis subditis, *ibid.*

Parochialitatem clarius demonstrant Fons Baptismalis, et sepulturae, *ibid.*

## CONCIONATOR

Episcopus jure pollet sibi vindicandi electionem sacri Oratoris Ecclesiæ Cathedralis etiam

adversus immemorabilem consuetudinem, pag. 57. §. *His.*

At qui onere gravantur pendendi eleemosynam Condonatori, nequeunt pro suo libitu se nominatione abdicare, ut onere solvendi stipendium leventur, *ibid.*

CONFRATERNITAS

Vide *Alienatio, Eleemosyna.*

CONGRUA

De Parochorum congrua septies mentionem fecit Tridentina Synodus, pag. 181. §. *Verum.*

Cavitque, ut si fieri posset, super re certa assignaretur, *ibid.*

Ad Parochi congruam sufficienti annua sent. centum, pag. 159. §. *Quum.*

Imo illam ad minorem summam redegit S. Pius V, *ibid.*

Parochiarum paupertati consulitur applicatione Legatorum, aut unione Beneficiorum, pag. 181 §. *Verum, et pag. 280. §. Si.*

Imo et reductione Missarum, pag. 282. §. *Si.*

Ne rector cum dignitatis dedecore stipem quaerere adigatur, *ibid.*

Parochus infirmitate laborans ea indiget vite exhibitione, quae communem excedit vite alimoniam, pag. 160. §. *Verum.*

CONSUETUDO

Juri scripto equiparatur, et legis vim obinet, pag. 48. §. *Nulla et pag. 62. §. Exploratum*

Ac plurimi facienda est in Cardinalitibus Congregationibus, pag. 48. §. *Nulla.*

Item in controversiis praeminentiarum, pag. 229. §. *Verum.* Consuetudo, ut vim exerat, debet esse rationalis, et legitime

praescripta, pag. 250. §. *E contrario.*

Nulloque contrario actu intercepta, pag. 268. §. *Quin.*

Et non debet de persona ad personam, de casu ad casum protrahi, pag. 263. §. *Quin.*

Irrita, et in nis est consuetudo, quae leges aliquas in capitibus Concilii Tridentini contentas violat, pag. 49. §. *Probe, et pag. 64. §. Consuetudo.*

Consuetudo, quae Episcopum prohibet lege a ferre ad rectum suae Diocesis regimen, et ad extirpandos abusus, irrationalis est, pag. 64. §. *Consuetudo*

Immemorabilis praesumptionem secumfert cujusvis melioris tituli, pag. 43. §. *Nullam.*

Quadringenta annorum observantia actuum frequentiae conjuncta abrogat ecclesiasticam legem, pag. 62. §. *Deest.*

Veluti lex habetur, etiamsi intra decem annorum spars contineatur, si juri scripto non adversetur, pag. 265. §. *Canonicos.*

Consuetudinem allegans probare debet diuturnitatem temporis, actumque frequentiam, pag. 251. §. *Praeterea.*

Per testes pallentes requisitis praescriptis a Glossa, pag. 62. §. *Deest.*

Vide *Beneficium, Praecedentia, praescriptio, Procuratio.*

DECIMA

Decimae inter fidelium oblationes accensentur, pag. 256. §. *Parochus.*

Sunt praemium laboris, *ibid.*

Aliae appellantur *dominicales*, quae a dominis fundorum, pag. 141. §. *Itaque.*

Aliae *coloniales*, quae a colonis solvuntur, pag. 140. §. *At vero.*

Parochis decimas solvere oportet, pag. 140. §. *Parochis*.

Exigui Parœciarum redditus per assignationem decimarum augentur, pag. 256. §. *Illud*

Quidam eximuntur a pendendis decimis vel privilegio, vel aliquo iusto titulo, pag. 140. §. *Parochis*.

Privilegium exemptionis non conceditur, nisi a summo Pontifice, pag. 141. §. *Itaque*.

Si privilegium ipsis rebus inhæret, nec domini, nec conductores decimas solvere tenentur, pag. 140. §. *At vero*.

Sin autem personis, istæ quidem eximuntur, ubi propriis manibus, vel sumptibus terras excolunt, *ibid.*

Sed illarum conductores, et coloni pro rata parte fructuum, quos percipiunt, decimas solvere obstringuntur, *ibid.*

Nam privilegium personale ipsas personas, quibus fuerat indultum, non egreditur, pag. 140 §. *Jan vero*.

Nec transfertur in emptores, *ibid.*

Jus decimandi ex immemorabili, et centenaria præscriptione acquiri potest, pag. 256. §. *At Canonici*.

Et si res sit inter personas ecclesiasticas, sufficit quadragenaria, *ibid.*

#### DECRETUM TRAJECTINUM

Vide *Lex*.

#### DICTIO

Dictio *fino* limitationem secumfert, pag. 137. §. *Quin*.

Vox *ogni* est dictio universalis, et nihil excludit, pag. 140. §. *Parochis*.

Generalis dictio ad ea dumtaxat est cohibenda, quæ comprehen-

di possunt, pag. 140. §. *Itaque*.

Non autem ad illa, quæ præjudicium inferunt juri alterius quaesito, *ibid.*

Vide *Verbum*.

#### DIGNITAS

In Italia obtinet consuetudo, ut Dignitates tanquam Canonici, et de Capitulo reputentur, pag. 184. §. *Obtinet*.

Cum iisdem juribus, privilegiis, et oneribus, quibus Canonici, afficiantur, *ibid.*

Licet nomine, et præeminentiis digniores habeantur, *ibid.*

Verum jure communi non sunt de Capitulo, quod a solis Canonici constituitur, pag. 185. §. *Sententia*.

Nisi adnexam habeant canonicalem præbendam, *ibid.*

Aut nisi vigore statuti, vel consuetudinis in negotiis capitularibus vocem habeant activam, et passivam, *ibid.*

Quænam suadeant Dignitatem non esse de Capitulo, habentur pag. 185 §. *Hiscæ, et seq.*

Vide *Executio, Vox*.

#### DISPENSATIO

Ad Matrimonii nexus dispensationem duo extrema sunt probanda, scilicet matrimonium non fuisse consummatum, justamque subesse dissolvendi causam, pag. 70. §. *In*.

Probationes non sequuntur consummationis perspicuæ, et superabundantes sint oportet, pag. 72. §. *At*, pag. 96. §. *Singulatin*.

Etiã in gratuito dispensationis iudicio, pag. 72. §. *At*.

Cum post conjugum cohabitationem exurgat præsumptio juris

- et de jure factos fuisse unam carnem, pag. 72. §. *At*, pag. 93. §. *singulatim*.
- Et nulla diligentia superflua videri potest ad veritatem dignoscendam in quaestionibus de matrimonii dissolutione, pag. 220. §. *Verum*, et pag. 263. §. *Ex his*.
- Inspectio corporis mulieris fallax, et periculosum est probationum genus, pag. 73. §. *Multoque*, pag. 96. §. *Hujusmodi*, pag. 116. §. *At Contra*.
- Ac tum prodest, cum triennale adhibitum fuerit experimentum, pag. 73. §. *Multoque*.
- Ex mulieris virginitate haud recte deducitur impotentia viri, pag. 73. §. *Deficere*.
- Testes deponentes de non consummatione, vel de non consummationis fama violentam praesumptionem induunt, pag. 95. §. *Mulieris*.
- Verum testes de auditu auditus non merentur fidem, pag. 72. §. *Praeterea*.
- Non desunt exempla dispensationum sine inspectione corporis viri, pag. 71. §. *Nec*.
- Sed necessariam esse suadet pag. 97. §. *Nec*, pag. 162. §. *Verum*, et pag. 220. §. *Verum*.
- Si vir remittit corpus suum inspectioni subicere, censuris est adigendus, pag. 220. §. *Verum*.
- Aliquando Romae faciendam esse inspectionem decrevit S. Congregatio, pag. 162. §. *At signa*.
- Si tamen dubia sit impotentia, vel ad novam inspectionem, vel ad triennale experimentum proceditur, pag. 117. §. *Desiderantur*, pag. 162. §. *Verum*.
- Etiam in gratioso dispensationis iudicio, *ibid.*
- Mulieris potius, quam viri juramento est fides adhibenda, si ipsa per aspectum corporis se esse virginem probaverit, pag. 70. §. *In*, pag. 95. §. *Mulieris*, pag. 115. §. *Mulieris*.
- Et in ipsa novitate reclamaverit pag. 70. §. *In*, pag. 72. §. *Probationes*, pag. 96. §. *Contra*, et pag. 116. §. *At Contra*.
- Ac ostenderit impotentiam viri ex signis physice, aut moraliter certis, pag. 263. §. *In novissima*.
- Probato gravamine, et errore peritorum judicialium per peritos extrajudiciales, res in dubio versatur circa matrimonii consummationem, pag. 264. §. *Ex his*.
- Et in hoc dubio concedi nequit matrimonii dispensatio, *ibid.*
- Causa ad dispensandum gravis, et urgens esse debet, pag. 73. §. *Deficere*, pag. 117. §. *Graves*.
- Justam dispensandi causam suppeditant jurgia, odia, conjugalis fidei violatio, ac praesertim viri impotentia, etiam probabilis, pag. 71. §. *Quod*, pag. 96. §. *Ad*, pag. 116. §. *Ad*.
- Animorum abalienatio, et viri saevitiae justam exhibent temporaneae separationis causam, pag. 73. §. *Deficere*, pag. 97. §. *Nec*.
- Vide *Audientia*.

## DISTRIBUTIONES

- Tertia pars fructuum Mensae capitularis converti debet in quotidianas distributiones, pag. 278 §. *Nec*.
- Vide *Absentia*, *Canonici*, *Chori servitium*.

## DOMICILIUM

- Vide *Ordo sacer*.

## ELECTIO

Ejus, qui ætatem non habet a testatore præscriptam, mole sua ruit, pag. 248. §. *Ad convellendum.*

Ad idoneitatem personæ metiendam in Beneficiis, et in emolumentis, inspicitur tempus præsentationis, aut sortitionis, non autem secutiæ vacationis, pag. 250. §. *Verum.*

Si extrinsecum hominis factum exigunt, ut electionis, sortitionis, *ibid.*

## ECCLESIA

Episcopi est judicare, utrum Ecclesiam construere expediat, pag. 104. §. *In themate.*

Sed sufficit tacitus ejus consensus, pag. 106. §. *Jam vero.*

Ecclesiam ædificare cupiens dotem pro luminaribus, pro sacra suppellectili, ac templi tuitione constituere debet, pag. 106. §. *Jam.*

Ecclesiæ, et Monasteria si in loco a testatoribus designato ædificari nequeant, in alio loco arbitrio Episcopi statuendo construuntur, pag. 104. §. *In themate.*

Legata pro construendis sacris ædibus relicta in reparationem Ecclesiarum ruinam minantium conferri queunt, pag. 104. §. *In themate.*

Ad Ecclesie Cathedralis reparationem primum Episcopus, dein Canonici obstringuntur, pag. 107. §. *Tandem.*

Item totus Clerus, et in subsidium populus, *ibid.*

Ecclesiam Parochialem instaurare tenentur nedum Parochus, sed omnes, qui ex ea fructus percipiunt, pag. 159. §. *Non.*

Dempta prius summa ad vitæ sustentationem, pag. 160. §. *Verum, et seq.*

Si qui fabricæ Ecclesiæ damnum attulerunt, ipsi in primis tenentur, *ibid.*

## EDICTALIS LEX

Vide *Lex.*

## ELEMOSYNA

Confraternitatibus facultas non est quæstuandi sine licentia Episcopi loci, pag. 63. §. *At.*

Et ad Episcopum loci spectat modum et formam colligendi elemosynas præscribere, *ibid.*

Veniam in scriptis obtinere debent, pag. 64. *Practerea.*

Etiam Mendicantes, si stipem quærere velint extra Diocesim, in qua sita sunt eorum Monasteria, venia indigent Ordinarii illius Loci, pag. 63. §. *At.*

Nec ad necessitatem veniæ excludendam quidquam prodest consuetudo etiam immemorabilis, pag. 64. §. *Consuetudo.*

Ad abusus extirpandos tum suis, tum maxime alienis subditis præcipere potest Episcopus, ne elemosynas in sua Diocesi quærerent, pag. 63. §. *At, et seq.*

## EPISCOPUS

Legislativam habet potestatem in propria Diocesi, pag. 63. §. *At.*

Ideoque leges Diocesanas indicare valet, quibus Religioni conservandæ, ac propagandæ consulatur, et abusus, si qui irrepserint, tollantur, *ibid.*

Nec hujusmodi potestas contraria consuetudine, utpote irrationali, abrogari potest, pag. 64. §. *Consuetudo.*



Vide *Consuetudo, Ecclesia, elemosyna, Ordo.*

## EXECUTIO

Litterarum apostolicarum executio, quæ commissæ fuerit antiquiori Canonico, pertinet ad Canonicum, vel Dignitatem, possessione antiquiorem, pag. 187. §. *Quamobrem.*

Quatenus præsens in actu præsentationis Litterarum Apostolicarum existat, *ibid.*

Secus ad antiquiorem ex præsentibus, *ibid.*

Non vero spectat ad Canonicum, qui vocatur Decanus, nisi ipse inter præsentis possessione antiquior sit Dignitatibus, *ibid.*

## EXPENSÆ

Sumptus facti occasione litis coram S. Congregatione nunquam reficiuntur, pag. 196. §. *Ceterum.*

Secus quoad expensas litis in aliis tribunalibus prius exagitatae, *ibid.*

## FAMILIARES PONTIFICIS

Vide *Canonici.*

## FIDEI PROFESSIO

Vide *Professio Fidei.*

## FONS BAPTISMALIS

Nullum est jus privativum Fontis, ubi liberum cuique est ad quamcumque Ecclesiam pueros baptizatum ducere, pag. 164. §. *Tandem.*

Claves Baptisterii, Tabernaculi SSmi Sacramenti, et Olci Sancti, aliquando sunt asservandæ penes Sacristam Ecclesiæ, pag. 193. §. *Deinde.*

## FRUCTUS

Indebite percepti sunt restituendi, pag. 251. §. *Attamen.*

## FUNCTIONES

Ministrare Episcopo extraordinarias functiones peragenti, nec privilegium, nec gratia est, sed onus, pag. 41. §. *Nomen.*

Nec et am munus extraordinarium, sed ordinarium, pag. 42. §. *Verum.*

Canonicis independentè a Parochis fas est in propria Ecclesia peragere sacras functiones, non parochiales, pag. 193. §. *Pro Missa.*

Item Missam solemnem celebrare in cœna Domini, *ibid.*

Ac sacram synaxim Canonicis præsentibus, ceterisque Ecclesiæ inservientibus ministrare, *ibid.*

Nec non explere benedictiones cinerum, candelarum, palmarum, *ibid.*

Tandem novenas, tridua, aliaque hujusmodi peragere, *ibid.*  
Vide *Officium.*

## FUNUS

Peragere cum Diacono, et Subdiacono in Ecclesia Collegiata spectat ad Canonicos, non vero ad Parochum defuncti, pag. 195. §. *Praeterea.*

Jus peragendi funus super cadavere spectat ad Parochum defuncti, si hic sit sepeliendus in Ecclesia intra limites jurisdictionis ejusdem Parochi sita, pag. 204. §. *Ex jure.*

Dummodo Ecclesia tumultans non gaudeat exemptione, *ibid.*

Funeris emolumenta pertinent ad Ecclesiam tumultantem, pag. 204  
*Ex jure.*

Dempta portione canonica pro Parocho, *ibid.*

## HÆRES

Filius, qui paternæ se non immiscuit hæreditati, ad parentis debita dissolvenda adigi non potest, pag. 259. §. *Exploratum*  
 Hæres melioris conditionis esse non debet, quam illius auctor, pag. 259. §. *At.*

## INSTRUMENTUM

Pars dispositiva instrumenti interpretationem sumit a parte proemiali, pag. 272. §. *Juspatronatus.*  
 Adhærendum est parti dispositivæ, si hæc cum narrativa repugnet, pag. 273. §. *At vero.*  
 Relatio ad testamentum operatur, ut juspatronatus reservatum censeatur ad tramites testamenti, *ibid.*

## JUBILATIO

Vide *Canonici.*

## IRREGULARITAS

Vide *Ordo sacer.*

## JUS PATRONATUS.

Vi juspatronatus non concessio Beneficii, sed præsentatio pertinet ad patronum, pag. 81. §. *Verum.*  
 Vide *Patronus, Instrumentum.*

## JUS QUÆSITUM

Nunquam abrogatur etiam a summa potestate, nisi aperte exprimitur, pag. 141. §. *Itaque.*

Cum gratia principis jura aliorum hædere non soleat, pag. 163. §. *Minus.*

Qui jus sibi asserit, docere tenetur de titulo acquisitionis, pag. 163. §. *At vero.*

## JUS REDIMENDI

Vide *Praescriptio.*

## LEGATUM

Imminutis redivibus sine culpa hæredis, Legata annua pro rata portione sunt reducenda, pag. 143. §. *Congregationem.*

Si fundus traditus pro implemento Legati perierit, hæres non eximitur ab onere curandi illius satisfactionem, pag. 259. §. *Exploratum.*

Dummodo fundus non fuerit taxative designatus, *ibid.*

Legatarius gaudet actione tum personali, tum hypothecaria, pag. 144. §. *Annua.*

Legatum rei alienæ valet, si defunctus sciebat, eam esse alienam, pag. 247. §. *Contendunt.*

Imo etiamsi propriam putaverit, si Legatum relictum fuerit conjunctis, pag. 243. §. *At vero.*

Vel ad causas pias, *ibid.*

Cum nemo præsumatur plus consanguineos, quam suam diligere animam, *ibid.*

Vide *Lex.*

## L E X

Cessante ratione legis, ipsius quoque efficacia cessare debet, pag. 31. §. *Legem.*

Postera lex futuris negotiis dat formam, non autem revocat præterita, pag. 31. §. *Praeterea.*

Quid Ultrajectima decreta præscripserint anno 1812. et an. 1812. quoad credita priorum Legorum

habetur pag. 28. §. *Picæ et seqq.*, pag. 144. §. *Dein*, et seqq.

Quid vero sanciverit Edictalis lex anni 1818. ad præcidendas inter Loca pia controversias, quæ scatebant ex decretis Ultrajectinis, recensetur pag. 29. §. *Accidit*.

Vide *Episcopus*.

### LITTERÆ APOSTOLICÆ

Vide *Executio*.

### MENDICANTES RELIGIOSI

Vide *Eleemosyna*.

### MENSA CAPITULARIS

Communis Massa capitularis vetustissima est in Ecclesia, pag. 278. §. *At*.

Aliquando tamen expedit, ut peculiare constituantur capitularium præbende, pag. 277. §. *Praeterea*.

## M I S S A

Canonici canere tenentur Missam de Sancto occurrente, et de feria, pag. 57. §. *Caeterum*.

Duas Missas solennes eodem die de eadem festivitate, et in eadem Ecclesia cantare non licet, pag. 58. §. *Duas*.

Nisi ex voluntate testatorum id præcipiatur, *ibid*.

Quo in casu Missa pro fundatione post primam, et Missa Conventualis post tertiam canenda est, *ibid*.

Quid vero sentiendum de iisdem vesperis eadem die repetendis, habetur pag. 59. §. *Videant*.

Vide *Beneficium*, *Capellanus*, *Chori servitium*, *Onera*, *Translatio*.

### MISSA CONVENTUALIS

In Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus Missa Conventualis pro Benefactoribus in genere celebranda, et applicanda est, pag. 91. §. *Canonicorum*.

Quamvis ex Canonicatum præbendis tenues percipiantur fructus, pag. 91. §. *Canonicorum*. Siquidem veluti divini officii pars habetur, *ibid*.

Verum si reditus valde decreverint, nec subsit ratio illos augendi, conceditur reductio applicationis ad solos dies festos de præcepto, pag. 91. §. *Verum*.

Celebrata aliis diebus Missa Conventuali cum interventu Capituli, pag. 91. §. *Verum*.

Tenues dicuntur fructus, qui non excedunt annua scutata 30., vel 80, pag. 91. §. *Videant*.

Legitime absens non tenetur nec per se, nec per alium ad canendam Missam Conventualem, pag. 177. §. *Hinc*.

### MISSA PRO POPULO

Parochi, aliique omnes, quibus imminet animarum cura, divino præcepto tenentur pro omnibus suis sacrificium offerre dominicis, aliisque festis diebus; pag. 7. §. *Itaque*, pag. 252. §. *Qui*.

Hæc obligatio ita inhæret animarum Curatoribus, ut ii quoque teneantur, qui congruo destituuntur stipendio, pag. 7. §. *Itaque*, pag. 252. §. *Qui*.

Vel qui incertos habent reditus, pag. 7. §. *Itaque*.

Quoniam ratione officii hujusmodi onus ipsis incumbit, *ibid*. et pag. 252. §. *Qui*.

Hujusmodi onere obstringuntur etiam  
Parochi Ecclesiarum filialium,  
*pag. 8. §. Capellaniae*

Item Vicarii Ecclesiarum Parochia-  
lium, *pag. 7. §. Accedit, et*  
*pag. 8. §. Capellaniae.*

Sive perpetui sint, sive ad nutum  
amovibiles, *pag. 7. §. Accedit.*

Imo Parochi, qui duabus praesunt  
Ecclesiis, in utraque Missam  
applicare tenentur pro populo,  
*pag. 252. §. Qui.*

Si insimul unitæ sint unione sub-  
jectiva, vel æque principali  
*ibid.*

Secus autem si unitæ fuerint unio-  
ne extinctiva, ita ut ex duabus  
una prorsus evaserit cum extin-  
ctione tituli alterutrius, *ibid.*

### M U N U S

Vide *Functiones, Officium.*

### O F F I C I U M

Interioris Sacristæ non est inter  
officia mere temporalia recen-  
sendum, *pag. 43. §. In dubium*

Cum officia mere temporalia or-  
dinentur tantummodo ad rerum  
Ecclesiæ temporalium admini-  
strationem, defensionem, vel  
custodiam, *ibid.*

Sed potius inter officia mixta ad-  
numerandum, nam ad rerum  
temporalium, et spiritualium  
administrationem est institutum,  
*ibid.*

### O N E R A

Nemo tenetur Missarum oneribus  
satisfacere, nisi eisdem obno-  
xius demonstretur, *pag. 10. §.*  
*Comensis.*

Iniqua est ejus conditio, qui ad  
majorem pecuniæ vim adigitur  
persolvendam, quam exigunt  
onera, *pag. 240. §. Verum.*

Vide *Beneficium, Functiones,*  
*Translatio.*

### ORDO SACER

Nulli Episcopo licet quempiam ad  
sacros Ordines, vel etiam ad  
primam Tonsuram promovere,  
nisi quem sibi habet subditum,  
*pag. 125. §. Nulli.*

Subditus quisque evadit ratione  
originis, aut domicilii, aut Be-  
neficii, aut familiaritatis, *ibid.*

Ad acquirendum domicilium re-  
quiritur decennalis, vel sal-  
tem notabilis habitatio cum  
translatione majoris partis bono-  
rum cum ædibus instructis, *ibid.*

Et in utroque casu juramentum  
est præstandum, quo se vere,  
et realiter animum habere ibi-  
dem perpetuo permanendi affir-  
met, *ibid.*

Filius non ab Episcopo paterni,  
multoque minus materni domi-  
cilii, sed ab Episcopo proprii  
domicilii ad Ordines promoveri  
debet, *pag. 125. §. Jam vero*

Triennii habitatio constituit consi-  
derabile tempus, *pag. 126. §.*  
*At.*

Episcopus domicilii testimoniales  
litteras ab Ordine originis ha-  
bere debet, *pag. 125. §. Jam*  
*vero.*

Praesertim si Ordinandus a loco  
originis migraverit, cum alicui  
canonico impimento obnoxius  
esse poterat, *ibid.*

Secus tam Ordinans, quam Ordina-  
tus incidunt suspensionem,  
*pag. 126. §. Denique.*

Atque etiam in irregularitatem, si  
suspensione durante damnabili-  
ter se ingerunt divinis, *ibid.*

Imo irregularis evadit, qui in mi-  
noribus ordinibus est constitu-  
tus, si tempore suspensionis mi-  
nores Ordines exercet, *ibid.*

Ad contrahendam vero suspensio-

nem, et irregularitatem adsit oportet temeritas ex dolo, aut lata culpa promanans, pag. 127. § *Ceterum*.

Adeo ut S. Congregatio, quos novit bona fide initiatos, noluerit suspensos dicere, *ibid.*

Sciens censuras ferri incontinentes, *ibid.*

### PAROCHUS

Qui suae praebendae habet unitum Canonicatum in alia Ecclesia erectum, amittit quotidianas distributiones, si Choro non intersit, pag. 181. § *Explorati*.

Licet interim parochialia munera obeat, *ibid.*

Vide *Collegiata, Functiones, Funus, Sepultura, Sodalitas, Stola*.

### PAROECIA

Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam super omnibus Ecclesiis et Oratoriis sitis intra Parochiae limites pro exercitio sacrarum functionum, pag. 203 § *Verum*.

Ecclesiae parochialitas unde elicitur, habetur, pag. 195. § *Hinc*.

Nihil impedit, quominus una Paroecia duas habeat Ecclesias parochiales, *ibid.*

Una vere parochialis, altera improprie dicta, sen filialis, *ibid.*

Filialis in subsidium matricis, et ad populi commoditatem erigitur, *ibid.*

Quin matrix desinat esse Paroecia, atque unicum constituit Beneficium et titulum, *ibid.*

Vide *Unio*.

### PATRONUS

Patrono indigenti modo alimento

rum praestatione prospicitur pag. 273. § *Hoc*.

Modo suspensione Missarum, *ibid*

Et non raro administratione Beneficii impletis oneribus, et deputato Ecclesiastico administratore, *ibid.*

Vel ad certum tempus, vel donec aliquis ex familia illud obtinere possit in titulum, *ibid.*

Interdum conceditur, ut pueri nominentur ad patronalia Beneficia, *ibid.*

Suspensio nominationis pugnat cum voluntate testatoris, ac juris dispositione, pag. 274. § *Amoto*

Praesertim si Chori servitium detrimentum patiat, *ibid.*

Patronus Ecclesiasticus non decedit a jure presentandi per nominationem indigni, si non pateat eam scienter fuisse expletam, pag. 274. § *Si*.

Vide *Reductio*.

### PERITIA

Extrajudicialis satis habetur ad docendum de gravamine peritiae judicialis, pag. 263. § *Eoque*.

### PRÆBENDA

Vide *Mensa Capitularis*.

### PRÆCEDENTIA

In Ecclesiis, in quibus nulla adest praebendarum distinctio, qui major est ordine, licet possessione junior, digniorem habet locum in Choro, et in aliis actibus capitularibus, pag. 150. § *In Ecclesiis*.

Hic Hierarchicus ordo contraria consuetudine destrui nequit, *ibid.*

Inter Canonicos dignitate pares quoad praeseminentias ordo receptionis spectandus est, pag. 150. § *Verum*.

Canonice possessione antiquior, ac postea Sacerdotio insignitus, redintegrandum esse ad locum præcedentiæ supra Canonicos Sacerdotes medio tempore receptos docetur *pag. 150. §. Verum.*

Idque potissime est servandum in Ecclesiis, in quibus hæc viget consuetudo, *pag. 151. §. Idque.*

Contrarium traditur, *pag. 151. §. Sed, et pag. 152. §. Neque.*

Cum jus ex Sacerdotio semel adeptum, nunquam amittatur, *pag. 152. §. Neque.*

Ac propterea spernenda etiam opposita consuetudo, *pag. 152. §. Neque.*

Canonicus coadjutor in Ecclesiis, in quibus nulla adest præbendarum distinctio, sedere debet post omnes veros Canonicos, *pag. 229. §. Si hæc.*

Quamvis Coadjutor sit Sacerdos, et veri Canonici in minoribus ordinibus sint constituti, *pag. 230. §. E contrario.*

Imo Coadjutor etiam functiones, quæ pertinerent ad Coadjutum, in novissimo loco tenetur exple-  
re, *pag. 229. §. Si hæc.*

Nisi agatur de Coadjutore Dignitatis, qui præcedit omnes Canonicos, *ibid.*

Aut aliter præcipiant Constitutiones, vel legitime præscripta consuetudo, *pag. 229. §. Verum.*

Præcedentia Coadjutoris regulanda est non a die provisionis, sed a die captæ possessionis post mortem Coadjuti, *pag. 230. §. E contrario.*

Quin aliter suadeant clausulæ generales in Litteris Apostolicis Coadjutoriae, *ibid.*

### PRÆDICATIO

Vide *Concionator.*

### PRÆSCRIPTIO

Observantia optima est supremarum voluntatum interpres, *pag. 227 §. Nec.*

Longissimi temporis intervallo quælibet sive realis, sive personalis actio perimitur, *pag. 245. §. At vero.*

Spatio triginta, vel quadraginta annorum jus redimendi præscribitur, *pag. 132 §. Quin.*

Quamvis venditor sibi reservaverit jus quancumque, et semper, et perpetuo redimendi, *ibid.*

Quia hujusmodi clausulæ cohibentur ad triginta annorum tempus, *ibid.*

### PRIVILEGIUM

Reale transit in quoscumque successores, *pag. 140. §. At vero.*

Personale non egreditur personas, quibus fuit indultum, *pag. 141 §. Jam vero.*

Vide *Decima, Functiones.*

### PROCESSIO

Generales processiones inchoandæ, finiendæque sunt in principe Locum Ecclesia, *pag. 193. §. Præterea.*

Quæ, ubi Cathedralis non existit, Collegiata est, *ibid.*

Atque in istis processionibus Canonici digniorem supra Parochos habere debent locum, *ibid.*

### PROCURATIO

Episcopis pendenda est occasione sacre visitationis, *pag. 49. §. Probe.*

Nec adversus eam ulla invehit potest consuetudo, *ibid.*

Sed omnino exhibenda pro frugali

Episcopi, ejusque socioꝝ sustentatione, pag. 49. §. *Quavis*, et pag. 50. §. *Diserte*.  
 Et quidem præstanda ab omnibus Beneficiis, et Locis pijs visitationi obnoxiiis, pag. 49. §. *Quavis*.  
 Ideo a pꝛædenda procurratione eximuntur personæ ecclesiasticæ, quæ Beneficiis, et Ecclesiæ redditibus carent, *ibid*.  
 In optione visitandorum est persolvere victualia in specie, vel in pecunia, pag. 50. §. *Diserte*.  
 Nequit Visitator quidquam procurrationis nomine exigere pro equis ac vecturis, et itinere de loco ad locum, pag. 50. §. *Quia*.  
 Hæc tamen regula exceptionem patitur in Visitoribus Apostolicis *ibid*.

PROFESSIO FIDEI

Fidei professionem ex Tridentini sanctione emittere tenentur Episcopi, et Prælati, pag. 13. §. *Tridentinum*.  
 Item provisi de Canonicatibus in Ecclesia Cathedrali, et de Beneficiis cum animarum cura, *ibid*.  
 Nec non Magistri in Universitatibus, *ibid*.  
 Scens vero possessores Beneficiorum simplicium, *ibid*.  
 Verum hi quoque obstringuntur, si adsit consuetudo, aut lex Diocesana, pag. 13. §. *Igitur*.  
 Referuntur plures Synodi Diocessane professionem fidei præcipientes Rectoribus simplicium Beneficiorum, *ibid*.  
 Atque etiam Concilium Romanum, *ibid*.  
 Sed ejus sanctio vim suam non exerit in Maceratensi Diocesi, pag. 14. §. *At hæc*.  
 Aliter tamen sentiendum de Beneficiis simplicibus Assisiensis Diocesis, quæ subest dispositio-

ni Concilii Romani, pag. 14. §. *Aliter*.  
 Ejusmodi professio intra duos menses a die adeptæ possessionis Beneficii est emittenda, pag. 15. §. *Verum*.  
 Extorsit amissione fructuum plecentur, *ibid*.  
 Primi autem bimestris fructus, nisi quid aliud obsit, provius lucrator, sive postea emittat, sive non, fidei professionem, pag. 15. §. *Verum*.  
 Nec eos post lapsam bimestris excusat ignorantia juris, pag. 15. §. *Horum*.  
 Attamen S. Congregatio indulgere solet condonationem fructuum, si absit mala fides, pag. 16. §. *Putat*.  
 Aliquando integros fructus remittit; aliquando onus imponit erogandi aliquam summam in Christi pauperes arbitrio Episcopi taxandam, *ibid*.

QUESTORES ELEEMOSYNARUM

Vide *Eleemosyna*.

REDUCTIO

Ad levandam patronorum, aut obligati inopiam, conceditur Missarum reductio ad tempus, pag. 67. §. *Archiepiscopi*, pag. 244. §. *Missarum*, et pag. 260. §. *Quamobrem*.  
 Præsertim si accedat Oratorum consanguinitas cum fundatore, pag. 244. §. *Missarum*.  
 Ad reparandas Ecclesias conceditur Missarum reductio, pag. 105. §. *Nec*.  
 Si tamen alia desint media, pag. 107. §. *Tandem*.  
 Justam causam reducendi onera suppeditat augmentum eleemosy-

næ, pag. 67. §. *Ampliozem*,  
pag. 110. §. *Supremos*, et pag.  
211. §. *Utilitas*.  
Item imminutio redditum sine pos-  
sessorum culpa, pag. 58. §.  
*Duas*, pag. 88. §. *Si*.  
Ob fructuum decrementum tot ce-  
lebrantur Missæ, quot celebra-  
ri possunt ad rationem elee-  
synæ mannalis, pag. 68. §. *Ve-  
rum*, pag. 111. §. *Nec*.  
Denegatur reductio, si redditus su-  
perant onera, pag. 81. §. *Præ-  
terea*, pag. 227. §. *Igitur*.  
Vide *Chori servitium*, *Missæ  
Conventualis*.

## REGULÆ JURIS.

Quod ab initio vitiosum est, non  
potest tractu temporis conva-  
lescere, pag. 80. §. *Confratres*,  
et pag. 245. §. *Contendunt*.  
Non est uni denegandum, quod aliis  
fuit impertitum, pag. 135. §.  
*Quaedam*.  
Res inter alios acta aliis non no-  
cet, *ibid*.  
Privilegium personale non egredi-  
tur personas, quibus fuit indul-  
tum, pag. 141. §. *Jam vero*.  
A diversis non fit illatio, pag.  
152. §. *Neque*.  
Nihil magis congruum est humanæ  
fidei, quam ea, quæ placuerunt,  
servare, pag. 159. §. *Non*.  
Omnis obligatio extinguitur præ-  
statione ejus, quod debetur,  
pag. 160. §. *Verum*.  
Damna sunt rependenda per eum,  
cujus causa evenerunt, pag. 160.  
§. *Verum*, pag. 169. §. *At  
contra*.  
Factum cuique suum nocere de-  
bet, pag. 169. §. *At contra*.  
Ubi commune est onus, commu-  
ne esse debet emolumentum,  
pag. 177. §. *Hinc*.  
Contra eum, qui legem dicere po-

tuit, apertius interpretatio est  
facienda, pag. 225. §. *In the-  
mate*.

In obscuris inspiciendum, quod ve-  
rosimilius est, pag. 226. §. *Ve-  
rum*.

Nemo culpæ expers pœna plecten-  
dus, pag. 249. §. *Quin*.

Imputari non debet ei, per quem  
non stat, si non faciat, quod  
per eum faciendum est, pag.  
249. §. *Quin*.

Pro expresso est habendum, quod  
ab expressis perspiciue conse-  
quitur, pag. 249. §. *Quae*.

Nemo dolo non suo dolum fer-  
re debet, pag. 250. §. *Eoque*.

Nemo ignorat æque bonis adnu-  
merari, quod est in actionibus,  
pag. 257. §. *Hujusmodi*.

Quod omnes tangit ab omnibus  
debet approbari, pag. 268. §.  
*Nec*.

Et unius dissensus sufficit, ne vi-  
ribus polleat, quod a ceteris  
gestum est, *ibid*.

## RESTITUTIO IN INTEGRUM

Si Locis piis damnosa evadit adi-  
ta hæreditas, eis beneficio re-  
stitutionis in integrum est opi-  
tulandum, pag. 143. §. *Con-  
gregationem*.

## R E U S

Conventus in quolibet dubio a  
præstatione est liberandus, pag.  
143. §. *Congregationem*.

## SEPARATIO THORI

Uxor virum suum quocumque se-  
qui tenetur, pag. 255. §.  
*Hiscæ*.

Separationi thori justam suppedi-  
tat causam adulterium, pag. 255.  
§. *Tandem*.

Item sævitæ, si tamen frequen-



tes, et atroces sint pag. 234.  
§. *Quamobrem.*

Nec eisdem uxor dederit causam,  
*ibid.*

Sævitiae semel remissæ amplius  
non reviviscunt, pag. 235. §.  
*Hiscæ.*

Marito haud vctitæ sunt intra  
modum coercitiones uxoris, si  
justa præsto sit causa, pag. 235.  
§. *Haec.*

Quaedam sævitiae atroces evadunt,  
si agatur de femina ingenua,  
pag. 234. §. *Quamobrem.*

### SEPULTURA

Jus parochiale consistit in humatio-  
ne cadaverum illorum Parochia-  
norum, qui non habent, aut  
non elegerunt sepulturam, pag.  
204. §. *Ex jure.*

Episcopus potest concedere jus  
sepeliendi Ecclesiis non parochia-  
libus, pag. 204. §. *De.*

Sed salvis juribus parochialibus,  
*ibid.*

Ex jure sepeliendi sequitur, quod  
in ea sepeliri queant cadavera  
illorum, qui ibidem sepulturam  
elegerint, *ibid.*

Item quod ad Ecclesiam tumulan-  
tem recto tramite sint cadavera  
asportanda, pag. 204. §. *Ex  
jure.*

Ibique expositio, ac funebria of-  
ficia peragenda, pag. 204. §.  
*Ex jure.*

Quamvis superioribus temporibus  
prius ad Ecclesiam Parochialem  
cadavera deferri consueverint,  
*ibid.*

Nisi defunctus, vel hæres aliter  
ordinaverit, *ibid.*

Jus tamen peragendi funus spectat  
ad Parochum defuncti, si hic  
intra limites jurisdictionis ejus-  
dem Parochi sit tumulandus,  
pag. 204. §. *Ex jure.*

Sin vero Parochus vocatus renuat,

aut alium Sacerdotem non sub-  
stituat, Rector Ecclesiæ, vel  
Capellanus Sodalitatis exequia  
explere potest, *ibid.*

### SODALITAS

Sodalitatibus fas est, procul con-  
sensu Parochorum, quascumque  
sacras functiones non paro-  
chiales per Capellanum perage-  
re, pag. 193. §. *Pro Missa,*  
*et pag. 203. §. Jam.*

Hinc celebratio Missæ solemnisi-  
ve pro vivis, sive pro defun-  
ctis, vespereæ in solemnioribus  
Ecclesiæ festivitibus, ceteræ-  
que hujusmodi pertinent ad Ca-  
pellanum, pag. 203. §. *Jam  
vero.*

Dummodo erectæ sint in Eccle-  
siis sejunctis a templo parochia-  
li, pag. 203. §. *Jam vero.*

Et non agatur de sacris functioni-  
bus sodalitati prohibitis a decre-  
tis generalibus, et constitutio-  
nibus synodalibus, *ibid.*

Siquidem Episcopus facultate pol-  
let, legitima intercedente cau-  
sa, prohibere Sodalitatibus quas-  
dam sacras functiones, quæ a  
decretis generalibus permittun-  
tur, pag. 205. §. *Præterea.*  
Vide *Alienatio, Sepultura.*

### SOLUTIO

Facta posterioribus creditoribus per  
decoctum, vel decocturum non  
subsistit, pag. 259. §. *Explo-  
ratum.*

Et subjacet avocationi, *ibid.*

### STOLA

Est signum Sacerdotale, non pa-  
rochialis jurisdictionis, pag. 193  
§. *Præterea.*

## SUBSIDIUM CHARITATIVUM

Est praestatio, seu pensio extraordinaria, quam Episcopi ex manifesta, et rationabili causa a suis subditis exigunt, pag. 51. §. *Quam*.

Onus mixtum appellatur, quod personis indicitur propter Ecclesias, et Beneficia, ex quibus redditus percipiunt, *ibid*.

Ideoque ad illud ferendum non tenentur Clerici redditibus ecclesiasticis carentes, *ibid*.

Non semel tantum, sed etiam pluries ab Episcopo exigi potest, si justa occurrat causa, ac redditus Mensae Episcopalis non sufficiant, *ibid*.

Verum jurei novo Taxae Innocentianae semel tantum exigi potest in Diocesis, in quibus adest consuetudo exigendi, *ibid*.

Et quidem in primo adventu, et ad taxam antiquam di *quaranta anni indietro*, *ibid*.

## TESTES

De auditu aliquando nullam merentur fidem, pag. 72. §. *Practerea*.

Canonicis testimonium perhibentibus de consuetudine Ecclesiae, rebusque capitularibus fides est adhibenda, pag. 266. §. *Consuetudinem*.

## TRANSACTIONIO

Qui sint characteres transactionis, inuuntur pag. 35. §. *Addit*.

Exceptionem parit rei iudicatae, et litis finitae, pag. 31. §. *Practerea*.

Transactio haberi non potest tanquam realis solutio, pag. 33. §. *Addit*.

Transactio speciem praesertit alienationis, pag. 151. §. *Transactio*.

Apostolico beneplacito tum roboratur, cum id necessitas, vel evidens exigit Ecclesiae utilitas, *ibid*.

Vide *Alienatio*, *Beneplacitum Apostolicum*.

## TRANSLATIO

Missarum denegatur, si in Ecclesia a testatore designata celebrari queant, pag. 81. §. *Practerea*.

Vel necessitatis, aut utilitatis causa desideretur, pag. 227. §. *Igitur*.

Vel occurrat peculiaris affectio Testatoris erga designatam Ecclesiam, pag. 244. §. *Translationi*.

Iusta tamen intercedente causa indulgetur, pag. 82. §. *Missarum*, pag. 244. §. *Translationi*.

Dummodo nec divini cultus detrimentum, nec populi incommodum timeatur, pag. 82. §. *Missarum*.

Nam sacrificium quacumque in Ecclesia litetur, eodem semper modo defunctis prodest, pag. 105. §. *Nec*.

Ad fidelium commoditatem onera Missarum de una ad aliam transferuntur Ecclesiam, pag. 105. §. *Nec*.

## UNIO

Paroeciarum fieri potest subjective, vel aeque principaliter, pag. 252. §. *Qui*, et *seq*.

Per unionem aeque principalem ambae Ecclesiae suum retinent titulum, honorisque gradum, pag. 253. §. *Hoc*.

Et licet unius Rector fiat etiam Rector alterius, *ibid.*

Per unionem extinctivam, et plenariam, ex duabus fit una Ecclesia cum extinctione tituli alterutrius, *pag.* 252. §. *Qui.*

Et jura alterutrius Ecclesiae extinguuntur, seu transferuntur in aliam, *pag.* 253. §. *Hoc.*

Per unionem subjectivam, et aequae principalem populus utriusque Parochiae distinctum efformat corpus, *pag.* 253. §. *Contra.*

### VACATIONES

Vide *Canonici, Chori servitium.*

### VERBUM

Verba generalia ad insolitum casum non sunt trahenda, *pag.* 41. §. *Nomen.*

Sed generaliter intelligenda, *pag.* 42. §. *Verum.*

Vide *Dictio.*

### VERBUM DEI

Vide *Concionator.*

### VESPERÆ

Quid sentiendum de iisdem Vesperis eadem die repetendis, habetur *pag.* 59. §. *Videant.*

Vide *Missa, Sodalitas.*

### VICARIUS CURATUS

Vide *Missa pro Populo.*

### VICTUALIA

Vide *Consuetudo, Procuratio.*

### VISITATIO

Vide *Procuratio.*

### VOLUNTAS

Pro lege habetur, quod suprema cavet defunctorum voluntas, *pag.* 136. §. *Et.*

Et ideo religiose est implenda, *pag.* 106. §. *Verum.*

Cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut suprema e voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, *ibid.*

Quae in certum opus ex morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud non convertuntur, *pag.* 59. §. *Videant, pag.* 81. §. *Administratorum, pag.* 106. §. *Verum.*

Eo vel magis admissim implenda sunt testatorum elogia, si agatur de Missarum legatis, *pag.* 106. §. *Verum, pag.* 110. §. *Supremas, et pag.* 281. §. *Verum.*

Fam etiam ob causam ne fideles voluntatibus defunctorum per commutationem vulnus infligi sentientes a legatis in pias causas scribendis retrahantur, *pag.* 106. §. *Verum, pag.* 281. §. *Verum.*

Publica tamen necessitatis, vel utilitatis intercedente causa ultimarum voluntatum commutatio indulgetur, *pag.* 82. §. *Similiter, pag.* 104. §. *Urgente, pag.* 107. §. *Tandem.*

Justam suppeditat causam tenuitas reddituum Hospitalium, *pag.* 82. §. *Commutationem.*

Sive ad infirmos alendos, sive ad solventium stipendium Presbytero, qui in curanda spiritali aegrotantium salute operam impendat, *pag.* 82. §. *Commutationem.*

Justam quoque suppeditat causam restauratio fatiscientium Ecclesiarum, *pag.* 104. §. *Urgente*

Præsertim si agatur de Ecclesia Cathedrali, pag. 104. §. *Urgente*.

Si tamen desint media a jure præscripta, pag. 107. §. *Tandem*.

Si testatoris voluntas executioni committi nequeat, in aliud opus ejus menti magis proximum, et consimile convertendum est Legatum, pag. 104. §. *In themate*.

Legata Missarum, si ob Sacerdotum penuriam impleri nequeant, in alios pios usus convertuntur, pag. 281. §. *Petita*.


Vide *Ecclesia*.

V O X

Prima Dignitas Capituli ob non susceptum Sacrum Ordinem caret voce in Capitulo, pag. 43. §. *Neque*.

Et nihilominus juræ gaudet convocandi Capitulum, eique præsidendi, *ibid.*

F I N I S





# THESAURUS

RESOLUTIONUM

SAC. CONGR. CONCILII

QUE CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,  
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

M U N U S

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

O B E U N T E

R. P. D. JOSEPHO ANTON. SALA

PRODIERUNT IN CAUSIS SUB ANNO 1827.

P R O P O S I T I S

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,  
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS  
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.

TOMUS LXXXVII.

T R I P L I C I

INDICE LOCUPLETATUS

---

R O M Æ MDCCCXXVIII.

---

Ex Typographia Rev. Cam. Apoa.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY



11

# I N D E X

## ALPHABETICUS CAUSARUM

*Quae in Sacra Congregatione Concilii propositae fuerunt anno 1827. per Dioeceses dispositus*

---

### A

**A**latrina Mensae capitularis 28.  
Aprilis pag. 73.  
Aquinaten. 28. Aprilis pag. 71.  
Ariminen Beneplaciti Apostolici 17  
Martii pag. 60.  
Ariminen. Capellaniarum 24. No-  
vemberis pag. 215.  
Ariminen. Funerum 16. Junii p. 104.  
Ariminen. Servitii Chori 18. Au-  
gusti pag. 155.  
Asculana Congruae 18. Augusti.  
pag. 145.

### B

Bajonen. 15. Decembris pag. 245.  
Bononien. Patrimonii sacri 18. Au-  
gusti pag. 151.

### C

Cæsennaten. Jubilationis 21. Julii  
pag. 119.  
Calaritana Reductionis 24. Novem-  
bris pag. 215.  
Camerinen. Commutationis Volun-  
tatis 27. Januarii pag. 1.  
Camerinen. Jurispatronatus 16. Ju-  
nii pag. 96.

### D

Derthonen. 16. Junii pag. 95.

### F

Faventina Beneplaciti apostolici 18.  
Augusti pag. 146.  
Faventina Missae convert. 28. Apri-  
lis pag. 85.  
Faventina Redintegrationis 28. Apri-  
lis pag. 86.  
Ferentina Aggregationis et juris eli-  
gendi 21. Julii pag. 120.  
Firman. Fructuum et distributio-  
num 15. Decembris pag. 257.  
Firman. Pensionis 17. Martii pag. 54.  
F. rosempronien. VV. SS. LL. 21.  
Julii pag. 126.  
Fulgiraten. Paroeciarum 24. No-  
vemberis pag. 215.

### I

Janen. Jurium parochialium 21. Ju-  
lii pag. 119.

### L

Lancianen. Unionis 17. Martii p. 45.  
Lucana Redintegrationis 15. Decem-  
bris pag. 254.

### M

Marsorum Jurium parochialium 15.  
Decembris pag. 248.  
Marsorum Missae conventualis 28.  
Aprilis pag. 71.

Melevisana Indulti 15. Decembris  
pag. 240.  
Melevisana Subsidiarum dotialium  
16. Junii pag. 111.

## N

Neapolitana Dispensationis inatri-  
monii 28. Aprilis pag. 72., et  
21 Julii pag. 120.  
Neapolitana Dispensationis matri-  
monii 15. Septembris pag. 175.  
Neapolitana Reductionis servitii cho-  
ri 18. Augusti pag. 145.  
Nolana Reduct. onerum et transl. 24.  
Novembris pag. 214.  
Nucerina Legati pii 17. Martii pag. 61  
Nullius Poripompilii S. Visitationis  
27. Januarii pag. 1.  
Nursina Onerum 18. Augusti pag.  
162, et 15. Decembris pag. 240.

## P

Perusina Capellanæ 24. Novem-  
bris pag. 215.  
Perusina Distributionum 21. Ju-  
lii pag. 134.  
Pisauren. Alienationis 18. Augusti  
pag. 159.  
Placentina Delationis funerum 28.  
Aprilis pag. 74.  
Pontis Curvi Redditionis rationum  
15. Septembris pag. 181.

## R

Reatina 21. Julii pag. 120.  
Reatina Censurarum 27. Januarii  
pag. 2.  
Reatina Dismembrationis 15 Se-  
ptembris pag. 184.  
Romana Legati pii super expensis  
16. Junii pag. 101.

## S

S. Miniatis Jurium et præeminen-  
tiarum 15 Decembris pag. 237.  
Senogallier. Reductionis onerum 16  
Junii pag. 95.

## T

Terracinen. et Privernen. Emolu-  
mentorum 16. Junii pag. 103.  
Terracinen. et Privernen. Missæ con-  
ventualis 24. Novembris pag. 214.  
Theatina Dispensationis 15. Decem-  
bris pag. 238.  
Tiburtina Beneficii 27. Januarii  
pag. 19.  
Tiburtina Juris tumulandi 17. Mar-  
tii pag. 60.  
Tiburtina Restaurationis Ecclesiæ pa-  
rochialis 24. Novembris pag. 213,  
et 15. Decembris pag. 239.  
Tudertina Juris patronatus 17. Mar-  
tii pag. 59.  
Tudertina Reductionis onerum 17.  
Martii pag. 60.

*Die Sabbati 27. Januarii 1827.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**CAMERINEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS** *Sess. 22. cap. 6.  
de Refor.*

Dubium

*An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro com-  
mutatione voluntatis in casu etc.*

Negative in omnibus, et Archiepiscopus curet ere-  
ctionem Capellaniæ ad formam Testamenti Silve-  
stri Marucci, et transcriptionem fundorum nomi-  
ne Capellaniæ.

**NULLIUS FORIPOMPIII SACRÆ VISITATIO-  
NIS.**

Dubium

*An, et quomodo sint approbandæ Constitutiones in co-  
su etc.*

*Sess. 7. cap. 4.  
et 8. et Sess. 24.  
cap. 3. et 10. de  
Reform.*

Non indigere, et Ordinarius utatur jure suo.

Sess. 22. cap.  
11. *pe Reform.*

**R**EATINA CENSURARUM. Speciem hujus causæ tam super censuris in Sacerdotem Antonium Palmieri lais, quam super contractibus de bonis ecclesiasticis ab eo initis exhibet votum summo studio magnoque labore elucubratum ab Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Frosini, cujus sapientiæ ablegatæ fuerant memorati Sacerdotis preces, ut rem perpendere, animique sui sententiam aperire dignaretur. Quid de hac controversia sentiendum sit, ex eodem voto haurient Eñi Patres.

„ Causam Reatinam Suspensionis et Censurarum, quam EE. VV. placuit mihi demandare, integre evolvi, ac omnia, quæ ejus gratia congesta sunt, accurato examini subjeci. Quoniam tamen vel ab initio plura invenerim, quæ obscura manebant et incerta, ob eam potissimum rationem, quod judicium in Episcopali Curia inchoatum minime ad exitum perductum fuerit, opus mihi fuit, ut quædam a Partibus peterem et expectarem, ex quibus veritas eluceret, quæque una cum scripturis reliquis remitto. Omissis itaque iis, quæ sub involucribus adhuc latent, hæc me tuto referre posse confido.

„ Sacram Visitationem anno 1822. peragentem in oppidis Neapolitani Regni sibi subjectis Francisco Xaverio Pereira Episcopo Reatino, Presbyter Antonius Palmieri ex pago S. Viti sacrilegæ emptionis bonorum Ecclesiæ insimulatus fuit. Quare Episcopus sui muneris esse censuit eidem inhibere obcundi Sacrum, itemque jubere ut Reatem pergeret de initis contractibus rationem redditurus. Verum paucis post mensibus instituto per Theologos examine, ac ipsis opinantibus in interiori Adumtaxat conscientiæ foro reum esse, a priori sententia recessit, eumque ad pristina restituit. Interim tamen datis Litteris suo Vicario Generali Carolo Pacifici Processum formaliter confici decrevit. Episcopi mandatis obsequens Vicarius accusationes plures acceperat, ac testes plures audierat, cum inter cetera renuente Palmierio authographum exhibere, ex quo constaret de legitima emptione bonorum Monialium S. Leonardi Civitatis Montis Regalis, ipsum a Divinis suspendit, et ad Cœnobium PP. Capuccinorum ejus-

eiusdem Civitatis relegavit. Ortum hinc, ut præfatus Sacerdos in clauastro degens ad sæculare Ministri Regii Tribunal, quod Neapolis residet, primo confugerit, obligationem postmodum scripto emisit de bonis Ecclesiæ restituendis, ac demum arrepta fuga Romam petens a Sancto Domino Nostro Papa suppliciter petierit absolutionem a Censuris, et Dispensationem super irregularitate. Precibus ejus ad hanc S. Congregationem remissis die 15. Septembris 1824. annuente Summo Pontifice rescriptum fuit pro gratia absolutionis a censuris, et relegationis, dispensationis, et rehabilitationis ad cautelam arbitrio et conscientiam Episcopi usque ad exitum tamen causæ, emissa obligatione de stando juri, et parendo mandatis Ecclesiæ; et insuper mandatum fuit eidem Episcopo Reatino, ut distincte referret de singulis contractibus ab Oratore initis cum Patronis, utrum fundi ab eodem Oratore fuerint acquisiti in publicis Licitationibus a Demanio factis, nec non, prævia æstimatione Fundorum a Monasterio D. Leonardi alienatorum per Peritum ex Officio deputandum, referret de vero illorum valore, et utrum Vicarius Generalis facultates habuerit a Prædecessore Episcopo ad effectum suspendendi et relegandi Oratorem. Singulis sibi injunctis satisfacere curavit hodiernus Episcopus Reatinus, ac præinsertis foliis a Vicario Generali pro Neapolitano Regno exhibitis responsum dedit 15. Aprilis 1825. Hæc est rei summa.

„ Quæ priori articulo Episcopo injungebantur de absolutione a censuris, et relegatione, nec non dispensatione super irregularitate adimpleta fuisse patet ex testimonio Curie Episcopalis Reatinæ, quod Episcopus informationi adnexuit. Itaque Presbyter Palmieri plena modo gaudet libertate, nec opus est, ut hac de re verba faciam, quamquam idem Presbyter conqueratur, mandatum de ipso capiendo, quod instante Vicario Generali a Præsidente, vulgo Intendente, Civitatis Aquilæ missum fuerat, nondum fuisse revocatum.

„ Quod secundo loco quærebatur, amplam suppeditat disserendi materiem. Nam agitur de contractibus a Palmieri peractis, ex quibus tota fere judicii ra-

tio pendet. Vicarius Generalis crimini vertit Presbytero Palmieri duodeviginti emptiones ecclesiasticorum Fundorum, ac binas usurpationes, eosque in folio summatim recenset fretus exarato Processui, cujus exemplar remittit. Presbyter autem Palmieri se se expurgare conatur exhibitis copiis instrumentorum, ac etiam scripturarum, quæ privatim confecta fuere occasione quarundam emptionum. Ex his aperte colligitur, emptiones tres factas fuisse a Josepho Palmieri ipsius Patre. Sunt autem I. Prædium unius Cuppæ cum dimidio in Territorio Villæ Paganicæ, quod pacto retrovenditionis intra triennium emit a Conjugibus Joanne Baptista et Magdalena Silvi cum Instrumento exarato a Josepho Perilli die 19. Octobris 1788., quodque Vicarius Generalis sub numero 7. asserit pertinere ad Paræciam S. Joannis ejusdem Villæ Paganicæ. II. Prædiola quatuor, integrum efformantia cuppas quatuor cum dimidio, quæ idem Vicarius num. 15. tribuit Beneficio S. Bartholomæi Patronatus Giovannelli in Ecclesia S. Mariæ in Pantana, et Palmierius emit a Josepho Cassiani per privatam scripturam 22. Septembris anni 1808.

III. Bona sita in Territorio Montis Regalis olim spectantia ad Monasterium PP. Cœlestinorum Aquilæ dicto di Colle Maggio, quæ Demanium Neapolis vendiderat die 7. Januarii 1808. Antonio di Nicola, hic autem Joanni Baptistæ Mancini e Borbona 20. Martii ejusdem anni, ac tandem pervenerunt ad prædictum Josephum Palmieri ob contractum cum Mancinio die 1. Maji 1808. prout ex Instrumento exarato per Bernardum Fulvj Aquilæ Notarium. Horum Bonorum meminit Vicarius in num. 16.

„ Reliquos contractus a Sacerdote Palmieri initos fuisse compertum est. Horum unus contigit cum Demanio die 18. Novembris 1812. ex rogitu Francisci Pasqualini Aquilani Notarii, et complectitur fundos quosdam antea spectantes Monialibus S. Claræ Montis Regalis, ut recte advertit Vicarius Generalis in suo folio sub num. 13. Quatuor dicuntur initi cum Patronis Beneficiorum, nempe I. cum Timotheo Ricci 5. Decembris 1816. ex rogitu Zaccariæ Fabj pro bonis Beneficii SS. Nativitatis in Ecclesia S. Mariæ Montis Regalis, ca  
de-

- designatur a Vicario numero primo. 2. cum eodem Timotheo Ricci eodem Notario stipulante pro aliquibus Fundis in Territorio Montis Regalis, quos in Instrumento diei 21. Januarii 1814. ad se pertinere affirmat venditor, Vicarius autem num. 18. dicit spectare ad Capitulum S. Mariæ ejusdem Civitatis: 3. cum Canonico Felice Antonio Cassiani per privatam scripturam a Josepho Cassiani venditoris jussu, ut asseritur, exaratum die 5. Decembris 1816. pro aliquibus fundis spectantibus ad Beneficium SS. Magorum in prædicta Ecclesia S. Mariæ ejusdem Civitatis, de quibus Vicarius sub numero secundo: Observandum tamen est litam pendere inter Beneficii rectorem, et emptorem Palmieri circa fundi venditi identitatem; sicuti etiam antea memoratum Timotheum Ricci plura in Processu objicere adversus venditionem secundo loco expositam: 4. cum Canonico Odoardo Ricci, et Athanasio Fratre ex instrumento in actis Joannis Baptistæ Ricci 24. Januarii 1818. pro fundis Beneficii SS. Rosarii in eadem Ecclesia S. Mariæ Montis Regalis, Patronatus Circi, ut notat Vicarius Generalis in num. 6.
- „ Ex decem qui supersunt, novem exhibent privatas personas. Catalogum illorum referam.
- „ Primus qui in Vicarii Summario proponitur num. 4. respicit Prædium cupparum sex et dexteri unius cum dimidio situm in Territorio Vici *Mopolino*, quod accepit a Paschali Flaminj, ut ex instrumento Josephi Perilli 10. Julii 1815. Hunc tamen Moniales S. Leonardi Montis Regalis affirmant fuisse dumtaxat Conductorem, et Prædium ad se pertinere, quia unum ex bonis suo Monasterio assignatis ac unitis ex altero suppresso S. Claræ.
- „ Secundus constituitur a Prædio Cupparum septem in Territorio Villæ *Savignano*, quod per instrumentum a Notario Zaccaria Fabj exaratum die 20. Septemb. 1812. emit a Clerico Joanne Todoni, quem prælaudatus Vicarius num. 5. narrat esse simplicem Rectorem Beneficii S. Joannis Baptistæ in Ecclesia S. Petri in Savignano, eidemque Beneficio venditum Prædium pertinere.
- „ Tertius complectitur Prædiolum dexterorum 52. in eodem Territorio *Savignano Palmierio* venditum 12. Ju-

nii 1817. a Joanne et Josepho Fratribus Cardelli, ut patet ex actis superius memorati Notarii Perilli, quod in Summario Vicarii num. 8. asseritur illegitime acquisitum, propterea quod dicata esset proprietas pro SSmo Sacramento ejusdem Oppidi.

- „ Quartus constat duplici parvo Fundo, scilicet unius Cuppæ in Territorio *di Paco*, et alterius Cuppæ in Territorio *di Savignano*. Contractus perfectus fuit die 13. Januarii 1816. per simplicem Scripturam inter Sacerdotem Palmieri, et Mariam Cavicchia viduam Joannis Pucci. Hos Legato cuidam pro Ecclesia S. Silvestri prædicti Oppidi Savignano adscribit Vicarius in numero 9.
- „ Quintus jungit tria Prædiola in Territorio, cui nomen *Cavagnano*, priora duo in integrum efformantia dexterorum 49., tertium cuppam unam cum dimidio, quæ Presbytero Palmieri privato scripto vendiderunt cum pacto redemptionis Andreas, et Augustinus Guarnieri dicti Oppidi de Cavagnano, licet in præmemorato Vicarii indice num. 10. notentur inter bona PP. Conventualium Montis Regalis, et venditores dicantur simplices Conductores. Contractus perhibetur initus die 10. Novembris anno 1816.
- „ Sextus accidit inter Palmierium et Antonium qu. Caroli Antonii Circi confecto Instrumento die 7. Septembris 1814. per rogatum Joannis Baptistæ Perilli. Amplectitur Prædia quatuor; primum in Territorio quod dicitur *Marignano* cupparum trium, et dexterorum 6.; secundum in Territorio Savignano dexterorum 82.; tertium et quartum in Territorio Mopolino, illud dexterorum 36., hoc cuppæ unius, et dexterorum 25. Circa hæc animadvertendum est, prædictas Moniales S. Leonardi insurgere, ut eæ sibi vindicent, innoxias venditioni cum pacto retrovenditionis Monasterio factæ a Nicolao Circi anno 1798. sub die 13. Januarii, ut Vicarius quoque dicit in num. 11.
- „ Septimus resultat ex duobus Fundis in Territorio *di Capitignano*, quorum primus extensionem habet cuppæ unius, et dexterorum 14., alter cuppæ unius et dexterorum 25., qui in laudato indice num. 12. recensentur inter bona PP. S. Dominici Aquilæ in Vestinis. Ab Instrumento, quod confecit Joseph Zucchi 18. Junii 1821., crui-



eruitur prius a Benedicto Nicolai cum pacto retrovenditionis, postea libere ab ejus Filiabus Magdalena, et Angelica, approbantibus tandem Laureto et Raymundo Fratribus Benedicti, venditos fuisse Sacerdoti Palmieri; et a fide Cancellarii Communitatis Capitignani ad prædictum Benedictum Nicolai illos revera pertinuisse.

- 11 Octavus est contractus pro Prædiolo dexterorum 19. in territorio Villæ Paganicæ, et insuper pro Prædio Cupparum undecim et dexterorum 10. in Territorio Montis Regalis. Prædium hoc vere antiquitus recensebatur inter bona Monasterii S. Claræ Montis Regalis, ut legitur in superius recensito Vicarii Catalogo sub num. 14. Ast ex iis, quæ a Palmierio afferuntur, liquet de illius alienatione facta a Demanio per publicum Instrumentum die 13. Decembris 1813. favore Benedicti d'Alessio. Postmodum vero ab eodem Benedicto et Francisco Fratre venditum fuit prælaudato Palmierio die 14. Julii 1820. per instrumentum in actis Josephi Zucchi.
- 12 Nonus emptionem continet duorum Prædiorum in Territorio Savignani, quorum primum constituit quantitatem cupparum 2. et dexterorum 38., alterum cupparum 2. et dexterorum 18. Venditor fuit Clericus Joannes Todoni, sicut colligitur ex Instrumento in actis Perilli 14. Februarii 1817. Ex præinserta fide apparet eorum proprietatem in publico censu adscribi Angelo Antonio Todoni Fratri Venditoris. In Summario nihilominus sub num. 17. tribuitur Legato Pio pro celebratione dici Festi S. Joannis Apostoli in Ecclesia Savignani.
- 13 Decimum et ultimum locum obtinet contractus (in cathalogo num. 3.) cum Monialibus S. Leonardi Montis Regalis, de quo in tertio Article ab hoc Sacro Ordine quædam Episcopo mandabantur, quæ, ut Episcopus refert, effectum suum sortiri non potuerunt. De hoc contractu inferius sermo redibit.
- 14 Reliquum est, ut recenseam binas usurpationes, de quibus incusatur Sacerdos Palmieri. Prima vertit circa Prædiolum quoddam pertinens ad Ecclesiam S. Viti, cujus idem retinet possessionem, et usum. Secunda est pro Prædio Cupparum septem, quod D. Joan-

nes Adriani Præpositus Ecclesiæ di Aringo semel iterumque ab eo petit tanquam Parœciæ suæ proprietatem.

His ordine expositis, cum nemo de facto alieno reus haberi queat, planum est minime licere per ecclesiasticas censurens in Presbyterum Antonium Palmieri propter emptiones bonorum Ecclesiæ, quas fecit Joseph Palmieri illius Parens. Præterea Conventio inter Sanctæ Memoræ Pium Papam VII. et Ferdinandum I. utriusque Siciliæ Regem anno Domini 1818. die 7. Martii signata modum imposuit ecclesiasticis judiciis, ne molestia ulla inferretur omnibus, qui possident Ecclesiæ bona alienata citra Pharum sub Militari Regimine, quemadmodum legenti Articulum XIII. perspicuum est. Jam vero didicimus ab hystoria, bona plurima a Majoribus Ecclesiæ dicata in Neapolitano Regno per Demanium alienata fuisse, ac insuper lege lata die 18. Junii 1807. bona immobilia Legatorum Piorum, Capellaniarum Laicalium, ac Beneficiorum curam Animarum, vel residentiæ onus non habentium, bonis Laicorum inter cetera æquata fuisse, facta Patronis facultate plenam eorum possessionem adire post mortem eorum, qui ea tum temporis possidebant. Quæ quidem Lex, quamvis subsequenti Decreto Ferdinandi Regis die 20. Julii 1818. abrogata fuerit, postmodum tamen die 28. Augusti 1819. per Regium Thesauri Administrum assentiente rerum Ecclesiasticarum Ministerio declaratum fuit, vim suam retinere relate ad bona Beneficiorum, quæ ante præfatum Decretum a Patronis alienata fuerint, vel inter ipsos divisa. Quare idem Presbyter nequit quoque in iudicium vocari propter bona, quæ a Demanio sive mediate, sive immediate soluto pretio accepit, vel sibi comparavit contractu inito cum Patronis, quorum Beneficia extincta fuerint. Illud tamen animadvertendum arbitrôr, ex lege memorata non nisi post mortem Rectorum Patronos jus acquirere potuisse in simplicia Beneficia. Hæc enim expressa illius verba Art. II. = *I beni addetti a tale istituzione etc.* = (idest Beneficiis, cæterisque piis operibus de quibus in Articulo primo) = *dopo la morte degli attuali Possessori saranno in piena proprietà dei legittimi Compadroni coll'obbligo di adem-*  

pie-

Die 27. Januarii 1827.

9

*piere le Opere di Pietà, e di beneficenza ai medesimi annesse.* = Unde censeo nullitatis vitio laborare contractum cum Timotheo Ricci pro bonis Beneficii SS. Nativitatis in Ecclesia S. Mariæ Montis Regalis. Ex Bullario Curiae Reatinæ pag. 460. constat, hujus Beneficii Rectorem jam ab anno 1785. institutum fuisse D. Josephum Mannetti ab Antrodoco. Sacerdos hic modo quoque vivit, ac in Patria moratur Canonici Theologi munus exercens, nec unquam Beneficium resignavit. Patronus igitur non poterat Beneficii bona vendere tamquam secularem proprietatem jamdiu a se possessam, quomodo in Instrumento mendaciter asseritur, nulla insuper facta adnexorum onerum mentione, nec Palmierius omnibus inspectis circumstantiis ea acquirere. Prætereo quod in Processu idem Patronus Ricci testatur de fraudibus a Palmierio patratibus in hoc, et in subsequenti contractu cum eodem inito. Mitto quoque apud seculare Tribunal Montis Regalis instante Presbytero Laurentio Santoni Rectore Beneficii SS. Magorum Regum, Patronus Cassiani, de quo supra numero tertio, actum fuisse de Spolio cujusdam Fundi ad idem Beneficium spectantis, ac definitiva Sententia damnatum Sacerdotem Palmieri, ut illum Beneficiato restitueret; nec tamen hoc adhuc ab ipso præstitum fuisse. Hæc enim in separato judicio videri poterunt.

” Contractus superius recensiti, qui cum privatis contigerunt, si quatuor excipiam, exceptiones plurimas patiuntur. Principio occurrit contractus cum Paschali Flaminj. Moniales S. Leonardi Montis Regalis contendunt Prædium in *Contrada Riano, o sia Fontescogliero* cupparum sex recenseri inter Bona alterius Monasterii S. Claræ, quorum possessionem post Demanium ex utriusque Monasterii unione acceperunt anno 1819., illiusque venditionem nulliter factam, quia prædictus Paschalis Flaminj Coloni, vel Conductoris personam tantum gerebat. In confirmationem assertæ veritatis afferunt exemplar Processus, qui mense Julio 1823. hac super re confectus fuit ab Episcopali Curia Reatina, testimonium Decurionum Communitatis, cui nomen *Capitignano*, affirmantium in publico Censu proprietatem illius Prædij. jure meritoque inscriptam fa-

vore ejusdem Monasterii ; alterum testimonium Cancellarii Episcopalis, ex quo constat perlecto tabulario Joannis Baptistæ Perilli, qui instrumentum venditionis exaravit, Sindacum Communitatis expresse fateri in eodem Censu possessionem dicti Prædii nullatenus tribui venditori Paschali Flaminj ; ac denique testimonium definitivæ sententiæ favore ipsarum Monialium, quam Sæculare Tribunal Montis Regalis tulit die 4. Octobris 1819. ( Summ. Litt. A. B. 1. B. 2. C. ) Quid vero Sacerdos Palmieri ad sui defensionem ? Producit testimonium Cancellarii Communitatis di *Capitignano* probantis in Censu inveniri nomen Paschalis Flaminj in quodam Prædio cui nomen = *Biano*, *Salcette*, o *Salce forcata*, ( Summar. Addition. Litt. B. ) At verè fucum facere conatur. Nam præfati Decuriones pro rei veritate testantur Fundum Monialium, quem Sacerdos emit et possidet, diversum prorsus esse a Fundo, cujus exhibet testimonium. Et sane si allata testimonia invicem conferantur prior Fundus est in quantitate Cupparum sex, ac redditus sc. 4. 88, alter in quantitate Cuppæ unius, et dexterorum 30, ac redditus sc. 1. 03. ( Summ. Litt. B. 3. ) Cum itaque ex præinserto Instrumento Perilli evidenter pateat, venditionem Fundi a Flaminio factam in quantitate Cupparum Sex, nullum dubium oriri potest, Presbyterum Antonium Palmieri illegitime emisse, et hactenus retinere Monialium proprietatem.

- Præter hunc fundum, de altero a Palmierio injuste detento Moniales conqueruntur. Extat is in Territorio Villæ *Savignano* sub Vocabulo *Prata*, o *Pratelle*, prout ex fide Cancellarii Communitatis Montis Regalis, ( Sum. Litt. D. ) Eundem possideri a D. Palmieri liquet præcæteris ex Processu, quem superius commemoravi ( Summ. Litt. A. ) Frustra quæro Presbyteri responsionem. Nihil enim attulit, ut a Spolii reatu se vindicet.
- Sequitur contractus cum Clerico Joanne Todoni. Nulla lege etiam sub Militari regimine permissum invenio ; ut simplex Rector posset Beneficii bona alienare, ac sibi pretium addicere. In horum numero reperiebatur Clericus Todoni cum D. Antonio Palmierio vendidit Prædium Beneficii S. Joannis Baptistæ in *Savignano*. Is erat Rector, Patronus autem Familia Savo-  
rel-

relli, utpote hæres Familiæ Circi. Non poterat ergo quidquam de Beneficio alienare, nec Palmieri illud acquirere. Neque enim probata manet Clerici Venditoris proprietatem ex eo quod in provisorio Censu Prædium ipsum legatur inscriptum favore Angeli Antonii Todoni illius Fratris ( Summ. A. Litt. C. ) Enim vero idem Cancellarius Paulus Polidori testatur additamentum in eo adesse = *Pel Beneficio*, ( Summ. Litt. C. , ) quomodo igitur inter patrimonialia bona adnumerari poterit?

- ” Tertius Contractus cum Fratribus Joanne et Josepho Cardelli hanc præsert difficultatem. Fi les præinserta instrumento venditionis palam facit proprietatem Prædii Venditoribus non assignari. In Summario vero additionali ( Litt. D. ) tribuitur præfato Joanni. Animadvertendum tamen est, in hoc proponi quantitatem cuppæ unius et dexterorum triginta, in instrumento autem apparere venditionem pro dexteris 52. dumtaxat. Utrum hæc conciliari queant, me prorsus latet.
- ” Pro contractu quinto loco exposito, scilicet cum Andrea et Augustino Fratribus Guarnieri, nulla allata est probatio, ex qua evinci possit illos tradidisse quod suumerat. Quare in suo robore permanet, quod sub testium fide asseritur in Processu per Vicarium Generalem efformato, idest fundos spectasse ad Patres Conventuales Montis Regalis, nec aliud fuisse venditores, quam illorum Villicos et conductores.
- ” Contra contractum ordine sextum objiciunt Moniales S. Leonardi ajendo actum in illo de re ad suum Monasterium pertinente. Nam Nicolaus Circi, ut supra monui, anno 1798. accepto pretio tradiderat Monasterio, itemque locatione conduxerat tam Prædium cupparum trium circiter in Vocabulo *Masignano*, quam Prædium cuppæ unius in *Pratorosolo*, seu *Pratelle*. Exemplaria utriusque contractus exhibentur in Summario ( Litt. F. 1. F. 2. ). Cunque de redemptione horum Prædiorum non constet, ea inter bona Monasterii S. Leonardi recenseantur oportet. Hoc quidem fateri videtur in sua responsione Antonius Presbyter Palmieri. Ast infelici exitu se se expurgare aggressus est. Inquit enim, Antonium Circi, a quo Prædia emit, nullo Consanguinitatis vinculo ligatum cum paullo ante

memorato Nicolao Circi, qui jam vita decessit. Verumtamen quam mendaciter hoc asserat colligi potest ex fide D. Joannis Marj Abbatis Parœciæ Montis Regalis, qui testatur eos geminos esse Fratres (Summ. Litt. G.)

Superest contractus, qui nomine ejusdem Monasterii S. Leonardi inscribitur. Sacra hæc Congregatio, ut antea dictum, in tertio sui Rescripti articulo jusserat, ut prævia æstimatione fundorum alienatorum referret Episcopus de vero illorum valore: Sed variis de causis, quarum post Vicarium meminit Episcopus in sua relatione, nihil effectum est. Controversia Moniales inter et Sacerdotem Palmieri non versatur circa contractus veritatem, sed solummodo circa illius qualitatem. Fatentur Abbatissa et Vicaria a præfato Presbytero pecuniam se accepisse, ut Monasterii necessitati consulerent, eidemque fundos quosdam de bonis Monasterii vicissim tradidisse; Attamen addunt, alienationem non libere, sed conditionate, hoc est cum pacto retrovenditionis, factam fuisse. Ex adverso D. Palmieri principio coram Episcopo Pereira asseruit, venditionem libere secutam fuisse; postmodum vero parum sibi constans apud Ecclesiasticum Vicarii Generalis Tribunal, ut sileam de Sæculari Administri Regii, scripto testatus est, emptionis contractum se iniisse cum D. Timotheo Ricci; ac cum Monialibus nonnisi de transactione quadam egisse propter jura, quæ in acquisitis bonis habebant; tandem coram hoc Sacro Consessu affirmat, seu potius confirmat libertatem emptionis, producto exemplari contractus cum iisdem Monialibus. Quidquid tamen sit de Palmierii gestione, certum habeo hunc contractum non solum nulliter, sed etiam illicite perfectum fuisse. Nam præterquamquod nulla adhibita forma a legibus præscripta exaratus fuit, nec probatur, imo contradicitur, cæterarum Monialium consensum, sicuti oportebat, accessisse, desideratur Beneplacitum Apostolicum pro alienatione fundorum, qualiscumque ea fuerit. Equidem in privata scripturæ exemplari fit mentio facultatis a legitimis Superioribus oretenus datæ, et Palmierius dicit eam impertitum fuisse bon: me: Franciscum Canali tum temporis Vicarium Generalem

lem. Quid inde tamen? Explorati juris est ad validitatem contractuum in foro externo, cum agitur de personis, quæ ad contrahendum inlabiles sunt, vel de rebus, quæ ex dispositione juris distrahi nequeunt, non sufficere præsumptam, vel voce tantum assertam Superioris licentiam, sed requiri ut scripto, vel alia authentica forma illam adfuisse probetur. Deinde dubitari merito potest, quod prædictus Vicarius Canali Monialibus concesserit, ut immobilia bona, perpetuo saltem, distraherent. Et enim si fides adhibeatur exhibito folio contractus, ipse præsens esse debuit actui ejusdem contractus: Hæc siquidem in eo leguntur = *Quali Beni li vendono per il prezzo di Ducati centosessanta, e grana 42. ch'esse Reverende Venditrici col nome come sopra attualmente ricevono dal detto Compratore Sig. Palmieri in buona moneta d'argento corrente, e passano (notentur verba) nell'atto stesso in mano del di loro Direttore di spirito Sig. Vicario Generale Canali ad oggetto etc.* = Porro intelligi nequit, quomodo idem Vicarius Generalis interfuerit contractui, et pecuniam receperit, nec tamen folio se subscripserit, et impertitam licentiam confirmaverit. Quod si absens fuit, quemadmodum allata hac in causa momenta suadent, et ipse Palmieri non contradicit, mendacia ergo in exarato scripto continentur; proindeque de asserta licentia, ac de aliis pluribus in eo contentis suspicari licet.

„ Contractibus succedunt superius relatæ usurpationes. Ut a calumnia se vindicet quoad bona Ecclesiæ S. Viti, sæpe recensitus Presbyter Palmieri dicit se illa administrare dumtaxat, minime autem possidere, paratus si opus fuerit, transacti temporis rationem reddere. Assumptæ administrationis cam affert rationem, quia scilicet unus ipse est Sacerdos in Villa S. Viti, et ære proprio providet necessaria cultui dictæ Ecclesiæ. Fulcrum autem sibi parat testimonio Primi Electi Montis Regalis, qui insuper affirmat bona ejusdem Ecclesiæ ad nihilum fere redacta fuisse ( *Sum. addit. Litt. H.* ). Num satis hæc sint ad excludendum arbitrium susceptæ administrationis, ne dicam usurpationis crimen, æqui bonique æstimator dijudicet. Profecto testimonium Electi nullius est ponderis,

ut-

utpote qui temporali Urbis politiæ, non ecclesiasticis rebus præpositus est ( *Summ. Litt. B.* )

” Nec minus infirma est defensio pro altera usurpatione. Vertitur hæc circa Prædium Cupparum septem quod in Territorio S. Viti, vocabulo *Le Pianche*, spectare asseritur ad Ecclesiam Parochialem Loci vulgo *di Aringo*, et a Palmieri Sacerdote possidetur ( in Processu Vic. Generalis N.º 38. et 58. et in *Sum. Litt. H.* ) Accusationem propulsare ipse nititur exemplari emptionis fundi PP. Augustinianorum Montis Regalis peractæ anno 1691. a majore suo Antonio Palmieri, quod quidem ad rem non facit. Nam fundus PP. Sancti Augustini constat cuppis tribus, et dexteris 14. dumtaxat. Fundus autem Parœciæ de Aringo, de quo est quæstio, constat Cuppis septem. Limites item primi fundi cum secundo non cohærent.

” Ex his, quæ huc usque dicta sunt, persuasum mihi est, plura Ecclesiæ bona a Presbytero Antonio Palmieri absque justo titulo possideri. Utrum vero propter ea inciderit in excommunicationem *Extr. Ambitiosæ* contra male alienantes ecclesiæ bona eisque cooperantes, vel fortasse quoque in aliam *Conc. Trid. Sess. 22. cap. 11. de reform.* contra occupantes et usurpantes eadem bona, erit sapientiæ EE. VV. definire. Hæc mihi sufficit animadvertere. Emptiones omnes adnexam habent vel publicam vel privatam scripturam. In ea venditores omnes affirmant patrimonialia sua bona alienare, et tradere Adest in pluribus Cancellarii fides vel positiva inscriptione in publico Censu favore venditorum, vel negativa quam pro Contractibus sufficere in Neapolitano Regno testatur Regius Judex in Monte Regali ( *Sum. Addit. Litt. A.* ) Insuper in quolibet contractu pretium solum fuisse asseritur. Ex his omnibus exurgit præsumptio, quod emptor Presbyter aut ignoraverit bona, quæ acquirebat, ad Ecclesiam pertinuisse, aut putaverit ab Ecclesia ad Laicos aliquo modo antea transiisse. Usurpationes porro paucissimæ sunt, nec magni pretii, et forte contingere potuit, quod Palmieri in ea fuerit sententia in aliis initis contractibus, comprehendendi præfata ecclesiastica bona, vel inter antiqua suæ familiæ adnumerari. Sed e contrario non desunt



momenta, quibus ignorantia facti excludi, et contumacia probari videtur: Ut enim mittam omnia fere bona superius relata in viciniis patriæ suæ sita esse; unde facile verus eorum Dominus ipsi innotescere poterat, testes plures invenio in exarato Processu, qui dicunt ipsum non solum monita sprevisse, sed etiam callidas artes adhibuisse, ut a Patronis, vel solum Rectoribus, et Conductoribus sibi traderentur. Accedit, in obligatione ab eodem emissa die 26. Aprilis 1824., de qua inferius, aperte fateri jamdiu agnitum ab ipso male se contraxisse et plura Ecclesiæ bona retinere

¶ A dubio juris progredior ad dubium facti. In quarto articulo postulabatur ab Episcopo de Vicario Generali, an facultates habuerit a Prædecessore Episcopo ad effectum suspendendi et relegandi Oratorem. Affirmative respondit Episcopus, et merito quidem. Certum quippe est, et constat ex Sum. n. 11. Episcopum Pereira die 31. Julii 1823. Epistolam dedisse Vicario Pacifici, qua ei facultatem impertiebatur, ut Presbyterum Antonium Palmieri in Cænobio PP. Capuccinorum relegaret, et si opus fuerit, et ex Processu culpa illius exurgeret, illico quoque suspenderet. Constat insuper ex epistolis 26. Augusti, et 4. Octobris illius anni ratam habuisse suspensionem in eundem Presbyterum latam, ac suggestisse Vicario, ut mediis omnibus ipsum in officio contineret. Non defuit igitur in Vicario jurisdictio, nec aliquid actum est contra Sa: Me: Clementis XIV. præscriptum pro Vicariis Generalibus in Regno Neapolitano. Quare illud tantum controversi potest, num scilicet lata ab eodem Vicario suspensio fuerit injusta defectu causæ, vel nulliter indicta defectu sollemnitatis? Sententiæ exemplar extat in Summario ( Litt. A. pag. 49. ) Negari nequit desiderari in ea ecclesiastici Judicis gravitatem; attamen idem sentiendum non est de causa Eandem sententiam legenti statim occurrit Sacerdotem Palmieri suspensione mulctatum fuisse non solum quia in actis Processus sacrilegii reus videbatur, sed etiam quia arrogantem se præbuit in Judicem, atque mendacem, quin imo contumacem renuendo probationes afferre ut constaret de legitima emptione Bonorum Monasterii S. Leonardi, nec non Beneficii

SS. Magorum Regum. Judici autem, ut in arrogantes, et contumaces animadvertere valeat, jura permittunt. Utique Vicarius ad Censuram potius quam ad multam pecuniariam confugit; sed hanc loci et temporis circumstantia facile non sinebat; unde usus est arbitrio, quod in simili casu Judicibus ecclesiasticis impertitur Concilium Tridentinum Sess. 25. cap. 3. de reformat. Patet itaque veram quoque ac justam adfuisse causam pro ferenda suspensione.

Ad solemnitates quod attinet, evidens est nullam ex parte Vicarii Generalis, monitionem processisse. Iure nec ne hoc factum sit, investigandum modo est. Dubii resolutioni, fallor, tota pendet a fine, quem sibi Vicarius proposuit. Quamvis enim in jure certum exploratumque sit, suspensionem, ubi est censura, requirere omnino monitionem; nihilosecius, ubi est pœna, eas minime requirere tradunt plures Canonistæ, præ cæteris Schmalzg. in decretal. lib. 5. tit. 39. n. 39. Mayr in decretal. lib. 5. tit. 39. n. 122. Urtad. de censur. difficult. 18. n. 80. et seq. alique. Quænam porro fuerit Vicarii mens haud clare dignoscitur. Obscuritatem parit multiplex causa, quam affert in sua sententia. Nam prima, qua probata supponitur in Presbytero Antonio Palmieri sacrilega emptio et usurpatio, et quarta in qua fit mentio Decreti Concilii Tridentini Sess. 22. cap. 11. videntur innuere, Vicarium non indixisse suspensionem, sed declarasse dumtaxat prædictum Presbyterum esse suspensum, utpote irretitum excommunicatione majori in eodem Decreto lata contra occupantes, ut usurpantes Ecclesiarum bona. In hac hypotesi monitio quidem necessaria non erat. Verumtamen intelligi nequit quomodo re adhuc infecta, et parte ad juris tramites nondum audita ad declaratoriam sententiam progredi potuerit. Causam secundam repetit ab ipsius Sacerdotis abnuentia sistendi tabulam judicii pro contractu emptionis quorundam bonorum inito cum Monialibus S. Leonardi Montis Regalis; tertiam vero a folio, seu scripto in causa exhibito die 4. Julii 1823., quod absurdis, mendaciis, ac temeritate scatere affirmat, nec non a renuentia probationem afferendi pro legitima possessione cujusdam fundi ad Beneficium.

gium SS. Regum Magorum pertinentis. Ex his inferre oportet suspensionem a Vicario latam ad frangendam Presbyteri contumaciam. Sed dubium adhuc manet, an hoc fecerit per modum censuræ, ut communiter fere fieri consuevit, an potius per modum pœnæ. Cæterum cum in Decreto suo mentionem faciat modificationum, quas deinceps suscipere sibi animo proponebat, verosimilius videtur in suspensione ferenda rationem habere voluisse pœnæ vindicativæ dumtaxat, vel forte etiam mandati inhibitorii, non autem censuræ.

ultima

Ut demum de remedio aliquid eloquar, præmittendam duco obligationem prælaudati Sacerdotis Palmieri, quam e. Cœnobio PP. Capuccinorum misit suo Vicario Generali die 2. Aprilis 1823. ( Sum. n. 7. ) Conceptis verbis ait: *come avendo conosciuto fin da più tempo che le compre da lui fatte di non poche proprietà spettanti a Luoghi Pii sono state dal dì dell'acquisto per se stesse nulle, e fatte contro i Sacri Canonì ed altri Stabilimenti della Chiesa: che taluni fondi di assoluta spettanza di altri Luoghi Pii si sono da lui, e da altri di sua Famiglia posseduti, e coltivati per molti anni senza titolo, intende oggi spogliarsi di detti beni comorati, e posseduti fin oggi indebitamente, e restituirgli alla Chiesa, e per essa agli attuali Rappresentanti i cennati Luoghi; et addit, velle se hoc facere per publicam tabulam manu alicujus Notarii obsignatam, ut peracta bonorum illorum restitutio omnibus innotesceret. Verum post tam apertam confessionem facti pœnitens promissioni non stetit, et inducias quæsit, ne Ecclesiæ bona restitueret. Quamobrem censeo non amplius ei indulgendum esse, ac præcipiendum, ut intra præfinitum breve tempus emissam obligationem adimpleat, et Ecclesiæ bona reddat, ea præsertim, quæ ad Moniales S. Leonardi pertinere superius retuli num. primo, sexto et decimo; itemque quæ respiciunt Beneficium S. Joannis Baptistæ in Savignano, cujus memini numero secundo; nec non Ecclesiam Parochialem de Aringo, de qua in secunda usurpatione, data insuper Episcopo facultate, ut de cæteris, quæ exceptionem patiuntur, inquirat, definiat, ac statuatur, quod pœnitentia justitia. Si obediet*

deset, erit gravi huic controversiæ finis. Si vero renuat, et facto probare velit, simulate se fecisse præter recensitam sponsonem, alteram quoque de stando juri, et parendi mandatis Ecclesiæ, explorata fiet ejus contumacia, et ecclesiasticis penis poterit in ipsum animadverti. Sin minus privetur indulgentia, quam hactenus accepit, ut Processu in Episcopali Curia Reatina nondum ad exitum perducto exaudiretur, et Causa in integrum apud eandem Curiam restituatur.

Mea hæc animi sententia foret, quam maturitati sapientiæque EE. VV. submitto, quarum manus reverenter deosculans summo mecum obsequio esse profiteor.

Dubia sunt

- I. An, et quæ bona Orator teneatur restituere Monasterio S. Leonardi in casu etc.
- II. An teneatur restituere bona ad Beneficium S. Joannis Baptistæ pertinentia in casu etc.
- III. An constet fundum in territorio le Pianche spectare ad Paræciam de Aringo, illudque Orator eidem Paræciæ teneatur restituere in casu etc.
- IV. An teneatur restituere cætera bona ecclesiastica in casu etc.
- V. An Orator incidit in excommunicationem, et suspensionem in casu etc.

Et quatenus affirmative

VI. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolute in casu etc.

Ad I. Affirmative pro bonis expositis sub numero primo et sexto juxta votum Eñi Relatoris, pro reliquis providebitur in quarto dubio.

Ad II. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris.

Ad III. Providebitur in quarto.

Ad IV. Quoad prædium S. Viti affirmative, in reliquis Episcopus vocatis omnibus interesse habentibus procedat prout de jure, etiam cum facultatibus S. Congregationis.

Ad V. Affirmative, sed pro nunc satis provisum per rescriptum diei 15. Septembris 1824.

Ad VI. Provisum pro nunc ut supra, firma remanente reincidentia, et expletis causis coram Episcopo, et tunc ad D. Secretarium cum SSmo.

**T**IBURTINA BENEFICII. Aegidius Columna volvente sæculo decimo septimo ex proprio ære in Archipresbyterali Ecclesia Terræ Rubiani Diocesis Tiburtinæ Altare S. Antonio Patavino dicatum construxit, illudque congrua dote instruere meditabatur Præsul Jacobus Columna: sed quod animo intendebat, morte præventus perficere non potuit, ejusque hæreditas ab intestato delata est germanæ illius Sorori Annæ Seraphinæ, quæ solemnem emiserat professionem in Monasterio S. Mariæ Humilitatis ad radices Montis Quirinalis. Verum Soror et Moniales piæ defuncti mentis certiores factæ Capellaniam sub invocatione S. Antonii in eodem Altari anno 1674. erigi curarunt, Rectori imposito onere tuendi Capellam, ac quotidie Sacrum per se ipsum litandi, *et in eventum infirmitatis per alium celebrandi*. Jus præsentandi Capellanum reservarunt Sorori Annæ Seraphinæ, dum viveret, ac *post illius obitum ad favorem dicti Ven. Monasterii S. Mariæ Humilitatis de Urbe et earumdem RR. Monialium*. Constituerunt quoque, ut Rector nominandus sit, *esseque debeat originarius ex Castro Rubiani, vel Vallisfrigidæ, aut Anticuli, sitque amovibilis, et ad nutum, et arbitrium ipsarum Monialium*.

Hujusmodi jurepatronatus jugiter gravisæ sunt Moniales, et anno 1786 Capellaniam possessionem inivit Sacerdos Franciscus Folgori ab eisdem nominatus. Notissimæ deinde successerunt temporum calamitates, et Moniales e proprio Monasterio abire coactæ ad Cænobium Monialium S. Catharinæ Senensis ejusdem Ordinis confugerunt, ibique etiam num quinque superstites commorantur. Cumque hodiernus Tiburtinus Episcopus Diocesim sacra visitatione lustrans memoratum Folgori in amentiam incidisse deprehenderit, Missarumque proinde onera penitus negligi, exposuit Sanctæ Sedi, pro certo habere ad se devolutum esse Capellaniam juspatronatus, *attesa la soppressione del sudetto Monastero*; attamen, quatenus oporteret, se facultatem petere nominandi Coadjutorem cum futura successione, ne fideles spirituali bono privarentur. Sanctissimus annuit postulationi, ac per

vembris 1822. , attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur, concurrentibus, remisit preces arbitrio et prudentie R. P. Episcopi cum facultatibus necessariis et opportunis pro hac vice tantum. Sed Episcopus impertitis facultatibus haud sibi utendum duxit.

Paulo ante Princeps Maffeus Barberini Columna de Sciarra supplicem huic S. Ordini porrexerat libellum, ut eidem jus nominandi tribueretur „ per la ragione che „ i beni, coi quali è stata fondata la Cappella, erano di „ pertinenza de' suoi Antenati, e perchè le Religiose „ Domenicane sembrano decadute dalla nomina, non „ essendo più nel Monastero „ Id postquam rescierunt Moniales, hanc Sacram adiere Congregationem, ne ipsis imprudentibus aliquid decerneretur. Hinc de more rogato Episcopo pro informatione et voto die 25. Januarii 1823. rescriptum prodiit: *Ponatur in Folio citata parte.*

Quæ cum ita se haberent die 26. Aprilis anni 1823. quatuor Moniales, et quæ inter eas se Præsidem appellat, Capellanum nominarunt Presbyterum Stanislaum Sebastiani usque ab anno 1814. inter Rubianenses Cives publici Consilii decreto adscriptum, quod anno 1821. Pontificia auctoritate fuit roboratum. Hujus rei fama ad Principem Sciarra perlata, iterum hunc S. Ordinem adiit, et de inopinata Sebastiani plurimam conquestus est nominatione. Quocirca die 11. Junii 1823. denuo preces ablegatæ fuerunt Episcopo, ut audiret interesse habentes, *nil interim innovato usque ad exitum litis in S. Congregatione*, responsurumque dedit „ quod Sacerdos Sebastiani a Monialibus nominationem obtinuit, et pro canonica instituit institutione. . . . et quoniam edicta ad valvas Ecclesiæ Cathedralis Tiburtinae, et Ecclesiæ Parochialis Rubiani affixa fuerunt, quin tamen ullus tempore habili comparuerit, etiam ex parte Principis Oratoris, ad inhibendum, et quin ab hoc Sacro Consessu aut aliqua prohibitio, aut aliquod mandatum fuerit receptum, postquam cognovi Capellanum nominatum requisitis ex fundatione præscriptis pollere, ad canonicam illius institutionem deveni. Quare die 16. Maji hujus anni Capellaniam „ pos-

„ possessionem accepit , quod certe accidit , ante-  
 „ quam inhibitoriæ Litteræ EE. VV. ad me perve-  
 „ nirent.

Tum vero Stanislaus Sebastiani rursus ad Apostolicam Sedem confugit , ac petiit , ut si quid nullitatis in nominatione , vel institutione irrepsit , sanatione deleteretur , votique compos factus est , et per Eñm ac Rmum Cardinalem a Secretis supplicum libellorum rescriptum obtinuit die 21. Maji 1824. = *SSm̃us attentis expositis benigne annuit pro petita sanatione et convalidatione , quatenus opus sit , contrariis quibuscumque non obstantibus* = Id ægre ferentes Communitates Rubiani , Vallisfrigidæ , et Anticuli , atque etiam Sacerdos Aloisius Tiritante , qui , utpote Rubiani ortus , se ad Capellaniam passive vocatum esse contendit , impetratam sanationem veluti obreptionis ac subreptionis vitio infectam traduxerunt penes R. P. D. Auditorem Sanctissimi , qui die 23. Februarii anni 1825. remisit causam ad hanc S. Congregationem cum clausula de aperitione oris. Eminētissimorum itaque Patrum iudicio dirimenda proponitur quæstio , distributis utrinque Allegationibus , præterquam a Principe Columna de Sciarra , qui nihil mihi hactenus exhibuit.

Stanislai Defensor tunc solummodo aperitioni oris locum esse contendit , cum aperte constat Rescriptum Principis subreptum esse celata veritate , vel obreptum expresso mendacio , *ad textum in cap. super litteris de rescriptis , Rot. in Melevitana Bajulivatus S. Euphemie super aperitione oris 8. Maji 1761. cor. Frangipane , et in Verulana Gimnasii Franchi super aperitione oris 5. Decembris 1817 §. 4. cor. Eño Bussio*. Omnia autem pro rei veritate Pontifici in suis precibus ita exposuisse Sacerdotem Sebastiani idem Defensor affirmat , ut nulla in eisdem narrata fuerit falsitas , nullaque subrepta veritas , præsertim quia Stanislaus haud nudam rerum seriem , sed insuper documenta Romano Pontifici exhibuerit , atque etiam pendentem litem coram hac S. Congregatione ab Episcopo Tiburtino , et a Principe Columna de Sciarra inductam eidem aperuerit. Hæc autem satis esse habenda ad omnem obreptionis , aut subreptionis tollendam suspi-



suspicionem suadet *Rot. cor. Ansaldo decis. 252. num. 2. et cor. Olivatio decis. 629. num. 4.*

Dei gradum facit idem Defensor, cui adstipulatur Monialium Patronus, ad nominationem favore Sebastiani expletam, quoniam suis stare viribus concordiam animo arbitrantur. Iniquum enim nominationis nullitas oriri potest vel ex deficientia juris nominandi in Patronis, vel ex inhibitionis spectata, que jus illud in suspensio reliquerit, vel ex inhabilitate Nominati. Nullum tamen ex istis in medium potest afferri. Etsi eam Moniales Humilitatis in Monasterio Sanctæ Catharinæ vitam ducant, nihilominus jure nominandi, quo duobus abhinc sæculis gavisæ sunt, perfrui debent. Enim vero anno 1814. rediit ad Petri Cathedram Sæc. Me: Pio VII. Humiles Moniales, æque ac cæteræ Religiosæ Domus, bonorum omnium, quæ ex naufragio supererant, reintegrationem sunt consecutæ, atque onera ex funditione eisdem annexa implere coguntur. Exinde colligant iidem Defensores, Monialibus non esse auferendum jus patronatus, cum nihil sit magis naturæ consonum, quam cum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, *L. 10. ff. de R. J., R. 55. J. in 6.* Neque ex eo quod in reservatione juris patronatus Capellanie mentio facta fuerit Monasterii S. Mariæ Humilitatis, argumentum elici posse videtur, ut Moniales, ædibus ejusdem Monasterii amissis, patronatum amittere debeant: ideo enim Monasterii nomen usurpatum iniquum, ut inaueretur, quibus Monialibus jus patronatus tribuebatur, non autem ut Monasterium compatronus haberetur. Et quamvis etiam Monasterio jus patronatus relictum fuisse placeat, quam tamen Monialibus quoque tributum fuerit, jure accrescendi seu non decrescendi ad Moniales dumtaxat, defecto Monasterio, pertinere autumant memorati Defensores. Explorati siquidem juris est, quod jure patronatus pluribus personis per modum unius corporis seu Collegii ab initio reservato locum habeat jure accrescendi favore superstitem, *Pilon. de contr. patron. alleg. 76. n. 20., et discep. eccl. 39. num. 3., Rot. cor. Larcetta decis. 523. num. 16.*

Nulla præterea tempore nominationis intercesserat inhibitiõ, qua Moniales ab illa explenda prohiberentur. Ipse enim



enim Episcopus fatetur, Sacerdotem Sebastiani, antequam inhibitoriæ hujusce Sacræ Congregationis Litteræ ad ipsum pervenirent, institutionem canonicam fuisse consecutum: imo antequam ejusmodi Litteræ ad Episcopum darentur, Moniales nominaverant Sacerdotem Sebastiani, isque nactus fuerat Capellaniam possessionem. Multoque minus valida inhibitiō est sumenda ex litis pendentia inducta aut per supplices libellos Communitatum, et Sacerdotis Tiritante; nam S. Congregationem non adierunt, nisi die 14. Febr. 1824., proindeque longe post captam possessionem a Sacerdote Sebastiani: aut per preces Principis Columna de Sciarra; Moniales siquidem in possessione præsentandi erant constitutæ ab ipso foundationis tempore. Simplex autem inhibitiō oriens ex pendentia litis super jure præsentandi haud satis habetur ad turbandam possessionem, sed specialis Judicis inhibitiō intercedat necesse est super ipsamet possessione nominandi, ne Patronus in sua possessione perseveret, *Piton. de controv. patron. alleg. 100. n. 457. et 463. Rot. in Januen. Abbatie 27. Junii 1707. §. fin. cor. Molin. et in Romana Capellaniam 25. Novemb. 1707. §. Præterea cor. Scotto.* Quæ specialis inhibitiō cum edita non fuerit, nisi die 11. Junii 1823. valida est renuntianda nominatio Monialium die 26. Aprilis ejusdem anni peracta, et possessio die 15. insequentis Maji a Stanislao inita.

Nec tandem nominatio a Monialibus emissa redargui potest ex persona nominati: siquidem Episcopus Stanislaum parem judicavit ad Capellaniam assequendam. Quia aliquid facessere queat, ipsum originem ducere ex oppido Rivifrigidi. Etenim Stanislaus ex publici Consilii decreto inter Rubianenses Cives anno 1814 ita fuit coopatus, ut posset *godere tutti i diritti della Cittadinanza non solo acquistata, ma anche originaria, comprensivamente alle materie di legati pii, e de Benefizj ecclesiastici.* Atque istud Consilii decretum anno 1821. suprema, qua pollet, auctoritate firmavit Summus Pontifex. Porro ubi assumptio in Civem facta est Supremi Principis auctoritate non simpliciter, sed cum expressa clausula, quod assumptus pro originario sit habendus, iisdem potitur juribus, et privile-

vilegiis, quibus fruuntur. veri Cives ad tradita per *Pignat. consult. 1. tom. 7., Card. de Luca de præmin. dis. 37. n. 3. et seq.*

Itaque, concludit idem Defensor, cum Stanislai nominatio nullo infecta sit vitio, ac possessionem Capellaniam, nulla intercedente fraude, imo servatis solemnibus acceperit, ei danda est manutenutio in possessione, *Lambertin. de jurep. lib. 2. part. 1. q. 3. art. 2. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. n. 40.*, ac omnino repellendus Aloisius Tiritante, quem Moniales minus idoneum existimarunt.

**E** contrario Communitatum et Aloisii Tiritante Defensor subreptionem, et obreptionem Rescripti ex eo deducit, quod Stanislaus Sebastiani in precibus SSmo ad nominationis et institutionis sanationem obtinendam porrectis silentio præterierit coram hac S. Congregatione sistitisse tum Communitates, quæ jura sua ex nominatione Stanislai læsa arbitrabantur, tum Sacerdotem Tiritante, qui utpote Rubiani ortus jus ad Capellaniam ex ipsa fundatione sibi quæsitum contendebat. Rescripta autem reticito statu litis impetrata, uti obreptionis, et subreptionis vitio infecta, irrita judicantur, quia si Pontifici lis innotuisset, forsitan a concedenda gratia sese abstinuisset, ceu tradit *Rota in Majoricen. Præminentiarum et funerum 11. Junii 1756. cor. Olivatio, et in Confirmatoria 31. Januarii 1757. §. 8. cor. eod.*

**N**ec minime dubitandum ait de nullitate nominationis, quam perpaucae Moniales emisserunt favore Sacerdotis Sebastiani. Longe enim antequam Moniales nominationem explerent, lis coram hoc Sacro Ordine aderat instituta non modo ex Principis Columna de Sciarra precibus, sed ex Episcopi Tiburtini placito, qui definitionem super devolutione Patronatus ad Episcopalem Sedem ab hac Sacra Congregatione præstolabatur. Quin imo ipse Moniales exoraverant, ne aliquid ipsis inauditis statueretur. Nominatio itaque post contestatam litem a Stanislao obtenta, illicita, nulliusque roboris est judicanda *ad text. in cap. 1. et 2. ut lit. penden. in 6., Rot. in Camerinen. Præposituræ 29. Martii 1773. §. 8. cor. Herzan, et in confirmator. 25. Junii ejusdem anni §. 8. cor. eodem.*

Insuper invalidam existimat nominationem utpote editam a Personis facultate nominandi destitutis. Nam juspatronatus neque Ordini Prædicatorum, neque singulis Monialibus, sed solummodo Monialibus Monasterium S. Mariæ Humilitatis, seu Communitatem religiosam in eisdem ædibus constituentibus Fundatores Capellaniam reservarunt. Cumque perpaucae Moniales ex præfato Monasterio supersint, atque istæ in aliud Cœnobium migraverint, peculiaremque Communitatem non efforment, extinctum est renuntiandum Humilitatis Monasterium, ac Moniales quovis jure patronatus penitus destitutæ.

Hisce accedit, quod nominatione Stanislai jus tertii fuerit læsum. Et revera Sacerdos Sebastiani ex Rivofrigido originem trahit, ac propterea minime aptus ad assequendam nominationem. Quin ullum præsidium sibi comparare valeat ex acquisita civitate in Rubianensi Oppido; siquidem alienigena ex privilegio creatus Civis, idoneus evadit ad consequenda privilegia et beneficia veris civibus concessa, ita tamen ut originarii, si adsint, jugiter præferantur, *Ferrar. Bibliothecan. Verb. Civitas num. 80., Rot. in recent. decis. 180. num. 1. part. 9.* Idque etiamsi privilegium Civitatis suprema Principis auctoritate fuerit roboratum; nunquam enim præsumitur, voluisse Principem juri tertii quæsito derogare, nisi id patulis verbis expresserit. *Reg. 18. Cancel., Card. de Luca de præminen. disc. 36. num. 1., Rot. in Ripana Capellania 5. Julii 1822. §. 6. cor. R.P.D. Marco.* In præsentem vero casum adest Sacerdos Aloisius Tiritante Rubiani ortus, nullusque alius reperitur Sacerdos ex tribus Communitatibus oriundus, qui ad Capellaniam aspirare queat, contenditque propterea, se utpote verum Rubianensem civem, et a Fundatoribus vocatum, in Capellaniam institutione Stanislao Sebastiani esse omnino anteferrendum.

Quatenus tamen E.E. VV. jus nominandi ad Capellaniam nec ad Principem Sciarra Columna, nec ad Moniales spectare judicaverint, videant, utrum illud ad Episcopum fuerit devolutum; deficientibus enim Beneficii Patronis in jure Patronatus succedit Ecclesia, seu Episcopus, *Can. quæcumq. et Can. noverint*

10. quæst. 1., et L. si quis ad declinand. C. de Episcopis et Cler., Piton. de controu. Patron. alleg. 14. num. 2.

Itaque EE. VV. dirimere dignabuntur

### Dubia

- I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.*
- II. *An constet de nullitate nominationis favore Stanislai in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

- III. *An sit manutenendus idem Sacerdos Stanislaus, seu potius danda institutio Sacerdoti Aloisio in casu etc.*
- IV. *An, et ad quem spectet juspatronatus in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. et III. Provisum in primo.

Ad IV. Dilata, et reproponatur cum voto D. Secretarii, auditis omnibus interesse habentibus super juspatronatus activo.

Sess. 25. cap.  
9. de Reform.

**T**UDERTINA JURISPATRONATUS. Novissimis quibuscum decessit tabulis anni 1723. Angelus Michael Astancolle Capellaniam constituit sub invocatione S. Martini Pontificis in Tudertina Cathedrali Ecclesia. Jus nominandi contulit tum in Familiam Petri Pauli Astancolle ejus patruelis, tum in Familiam Camilli Desideri; cavitque insuper = *che la nomina debba principiare da Pietro Paolo, o pure Figlio primogenito di esso, e successivamente dal Primogenito della Casa Desiderj, e dai Figli primogeniti in Primogeniti di dette due Famiglie per turno in ogni caso di vacanza: denique voluit, quod mancando queste Fa-*  
mi

Die 27. Januarii 1827.

27

*miglie; si devolva il detto jus al Capitolo della Cattedrale di Todi in perpetuo.*

Pluribus abhinc annis penitus exaruit Familia Desiderj. Ex Petro Paulo Astancolle plures ortum duxerunt Filii, quorum plerique ex legitimo connubio suscepti, unus autem, cui nomen Franciscus Maria, ceteris major natus, ex libera puella procreatus. Masculi omnes ex Filiis legitimis descendentes jamdiu decesserunt, unaque in humanis versatur femina nomine Francisca, quæ in Sacra Familia Piccini concessit. Ex linea Francisci Mariæ nonnulli originem habuerunt liberi, qui cognomen Pascocci sibi assumpsere, et anno 1801. legitimationem jam decessi Francisci Mariæ sunt consecuti.

Cum novissimus Capellaniæ Rector a Sebastiano Astancolle nominatus jam inde a die 13. Novembris 1825. ex hac vita migraverit, illico orta est controversia circa juspatronatus. Capitulum defecisse retur Familias a Fundatore designatas, ac propterea substitutioni locum factum esse. At Francisca Astancolle Piccini ad se pertinere existimans jus præsentandi, nominationem die 10. Decembris ejusdem anni explevit favore Pauli Antonii Antonini Canonici Cathedralis Ecclesiæ. Blasius vero Pascocci Astancolle ad se juspatronatus devolutum autumans supplex adiit Summum Pontificem, ut ad lites eliminandas juspatronatus in ejus Familia confirmare dignaretur.

Precibus huic Sacro Ordini ablegatis, rogavi Episcopum, ut auditis interesse habentibus, terminum eisdem præfiniret ad deducendum jura sua in hac Sacra Congregatione, ac interim deligeret Ecclesiasticum administratorem, qui impletis operibus reliquos Capellaniæ fructus in æde sacra deponeret, ei tradendos, qui post causæ definitionem legitimi Patroni nominationem exhiberet. Episcopus Sacræ Congregationis mandatis morem gessit, et a partibus ei tradita documenta atque animadversiones ad hanc Sacram Congregationem transmisit.

Blasius sibi addicendum censet jus præsentandi. Ei enim est juspatronatus tributandum, qui pro se habet Testatoris vocationem, *Rot. cor. Olivatio decis. 204. num. 1., et in Calven. Beneficii 29. Aprilis 1754. §. 4. coram.*

ram *Elephantutio*. Jam vero in themate Fundator jus præsentandi ad Capellaniam relinquens Petro Paulo Astancolle ejusque filiis *di primogenito in primogenito*, aperte innuit se instituere jus patronatus primogeniale, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. part. 2. qu. 2. art. 10. num. 10.*, *Farg. de jurepat. part. 2. Can. 1. et 2. Cas. 12. num. 1.*, ac propterea primonatus masculus ex linea Petri Pauli descendens jure nominandi gaudere debet. At Blasium ex Primogenito Petri Pauli seu ex Francisco Maria originem ducere, imo ipsum tantummodo majorem natum superstitem esse elicitur ex Schemate Gencalogico ab ejus Defensore circumferendo. Igitur nedum Blasius est antefendus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, ad quos ex ipsamet Testatoris voluntate jus Patronatus non devolvitur, nisi omnino defecta familia Astancolle, sed etiam Franciscæ Astancolle Piccini; siquidem fœmina existentibus masculis linee primogenialis remanet exclusa a jure patronatus primogeniali, *Farg. loc. cit. cas. 13. num. 4.*, *Rot. in Comen. Capellanæ 4. Maji 1703. §. Subsistere cor. Priolo.*

Nihil vero officere contendit Blasius, se descendere a Petro Paulo per Franciscum Mariam ejus filium naturalem; quia incogniti juris non est, iinos naturales comprehendi in jurispatronatus vocatione saltem in defectum legitimorum, nisi verba Fundatoris aliter disponant, juxta theoricam *Alexand. in L. si quis rogatus n. 16. vers. si antequam aliqui*, *Piton. add. ad Discept. Eccl. 7. n. 9.*, *Rot. cor. Emerix Dec. 867. n. 2. et 7.* In themate autem nihil reperiri opinatur, quod suadeat filios naturales non comprehendi. Vocavit enim Testator ad jus patronatus Filios primogenitos Familiæ Astancolle; nomine autem illorum de Familia, et domo veniant etiam filii naturales, *Rot. coram Ansaldo Decis. 100. in adnot. n. 72. et 73.*, *et in Salernitana Alimentorum super taxatione 16. Novemb. 1712. §. quibus cor. Falconerio.* Idque eo magis in præsentî casu locum sibi vindicare debet, quod Blasius legitimis sit ortus natalibus, *omnemque defectum, et inhabilitationem, et genituræ maculam Francisci Mariæ Oratoris Avi deleverit rescriptum legitimationis anni 1801.*, cumdemque idoneum declara-

Die 27. Januarii 1827. 29

verit ad omnia et singula jura legitima, nec non Patris, Matris, ac quorumvis aliorum Consanguineorum, et Affinium suorum. Etenim illegitimitatis macula per rescriptum sublata, tam Franciscus Maria, quam ejus descendentes ad jura sanguinis, et Familiae reintegrati fuerunt, Piton. in add. ad discept. eccl. 7. n. 39., Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. n. 119., proindeque concludit Blasius legitimati sequantur legitimis, et jure pollent a successione repellendi sceminas a Fundatore exclusas, Rigant. ad Reg. 50. Cancel. n. 29., Rot. cor. Panfil. decis. 443. n. 10., atque etiam Capitulum in extinctionem dumtaxat Familiae Astancolle substitutum, Alexand. Cons. 216. n. 8., Peregrin. de Fideicommiss. art. 22. n. 39. et 40.

Francisca autem Astancolle potiora sua jura esse autumat, cum ipsa unica sit superstes veræ Familiae Astancolle. Neminem enim latet in jure patronatus primogeniali, aut etiam gentilitio et mixto sceminas agnatas, deficientibus masculis, in subsidium succedere, Constant. vot. 484. n. 44., Farg. loc. cit. cas. 13. n. 5., Rot. cor. Molin. decis. 1052. n. 1., et S. Congregatio in Fanen. Jurispatronatus 20. Januarii 1798. §. Præceteris. Sceminæ enim nate ex masculis dicuntur de Familia seu Domo, et agnationem quousque vivunt retinent, etiamsi in matrimonio fuerint collocatæ, uti de Primogenituris tradit Card. De Luca de fideicom. Disc. 40. n. 2., Rot. cor. Danozetto Decis. 837. et 853., et cor. Molin. Decis. 1023. n. 1., ac de jurepatronatus docent, Fargn. de jurepatron. Part. 2. Can. 1. et 2. Cas. 5. n. 23. et seq., Rot. in Romana Jurispatr. diei 1. Junii 1708. §. Sententiarum coram Ansaldo. Et solummodo sceminæ agnatæ repelluntur etiam (ut in primogeniali, vel gentilitio, si Testator sceminas aut expresse, ut docent Fargn. loc. cit. Cas. 13. n. 9., Rot. in Forosempronien. Legatorum super fideicommissio 2. Maji 1712. §. et respectu cor. Aldovrando, aut virtualiter exclusit, per vocationem scilicet masculorum de linea masculina, quia sceminæ non comprehenduntur sub nomine masculorum, Piton. Discept.

scept. eccl. 14. n. 19., Rot. in Mantuana Beneficii 5. Junii 1689. §. At secus cor. Ursino, et in Mediolanen. Capellanæ 23. Martii 1703. §. Fundatorem cor. Molines.

At Fundator Michael Angelus neque expresse fœminas agnatas a successione in jurepatronatus, defectis masculis, repulit, neque virtualiter, cum se se abstinuerit a vocatione masculorum per lineam masculinam, et primogenitis simpliciter de Familia Astancolle jus præsentandi reservaverit. Itaque ad trameses foundationis Capellanæ, seu ex Testamentaria Michaelis Angeli dispositione ad Franciscam Astancolle jus nominandi pertinere debet, cum omnes masculi legitimi ex Petro Paulo Astancolle jam decesserint, ipsaque unica sit superstes agnata in vera Familia Astancolle.

Hinc censet Francisca se esse omnino præferendam masculis ex Francisco Maria descendentibus, cum legitimatio, quam hi proferunt, non fuerit pura, et plenaria, sed certis legibus circumscripta, scilicet cum clausula *sine præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, aut alia de jure valida dispositione*, ac propterea nullum inferre potuit præjudicium juri a Francisca per foundationem quæsito, *Barb. tract. Var. Claus. 158. n. 7., Peregrin. de Fideicom. art. 23. n. 65., Rigant. Comment. ad Reg. 50. Canc. n. 35. et 61., Rot. Decis. 145. in fin. part. 1. recen.* Imo iura sua potiora esse contendit juribus Capituli. Quamvis enim in jurepatronatus agnatio, peremptis masculis, ne in subsidium quidem masculorum ex fœminis vocationi locus fieri queat, quando Testator designavit substitutum, *Rot. cor. Herrera Dec. 72. n. 15., et in Æsina Capellanæ super bono jure 8-Junii 1782. §. 11. cor. de Salm. et hæc Sac. Cong. in Camerinen. Jurispatronatus 29. Januarii 1825. ad I. Dubium; nihilominus fœmina agnata succedit in jurepatronatus primogeniali, primogenitis ejus Familiæ, et Domus relicto, et dum vita fungitur, excludit substitutum præsertim extraneum, Piton. Discept. Eccl. 14. n. 15., Fargn. de Jurepatron. part. 2. Can. 1. et 2. cas.*



Die 27. Januarii 1827.

31

cas. 13. n. 3., cum non sit verisimile quod Testator voluerit extraneos sœminis de Familia anteferre, *Constant. Vot. decis. 484. n. 72., Rot. cor. Merlin. decis. 804. n. 27.*, quin imo etiam in dubio pro sœminis esse respondendum docent *Fusar. de Subst. quest. 311. n. 106., Constan. loc. cit. n. 70.*

Capitulum vero sibi uni tribuendum juspatronatus contendit, quia postquam Testator vocavit ad jus patronatus Familiam Astancolle ejusque descendentes di primogeniti in primogeniti, continuo jussit jus patronatus deferri *al Rmo Capitolo della Cattedrale di Todi in perpetuo*. Jam vero, inquit Capitulum, Familia Astancolle perempta est, ac in humanis versatur una Francisca, quæ cum masculina prærogativa careat, ex Testatoris voluntate ad juspatronatus adspirare nequit.

Injuria autem putat insurgere Blasium ad juspatronatus eidem præripiendum. In primis enim Testator, tribuens jus præsentandi Familiæ Astancolle servato ordine primogenituræ, usus est verbis civilibus, ideoque de Filiis legitimis et naturalibus loquutus videtur, non autem de Filiis illegitimis et naturalibus, qui non dicuntur nec de Domo, nec de Familia, *Gratian. discep. 218. num. 13., Rot. decis. 251. num. 6. part. 2. recent., et in Comen. Capellanix 18. Aprilis 1701. §. Frustra cor. Priolo*, atque hinc excludere nequeunt substitutum in defectum Familiæ et Domus, *Fargn. de jurepatron. part. 2. can. 1. et 2. cas. 10. num. 7., Gonzal. in cap. 8. de probat. num. 10.* Dein quum in legitimatione adjecta legatur clausula *sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex testamento, vel ex fideicommisso, aut alia de jure valida dispositione*, certumque sit ex testamento *Angeli Michaelis* vocatum fuisse Capitulum, subsequuta legitimatio Capitulo substituto præjudicium inferre non potuit, *Cirocc. Discep. 1. num. 30. et 31., Rigant. loc. cit. num. 39. et 61., Rot. in recen. Decis. 667. num. 3. part. 1.* Clausulæ enim *sine præjudicio etc.* adeo sunt præservativæ jurium, ut gratia elargita conditionalis habeatur, quatenus nimirum tertio **damnum non**

non inferat, Piton. Discept. Eccl. 100. num. 120.,  
Rot. cor. Merlin. Dec. 316. num. 25:

Vestrae sapientiae nunc est Eūi PP. dirimere

### Dubium

*An, et ad quem spectet jus patronatus in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 22. Cap.  
11. de Reform.

**A** RIMINEN. BENEPLACITI APOSTOLICI. Prosta-  
hujus facti series in folio diei 31. Januarii 1824., et  
ad dubium = *An et quomodo sit consulendum Sari-*  
*clissimo pro concessione Beneplaciti in casu etc.*, re-  
sponsum prodiit die 21. insequentis Februarii = *Ne-*  
*gative in omnibus, et Vicarius Apostolicus curet fieri*  
*inscriptionem hypothecariam super Fundo Cerasolo ad*  
*formam Testamenti Canonici Leonardelli =*

Hanc inscriptionem a Sacra Congregatione demandatam  
prætermittendam esse duxit Vicarius Apostolicus, cum  
eam jam a die 27. Decembris 1821. rite exple-  
visset Cathedralis Ecclesiae Capitulum. Interim Ste-  
phanus Lucchi, qui anno 1818. a Comite Cisterni  
fundum *Cerasolo* veluti a quovis onere immunem  
emerat, ac post peractam transcriptionem vendiderat  
Clementi Bornaccini, supplicem huic S. Ordini por-  
rexit libellum, quo summam a Comite Cisterni obla-  
tam se aucturum pollicebatur usque ad scut. 1600.,  
si Capitulum onus celebrationis Missarum sibi feren-  
dum sumeret, ac Prædium a quovis vinculo et obli-  
gatione solutum declararetur. Verum ejus preces  
die 16. Aprilis 1825. dimissæ fuerunt rescripto: *In*  
*decretis sub die 21. Februarii 1824.*

Capitulum vero existimans, transactionem a Stephano  
Lucchi propositam præferre Ecclesiae utilitatem,  
tranquillitatemque impertire tribus Familiis, ac timens,

ne propter anteriorem transcriptionem a memorato Stephano expletam succumbat liti, quam eibi imminere sentit, enixe postulat, ut Eñi Patres precibus annuant Stephani Lucchi, imposito Ecclesiæ Cathedrali onere trium dumtaxat Missarum in singulas hebdomadas.

- Episcopus pro informatione et voto rogatus, ut referret præsertim de evidenti Capituli utilitate, præter jam enarrata, hæc habet „ Capitulum Cathedralis Ecclesiæ hujus Civitatis, Comes Joannes Cisterni primus, et Stephanus Lucchi alter emptor Prædii de Cerasolo favorem implorant EE. VV. ad omnem e medio tollendam quæstionem, quæ procul dubio non sine multis expensis, quibus ferendis præsertim Capituli vires impares sunt, orietur, si œconomica transactionis contractus vestram non obtinerit approbationem. Emptor Lucchi qui antea inscripserat, se litem inituram contra idem Capitulum minatur, nisi inscriptio facta anno 1821. deleatur.
- „ Hæc igitur ratio est, quæ Capitulum ipsum compulit ad novas porrigendas preces, ut EE. VV. sinant transactionem *scut. 600.*, quæ statim investientur per census creationem, propositam ab emptore Lucchi ad litem vitandam, legatumque ob eam causam reducant ad tres Missas tantum in perpetuum singulis hebdomadis celebrandas juxta mentem Testatoris annuo fructu eorundem *scut. 600.* Ultimus ex linea masculina Comitis Henrici Rigazzi quievit in Domino; ast erit ne facile fore Capitulum, ut possit immitti in possessionem proprietatis Fundi de Cerasolo, de quo agitur, et sumere per consequens onus celebrandi sex Missas qualibet hebdomada? Ad vos Eñi, et Rñi Patres de hoc ferre judicium pertinet. Ego sentio, attentis circumstantiis, quamvis Prædium de Cerasolo annum fructum reddat *scut. 90.*, posse tamen exaudiri Capitulum.
- Cætera quæ tum ad facti speciem pertinent, tum ea, quæ jus respiciunt, habent EE. PP. in Folio diei 31.

Januarii 1824., quod resumere precor, ut dirimere possint

Dubium

*An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.*

sess. 25. Cap.  
3: de Reform.

**T**UDERTINA REDUCTIONIS ONERUM. Sacerdos Joseph Taddæus mere Laicalem Capellaniam in Ecclesia Parochiali Castri Tudertini supremis tabulis anni 1797. fundavit, plurimisque Rectorem obstrinxit obligationibus. Nedum enim Capellano onus residentia imposuit, sed insuper voluit, ut fidelium diebus festis exciperet Confessiones, Parocho in Sacris omnibus peragendis functionibus præsto esset, eo impedito, Parochianis animam agentibus opitularetur, et in singulis hebdomadis Missas quinque in expiationem animæ Testatoris litaret, Saerumque diebus festis ad Populi commoditatem faceret. Dein semel iterumque in quolibet mense peragi jussit exercitium bonæ mortis ab ipso Testatore institutum cum expositione SSm̃i Sacramenti: tum festum celebrari S. Joseph, quem suum Advocatum nuncupavit, e qua *questa Festa consista in far celebrare quattro messe basse, e una Cantata con somministrare ai Sacerdoti una semplice refezione, e l'elemosina di due paoli a testa*: postea Anniversarium fieri pro Anima Fundatoris eodem celebrato Missarum numero, eademque tributa elemosyna, præter refectionem Sacerdotibus exhibendam, et unius assis stipem singulis Paroeciæ pauperibus elargiendam. Tandem pauperi Puellæ sortitione eligendæ quotannis distribui præcepit dotem scut. quindecim: Horum legatorum implemenum adeo commendavit Fundator, ut prohiberit, Capellanum impetrare *riduzione di Messe, o discarico di altri oblighi da me ingiunti, e prescritti.*

Quum

Quam vero Capellaniam reditus valde decrevisset, publica autem vectigalia aucta essent, anno 1820. reductionem quinque Missarum ad tres in qualibet hebdomada a Summo Pontifice obtinuit Ciprianus Gentili hodiernus Capellaniam Rector, eademque ad exitum jam jam properans ad aliud triennium anno 1823. prorogata fuit. Cumque reductionis causam adhuc perseverent, et Orator, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem titulo Capellaniam promotus, rei familiaris angustia premitur, prefatam reductionem ad vitam confirmari efflagitat.

De more Episcopus Tuderinus pro informatione et voto requisitus respondit = *Inficiari non potest reditus ejusdem Capellaniam actualiter, temporum injuria, multum decrevisse, et plane discrepare ab iis, qui erant tempore Foundationis Capellaniam.* = Transmisit enim statum activum et passivum, ex quo patet, Capellaniam reditus pertingere ad annua scut. 116., sumptus autem non comprehensa elemosyna Missarum, quinque in singulas hebdomadas, ascendere ad scut. 75. 40.; ideoque Capellanus quolibet anno lucratur scut. 40. 60., atque hac fructuum perceptione tenetur Parocho suppetias ferre, fidelium Confessiones excipere, Missasque litare. Quapropter edicerem, pergit Episcopus, *ipsi concedendam esse reductionem Missarum ad tres tantum unaquaque hebdomada persolvendas.* =

Et re quidem vera diminutis redditibus bonorum, quae pro implemento piorum Legatorum fuerunt relicta, onera quoque esse imminuenda passim tradit haec S. Congregatio, ac praesertim in *Vallisoletana 22. Maji 1784. §. Quamvis, in Nullius S. Martini 24. Augusti 1822., et in Spoletana Reductionis onerum 2. Augusti 1823. §. Bona.* Si enim Testator reditus Capellaniam praevidisset diminuturos, haud tam gravia imposuisset onera, multoque minus congruam vetuisset reductionem. Fructus autem qui in praesens ex Capellaniam censu colliguntur, non Capellani culpa, sed temporum vicissitudine, publicorumque vectigalium augmento valde sunt imminuti, adeo ut impletis Legatis, et subducta Missarum quinque in sin-

gulis hebdomadis eleemosyna vix aliquid superest ad Capellani tuitionem, qui in Castro Tudertino moram ducere, Parochum adjuvare, ac Pœnitentiæ Sacramentum administrare cogitur. Dignus itaque videtur, qui petitam assequatur Missarum reductionem.

Verum Missarum reductioni aperte adversatur Testatoris voluntas, quam religiose servandam præcipiunt Sacri Canones, ipsæque Civiles Leges, *Can. ult. voluntas* 13. *quest. 2.*, *L. 1. cod. de SS. Eccl.*, atque ex constanti huius Sacri Ordinis instituto denegatur reductio, quoties reditus ad onera perferenda pares deprehendantur, ut in *Romana* 15. *Septembris* 1802., et in *Mazzarien. Reductionis* 14. *Decembris* 1822.

Atamen si EE. VV. reductionem concedendam iudicaverint, perpendere dignentur, utrum Missæ, seu potius alia Legata sint minuenda. Profecto si Testator parem erga omnia legata dilectionem ostenderit, reductio pro rata est facienda, *Tondut. part. 1. quest. Civil. 73. num. 13.*, *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 12. num. 40.*, quam sententiam sequitur *S. Cong. in Bracaren. Reduct. 11. Septembris* 1717., in *Narnien. 15. Maji ejusdem anni*. Ubi autem Testator plura reliquit Legata, hæc potius sunt reducenda, quam Missæ, ex quibus defunctorum animæ majus suffragium consequuntur, *Fagnan. in cap. Ex parte de constit. num. 54.*, *S. Congreg. in Lunen. Sarzanen. 13. Maji* 1728., et in *Bononien. Absolutionis et reductionis* 24. *Maji* 1823., quod quidem in themate præsertim locum habere posse videtur, cum Fundator primum scripserit Legatum Missarum in animæ suæ expiationem; siquidem Testatoris prædilectio rectissime ex ordine scripturæ elicitur, adeo ut ea sint cæteris anteferenda, quæ in scriptura priorem tenent locum, *S. Congreg. in Romana Reductionis* 8. *Augusti* 1818., et in *Mazzarien. Reductionis* 14. *Decembris* 1822.

Hæc sapientissimo Eminentissimorum Patrum iudicio subjiciens, definiant rogo

I. An et quomodo sint locus reductioni Missarum in casu etc.

Et quatenus negative

## II. An et quomodo sint reducenda cætera Legata in casu etc.

**T**IBURTINA. JURIS TUMULANDI. = Cæternis inter Ecclesias Tibure existentes antiquissimum exurgit Templum, cui a S. Petro nomen, pluribus sacris aris ornatum, ac sepulchris præditum. Hujusmodi Templum, Collegio Canonicorum ut fertur primitus honestatum, Patribus Carmelitis, antequam notissimæ evenirent temporum vicissitudines, erat conceditum; sed incunte anno 1815. largitate Summi Pontificis, Sodalitio mortis et Orationis fuit traditum una cum claustrali ædificio, juribus, et pertinentiis, quin aliquid cautum fuerit de jure tumulandi, quo Ecclesia S. Petri ab immemorabili tempore gaudere consueverat. Quocirca cum nuper diem obierit supremum Petrus Petrucci, ac defuncti voluntate eam in Ecclesiam per Confratres Cadaver delatum fuerit, ibique sepulturæ mandatum, lis exarsit inter præfatam Sodalitatem et Carolum Regnoni Rectorem Parœciæ SS. Vincenti et Anastasii, in cujus finibus sita est ejusdem Defuncti Domus, super jure tumulandi, atque emolumentorum perceptione. Contendit Parochus memoratam Ecclesiam, statim ac Regularis esse desiit, et Confraternitati fuit concessa, amisisse jus tumulandi, quo primum potiebatur, ac propterea omnia etiam emolumenta Parocho defuncti competere. Quoniam vero Sodales portionem tantum canonicam ad Parochum spectare autumant, ideo Sacerdos Regnoni oraculum hujus Sacri Ordinis sibi exquirendum ducit.

Sess. 25. cap.  
13. de Reform.

Tiburtinus Episcopus, auditis interesse habentibus, refert „ negari haud posse Ecclesiam hanc a multis „ sæculis hoc jure pacifice gavisam fuisse usque ad „ hæc ultima infelicissima Gallici Gubernii tempo- „ pora, nec videri hoc jure privandam præcise ex „ eo quod data fuit Confraternitati Charitatis et „ mortis, cujus speciale institutum est Purgantium „ animas orationibus, anniversariis, et sanctis Sacri- „ ficiis suffragari „ Addit præterea „ in Synodo nihil „ haberi circa Sepulturas, ed idcirco Tibure, ut plu- „ rimum, jus commune, et Romani Cleri statutum „ observari: ex consuetudine nihil pariter erui, cum „ nulla possit in hac quæstione particularis adduci „ consuetudo; duo enim exempla a Parocho Regno- „ ni allata ad rem non faciunt, utpote quæ non re- „ spiciunt Ecclesiam S. Petri, de cujus jure agitur, „ et unicum, quod hanc respicit, nimis recens con- „ suetudinem induxisse dici non potest. „

Haud diffitetur Parochus Regnoni olim S. Petri Eccle-  
siam jure tumultandi gavisam fuisse; contendit vero  
illud amisisse statim ac in Confraternitatis potestatem  
transiit. Jure enim communi Sodalitates hoc privile-  
gio minime potiuntur, *Fagnan. in cap. Fraternalitatem n. 4.  
de Sepult.*, et *S. Congreg. in Ravennaten. Funerum 17.  
Martii 1781. §. Licet, et solummodo ex Apostolicæ Sedis,  
aut Episcopi indulto illud acquirere valent, veluti post  
Murg. de sepult. tom. 1. tract. 3. concl. 5. num. 36.,  
Card. Petra ad Constit. 3. Cælestini III. Sect. 1. num. 19.*  
tradit hoc Sacrum Tribunal in *Portugallen. 11. Ja-  
nuarii 1727. et in Valven. seu Sulmonen. 10. Maji 1727.*  
In themate Confratres nullum proferunt aut Summi  
Pontificis, aut Episcopi privilegium, quo Cadavera  
in Ecclesia S. Petri jure tumultandi fuerint donati.  
Nec ullum subsidium sibi quærere possunt Confratres  
ex jure sepeliendi, quo fruebantur Regulares; his  
enim privilegium istud concessum fuisse arbitratur  
Parochus Regnoni ratione eorum Instituti, quod cum  
in Ecclesia S. Petri dudum defecerit, jus quoque in  
eadem tumultandi defecisse censendum est, *Rot. cor.  
Emerix decis. 1029. num. 16., et cor. Ratto decis. 105.  
num. 3.*

Jam vero si cadavera condantur sepulcro in Ecclesiis,  
quæ



quæ jure tumulandi sunt destitutæ , cuncta funeris emolumenta ad Parochum defuncti pertinere decernit Statutum Cleri Romani , quod vel in Tiburtina Diocesi plenam vim exerere confirmat Episcopus. Eius vero *cap. 5. de elig. sepult. §. 1.* aperte cavetur = Si . . .  
 „ ex licentia nostra sepeliatur Cadaver in Ecclesiis ,  
 „ quæ jus sepeliendi non habent , tunc integrum fun-  
 „ nerale spectet ad Ecclesiam Parochialem , cui ex  
 „ hujusmodi licentia in nihilo præjudicatum esse in-  
 „ telligatur quoad omnia emolumenta , etiam proprii  
 „ Vespillionis , ac si in eadem Ecclesia Parochiali se-  
 „ pultum fuisset = Hæc addenda consuetudo Tibur-  
 tine Civitatis ; nam non desunt exempla tumelatio-  
 num Cadaverum in aliis Ecclesiis Sodalitatibus con-  
 creditis , et nihilominus funerum emolumenta Pa-  
 rochis defunctorum tradita fuerunt ; quin imo ipse Pa-  
 rochus Orator *anno 1819.* integrum percepit funerale  
 Catharinæ Petrucci , licet ex suprema ejus voluntate  
 exequiæ persolutæ fuerint in memorata Ecclesia S. Pe-  
 tri , ibique cadaver humo mandaverint Sodales .

Verum animadvertunt Confratres Cleri Romani Statutum loqui de sepultura electa in Ecclesiis , quæ nec jure communi , nec privilegio habent jus sepeliendi , *S. Congreg. in Romana Emolumentorum funeralium 16. Junii 1751. §. Extat.* At Ecclesia S. Petri a tempore , cujus initium hominum vincit memoriam , gaudet jure tumulandi , nec liquet hujusmodi privilegio præditam fuisse intuitu Regularium , quibus antea erat concedita ; quin imo cum jus tumulandi imper-  
 tiatur Ecclesiis quoque non Regularibus , reale est dicendum , et Ecclesiæ sepulcra habenti coherens , *Rot. cor. Merlin. decis. 19. num. 11. , Herion. post Rot. cor. Olivatio tom. 7. respon. 5. num. 8. et seq.* Per sæcularizationem vero solum censatur motata , et sublata privilegia et jura concernentia Regularitatem ; cetera autem jura integra remanent , et illæsa ipsi Ecclesie , nisi expresse tollantur , *Rot. cor. Merlin. decis. 547. num. 5.* Hinc S. Congregatio in *Ravennaten. Funerum 17. Martii 1781.* , in qua agebatur de Ecclesia primitus ad Patres Societatis Jesu spectante , ac post eorum suppressionem Ravennatensi Seminario concessa , et similiter Parochi contendebant extinctum fuisse jus se-

adliendi, quo antea eadem Ecclesia fruebatur, proindeque ad ipsos omnia pertinere funerum emolumenta, eidem Ecclesiae jus tumulandi confirmavit; siquidem ad Dubium = *An Funerale debeatur integrum Parochis, quando Defuncti fuerunt sepulti in Ecclesia S. Hieronymi in casu etc.* die 15. Septembris ejusdem anni responsum dedit, „*Negative et amplius* „

Hisce accedit quod Ecclesia S. Petri a S. Simplicio Pontifice, quemadmodum fert traditio, fuerit constructa, dein Collegio Canonicorum aucta, et ab immemorabili tempore jure sepeliendi procul dubio prædita, ideoque etiam antequam Patribus Carmelitis tradere-tur, hujusmodi jure forsitan potiebatur; quod quidem aperte demonstraret privilegium tumulandi ipsi Ecclesiae, non autem Regularibus fuisse tributum. Cumque Ecclesia hactenus non corruerit, sed etiam-num illæsa perseveret, ejus quoque jura sarta tecta manere debent, *Herion. loc. cit. num. 10., Engel. in lib. 5. Decret. tit. 33. num. 14., Reiffenst. jus canon. lib. 5. tit. 33. num. 171.* Quocirca inquit Confratres, Parochus Orator quarta funerali contentus sit oportet, cum in exactione portionis canonicæ consistat jus Parochiale pro funeribus illorum, qui alibi, quam in Ecclesia Parochiali legitime tumulantur, *S. Congreg. in Asculana Jurium et Functionum Parochialium 29. Augusti 1733., in Viterbien. Emolumentorum Funerarium 28. Januarii 1764., et in Viterbien. Jurium Parochialium 26. Augusti 1826. ad IV. Dubium.* Dignentur itaque EE. PP. respondere

### Dubiis

I. *An Ecclesia S. Petri gaudeat jure tumulandi in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quæ emolumenta funeris in eadem Ecclesia peracti spectent ad Parochum defuncti in casu etc.*

**N**UCERINA LEGATI PII. Laurentius Tortoloni in donationis tabulis obsignatis anno 1748. Raynaldum Paulini donatarium onere obstrinxit quotannis in perpetuum scutata decem pendendi, a quel Sacerdote „ che sarà per destinare per la spiegazione della Sagra Scrittura Monsig. Vescovo della Chiesa Cattedrale di Nocera, quando una sì santa opera venga „ effettuata tre anni dopo che sarò chiamato all'eternità, e non avendo il suo effetto in detto tempo, „ non abbia più luogo, quando non voglia farlo detto Paolini, il che sia sempre in sua libertà, ed arbitrio. Pius Fundator supremum obiit diem anno 1757., quo tempore Canonicus Theologus Cathedralis Ecclesiæ ad moralis tantum Theologiæ quæstiones explanandas incumberebat, et anno 1778. similiter mortem oppetiit Raynaldus Paulini. Ubi primum vero Theologalem Præbendam nactus fuit Sacerdos Nicolaus Lori, qui Sacram Scripturam explicandam suscepit, ac certior evasit de Legato Tortoloni, Curiam Episcopalem anno 1788. adire non prætermisit, ut hæredes Raynaldi ad præstationem Legati compellerentur. Quatuor quoque penes acta deposuit testium documenta, ex quibus elicitur, Nucerinum Episcopum paulo post obitum Laurentii Tortoloni quolibet die festo habuisse in Cathedrali Templo lectionem Sacræ Scripturæ, ne Legatum in commissum incideret, atque eidem Episcopo quotannis scutata decem Raynaldum repræsentasse: item fidem perhibent testes, vidisse Antistitem syngraphas exarantem acceptæ pecuniæ, quam largiebatur bibliothecæ Seminarii.

Hanc judicialem denunciationem anno 1788. expletam, quin tamen ulla judicialis contestatio exorta fuerit, annis 1793. et 1821. denuo hæredibus Raynaldi indici curavit Canonicus Theologus. Denique tum ipse, tum Promotor Fiscalis ad hoc Sacrum Tribunal quæstionem dirimendam detulerunt.

Precibus Episcopo ablegatis, audivit interesse habentes, ac supra narrata confirmans inquit, „ quæ cum ita sint, „ quamvis post solutiones factas Episcopo Chiappè nulla in subsequens tempus evinciatur, tamen nihil „ hodierni Canonici tollerantia, seu non exigentia vi-

„ detur posse piæ causæ obesse , cum factum vel omis-  
 „ sio particularis nequeat præjudicium ullum Pio lega-  
 „ to inferre , eo vel magis , quia hæredes Paulini po-  
 „ siti fuerunt in mala fide , ex quo judicialiter inter-  
 „ pellati sunt ab annis usque 1788. et 1793. Arbitror  
 „ itaque , teneri hæredes Paulini ad Legatum solven-  
 „ dum absque ulla mora.

Quum pius Fundator Tortoloni præstationem demanda-  
 verit Legati , si intra triennium , postquam ipse ex hac  
 vita migraverit , Sacerdos deligeretur , qui in Ecclesia Ca-  
 thedrali lectionem haberet Sacræ Scripturæ , inquirere  
 oportet , utrum munus ab ipso Episcopo susceptum  
 diebus festis exponendi Sacras Litteras satis fuerit , ne  
 Legatum evanesceret. Jam vero si in ceteris haud ver-  
 borum cortex , sed disponentis voluntas est attenenda ,  
*Piton. discep. eccl. 1. num. 17. , Rot. cor. Olivat. Decis.*  
*157. num. 11. , et decis. 233. num. 12. ,* eo magis id  
 locum sibi vindicare debet in Legatis piis , quæ ratio-  
 ne pietatis , et Divini cultus latissime sunt interpretan-  
 da , *Card. De Luca de Legat. disc. 19. n. 17. , S. Cong.*  
*in Ariminen. Legatorum 27. Novembr. 1790. §. Favere.*  
 Si autem mentem disponentis in hac specie inspeci-  
 mus ea fuisse videtur , ut in Ecclesia Cathedrali habe-  
 rentur Lectiones Sacræ Scripturæ , cumque fini hujus-  
 modi Lectionum satis superque fiat per expositionem  
 S. Scripturæ ab Episcopo expletam , iam inde sequitur ,  
 adimpletam fuisse Fundatoris voluntatem per Lectiones  
 ab Episcopo Chiappè intra præstitutum tempus habi-  
 tas , ideoque locum esse præstationi Legati scut. decem.  
 Hisce addenda observantia , quæ optima est in ambiguo  
 mentis Testatoris interpres , præsertim si proxima fue-  
 rit foundationi , et ex facto hæredis ortum habuerit ,  
*Card. De Luca de jurep. dis. 15. num. 9. , Piton. discep.*  
*eccl. 85. num. 17. , Rot. cor. Emerix decis. 212. num. 2.*  
 Porro testes fide digni a Canonico Lori inducti certos  
 nos reddunt , Episcopum Chiappè , ne caducum eva-  
 deret Legatum , onus Sacræ Lectionis suscepisse , eique  
 Laurentium Paulini quotannis pependisse scut. decem.  
 Hæc igitur satis habenda videntur tum ad declarandam  
 disponentis mentem , tum ad sustinendum Legatum ;  
 nam observantia ostendit , legatum sub conditione re-  
 lictum haud caducum factum fuisse , aut saltem re-  
 mis-

missam condonantique quamlibet caducitatem. *Rot. cor. Molin. decis. 919. num. 23.*, et *cor. Olivat. decis. 164. num. 14.*, ad quam excludendam sufficit etiam erronea et falsa opinio, ac levis quælibet causa, *Rot. in Sutrina Caducitatis. 1. Aprilis 1791. § 8. cor. Resta, et S. Congregatio in Faventina 19. Novemb. 1825. §. Inde.* Itaque si Laurentii voluntas, subdit Canonicus Lori, intra præfinitum temporis spatium adimpleta fuit, ita ut ipse Raynaldus Paulini præstationi Legati locum esse censuerit, hujus quoque hæredes Legatum solvere tenentur, quin liberationem sibi asserere valeant ex contraria observantia. Præterquam enim observantia claræ fundationi resistens abusus, et corruptela dicitur, *Rot. cor. Olivat. decis. 250. num. 24.*, *S. Congreg. in Comaclen 8. Julii 1818.*, et *in Lucana Præminentiarum et Jurium 29. Januarii 1825. §. Nulla*: illud insuper accedit, quod nulla hæctenus inducta sit præscriptio, cum tempus non exfluxerit ad præscribendum necessarium. Et sane ad præscribendum alicui obligationi adversus Ecclesiam tempus saltem quadraginta annorum, nullo contrario actu interruptum, requiritur, *cap. de quarta, et cap. ad aures de præscript.* In thémate vero hujusmodi quadragenaria præscriptio interrupta est renuntianda per judicialem interpellationem annis 1788., 1793., et 1821. peractam, *Card. De Luca de judic. disc. 7. n. 8.*, *Reiffenst. Lib. 2. Decret. tit. 3. num. 109.*, *Rot. cor. Emerix decis. 1170. num. 5.*, ac propterea omnino servanda pia Fundatoris voluntas.

Verum hand esse locum præstationi Legati sustinent hæredes Raynaldi. Explorati siquidem juris est, Legatum sub conditione relictum, si hæc deficiat, penitus evanescere, *L. si quis 82. ff. de hered. instit.*, *Rot. cor. Olivat. decis. 116. num. 16.* Laurentius Tortoloni scutata decem quotannis solvi præcepit Præsbytero, qui intra triennium post ejus obitum ab Episcopo electus Sacram Scripturam explanaret. At Episcopus Nucerinus nemini Presbyterorum intra statutum tempus onus imposuit habendi Lectiones Sacræ Scripturæ in Cathedrali Templo, imo, inquirunt, etiamnum desideratur hujusmodi Presbyter, quoniam Canonicus Lori non ex Testatoris præscripto, sed titulo Præbendæ Theologalis munus exponendi Sacram Scripturam obeundum su-

scepit. Quum itaque non extiterit conditio, quæ qua onus pendebat præstandi Legatum, hæreses Raynaldi a qua- vis obligatione soluti videntur.

Nec disponentis voluntatem adimpletam arbitrantur per Sacras Lectiones, quas habuit Episcopus; nam Testatorum voluntates ad unguem sunt servandæ, *Card. De Luca de Donat. discurs. 25. num. 10. Rot. cor. Rat. decis. 13. num. 1.* adeo ut Legatarius amittat Legatum, nisi supremam Testatoris voluntatem adamussim impleat, *Rot. in recent. Decis. 358. num. 1. Part. 9. et Decis. 29. num. 25. Part. 20.* Pius vero Fundator Legatum reliquit exhibendum Presbytero per Episcopum designando, non autem ipsi Episcopo; ideoque cum disponentis voluntati hæud morem gesserit Episcopus, Lectiones Sacræ Scripturæ ab ipso peractæ minime impedire poterant, quominus Legatum ob defectum conditionis non evanesceret.

Multoque minus sibi obesse putant solutiones a Raynaldo factas, quas non coacte, sed proprio lubitu expletas autumant, tum quia latet quoto tempore decem scutata reprehenderit, tum quia nec statim post ejus obitum, nec dein ulla unquam solutio patrata evincitur. Si autem actus facultativi, etiam per longum tempus exerciti, nullum in exercente valent in lucrere vinculum ad tradita per *Rot. cor. Ratt. decis. 259. n. 12. et Sacr. Congreg. in Bricinorien. Paræciarum 8. Maji 1824. §. Parochi*, nulla profecto in præsentis casu fingi potest obligatio, præsertim quia sexaginta effluerint anni, qui potis sunt ad quamlibet perimendam actionem, *L. 3. cod. de præscript. 30. vel 40. annor. et L. 1. Cod. de annal. except.*

### Dubium

*An sit locus præstationi Legati in casu etc.*

15

*Die Sabbati 17. Martii 1827. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii, in  
qua præter alia proponentur in-  
frascripta Dubia, juxta morem  
ejusdem Sacræ Congregationis  
de jure resolvenda.*

**L**ANCIANEN. UNIONIS. Actum est de hac causa in Comitii diei 9. Julii 1825., sed Eūi Patres judicium prorogandum duxerunt, ut Lancianensis Archiepiscopus ea, quæ adhuc latebant, in aprico poneret. Mandatis hujus Sacri Ordinis quum morem gesserit Archiepiscopus, rogatus fuit Eminentissimus, ac Reverendissimus Cardinalis Falzacappa, ut questionem perpendere, votumque suum aperire dignaretur. Votum omni solertia sapientiaque confectum hic integrum exscribo.

Sess. 21. Cap. 5.  
*de Reform.*

" In ceterioris Aprutii Theatina Provincia sita est Anxani Metropolitana Civitas, quæ duodecim millia sexcentum octoginta hominum continet in duas dispersita regiones, quarum altera *Anxanum vetus* vix duo millia quingentum nonaginta novem animarum complectens, altera vero *Anxanum novum* nuncupatur, in qua octoginta supra decem millia Civis dumerantur.

" In ea itaque regione, quæ *Anxanum vetus* dicitur, quatuor reperiuntur Parœciæ sub invocatione ac titulo S. Blasii, S. Martini, S. Joannis Baptistæ, et S. Laurentii. Quælibet ex his Parochialibus Ecclesiis, quemadmodum propriis ditatur redditibus, ita nonnullis obnoxia est Missarum oneribus, præter annuâs Missas nonaginta pro Populo, quæ a quovis ex quatuor Parochis sunt applicandæ. Hinc Ecclesia S. Blasii, quæ animabus tercentis septuaginta præest, redditus habet in Ducatis biscentum quinque, onera vero in scutis 65. 70., inter quæ recensentur Missæ lectæ biscentura

tura



tum ac una, et undecim cum cantu. Reditus Ecclesie S. Martini, cujus Parochus animarum sexcentarum decem et octo curam gerit, ad annua ducata centum quadraginta septem, onera vero, comprehensis Missis triginta quatuor cum cantu, et tercentis ac una lectis ad *scut.* 47. 36. assurgunt. Ecclesie S. Joannis Baptistæ reditus, quæ animas biscentum triginta supra mille continet, in ducatis tercentis ac quindecim, onera vero, inclusis Missis trigintaquatuor cum cantu, et lectis ducentis triginta quatuor, in *scut.* 82. 51. constituuntur. Parœcia tandem S. Laurentii, quæ animas habet tercentas octoginta et unam, ducatis ducentis decem fruitur, ex quibus demenda sunt *scut.* 67. 60. pro oneribus, inter quæ adsunt Missæ lectæ centum nonaginta et octo, ac duodecim cum cantu. Nec incerta stolæ desunt, licet modica. Etenim in ducatis decem pro Parœcia S. Blasii, tribus pro altera S. Martini, octo pro tertia S. Joannis Baptistæ, quatuor pro ultima Sancti Laurentii taxari possunt. Hi inquam reditus erant cujusvis Ecclesie, dum ipsæ innumeratæ erant. Cum tamen modo receptitiæ numeratæ reperiantur, pro majori Civitatis commodo, unica massa efformata est, ex qua Parochi congruam in Ducat. 100. juxta novissimum concordatum percipiunt; quod reliquum est inter cæteros Sacerdotes dividitur.

„ In istis Ecclesiis sufficienter dotatis redivitibus cuique persuasum esset sacras functiones decenter expleri, Sacros adesse Ministros, ac ipsas eo splendore fulgere, qui Parœciis convenit in ea utpote Civitate erectis, in qua Metropolitanum Capitulum, Archiepiscopus, ejusque Curia constituta sunt. Verum ea est miseranda regionis illius conditio, ut rurales potius Ecclesie, quam urbanæ Parœciæ videantur. Si enim excipiantur festi dies, nunquam fidelibus patent, ac derelictæ jacent. Hinc Parochi Curatis beneficiis, tanquam simplicibus, perfruuntur, cumque nullam Populo curam impendant aliis distenti muneribus, sive tradendis humaniorum litterarum, ac ræthoricæ præceptis, sive imbuendis pueris in primis legendi, ac scribendi rudimentis publice dant operam; et ut aliquo modo suo muneri satisficiant, opera utuntur Sacerdotis



tis Francisci Pauli de Arcangelis , qui summo zelo ad instar Parochi universalis ægrotis omnibus illius Regionis opitulatur .

Plurimè vigilantissimus Archiepiscopus monuit Parochos , qui se se satis excusatos putarunt , ex quo si aliquando formalis , materialisque residentie præceptum implerunt , tempus , et operam perdiderunt ; nemo enim ferialibus diebus eas est ingressus ; nemo Sacramenta poposcit. Novit Archiepiscopus , populum Ecclesias potissimum negligere , quia Sacræ functiones nequeunt decenter expleri ob sacrorum Ministrorum defectum ; et revera nonnisi Parochi S. Blasii , et S. Martini ab alio Presbytero adjuvantur. At Parochus S. Laurentii neminem adiutorem habet. Parochia vero S. Joannis Baptistæ Rectore caret. Sacerdotes nedum in Civitate , sed et in Diœcesi desunt , quia nonnisi paucissimi valent Patrimonium Sacrum sibi constituere ; nec suppetunt beneficia , ad quorum titulum valeant ad SS. Ordines promoveri.

In tanta Sacerdotum penuria , cum prius nihil Archiepiscopus intentatum reliquerit , unicum sibi superesse remedium visum est , nimirum , quatuor memoratas Parœcias paucas animas complectentes suppressere , ut aliquot SS. Ordinationum tituli ex earum redditibus constituerentur , simulque unicam erigere Parœciam Receptitiam numeratam , in qua Parochiales aliæ Sacræ functiones , Choralisque Officiatura expleatur , atque hoc pacto Populi pietas foveatur.

Cum in medio Anxani veteris extet Ecclesia S. Augustini ad Regulares Augustinianos ibi nunquam restitutos olim spectans , ad hanc , prævia suppressione qualitatis Parochialis in superius recensitis quatuor Ecclesiis curæ Ordinarii relinquendis , vel alicui Sodalitio assignandis , curam Animarum transferri postulavit Archiepiscopus , utpote quæ omnibus commoda foret Parochianis. Ut vero cuncta in ordine procedant , hanc pro nunc , et in posterum methodum statuendam proponit Archiepiscopus. Parochi qui nunc singulis enunciatis Parœciis præsunt , in eadem Ecclesia S. Augustini Curam exerceant , sed unusquisque intra fines antiquæ suæ Plebis , ac præter Missam pro Populo , Missas Legatorum adimpleant. Unus ex Parochis quo-

vis mense per turnum sit Rector principalis Ecclesiæ, Choralis Officiaturæ præsit, fidei rudimenta explicet, S. Conciones diebus festis habeat. Interea cum redditus quatuor Parœciarum, demptis oneribus, ducata sexcenta excedant, quilibet ex Parochis ad tramites novissimi Concordati, præter incerta stolæ, ducata centum percipiat. Ex superextantibus redditibus duo Sacerdotes (qui modo Vice-Parochi sunt) provideri poterunt, ac duo erigantur tituli S. Ordinationis, et hoc pacto illico erant octo Ecclesiastici inclusis Parochis, qui Ecclesiam S. Augustini inservient, et Choralem Officiaturam ibi statuendam explebunt, ut in cæteris Receptitiis Ecclesiis Neapolitanæ Ditionis. Cum vero vacaverint Parœciæ, unus tantum Parochus præficietur, cujus congrua erit Ducat. 150. juxta novissimum Concordatum ob auctum Parochianorum numerum, qui in animabus 2599. constituitur; alii quinque tituli efformabuntur, et tunc Parochus unus erit cum septem Sacerdotibus, qui omnes Choralem Officiaturam explebunt, eumque in Parochiali munere adjuvabunt. Parochus Missam pro Populo applicare tenebitur, et cæteræ Missæ Legatorum inter ipsum, et participantes dividuntur. Hæc exposuit Archiepiscopus, et ab Apostolica Sede confirmari postulavit.

„ Proposita fuit hæc instantia in Comitibus diei 9. Julii præteriti anni 1825. sub dubii formula = *An et quomodo concedenda sit Ecclesiarum unio in casu etc.* = Cum nonnulla tamen adhuc desideraveritis, respondendum duxistis = *Dilata et ad mentem* = Mens fuit, ut scriberetur Archiepiscopo, qui referret „ ad quem spectet Ecclesia S. Augustini, sub cujus jurisdictione „ sit, a quibus cultus Divinus, et sacræ functiones ibidem exerceantur, et utrum libere de eadem disponi possit, quomodo provisum erit adimplemento Missarum sex novis titulis SS. Ordinationum infingendarum, dum tituli iidem vacabunt, vel nondum de iis provisum sint Sacerdotes, nec non magis præcise referret, quomodo provisum erit cultui quatuor Parœciarum supprimendarum, eas adsignando Confraternitatibus, vel curæ Ordinarii relinquendo, et quomodo præsertim Confratres Sodalitiorum Sacerdotibus carentes cultum „ divi-

- „divinum in illis exercere poterunt „ Singulis accurate satisfecit Archiepiscopus, de quibus inferius redibit sermo. Mihi interea rem perpendendam ac pro voto ablegare censuistis, quod meliori, qua fieri poterit, ratione mandatis vestris obsequens præstabo.
- „ In jure PP. Eminentissimos non moror. Vos etenim probe nostis, quam odiosæ sint præsertim ex præcepto in SS. Tridentina Synodo beneficiorum suppressiones, translationes, et uniones = illis, ( ut verbi gratia laudati Tridentinae in cap. v. Sess. 25 de Reformationibus ) *que bene constituta sunt contrariis ordinationibus non detrahendum = Atamen = Siurgens justaque ratio et major quandoque utilitas postulaverit cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate erit præstandum =*, ut prosequitur eadem Sessio Capit. 18.
- „ Porro inter legitimas causas immutandi antiquas Ordinationes enumerandum in primis est Ecclesiarum decus. Ita enim decrevit Tridentina Synodus in cap. v. Sess. 21. *Ut Ecclesiarum status, ubi Deo officia ministrantur, ex dignitate conserventur, possint Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegati juxta formam juris, sine tamen præjudicio obliuientium facere unionem perpetuam quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, et Baptismalium, et aliorum Beneficiorum, Curatorum, et non Curatorum cum curatis propter earum paupertatem, et in cæteris casibus a jure permissis.*
- „ De necessitate in genere non est ambigendum; paucis enim res tota exposita est, dum relatum fuit quatuor urbanas Paræcias rurales potius esse Ecclesias, fere semper elatas, a Parochianis et Rectoribus desertas, quia desunt Parochis adjutores in sacris functionibus peragendis, quæ proinde eo carent splendore, quo Cultus Divinus debet fulgere. Post tot discrimina, ac vicissitudines, in quibus Ecclesiæ bona perierunt, deficiunt Beneficia, quorum titulo promoveri juvenes, licet optimæ spei, possint; in pejus ruerunt Familiarum domesticæ res, ita ut nonnisi pauci in toto Regno titulo Sacri Patrimonii SS. Ordines suscipere possint post auctam Patrimonii sacri taxam. Archiepiscopus ipse post tot mala commemorata, ac in

irritum cessa alia media hæc habet „ Hæc in con-  
 „ scientia video: hæc in conscientia sublimi EE. PP.  
 „ intelligentiæ exhibet tenuitas mea: atque hisce in-  
 „ spectis humillime precor, ut nisi aliter eorum sa-  
 „ pientiæ placeat, quantum in mea . . . supplicatio-  
 „ ne cautum fuit exaudire dignentur „ et alia in  
 „ Epistola ad Eñum Præfectum data inquit „ Io, Eñio  
 „ Signore, essendo Ordinario del luogo, se tali Pa-  
 „ rochie non fossero inutili, dovrei, anzi che diman-  
 „ darne la riduzione, la quale diminuisce la mia au-  
 „ torità, promuoverne piuttosto la moltiplicazione, da  
 „ da cui si accrescerebbero i miei diritti. Se adun-  
 „ que supplico per ottenere la riduzione, le mie sup-  
 „ pliche innanzi a Dio non possono avere per ogget-  
 „ to, se non il vero, il solo, il certo vantaggio delle  
 „ anime, che spero per mezzo della saviissima pie-  
 „ tà di V. E., e di tutti gli altri Eñi di codesta Sa-  
 „ gra Congregazione „

„ **Necessitati accedit utilitas tam Cleri, quam Populi. Si**  
 „ enim reditus quatuor Ecclesiarum uniantur, et ex qua-  
 „ tuor Parœciis una instituat, præter Parochum se-  
 „ ptem in sortem Domini vocati ad SS. Ordines pro-  
 „ moveri, ac de Ecclesiæ reditibus participare poterunt.  
 „ Modo vero donec per Parochorum vel promotionem,  
 „ vel mortem vacaverint Parœciæ, præter ipsos duo alii  
 „ Presbyteri alii, ac duo tituli S. Ordinationis statim eri-  
 „ gi poterunt. Quatinvis autem singulæ participationes  
 „ (excepta Parochi congrua, quæ ad Duc. 150. pertinet)  
 „ in duc. quinquaginta liberis constituentur, nihilomi-  
 „ nus sufficiens portio est pro Ecclesiastici alimonia,  
 „ qui in eadem Civitate patrios habet lares, unde merito  
 „ dicit Archiepiscopus, non esse ipsas despiciendas. Cre-  
 „ scit ex utilitate desumptum argumentum, si inspi-  
 „ ciatur, Clericis suppeditari media, quibus valeant ad  
 „ SS. Ordines conscendere. Nec minor utilitas populo  
 „ affertur. Hic enim, qui nunc Parochialem Ecclesiam  
 „ despicit clausam, desertam, ac SS. Ministris vidua-  
 „ tam, accedet ad novam erigendam Parœciam, in qua  
 „ Choralis officitura octo Sacerdotum habebitur tum  
 „ mane, tum vespere, quæ semper aperta erit Fidelium  
 „ pietati, promptiorque in ea erit Sacramentorum ad-

ministratio, cum septem Sacerdotes Parochum coadjuvare debebunt.

„ Exposita in genere necessitate ac utilitate, ad singula, quæ proponit Archiepiscopus, descendo, quæ meo iudicio probari merentur. Sufficiens siquidem est numerus octo Sacerdotum, qui Ecclesiæ inserviant juxta nedum Regionis, sed et illius Regni morem. Choralis Officiatura matutinis, et vespertinis horis explenda erit; Absentes subjecti erunt fallentis, a quibus immines evadent duntaxat Parochus, ejus Œconomus, si actu animarum Curæ vacent, infirmi, ac alii si legitime fuerint impediti. Cum Parochiani ad duo millia et sexcenti ne ascendant quidem, perdifficile est, ut Parochus, ejusque Œconomus non sufficiant, adeo ut cæterorum auxilio opus sit, præsertim cum modo unus tantum Sacerdos totius Regionis curam gerat. Missarum adimplemento rectissime provisum est, Donec enim Parœciæ vacaverint ipsimet Parochi, ut antea, eas celebrabunt, sive de Legatis agatur, sive de Missis pro Populo. Cum vero ob vacationem illarum unus tantum præficietur Parochus, ipse, qui Stolæ emolumenta percipiet, Missam pro Populo applicabit. Missæ vero Legatorum partim ab ipso, partim a Participantibus celebrabuntur. Id jam exposuerat Archiepiscopus. Sed cum in Comitibus diei 9. Julii 1825. iudicium protelandum censuerunt E.E. VV., præ cæteris ab Archiepiscopo quæsitum est, quomodo provisum erit adimplemento Missarum novis titulis SS. Ordinationum infingendarum, si de his provisum nondum sint Sacerdotes, vel tituli vacent. In novis tamen suis Litteris huic dubio satisfacit Archiepiscopus, dum retulit, ex rediibus vacantis Tituli partem prælevandam esse pro Missis adnexis, quas cæteri Participantes celebrabunt; quod superest vero vel eisdem distribuetur tanquam extraordinarium compendium, vel in Sacras suppellectiles, aliasque necessitates Ecclesiæ erogabitur. Si vero Titulares nondum sint Sacerdotes, tunc per alios tot Missas adimplere debebunt, quot cæteri Sacerdotes participantes per se celebrant.

„ Duo adhuc mihi enucleanda supersunt, super quibus iterum Archiepiscopum rogare putastis. Primum respicit Ecclesiam S. Augustini, ad quem scilicet ip-

psa spectet, sub cuius jurisdictione sit, a quibus cultus divinus ibidem exerceatur, et utrum de ipsa libere disponi possit. Singulis hisce quæsitis satisfecit nuperrime relatio Archiepiscopi, qui retulit tempore suppressionis omnes Ecclesias et Conventus suppressorum Ordinum, tunc a dominante potestate Civitatibus adjudicata fuisse, unde nunc Civitas super ea Ecclesia jura patronatus, spiritualem vero potestatem Ordinarius exercet, qui eam concedidit Confraternitati SS. Simonis et Judæ, ac Sodalitio S. Mariæ Commendatorum, Enunciati Confratres diebus festis in illa officium, ac preces, prout solent Sodalitia, recitant, Sacram Sinaxim suscipiunt, et concionem a Sacerdote audiunt. Libere autem de ea disponere potest Ordinarius, ut executioni tradat expositam Parœciarum unionem et reductionem.

„ Ob expositum Sacerdotum defectum prudenter dubitatum fuit, quomodo cultus divinus in quatuor Parœciis supprimendis exerceri posset, nedum si curæ Ordinarii relinquerentur, verum etiam si Confraternitatibus assignarentur, dum hæ Sacerdotibus carent; de quo etiam interrogatus idem Archiepiscopus respondit „ Cultus quatuor Parœciarum si agatur de loco, deque fabrica earum, non habebitur certe. Si namque existentibus nunc in eis Parochis, desertæ videntur ac derelictæ, qui post unionem in una S. Augustini Ecclesia illæ, quemadmodum desideraretur, cultæ esse possunt? Id solum affirmandum pro certo est in suppressis Parœciis, quæ Confraternitatibus assignantur, talem cultum dari, qualem diebus Dominicis, ac festis dare solent Sodales, scilicet Missæ celebrationem, Rosarium, vel Officium modo B. M. V., modo Defunctorum, cæterasque consuetas preces, sub aliqujus Sacerdotis directione. In eis vero, quæ Ordinarii curæ relinquuntur, nihil functionis in tanta Sacerdotum inopia fieri potest, nisi festiva solemnitate in die Sanctorum, in quorum honore illæ sunt erectæ; aliis autem temporibus clausæ erunt et loca eadem semel Deo dicata usibus temporalibus converti nunquam permittetur, sicut in omnibus religiosorum olim suppressorum Ecclesiis observatur;

Si autem de cultu Dei sermo sit quantum ad Fideles Parochianos, seu ad animas in uniendo Parœciis comprehensas, (qui quidem cultus præcipuus formalis et maximus est) respondeo, eum nimis augeri, ac nimis majorem reddi = iis nimirum de causis, quas commemoravi dum de utilitate unionis quoad Populum egi = deinde subdit Confratres Sodalitiorum Sacerdotem habent directorem, qui vel ante, vel postquam (prout res exoptulat) in propria receptitia sacras functiones exereuerit, ad Confraternitatem se confert, ut ibi, et Sacrum celebret, et in Sodalium precibus eos dirigat. En quomodo dictorum sodalitorum Confratres, in suis Ecclesiis cultum divinum exercebunt, quamvis propriis, ac sibi solum dicatis Sacerdotibus careant.

Ex huc usque itaque dictis patet necessitas, et utilitas translationis, reductionis, et unionis Parœciarum, nec non translationis Missarum. Modus ab Archiepiscopo propositus nihil reprobandum, aut immutandum exhibet, in eo proinde sum voto, ut ejusdem precibus annuatur, facto verbo cum SSmo, a quo implorari posset, ut omnia exequantur per S. Congregationis resolutionem, quin opus sit expeditione Litterarum Apostolicarum, quarum expensæ non nisi Ecclesiarum illarum redditibus essent faciendæ, ac proinde impedimento essent quominus statim ad exitum perducatur optata Parœciarum unio, quod quidem in animarum, ac ordinandorum præjudicium vergeret. Haec mea sententia est, quam superiori EE. VV. judicio submitto, quarum manus humillime deosculor. Iterum proponitur

### Dubium

*An et quomodo concedenda sit Ecclesiarum unio in casu etc.*

**Affirmative in omnibus juxta votum Emi Relatoris.**



Sess. 24. Cap.  
13. de Reform.

**F**IRMANA PENSIONIS Præposituram Collegiatæ Ecclesiæ S. Stephani Oppidi Montis Sancti principalem et unicam Capituli Dignitatem, cui habitualis inhæret animarum cura, anno 1821. assequutus est Aloisius Pasquali, qui in eadem Collegiata dudum Canonicali fruebatur Præbenda. Cumque Præpositura redditus secundum communem æstimationem, atque etiam Aloisii opinionem quotannis non excederent summam octingentorum ducatorum auri de Camera, nempe scut. 1400., ideo Summus Pontifex in Apostolicis collationis Litteris annuam dumtaxat pensionem scutorum quingentorum ex fructibus Præposituræ personis nominandis exsolvendam reservavit. Plures deinde nominati sunt ecclesiastici viri, qui reservatam pensionem exigerent; at Præpositus cum experientia didicisset, fructus longe minores esse, quam ferebantur, adeo ut si onera Præposituræ annexa perferre, ac pensionem solvere cogeretur, nedum sibi congrua deesset ad decentem vitæ exhibitionem, verum etiam amplam pecuniæ vim e proprio ære pendere debuisset, supplex adiit Summum Pontificem, ut impostam pensionem scut. 500. penitus deleret.

Precibus ab R. P. D. Auditore SSmi huic sacro Ordini cum clausula de aperitione oris arbitrio ablegatis, rogatus fuit Eius Archiepiscopus, ut, auditis interesse habentibus, referret per Peritum ex officio de annuo redditu, et oneribus Præposituræ. Concredito muneri satisfecit Emus Archiepiscopus, expletamque peritiam una cum statu activo et passivo ad hanc Sacram Congregationem transmisit. Ex eodem statu apparet, annum Præposituræ redditum superioribus annis ascendisse modo ad scut. 1064., modo ad scut. 1488. onera vero, non comprehensa pensione reservata in Apostolicis collationis litteris, attingisse summam scut. 1128. vel 1195. Hinc votum suum aperiens idem Emus inquit = Optimo, ut arbitror, jure Sacrosanctos Aloisius Pasquali SSmo Domino Nostro humiliter supplicavit, ut sibi competens congrua adsignetur super fructibus Præposituræ, quam obtinet in insigni Ecclesia Collegiata S. Stephani. Fructus enim ipsi ita ordinariis oneribus Præposituræ

„ et



„ et adjectis præsertim occasione postrema collationis  
 „ pensionibus in conspicua summa scutorum quin-  
 „ gentorum non imminuuntur modo, sed penitus absor-  
 „ bentur in præsentim maxime annonæ vilitate, ut ora-  
 „ tor non nisi annua, eaque non modica proprii æris  
 „ jactura suis queat obligationibus respondere.

„ Nulla interim ratio haberi potuit neque incertorum  
 „ stolæ, neque distributionum quotidianarum, propt  
 „ in mandatis erat S. Congregationis, quia Præpositus  
 „ animarum curam minime exercet, et proventus  
 „ omnes ad duos Vicarios Curatos privative pertinet,  
 „ quibus ipse stipendium annuum certum impendit,  
 „ et quia ad distributiones quotidianas quod attinet,  
 „ nullo pacto Præpositus ipsas participat cum Capitulo.  
 „ Rebus itaque Proposituræ in recensito hactenus sta-  
 „ tu manentibus, perspicuum erit EE. VV. novas  
 „ impositas Pensiones necessario esse adimendas, ut  
 „ Orator Præpositus honesta saltem frui possit susten-  
 „ tatione. „

Postulantibus Pensionariis, audiendos quoque censui  
 Ministros Dataria Apostolicæ, qui votum in Summa-  
 rio per memoratos Pensionarios circumferendum,  
 elucubrarunt, pluribusque argumentis contendunt  
 Præposituræ fructus longe majores esse, quam eos  
 præferunt transmissæ tabulæ accepti, ac expensi.  
 Nunc itaque controversia EE. VV. dirimenda pro-  
 ponitur tribus concinnatis dubiis, ac distributis Alle-  
 gationibus tum a Præposito Pasquali, tum a Pen-  
 sionariis, præterquam ab Emo, et Rmo Cardinali  
 Odescalchi pensione scut. 100. gaudente, qui jura  
 sua sapientissimo hujus Sacri Consessus judicio re-  
 mittit.

Aperitioni oris adversus Litteras Apostolicas, quibus  
 pensiones reservatæ fuerunt, locum esse autumat De-  
 fensor Præpositi Pasquali; nam justa ac rationabili  
 intercedente causa ejusmodi facultas concedi solet,  
 ut judici via aperiat ad justitiam cuilibet admini-  
 strandam, *Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. glos. 66. num.*  
*53. Rot. decis. 621. num. 1. part. 3. resent.* Justam  
 vero in themate haurit causam ex errore in Bullas  
 Apostolicas circa annum Beneficii valorem irrepto,  
 itaut Præpositus ad repræsentandas Pensiones jacturam  
 quo-

quotannis facere cogatur, quod quidem ab Pontificis mente quam maxime abluisse dicendum est, cum nunquam præsumatur, eam fuisse Pontificis voluntatem, ut gratia, quam Præposito largiebatur, in damnum ejusdem verteretur. Quin objici queat ipsius confessio de Beneficii valore, aut Pensionis agnitio; nihil enim in jure notius, quam confessionem ex errore et falsa causa promonantem nemini nocere, *L. Si per errorem ff. de jurisd., Rot. in Romana seu Alonen. Salviani 10. Januarii 1817. §. 18. cor. Eñõ Serlupi.*

In errorem incidisse Præpositum Pasquali probavit eventus. Enim vero ex quo ipse Præposituræ nactus est possessionem, adeo minores, quam nunciabantur, collegit fructus, ut oneribus Beneficio annexis subeundis, pensionibusque pendendis longe impares fuerint. Nec in dubium revocari potest fructuum hujusmodi tenuitas; ea namque scetet ex Libris Administrationis per Præpositum exaratis, ex peritia hoc jubente Sacro Ordine confecta, ex testimonio Eñi Archiepiscopi, et siquid etiam superest dubii, Præpositus Pasquali offert Pensionariis honorum administrationem, ut, detracta prius congrua pro Titulari, reliquos fructus sibi habeant.

Postulat itaque Præpositus; ut vel deleantur novæ Pensiones, vel ut Æconomus Beneficio deputetur; nam probata reddituum tenuitate, vel prorsus delenda, vel ad mensuram diminutionis fructuum reducenda est pensio, *Lotter. de re benef. Lib. 1. quest. 42. n. 60.; Rot. cor. Cavalerio decis. 404. n. 1.; S. Congreg. in Reatina Pensionis 15. Decemb. 1804. §. Postquam,* sin minus fit locus deputationi Æconomi, qui impletis Ecclesiæ oneribus, et soluta Titulari congrua, reliquum fructuum, si quod est, Pensionariis distribuat, *Card. De Luca de pension. disc. 17. n. 8.; Fatinel. de pension. respon. 51. n. 18., et seq.* Namque Titulari tribuendam esse congruam pro decenti vitæ tuitione, quamvis pensionis reservationi consensum præstiterit, et cum juramento valorem Beneficii expresserit, dummodo tamen pensionem de proprio solvere, ac patrimonialibus bonis vivere non promiserit, tradit *Card. De Luca loc. cit. disc. 16. et 17.,*

*Fatinel. loc. cit. n. 18.* Quod vero pertinet ad congruam quantitatem, licet eam a rerum circumstantiis, prudenti iudicium arbitrio librandis, pendere fateatur idem Defensor, nihilominus sperat Eñnos Patres decreturos, ut Præpositi portio sit duplo major congrua, quam ipse Vicariis persolvit. Præpositus enim Beneficium possidet pingui præbenda ditatum, cui habitualis cura, et princeps Capituli dignitas in frequenti Oppido coniungitur; ideoque congrua indiget, quæ decentem, et commodam vitæ exhibitionem ei suppeditet.

At vero Pensionarii a veritate prorsus alienum autumant, quod idem Sacerdos suadere nititur de reddituum tenuitate, atque onerum magnitudine, ac proinde denegandam esse arbitrantur petitam oris aperitionem. Ubi primum enim anno 1819. Rectore caruit Præpositura, statim prosilierunt oblatores, qui omnium Præposituræ honorum emphyteusim cum annuo canone *scut. 1400., 1510., 1550.,* aliisque utilissimis Rectori exhibitis conditionibus ineundam proponebant, easque oblationes ideo, inquit Pensionarii, Sedes Apostolica, flagitante Capitulo ac Magistratu Montis Sancti, rejecit, ne in extraneum Conductorem vel Emphyteutam cederet utilitas, quam spes erat, bonis penes Præpositum existentibus, favore pauperum ejusdem Oppidi fore cessuram. Hunc Præposituræ valorem confirmavit anno 1820. Eñnus Firmianus Archiepiscopus, qui ab hac S. Congregatione requisitus de utilitate emphyteusis, responsum dedit, *reditus Præposituræ, prævia fundorum matura inspectione de meo jussu confecta . . . summam scutorum circiter octingentorum, deductis oneribus, non excedere, attenta Prædiorum incredibili desertione.* Hisce accedunt Codices Datarie Apostolicæ eandem fructuum quantitatem præferentes, atque etiam confessio Sacerdotis Pasquali; hic enim, utpote Monte Sancto ortus, ac inter illius Collegiæ Canonicos senior, reddituum onerumque Præposituræ apprime gnarus, in Supplici Libello Summo Pontifici porrecto pro obtinenda Præpositura sponte testatum fecit annuos fructus pertingere ad octingenta ducata.

Nec fidem habendam esse subdunt transmissis tabulis

accepti, et expensi. In primis enim ad justum valorem fructuum metiendum non quadriennii, sed integri decennii fructus spectantur ad regulam de qua *Card. De Luca de pension. disc. 6. n. 13.*, *Rot. cor. Cerro decis. 830. n. 11.*, *cor. Lancetta decis. 215. n. 15.*, et in *Ravennaten. Spolii super fructibus 17. Aprilis 1761. §. 5. cor. Cornelio*. Dein Geometri Peritia pluribus scatet vitiis, siquidem quorundam fundorum reditus valde imminuit, quosdam vero non parvi momenti reditus silentio præterit; onera autem auget, sumptus extollit, publicorumque vectigalium, seu, ut inquirunt, dativæ realis, satis amplæ immutationis nullam habet rationem. Explorati autem juris est, despiciendam esse erronæam periti relationem, *Rot. cor. Emerix sen. decis. 103. n. 2.*, et *cor. R. P. D. Gamberini decis. 56. n. 2. et seq.*

Præterea etiamsi Præposituræ reditus non pertingerent ad octingenta ducata, haud tamen forent delendæ pensiones, neque etiam conspicua illa, quam Sacerdos Pasquali eflagitat, deducenda congrua pro Titulari. Ubi enim agitur de Episcopis, aut de animarum Curatoribus, integra quidem ipsis servanda est Conciliaris congrua ex præscripto *Tridentinæ Synodus Sess. 24. cap. 13. de Reform.*, *Fagnan. in Cap. nisi essent de Præben. n. 25.* At reliqua Beneficia licet residentialia ex consuetudine Datarie Apostolicæ gravantur ad dimidiâ usque redituum partem, *Piton. discep. eccl. 88. n. 10.*, *Rot. cor. Olivatio decis. 240. n. 10.*, *S. Congreg. in Casenaten. Pensionis 26. Februarii 1825. §. Præterea*, imo gravior etiam medietate fructuum per Summum Pontificem imponi potest pensio, si Titularis sciens prudens consentiat, *Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 41. n. 38.*, *Tondut. de pension. cap. 61. n. 13.* Quæ sane juris dispositio in themate præsertim locum sibi vindicare debet, quoniam Sacerdos Pasquali Præposituram accepto habuit *cum decreto quod pensio hujusmodi ex quavis causa ad minorem summam reduci, annullari, vel de obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis Sanctitatis Vestræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari nunquam possit*, atque duobus, vel tribus aliis gaudet simplicibus beneficiis, quorum reditus,

Die 17. Martii 1827.

59

tus, ut innuunt Litteræ Apostolicæ collationis Præposituræ, viginti quatuor ducatorum auri de Camera valorem annum non excedunt.

Dubia sunt

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, quomodo, et in qua summa sit locus diminutioni pensionum in casu etc.*

Ad I. et II. Dilata, et ad D. Secretarium pro deputatione Periti ex officio juxta mentem sumptibus Præpositi, non retardata interim solutione pensionum.

Quæ sequuntur, quinque causæ pertinent ad Folium superioris Congregationis.

## **T**UDERTINA JURISPATRONATUS.

Sess. 25. cap.  
9. de Reform.

Dubium

*An, et ad quem spectet Juspatronatus in casu etc*

Affirmative ad Franciscam Astancolle Piccini.

Sess. 22. Cap.  
51. de Reform.

## ARIMINEN. BENEPLACITI APOSTOLICI.

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Prævio recessu a decisis, affirmative pro approbatione concordie juxta votum Episcopi, qui curret investimentum summæ scut. 600. cum solitis clausulis.

Sess. 25. Cap.  
3. de Reform.

## TUDERTINA REDUCTIONIS ONERUM.

I. *An, et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An, et quomodo sint reducenda cætera legata in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad aliud triennium pro tribus Missis hebdomadalibus celebrandis præsertim diebus festis etiam reductis.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 25. Cap.  
13. de Reform.

## TIBURTINA JURIS TUMULANDI.

I. *An Ecclesia S. Petri gaudeat jure tumulandi in casu etc.*

II. *An, et quæ emolumenta funeris in eadem Ecclesia peracti spectent ad Parochum defuncti in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative pro quarta funeraria tanta juxta consuetudinem loci.

NO-

## NUCERINA LEGATI PII.

Sess. 24. Cap.  
16. de Reform.

## Dubium

*An sit locus præstationi Legati in casu etc.*

Affirmative.

**AQUINATEN.** Oppidum Roccæ Siccæ Aquinateusis Diœcesis tres constituunt regiones inter se plane se-  
junctæ, longeque dissitæ. Prima, cui nomen *Castel-  
lo*, reliquis antiquior, in vertice montis est posita;  
cæteræ, quarum nomina *Caprile*, et *Valle*, ad radi-  
ces collis posterioribus temporibus sunt constructæ. In  
regione Castelli vetustissima extat Collegiata Ecclesia  
SSiñæ Annunciationi dicata, cujus Archipresbytero  
totius Oppidi animarum cura olim imminabat, eique  
suppetias ferebant Canonici. Subinde aucto aliarum  
regionum populo, in eisque ædificatis Ecclesiis, duæ  
aliæ erectæ sunt Parœciæ, earumque Rectoribus, præ-  
ter incerta emolumenta, assignata fuit congrua, licet  
tenuis, ex redditibus matricis Ecclesiæ. In ejusmodi  
Parœciarum erectione quæ Parochorum, quæque Ar-  
chipresbyteri futura essent jura, in sacra visitatione  
decrevit Episcopus, sed in antiquitatis tenebris deli-  
tescentibus hujusmodi sanctionibus, nonnullisque obor-  
tis dissidiis, quædam anno 1745. communi placito  
condita fuere Statuta, ab Episcopo confirmata, et a  
quolibet ex Animarum Curatoribus, Præbendæ pos-  
sessionem nanciscentibus, jurejurando excipienda.

Sess. 25. Cap:  
13. de Regular.,  
et Cap. 5. de  
Reform.

In his inter cætera cautum fuit, ut tam Parochus  
S. Mariæ Gratiarum in regione Caprilis, quam Pa-  
rochus S. Margaritæ in regione Vallis titulo et ornamen-  
tis Canonicorum insigniti, jure pollerent pro lubitu  
interessendi divinis laudibus in Ecclesia Collegiata,  
in eaque sacras functiones, non secus ac cæteri Ca-  
nonici, peragendi, atque ut Parochus S. Mariæ Gra-  
tia-

narum primum stallum in Choro post Archipresbyterum, Parochus vero S. Margaritæ secundum haberent. Insuper ut Parochus Regionis Coprilis plena frueretur libertate in propria Ecclesia obeundi sacras omnes functiones, sed in signum subjectionis erga Matricem Ecclesiam quinquies in anno, ac præsertim die Annunciationis B. M. V. se Choro sisteret. Verum quod pertinet ad Parochum regionis Vallis, licet ei tributum fuerit liberum exercitium in animarum cura gerenda, nihilominus sancitum legitur: *hà l' Arciprete . . . . la preminenza in tutte le Chiese del Castello, e della Valle di S. Margherita, eccetto li casi che si diranno in appresso: il Sabato Santo non può suonar campane prima della Collegiata nè la Chiesa della Valle, nè quella di Caprile, essendo questa una preminenza di maternità, ed antichissima osservanza: Arcipresbyter Collegiatæ die festo Corporis Christi et S. Antonii Patavini Missam canet solemnem in Ecclesia S. Margaritæ: ab utroque Clero Collegiatæ, et Ecclesiæ S. Margaritæ simul ducentur processiones Corporis Christi, Dominicæ infra octavam, S. Thomæ Aquinatis, et S. Petri Martyris Oppidi Patroni, atque in istis uterque Clerus sub Cruce Collegiatæ incedet: in solemnitate Sanctissimi Corporis Christi processionem peraget Archipresbyter, atque il Clero della Valle e del Castello si hà da congregare nella Chiesa della Colleta della SSma Annunziata coll' intervento ancora dell' Abate di S. Margherita, e da detta Chiesa Collegiata deve incamminarsi la processione, e scender giù al quartiere della Valle, e dopo girato secondo il solito, entrare col Sacramento nella Chiesa di S. Margherita. Idem similiter statutum fuit quoad processionem die Dominica intra octavam Corporis Christi faciendam, ita tamen ut egrederetur ex Ecclesia S. Margaritæ, ac finem haberet in Ecclesia Collegiata. Verum etiamsi hæc singillatim pacta fuerint, haud tamen jurgiis inter Collegiatam et Clerum S. Margaritæ modum imposuerunt; quin imo cum regio Vallis incolis frequentior, ac nobilior in dies evaderet, pedetentim increbescere coeperunt contentiones. Quo factum est, ut jamdudum processio dumtaxat in so-*



lemnitate SSm̃i Corporis Christi ad tramites statutorum absolvatur; in aliis vero processioneibus Clerus S. Margaritæ a propria Ecclesia comitetur Capitulum Collegiatæ usque ad limites Vallis. Ad hæc itaque eliminanda dissidia, atque etiam ad arcenda incommoda, quæ ex viarum asperitate, et longitudine proficiscuntur, Clerus S. Margaritæ supplex adiit hunc S. Ordinem, ut transactio seu Statuta anni 1745. abrogentur, eique facultas impertiatur processiones, aliasque sacras functiones intra fines propriæ Parœciæ peragendi sine ulla subjectione a Collegiata SSm̃æ Annuntiationis.

Rogatus de more Episcopus, ut auditis præsertim Archipresbytero et Capitulo referret de legitima causa exemptionis, et in specie de assertis dissidiis, argumenta inferius narranda exposuit, quibus Parochus et Clerus Orator innititur *non tam ad subjectionem evitandam, quam ad dissidia removenda, quæ sacrarum functionum decorem offendunt, ac fidelium corda non sine spirituali, ac temporalijactura scindunt.* Cum vero (pergit Episcopus) Parochus SSm̃æ Annuntiationis, quem ad hoc audivi, nullum præbuerit assensum enunciatæ petitioni, Sacra Congregatio decernat super expositis quæcumque pro divina gloria, ac populorum ædificatione et tranquillitate magis in Domino expedire crediderit, servato saltem pro Collegiata Ecclesia jure pulsandi campanas in Sabbato Sancto, ne omnino antiqua ejus præ eminentia depereat.

Statuta anni 1745., quæ Episcopus confirmavit, et Clerus Roccæ Siccæ se jurejurando servaturum spondit, nullatenus abrogandam contendit Archipresbyter et Capitulum Sanctissimæ Annuntiationis, cum nihil sit tam congruum rationi, quam ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur, *Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de Reform.* Quæ vero in memoratis Statutis decernuntur, quoad præ eminentiam Archipresbyteri, et Collegiatæ super filiali Ecclesia S. Margaritæ, sacrorum canonum dispositioni adhærent; quandoquidem Parœciæ dismembrationem

nem passæ annum canonem, aut aliquem honorem ab Ecclesia Filiali esse exhibendum tradunt *Reiffenst lib. 3. Decret. tit. 48. num. 18., Rot. cor. Seraph. decis. 15. num. 3., et S. Congreg. in Surrentina Processionum 16. Aprilis 1825. §. Profecto.* At controuersa præminentiarum jura jam inde ab ipsa dismembratione fuisse Ecclesiæ Collegiatæ reservata ipsæmet testantur transactionis tabulæ, affirmantes, quod Archipresbyter *per conservare il jus della sua Chiesa di primato e maternità si ha riserbato, come al presente si pratica, di poter venire in tutte le funzioni, processioni solenni, ed altro, come se fosse nella sua Chiesa del Castello.*

**Nec aliter sentiendum de processionibus; siquidem Clerus S. Margaritæ nedum ex conventionem, verum etiam ex juris præscripto ad Collegiatam Ecclesiam accedere tenetur pro ducendis processionibus. Etenim ex Tridentini Concilii decreto *Sess. 25. Cap. 13. de Regular., Clerici omnes tam sæculares, quam regulares publicis processionibus interesse compelluntur. Inter publicas autem recensentur processiones SS. Corporis Christi, Litaniarum majorum, Rogationum, Patroni Loci, ac quæcumque aliæ consuetæ, aut quæ pro causa publica ab Episcopo indicuntur, S. R. Congreg. in Decreto generali diei 27. Julii 1628., in Eugubina 3. Decembris 1661., et hæc S. Congreg. in Spoletana Processionum 25. Septembris 1734. §. Notissimum, atque hujusmodi processiones in majori tantummodo Civitatis, vel Oppidi Ecclesia fieri debent, Card. De Luca de Paroch. disc. 36. num. 9., et hæc S. Congreg. in Asculana Processionum 3. Februarii 1753. §. Terræ.***

**Nec Clerus S. Margaritæ exemptionem sibi quærere potest ex viarum asperitate, aut ex distantia quingentorum passuum, quæ intercédit inter Collegiatam et Ecclesiam Vallis. Initio enim hæc eadem incommoda æquo animo ab Archipresbytero et Canonicis perferruntur. Dein memorata distantia haud tanti æstimanda, ut Clero Vallis sit petita immunitas concedenda, multoque minus facultas tribuenda sine ulla subjectione peragendi processiones; nam si ad publicas pro-**

processiones accedere tenentur Clerici seculares, et regulares, qui a mœniis Civitatis ultra medium milliare non distant, *S. R. Congreg. in cit. Decreto generali 27. Julii 1628.*, et in *Leodien. 2. Septembris 1662.*, imo accedente consuetudine etiam illi, qui ultra milliare absunt, *Mutthæuc. de offic. Cur. Eccl. cap. 4. num. 8.*, et *S. Congreg. in Spoletana Processionum 25. Septembris 1734. §. Id*, eo magis adigendus Clerus S. Margaritæ, quingentis dumtaxat passibus ab Ecclesia Collegiata distans, Oppidumque Roccæ Siccæ, cum reliquis duabus regionibus efformans, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. num. 18.*, *Rot. cor. Emerix jun. decis. 740. §. 8.*, Et quamvis longitudo, et asperitas itineris in pretio essent habendæ, numquam exemptio interessendi publicis processionibus foret impertienda, quippe quæ decorem sacrarum functionum imminueret; sed alia potius prætinienda methodus, quemadmodum decrevit *S. R. C. in Salernitana Processionis 31. Martii 1703.*, et in *Avenionen. 17. Maji 1760.*

At Parochus et Clerus S. Margaritæ facultatem postulat intra ambitum propriæ Parœciæ processiones omnes ducendi ad incommoda viarum removenda, et ad majorem sacrum functionum promovendum decorem, duæ enim enunciatæ Ecclesiæ (ita edisserit Episcopus rationum momenta ejusdem Cleri enarrans) distant ad invicem quingentos circiter passus, nec vicissim accedere possunt, nisi per viam omnino campestram, quæ dissitorum locorum, viarumque circumstantiæ decori sacrarum functionum minime conferentes, processionem præsertim SS. Corporis Christi pene derelictam ad Collegiatam Ecclesiam, solis Canonicis comitantibus, revertentem irreverentia saltem, si non aliquo materiali spretu, afficiunt. Præterea cum Ecclesia Collegiata Castelli distet a Parœcia Vallis medium circiter milliare, et a regione Caprilis septingentos passus, agri vero interjacentes unam ab altera plane secernant regionem, et earum quælibet suum Parochum, suamque habeat plebem, potius tria, quam unum, renuntianda sunt Oppida, licet eodem appellata nomine. Itaque Clerici S. Margaritæ haud cogi poterunt, ut ad publicas pompas, quæ in regione Castelli

ducuntur, accedant; nam Tridentina sanctio eos solummodo spectat, qui in eodem Loco, Terra, aut Oppido lares habent, *Barbos. Apost. decis. collect. 607., S. Congr. in Asculana Processionum 5. Februarii 1753.*

Ad dit postea idem Clerus, haud licuisse Archipresbytero et Capitulo tot praeminentias in Ecclesia Filiali sibi reservare, siquidem „ Ecclesiam S. Margaritæ in Parochialem pro populi commoditate erectam esse, nemo est qui ambigat: imo non modo pro commoditate populi, verum etiam pro commoditate ipsius Archipresbyteri; laboriosam enim erat ei Sacramenta administrare, cæteraque Parochialia exercere munia in loco a Parochia notabiliter disjuncto. „ Jam vero si ferendus non est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, *L. unic. §. 4. Cod. de caduc. tollen., R. 55. I. in 6.,* Ecclesia S. Margaritæ eximenda est a gravi subjectione erga Collegiatam exemplo Ecclesiae Capriliæ, in qua „ uno eodemque tempore „ ab iisdem Archipresbytero, et Capitulo installata fuit „ animarum cura, nec ejus Rectori tanta data est dependentia, quanta tribuitur Parocho Ecclesiae Vallis, „ sed vix aliquod subjectionis signum.

Nec aliquid negotii facessere queunt Statuta, quibus innituntur Canonici; ea enim partim contraria observantia, partim temporum circumstantiis rescissa arbitratur Parochus et Clerus S. Margaritæ „ Ait enim, pergit „ Episcopus, Archipresbyterum et Capitulum nihil „ aliud praestitisse pro dotatione Parochi S. Margaritæ, „ nisi annuos redditus ducatorum decem; nec tam parva mensa in posterum aucta reperitur, donec per regales sanctiones novissimis hisce temporibus, convenienti congrua dotata extitit. Insuper quando concordia inita fuit, valde obscurus erat Locus dictus „ *La Valle.* At temporis decursu nobilior cæteris Locis, „ nec non ipso loco dicto *il Castello*, evasit; siquidem „ in eo erectum fuit Episcopium, ac Seminarium „ Aquinatensis Diocesis, primariae Oppidi Familiae in „ eo degunt, ac pro situs commoditate faciliem illum „ praebet accessum, quo ob asperitatem situs caret *il Castello.* Denique Episcopo pro tempore datum est, „ quatenus opus, eam, nempe statuta, reformare. „

Hinc

Hinc Em̄i Patres decernere dignabuntur

*An et quomodo sit annuendum precibus Paroshi et Cleri  
S. Margaritæ in casu etc.*

Mon proposita cum sequenti.

**M**ARSORUM MISSÆ CONVENTUALIS. Ex plurimum Parœciarum unione Alphabuceli Marsorum Diœcesis erecta est Collegiata Ecclesia S. Bartholomæo sacra, cui quolibet die inserviunt Abbas, et decem Canonici. Missam pro Populo singulis diebus festis ab immemorabili tempore alternis vicibus applicare consueverunt Capitulares, sed ab onere Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere se immunes arbitrati, ab ea celebranda jugiter se se abstinere. Hodierni vero Canonici moniti ab Episcopo, hunc Sacrum adierunt Ordinem, ut, impertita absolute pro præteritis omissionibus, reductio Missæ Conventualis ad dies tantummodo Dominicos indulgeatur.

De more pro informatione et voto Episcopus requisitus tabulas transmisit accepti et expensi, ex quibus elicitur, redditus Abbatis quolibet anno, subductis oneribus, pertingere ad ducata 132., redditus vero Canoniorum, qui ditiori fruuntur præbenda, deductis similiter publicis vectigalibus, attingere ducata circiter 90., et eorum qui minori potiuntur præbenda, ducata 60., Massam tandem communem quotannis conficere summam ducat. 199., ex quibus detrahenda duc. 150. pro impensis cultus divini. Dein animadvertit Episcopus „ 1. che la rendita dei Canonici è „ eventuale per essere una parte de' Beni fondi soggetti all' occupazione del Lago Fucino; 2. che sull' „ introito della Massa detta comune non solo gravita la Puntatura, ma pur anche il mantenimento degli „ utensili della Sagrestia, e di tutta la Chiesa, la quale è affatto sproveduta di rendite; 3. che le distri-

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

„ buzioni quotidiane s' introitano dal Procuratore Ca-  
 „ pitolare, e sono destinate al pagamento del Sagre-  
 „ stano, all'acquisto delle Cere, dell' incenso, del Car-  
 „ bone, e di tutto altro, di cui abbisogna quella Chie-  
 „ sa; 4. che ogni Canonico oltre al peso del Coro giorn-  
 „ naliero soffre quello della Messa *pro populo per*  
 „ *turnum* in tutti i giorni festivi; di messe sedici di  
 „ Legato, e della eddomada della messa prima, se-  
 „ conda, e terza, ma senza l'obbligo dell' applicazio-  
 „ ne; 5. che quei Canonici a memoria d'uomo non  
 „ hanno mai celebrata la Messa Conventuale *pro Be-*  
 „ *nefactoribus*, forse perchè si riputavano, come di-  
 „ scendenti de' Parochi di Ville disperse, come han-  
 „ no esposto nella supplica: per lo che i Canonici at-  
 „ tuali dicono di esser vissuti in buona fede, tanto  
 „ più che le loro rendite erano come sopra, meschi-  
 „ ne, ed essi gravati de' pesi; qui però mi giova di  
 „ aggiungere che il mio antecessore Monsig. D. Gio.  
 „ Camillo Rossi nella visita da lui fatta nella sun-  
 „ nominata Chiesa di Avezzano nel dì 8. Luglio dell'  
 „ anno 1819. ordinò espressamente a quei Canonici  
 „ l'applicazione giornaliera della messa Cantata *pro*  
 „ *Benefactoribus* a norma de' Canonici, come apparisce  
 „ dagli atti di quella Visita medesima. Sicchè sarà del-  
 „ la sapienza di codesta S. Congregazione di cono-  
 „ scere, se in realtà abbia luogo l'esposta impoten-  
 „ za di celebrare le Messe *pro Benefactoribus*, e di  
 „ parimenti decidere qual riduzione di esse possa far-  
 „ si in quella Collegiata; 6. Finalmente che quei Ca-  
 „ nonici non hanno Bolla di Erezione della loro Col-  
 „ legiata „

**Canonici tam Cathedralium, quam Collegiatarum singulis**  
**diebus Missam Conventualem pro Benefactoribus cele-**  
**brandam esse discrete statuunt sacri Canones, cap. cum**  
**creatura de celeb. missar. Imo S. M. Benedictus XIV. in**  
**notissima Encyclica incipien. Cum semper oblatas, quam-**  
**libet consuetudinem etiam immemorabilem tam præsenti-**  
**tem, quam futuram, Capitulares ab hujusmodi obligatio-**  
**ne exonerantem, de medio sustulit, adeo ut nulla Ecclesia**  
**sit immunis, nisi cum apertissime manifestum fuerit,**  
**eam haud recenseri inter Collegiatas, sed (ut ajunt) inter**  
**receptitias, aut communales, Benedict. XIV. Institut.**  
**eccl. 107. num. 15.**

Attamen aliquando concedi solet hujusce Missæ reductio quoad celebrationem ob Ministrorum paucitatem, uti tradit *Pignat. tom. 4. Consult. 91. n. um. 1.*, et *Sac. Congregatio in Senogallien. Fabricæ Ecclesiæ 19. Novembris 1825. §. Perpendendum*, et facilius quoad applicationem ad solos dies festos ob præbendarum tenuitatem, celebrata aliis diebus Missa Conventuali cum interventu Capituli, *Sac. Congregatio in Amerina Missæ Conventualis 12. Martii 1746.*, et in *Mazzarien. Missæ Conventualis 22. Aprilis 1826.* Tenues autem hic Sacer Ordo ratur est præbendas, quæ scut. 30. quotannis non excederent, ut in *Placentina 30. Julii 1785.*, et in *Camerinen. 14. Decembris 1793*, vel etiam quæ scuta 40., aut scut. 80. non attingerent, uti in *Massanen. Reductionis Onerum 14. Decembris 1822. ad II. Dubium*, et in *Senogallien. 19. Novembris 1825. §. Perpendendum*. In themate etiamsi nonnulli Canonici annuum fructum ducat. 80. prætergrediantur, plerique tamen minorem exhibent redditum, et Canonici quædam Missarum legata implere, Missamque pro populo alternis applicare tenentur.

Verum animadvertere præstat, onus Missæ Conventualis, utpote Divini Officii partem, *Cap. De his dist. 12.*, *Glos. in Clement. prima de celeb. Missar.*, esse a Canonicis Collegiatarum ferendum, non obstante tenuitate reddituum, *Fagn. ad cap. Cum creatura num. 21. de celebr. missar. Monacel. in append. ad form. legal. adnot. ad decret. Innoc. XII. de celebr. Missar. num. 12.* Atque hæc Sac. Congregat. Missæ Conventualis reductionem ad dies festos indulgere consuevit, si media a Concilio Tridentino *Sess. 24. cap. 15. de reform. præscripta* non suppeterent ad tenues augendas Canonicorum præbendas, *Bened. XIV. in cit. Constitut.*, et *Sac. Congregatio in Corcyren. Missæ Conventualis 8. Maji 1824. §. Conventualis.*

Decernant quoque Eñi Patres, utrum Oratoribus indulgentia sit absolutio pro præteritis omissionibus. Sæpius profecto hæc Sac. Congregatio absolutionem impertita est, ubi aliquam probabilem in Oratoribus deprehendit impotentiam supplendi, ceu docent exempla in *Feretrana 17. Septembris 1808.*, et in *Mazzarien. 2. Junii 1821.* At Oratores anno 1819. in mala fide fuerunt

Die 17. Martii 1827.

runt constituti ex monitis Episcopi, quo casu difficilius indulgeri solet absolutio ab oneribus non impletis, Sac. Congreg. in Mazzarien. 14. Decembris 1822. §. Ad, et in Bononien. 26. Junii 1824.

Proponuntur

Dubia

- I. *An, et quomodo sit locus reductioni Missæ Conventualis in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*



*Die Sabbati 28. Aprilis 1827.  
in Palatio Apostolico Vaticano  
erit Sacra Congregatio Concilii,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia, juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

## AQUINATEN.

Dubium

*Sess. 25. cap.  
13. de Regul. et  
cap. 5. de Re-  
form.*

*An et quomodo sit annucidum precibus Parochi,  
et Cleri S. Margaritæ in casu etc.*

Negative, et ad mentem: mens est, ut firma re-  
manente processione diei Sanctissimi Corporis  
Christi eodem modo et forma juxta Statuta, quoad  
reliquas processiones tantum Episcopus proponat  
media conciliationis auditis partibus.

## MARSORUM MISSÆ CONVENTUALIS.

Dubia

*Sess. 24. cap.  
13. de Reform.*

- I. *An et quomodo sit locus reductioni Missæ Con-  
ventualis in casu etc.*
- II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro abso-  
lutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Affirmative in omnibus celebrata unica Mis-  
sa cum cantu, et interventu totius Capituli.

Sess. 24. cap.  
1. de Reform.

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII.  
Actum est de hac causa in Comitibus diei 22. Aprilis præteriti anni, et proposito dubio: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc.* placuit EE. VV. respondere = *Dilata et ad Eñum Archiepiscopum, qui præfixo termino unius mensis Joanni Ferrari Duci Parabitæ ad camparendum personaliter Neapoli, ibique constituto Procuratore infra terminum ab eodem Eño præfinitum se subjiciat inspectioni Professorum Chirurgiæ et Medicinæ etiam ex officio deputandorum, et de resultantibus certior.* Eñus Archiepiscopus suo muneri satisfacit, sed Duce Parabitæ novas inducias de die in diem nectente, Olympia confugit ad Sacrum hunc Ordinem, qui die 26. Augusti 1826. Eño Archiepiscopo scribendum putavit, ut novum Joanni prorogaret terminum, cum intimatione, quod termino elapso, quoties ipse in spre-tum mandati perseveraret, ejus contumacia habebitur pro retractatione juramenti ab eo præstiti, et pro ultro-ne confessione non secutæ consummationis, et suæ impotentie, ideoque numquam ad alia vota transire poterit, etiamsi Uxori suæ Olympiæ Monticelli della Valle indultum Dispensationis a SSmo concedatur. Archiepiscopus nova mandata diligenter executus est, sed irritò conatu, quoniam Dux Parabitæ in sua pertinacia sibi duxit hærendum.

Ex adductis in prima hujus causæ actione probationibus duo explorata, ac perspicua arbitratur Olympiæ Defenser, scilicet Matrimonium numquam fuisse consummatum, et Virum impotentia saltem relativa laborare. Hisce argumentis novum ait addere pondus Joannis contumaciam, adeo ut dubitari nequeat, quin Vir impos sit ad coeundum cum Olympia. Itaque ne Dux Parabitæ præmium ex propria iniquitate percipiat, innocensque puella damnum sentiat, petitam dispensationem concedendam esse contendit; cum non desint dispensationum exempla, quas hæc S. Congregatio impertiendas censuit, etiamsi Vir ad suam impotentiam tegendam demandatæ recognitioni corporis sui sese subjicere abnuerit. Ita in *Mediolanen. Dis-*

Die 28. Aprilis 1827.

73

*solutionis Matrimonii 24. Maji 1732., in Januen. 7. Septembris 1783., et nuperrime in Neapolitana Dispensationis 27. Junii 1822.*

At Matrimonii Defensor haud satis habendam esse contendit inspectionem Corporis fœminæ ad probandam non consummationem Matrimonii, cum hujusmodi probationum genus incertum sit et fallax ad tradita per *Gloss. in cap. Proposuisti de prob. verb. per aspectum, Rot. decis. 14. post Zacchiam n. 10.,* sed ad rectum judicium, quod postulat *cap. Accepisti de frigid.,* efformandum necessariam autumat recognitionem quoque corporis Viri. Quemadmodum enim ubi impedimentum objicitur ex parte Mulieris a Sacris Canonibus præcipitur inspectio corporis fœminæ, ita nisi ex dispositione juris, ex inveterata saltem hujus Sacræ Congregationis observantia inspiciendum est corpus Viri, de cujus impotentia conqueritur Mulier, *Sanchez de Matrim. disput. 109. n. 17., et S. hæc Congregatio in Januen. Matrimonii 20. Julii 1793. §. Totam.* Cum itaque in præsentī casu desideretur corporis Viri recognitio, ac propterea deficiat legitima probatio non consummationis Matrimonii, aut rejiciendæ sunt, inquit idem Defensor, Olympiæ preces, aut præcipiendum triennale experimentum.

Hinc Eñi Patres denuo consulto folio diei 22. Aprilis superioris anni, novisque perpensis allegationibus definire dignentur

*An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Affirmative, et Joanni Ferrari non relaxetur fides status liberi inconsulta S. Congregatione.

Sess. 23. Cap.  
1. de Reform.

**P**LACENTINA DELATIONIS FUNERUM. Dum Placentinam Ecclesiam regeret clar. mem. Cardinalis Segga, in Synodo Dioecessana habita anno 1539. nedum sanxit, ut ad funus alicujus Canonici vel Præbendarii Cathedralis Ecclesiæ reliqui omnes Canonici et Præbendarii, nullo legitimo detenti impedimento; etiam gratis, accederent, sed insuper cavit, ut „ Clericus „ mortuus, vestitu Clericali Ordini suo convenienti „ indutus, efferatur, Sacerdos a Sacerdotibus, Diaconus a Diaconis, Subdiaconus a Subdiaconis, simplex autem Clericus a Clericis item simplicibus; „ hac lege tamen, ut a Canonicis ultimis Cathedralis, aut Collegiatae insignis levetur tantum corpus „ Canonici defuncti, et exinde a Præbendariis . . . . „ ad Sepulturam in Ecclesiam efferatur. Qui monitus a Sacrista id. facere recusaverit, vel distulerit, „ unius mensis distributionibus privatus sit, et accrescat deferentibus. „ Ad tramites hujus Decreti Placentinus Episcopus anno 1820. occasione funeris Aloisii Pastori Cathedralis Ecclesiæ Præbendarii, omnibus Præbendariis indixit, ut cadaver efferrent sub pœna amissionis unius mensis distributionum haud obtemperantibus infligenda. Plures ex Præbendariis, quos inter Jacobus Tinellius, hanc pœnam subire, quam ut mandatis Episcopi satisfacerent, maluerunt varias ob causas, ac præsertim, quia Cadaver arca lignea erat inclusum contra recentiorum Synodorum statuta. Cumque penes hunc Sacrum Ordinem querelas detulerit Tinellius, in Comitibus diei 24. Maji 1823. concinnatis dubiis I. *An sit confirmandum, vel infirmandum decretum Episcopi in casu etc. et quatenus negative ad primam partem, et affirmative ad secundam.* II. *An et quomodo sit restituenda mulcta in casu etc.*, responsum dederunt Eñi Patres: Ad I. *Decretum Episcopi esse exequendum in casu, et ad mentem.* Ad II. *Præbendarius Tinelli supplicet Episcopum.* Mens vero fuit, ut scriberetur Episcopo pro moderatione Decreti Synodi Segga, eoquod nunc Cadavera capsæ inclusa ad sepulchrum deferantur.

Accepta ab hac S. Congregatione mandata ut exequere-

retur Episcopus , duo edidit decreta , alterum die 26. Septembris anni 1824. super funere Clericorum , atque Confratrum , alterum die 28. Aprilis anni 1825. super delatione Cadaverum Canonicorum Cathedralis Ecclesie , quorum primum ab omnibus probatum et religiose servatum ita disposuit, „ L'associazione dei Cadaveri alla „ Chiesa deve esser fatto in forma di processione religiosa . La Bara deve esser portata da persone dello stesso „ ordine , se il defunto era Ecclesiastico ( ritenuta la „ consuetudine di ciascuna Chiesa rispetto alla prescelta de' Soggetti per questo pio ed onorevole ufficio ) o „ da' suoi Confratelli , se apparteneva ad una Confraternita . Per diminuire l' incomodo è permesso di sostituire alla Cassa un' archetto coperto di drappo nero da' sovrapporsi al Cadavere . Che se per la distanza del luogo , o per altre circostanze il peso nondimeno riuscisse troppo gravoso , si potranno cercare dei portatori robusti vestiti di sacco nero , „ ma gli Ecclesiastici , ed i Confratelli rispettivamente „ vi staranno accanto stendendo la mano alla Bara. „ Tale associazione si farà di giorno per trarre i fedeli ad unire le loro preci in suffraggio del defunto , „ e per ricordare a tutti che siamo mortali „ . Alterum vero hisce verbis conceptum est „ Nel caso „ pratico di un Canonico defunto della Cattedrale „ determiniamo che levato dai Signori Canonici il „ Cadavere dalla Casa , e portato da essi fuori della „ Porta della medesima venga passato ai Beneficiati „ preavvisati dalla Sagrestia della stessa Cattedrale , „ e da questi portato per il tratto di 60. passi circa , „ dopo di che potranno subentrare i suddetti più robusti portatori assunti per tale oggetto a spese del Capitolo , lodando che siano anch' essi Ecclesiastici . „ Alla Porta poi della Cattedrale il Cadavere sarà ripigliato dai Beneficiati che lo porteranno fino „ ai primi gradini del Santuario , e quindi sarà „ preso di nuovo dai Signori Canonici , e da loro portato sino al luogo destinato per la deposizione , confermando noi in tutto il resto il disposto nel „ Sinodo del Cardinal Segarino nostro Antecessore di „ sempre gloriosa memoria al titolo de *funere Clericorum* .

Postremum hoc decretum ægre tulerunt quidam Præbendarii, atque hanc ob causam oraculum EE. VV. exquiritur, distributa a Canonicis Allegatione, ac requisito Episcopo de informatione et voto, qui sapientissimo hujus Sacri Ordinis judicio ab se latum decretum subjicit; censet vero *pro faciliori adimplimento sive præscripti, sive præscribendi ordinis nulli Canonorum, seu Beneficialium exemptionem concedendam fore, nisi iis, qui actu et necessario uliis ministeriis detinentur.*

Decretum Episcopi haud executioni committendum arbitrantur Præbendarii. Ajunt enim, Synodalem illam sanctionem, qua Præbendariis onus injungebatur suis humeris ad Ecclesiam ducendi Canonorum Cadavera, ob superventas rerum circumstantias omni vi ac robore destitutam renuntiandam esse. Et revera Synodus Segæ haud in lignea capsâ inclusa, vel cooperta, sed sacris vestibus induta ad sepulturam cadavera deferri præcepit, quin imo Synodus Zandemaria de Exequiis §. Sancimus, atque duæ Synodi Barno de Exequiis §. Nullius Cadaver, et §. Nullius Personæ sanxerunt, *ne in posterum fidelium Cadavera capsâ, vel quavis alia re inclusa, vel cooperta ad sepulturam deferantur, nisi id per Nostram, vel Vicarii Nostri specialem concessionem liceat, quam tamen perraro, difficillime, et gravate dabimus.*

Itaque sive cadaver lignea capsâ inclusum, sive quovis alio modo contactum nunc sit efferendum, satis perspicuum autumant Præbendarii, evanuisse sanctionem Synodus Segæ; nam ob mutationem status, et supervenientem causam receditur a quacumque dispositione Statuti vel privilegii, *L. ex facto ff. de vulgari, et pupill., Pignatel. T. 1. consul. 142. n. 7.; Sacra Congr. in hac ipsa Placentina 24. Maji 1823. §. Quod.* Hæc rerum mutatio ex eo etiam magis confirmatur, quod olim Canonorum Cadavera perraro, modo frequenter in Ecclesia Cathedrali sepelienda deferantur. Insuper ipsi Canonici proprio exemplo ostendunt Synodum Segæ quoad Cadaverum delationem jamdiu consensisse. Enim vero quæ Synodus Canonorum Cadavera jubet Præbendarios

Die 28. Aprilis 1827.

77

efferre, ipsamque tit. de funere *Episcopi* legem dixit, ut *Episcopum vita sanctum Dignitates et Canonici Sacerdotes, et digniores deferrent habitu Episcopali indutum.* At Canonici huic legi parere nolunt, et nuperrime *Episcopi* Cadaver aliis exportandum tradiderunt. Quocirca concludunt *Præbendarii*, lex illa de cadaverum delatione aut plane obsoleta dicenda, aut a *Canonicis* etiam servanda, cum a ratione devium videatur, ut *Canonici* illius legis observantiam urgeant, quam ipsi custodire detrectant.

Verum *Capituli* Defensor contendit post rescriptum hujus *S. Congregationis* diei 24. *Maji* an. 1823., quo *Episcopi* *Placentini* decretum esse exequendum statutum fuit, dubitari amplius non posse, quin *Synodalis* sanctio *Episcopi* *Sega* adhuc suo polleat robore; ac propterea hoc unum in præsens inquirendum, utrum hodiernus *Episcopus* decreto diei 28. *Aprilis* 1825. ita modum imposuerit sanctioni *Synodus* *Sega*, ut mentem ipsam hujusce *Sacrae Congregationis* attigerit. Jam vero *Placentinum* *Episcopum* satis huic sententiæ fecisse ex eo colligit idem Defensor, quod *Synodalem* legem delationem cadaverum *Canonicorum* *Præbendariis* præcipientem sartam tectam servaverit, ac methodum excogitarit, qua onus ita levaretur, ut sine gravi labore ab ecclesiasticis viris ferri posset.

Exequendum itaque *Episcopi* decretum, ac penitus despiciendæ quorundam ex *Præbendariis* querelæ; si enim demortui *Canonici* Cadaver panno arcibus elato contactum e cubiculo ad limen usque domus defuncti efferre, ac dein a gradibus *Sanctuarii* ad locum depositionis feretrum ducere non abouunt juniores *Canonici*, injuria dequeruntur *Præbendarii*, qui ejusmodi feretrum ad iter sexaginta tantummodo passuum deferre, atque cum eo a janua *Ecclesiæ* ad gradus *Sanctuarii* incedere compelluntur.

Cætera haurient *EE. VV.* ex allegatione a *Defensore* *Capituli* circumferenda. Quare proponitur

Dubium

*An decretum Episcopi diei 28. Aprilis anni 1825. sit exequendum in casu etc.*

Affirmative, et ad mentem

Sess. 25. Cap.  
11. de Reform.

**ALATRINA MENSÆ CAPITULARIS.** Anno 1750. Sa. Me. Benedictus XIV. Parochialem Ecclesiam S. Michaelis Archangeli Terræ Vici Alatrinae Diœcesis in sæcularem Collegiatam erexit, eamque constare voluit ex octo Canonicatibus et una Dignitate Præposituræ titulo insignita. Ad novæ Collegiatae dotem constituendam plura suppressit Beneficia, nonnullaque alia, ubi primum vacarent, supprimenda decrevit. Edixit insuper, ut eorundem Beneficiorum Rectoribus omnibus vita functis, et *universis fructibus, redditibus, et proventibus simul sumptis, ac deinde pro æquali medietate divisus*, una medietas divideretur *in decem æquales ratas cum dimidio alterius ratæ similis*, quarum duæ integræ Præposituræ *ultra medietatem emolumentorum stolæ*, una cum dimidio Canonico Curato, *ultra alteram medietatem dictorum emolumentorum stolæ*, et reliquæ septem cuilibet ex septem Canonicatibus æqua lance tribuerentur; altera vero æqualis medietas *pro usu quotidianarum distributionum inter omnes æqualiter dividenda converteretur.*

Imo ad augendas quotidianas distributiones, eidem Collegiatae tradidit Pontifex necdum redditus cujusdam simplicis Beneficii exigui valoris, sed etiam quamdam Massam ex piorum eleemosynis institutam, et ad annuam pecuniæ vim scutorum octoginta ascendentem, *ita tamen quod tam dicta medietas universorum fructuum, reddituum, et proventuum præfatorum, ac Beneficii hujusmodi fructus, quam dicta Massa in usum hujusmodi (scilicet quotidianarum distributionum), semper stare debeant.* Tandem circa punctaturas Canoniorum a Choro absentium statuit, ut, *illæ non inter præsentis, et Divinis Officiis interessentes dividantur, sed singule et omnes multe, seu punctaturæ hujusmodi integraliter in celebrationem Missarum cedant.*

Quid in hujusmodi Apostolicarum Litterarum executione evenerit, quomodo Canonici leges in eisdem latis servaverint, penitus latet: illud autem convenit inter Canonicos, quod anno 1809. cuncta bona Collegiatae fuerint divisa, ac novem constitutæ Præbendæ, quin tamen ullus inveniatur præstitutus Census pro quo-



quotidianis distributionibus. Quod vero pertinet ad fallentias, quædam proferuntur Capitulares Constitutiones, diversas pro ratione absentiae statuente punctaturas, quarum *finito l' anno se ne farà riparto tra il Preposito, e tutti gli altri Canonici che in conformità della Bolla di erezione dovranno celebrare in suffraggio delle Anime de' Benefattori quel numero di Messe, a cui secondo l' onorario sinodale corrisponderà l' intiera somma di tutte le puntature sudette.* De hac bonorum divisione propter Præbendarum inæqualitatem, ac Massæ communis defectionem, cum quererentur nonnulli Canonici, in Comitibus Capitularibus anni 1823. actum est de nova incunda partitione, sed bonorum inventariis, instrumentis, aliisque opportunis documentis delitescens, et quibusdam Canonicis rem perficere remorantibus, Canonicus dell'Orco a Secretis Capituli hanc S. Congregationem adiit novam implorans Præbendarum divisionem, ac constitutionem Massæ quotidianarum distributionum. Conqueritur etiam idem Canonicus, quædam instrumenta et scripturas, quæ penes Capitulare grammatophylacium asservabantur, a Præposito ejusque Fratre domum fuisse asportata una cum Capituli Sigillo, quo Præpositus pro suo luitu, et insciis Canonicis passim utitur.

Quæ narravit Canonicus a Secretis, confirmare videtur Episcopus. Auditis enim Canonicis qui in contrarias abeunt partes, hæc edisserit. „ Ex Bulla erectionis liquido constat, Massam communem possessionibus „ omnibus, ac bonis cujuscumque generis ad Capitulum illud pertinentibus coacervatis conflari debere. Et sapienter; æquum enim est, omnes, et singulos e Capitularibus adversis, et prosperis vicissitudinibus parimode obnoxios esse. In nostro autem casu suspicio vehemens subest, inæqualem fuisse peractam Prædiorum repartitionem: non omnia bona in medium deducta, et clanculum sibi tributa ab aliquo in aliorum perniciem; imo nuper accidit, ut „ Neo-Canonicus a Decessore in Canonicatu Syllabum (quod *Cartellam* vocant) bonorum ad se spectantium „ nondum potuerit recuperare, eum forte ob finem, „ ne status sui Beneficii innotescat, et ne deterioramenta, et damna detegantur, quæ super iis culpa-

biliter obvenerunt. Ea propter, ut videtur, Præpositus Pelloni cum duobus suis asseclis Canonicis, Fratre Germano, et Patrueli ab hac, quam tres alii expectant Canonici, provida methodo tanquam a peste abhorret. Expedit igitur, ut ex Catas tralibus Tabulis, et Inventariis (modo liceat ea reperire) Proprietates omnes illius Capituli distincte ac totaliter recognoscantur; dein, collatione adhibita, comperiatur, utrum iis simul sumptis, quæ in peculiariibus Syllabis, seu *Cartellis*, recensentur, individua-liter, pleneque respondeant. Hoc præjacto fundamento, Massa Communis constabiliri, distributionesque quotidianæ ad tramites laudatæ Bullæ erectionis facile, tutoque secerni poterunt.

Legenti Apostolicas Litteras, quibus Parochialis Ecclesia S. Michaelis in Collegiatam erecta fuit, aperte liquet, eam fuisse Summi Pontificis mentem, ut bona in dotem Collegiatæ assignata communem Mensam constituerent; haud enim fundorum mandavit partitionem, sed solummodo fructus, et proventus omnium bonorum ita dividi jussit, ut media pars Præposito et Canonicis distribueretur, altera vero medietas in quotidianas distributiones, præter Massam ex fidelium oblationibus institutam, converteretur. Nemini itaque dubium, quin Capitulum bonorum partitione Bullam erectionis violaverit. Videant nihilominus Em̃i Patres, utrum in themate ob majorem Canonicorum, et Collegiatæ utilitatem probanda sit bonorum divisio, ac peculiarium Præbendarum institutio, quemadmodum eam certis legibus probarunt *in alia Alatrina* 23. Decembris superioris anni.

Verum subdit Canonicus Dell' Orco, in præfata divisione manifestam intervenisse læsionem, atque juratum profert trium Peritorum testimonium, qui asserunt talem esse inæqualitatem Præbendarum, ut *da alcuni Canonici si ritragga almeno per un terzo di più degli altri, e ciò non per loro particolare industria, ma propriamente per semplice ed assoluta corrisposta*. Explorati autem juris est, ex causa læsionis agi posse ad rescindendam divisionem; quin factum Canonicorum consentientium in ejusmodi divisionem jacturam inferre potuerit Successoribus; pacta enim inter Capitulares etiam super præminentis iura Successores paciscentium afflicere nequeunt, ni-

si Apostolica auctoritate fuerint roborata, *Gonzal. in Decret. ad Cap. 1. n. 5. de solut. Card. de Luca de Canon. disc. 30. n. 1. et 2. S. Congreg. in Surrentina Processionum 16. Aprilis 1825. §. Nihil.*

Quod vero attinet ad distributiones quotidianas, petitiō Canonici Dell'Orco æqua videtur. Nam non solum est consona decreto Concilii Tridentini, quod *cap. 3. Sess. 23. de reform.* statuit, ut in Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis pro distributionibus quotidianis tertia pars fructuum Massæ Capitularis deduci debeat, sed etiam erectionis Bullæ, quæ majorem fructuum Mensæ Capitularis partem in usum quotidianarum distributionum jugiter converti decrevit. At divisio, ut nunc sunt, bonis, nec punctaturæ ad tramites Apostolicarum Litterarum solvuntur, nec Missæ pro Benefactoribus celebrantur. Hujus rei testimonium sit decretum in S. Visitatione die 9. Julii anni 1823. latum, ubi Episcopus ita Canonico-  
*rum lamentatur negligentiam = Onus Missarum pro Benefactoribus singulis annis celebrandarum juxta summam annuarum fallentiarum uniuscujusque Canonici non adimpletum fuisse cum maximo animi Nostri mærore cognovimus.*

At Præpositus Pelloni divisionem bonorum anni 1809. contendit ratam esse habendam tum quia (ut ipse asserit) auctorante Episcopo peracta fuit, tum quia decem et octo abhinc annis quilibet Canonicus divisa bona pacifice possedit. Etsane non desunt Doctores, qui doceant haud esse necessariam S. Sedis veniam pro ineunda pactione inter Clericos ejusdem Ecclesiæ super modo gaudendi fructibus, et emulumentis communis Mensæ, *Card. de Luca de alien. disc. 54. n. 8. Card. Petra Comment. ad Constit. Apostol. tom. 5. pag. 438. n. 12.* Ad repellendam vero læsionem, suadere nititur, sub ipso erectionis Collegiætæ initium bonorum divisionem fuisse peractam, et anno 1809. ope Peritorum reiteratam, quin postea ullus Canonico-  
*rum de Præbendarum inæqualitate fuerit unquam conquestus. Exinde colligit omnia rite esse expleta, et si quæ nunc adest inæqualitas, eam proficisci ex majori duntaxat agrorum cultione.*

Quin imo Præpositus autumat, niemo ratam divisionem etiam quoad bona, quæ inservire deberent pro di-

tributionibus quotidianis, ad Bullæ tramites factam fuisse; siquidem proventus pro usu distributionum assignatos æqualiter inter omnes dividi jussit, quin fallentiæ absentium præsentibus accrescerent, sed in Missarum celebrationem pro Benefactoribus conferrentur. Igitur omnium bonorum partitione, neque Massæ distributionum ullatenus derogatum, neque obstructa videtur ratio cogendi Canonicos, ut Choro intersint; sive enim absentibus distributiones denegentur, sive ipsi statuta mulcta ex Præbendæ fructibus solvenda puniantur, æque Canonici in officio continentur, et Missarum prospicitur celebrationi.

Addam hic pro meo munere, Canonicos qui instrumenta, inventaria, et sigillum ex tabulario Capituli eduxerunt, eaque domum, vel alio transtulerunt, esse compellendos ad eorum restitutionem. Capitula enim tam Cathedralis, quam Collegiatae habere debent Archivium in loco tuto Ecclesiæ, eique præficiuntur duo Canonici cum clavibus diversis, atque ibi asservantur sigillum Capituli, decreta Capitularia, libri, omnesque scripturæ spectantes sive ad universos, sive ad singulos Canonicos, *Gratian. discept. forens. cap. 142. num. 27.*, *Scarfant. ad Ceccop. lib. 4. tit. 16. num. 14.*, neque per Canonicos extrahi queunt a Capitulari grammatophylacio autographa instrumenta, ceterique libri, cum nec ipse Episcopus jure polleat ex Capitulari tabulario extrahendi scripturas Mensæ Episcopalis, licet cogere queat Canonicum Archivistam, ut sibi ostendat scripturas, vel earum exemplar exhibeat, *Pignatel. consult. can. 66. num. 1. tom. 1. et cons. 16. num. 4. tom. 8.*, *Ferrar. Bibliot. can. verb. Capitulum art. 1. num. 12.*

Itaque dignabuntur Eñi Patres definire

I. *An et quomodo probanda sit bonorum divisio in casu etc.*

II. *An Præpositus sit cogendus ad restitutionem Sigilli, et librorum Capitularium in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus, et Episcopus curet omnia in pristinum restitui ad formam Bullæ erectionis.

Ad II. Affirmative in omnibus, et Episcopus acriter moneat Præpositum Pelloni, ut se abstineat a similibus.

**F**AVENTINA MISSÆ CONVENTUALIS. Julianus de Ghetis supremis tabulis ann. 1628. in Parochiali Ecclesia S. Stephani Oppidi Mutilianæ Faventinæ Diœcesis præter Præposituram, cui quædam bona, certosque redditus in dotem attribuit, tot erigi jussit Canonicatus, quot reliqua hæreditaria bona ferre possent, ita tamen ut cujusque Canonici Præbenda *Rom. scut. 36.* quotannis redderet. Legem vero statuit ut Præpositus et Canonici *vel per se, vel per alios* tot litarent Missas *in dicta Ecclesia, ut quolibet die unica celebretur pro suffragio animæ dicti Testatoris, ejus Defunctorum, et uxoris, ceteræ autem celebrentur ad eorum placitum, et incedere debeant in Processionibus et aliis divinis officiis celebrandis more Canonorum Civitatis Faventie.*

*Sess. 25. Cap. 4. de Reform.*

Juliani pietatem emulata Elisabeth Ravagli illius Uxor dimidium suæ hæreditatis assem erogandum reliquit pro aliis Canonicatibus iisdem oneribus erigendis, quorum redditus scutis quatuor obolisque 50. fructus Canonicatum de Ghetis excederent. Expeditis itaque Litteris Apostolicis, Petri Cathedram moderante Alexandro VII, in Ecclesia S. Stephani Præpositura ac tredecim Canonici, totidemque Præbendæ erectæ sunt; septem scilicet ex fundatione Juliani, quinque ex fundatione Elisabeth.

At labentibus annis adeo redditus decreverunt, ut quilibet Canonorum Ghetti, distributionibus quotidianis comprehensis, perciperet *scut. 16.*, singuli autem Canonici Ravagli quotannis lucrifacerent *scut. 13. 70.* Propter hujusmodi reddituum tenuitatem suspensionem Missæ lectæ ad triennium die 15. Januarii 1780. impetrarunt Canonici ab hac Sac. Congregatione, quæ ad augendas Canonicales Præbendas mandavit, Episcopum uti facultatibus sibi tributis *in Cap. 15. Sess. 25. Concilii Tridentini.*

Quum vero nulla suppeterent media, Faventinus Episcopus Mancinforte Apostolicis facultatibus auctus die 24. Septembris 1799. eisdem Canonicis ad decennium concessit indultum hisce verbis conceptum „ Vigore facultatum Apostolicarum nobis tributarum, „ et attenta veritate expositorum celebrationem Missæ

„ quotidianæ pro Fundatoribus ad decennium suspen-  
 „ dimus, et interim Capitulo et Canonicis Ecclesiæ  
 „ Collegiæ et Parochialis S. Stephani Mutilianæ com-  
 „ mittimus, ut per decennium Missam Conventualem  
 „ omnibus diebus Festis, in quibus etiam ex Indulto  
 „ Apostolico, cum onere tamen Sacrum audiendi,  
 „ servilibus operibus vacare licet, celebrent, atque  
 „ applicent Oratores pro Benefactoribus in genere (col-  
 „ lata manuali eleemosyna celebranti ex massa com-  
 „ muni distributionum), nec non concessione du-  
 „ rante, die infra Octavam Commemorationis omnium  
 „ Fidelium Defunctorum a Capitulo juxta Ecclesiæ  
 „ Parochialis commoditatem eligendo cum assistentia  
 „ omnium de Capitulo Anniversarium unicum unius  
 „ Missæ cum cantu, et applicatione Sacrificii colle-  
 „ ctive pro omnibus Fundatoribus et Benefactoribus  
 „ (ipsis Oratoribus quod ad præteritas omissiones mi-  
 „ sericorditer absolutis) cum eleemosyna ut supra ce-  
 „ lebrent, facta descriptione utriusque oneris ad formam  
 „ Apostolicarum et Synodaliæ Diœcesis Constitutio-  
 „ num in Tabella Sacrarii, atque adnotato imple-  
 „ mento in particulari libro, seu *Vacchetta*, de quo  
 „ in annum rationem nobis reddere debeant. Insuper  
 „ declaramus eosdem Canonicos Oratores, firmis re-  
 „ manentibus tum quotidiano servitii Choro (e quo  
 „ ultra tertiam partem nunquam eodem tempore  
 „ abesse possint) tum Missa Conventualis servatis lau-  
 „ dabilibus consuetudinibus, juribusque Parochiali-  
 „ bus, gaudere futuris temporibus vacationis indul-  
 „ to per tres menses tantum cujuslibet anni, exce-  
 „ ptis omnibus diebus Dominicis, et Quadragesima,  
 „ atque Octavis Nativitatis, et Resurrectionis D.N.J.C.,  
 „ et Corporis Christi, in quibus nullo vacationis be-  
 „ neficio suffragante omnes et singuli Choro adesse  
 „ omnino teneantur; concedimus etiam, ut mensi-  
 „ bus Octobris, Novembris, Decembris, Januarii,  
 „ Februarii, et Martii Matutinum, et Horas simul  
 „ unire possint, dummodo tamen etiam iisdem men-  
 „ sibus ad Populi commodum solitum Campanæ si-  
 „ gnum detur. Dispensamus etiam eosdem Canoni-  
 „ cos ab interventu ad Completorium diebus tantum  
 „ ferialibus Quadragesimæ, excepta Feria Sexta, et Fe-  
 „ stis

„ stis diebus , et dummodo pariter solitum Campanæ  
 „ signum detur . Tandem indulgemus , ut iidem Ca-  
 „ nonici , ( quatenus rationalis causa exigat a Chori  
 „ Presidente approbanda ) Matutinum sero præceden-  
 „ ti celebrare possint , et etiam Officium dicere in  
 „ loco Sacro extra Chorum dictæ Ecclesiæ Collegiæ  
 „ adnexo „ .

Ad tramites hujusce Indulti prorogationem ab hac S. Con-  
 gregatione ad aliud Decennium obtinere Canonici  
 die 21. Septembris 1816. , proposito enim dubio : *An*  
*et quomodo sit locus reductioni in casu etc.* rescriptum  
 prodiit : *Affirmative ad Decennium ad formam indulti*  
*Manciforte , docto .*

Hujusmodi decennii termino jamjam ad exitum prope-  
 rante , eademque perseverante fructuum exiguitate ,  
 quin ulla affulgeret spes , fore ut tandem auferentur ,  
 hunc S. Ordinem denuo adierunt Canonici , indultum  
 illud in ævum prorogari , atque etiam facultatem im-  
 pertiri postulantes *dell' unione del Matutino con le Ore*  
*per tutto l'anno .*

Precibus Ordinario , ut in more est , remissis , ita animi  
 sui sensum pandidit . „ Unum meum erat ita inquire-  
 „ re singula , ut plene constaret nihil efferrî , quod  
 „ indubie prorsus veritati minus innitatur . Id pro-  
 „ pterea diligenter factum , inspectis , quæ hac per-  
 „ tinent , attestationibus , documentisque , quæ qui-  
 „ dem cum inspicimus , mirari subit , quomodo ex-  
 „ tremâ redituum tenuitas cum appellationibus Præ-  
 „ positi , Canoniorum , Capituli , Sacrorumque Fa-  
 „ ventinorum componatur . Quapropter rei totius ap-  
 „ prime conscius Oratorum precibus meas confiden-  
 „ tissime adjungo , et enixe rogo , ut supremæ Aucto-  
 „ ritatis clementia , quod humillime rogant , Orato-  
 „ ribus benignissime indulgeatur .

Itaque proponitur

Dubium

*An, et quomodo sit locus reductioni in casu etc.*

Affirmative ad aliud decennium ad formam præcedentis  
 indulti, docto.



Sess. 22. Cap. 6.  
de Reform.

**F** AVENTINA REDINTEGRATIONIS. Sacerdos Gaspar Bolis an. 1635. hæredem instituit Sodalitatem SS<sup>m</sup>i Sacramenti in Collegiata Ecclesia S. Stephani Terræ Cotiniolæ erectam, eamque piorum quorundam devinxit Legatorum implemento. Quamlibet etiam vetuit falcidie detractorem, integrosque amplæ hæreditatis fructus ita erogari jussit, cioè *trè quarti per gli obblighi lasciatile, e specialmente per l' erezione di un Ospitale di Orfanelle e per mantenimento e dote di quelle; e l' altro quarto a quello che meglio parerà a detta Compagnia, non le piacendo d' impiegarlo in quest' Opera di Orfanelle, come avrebbe sommamente a caro il Testatore . . . e vuole che la detta Compagnia ne abbia mai sempre quella miglior cura che si potrà* = Voluntati pii testatoris religiosissime obsecuta est Sodalitas, atque Orphanotrophii gessit administrationem usque dum Italicum Regimen turbulentissimis antea actis temporibus Confraternitates suppressit, bonis, juribusque expoliavit. Tunc enim temporis Oratrix quoque Sodalitas naufragium fecit, et qua Orphanotrophii, qua hæreditatis Bolis administratio translata est in Congregationem Instituti Charitatis Cotiniolæ existentem. Reddita Ecclesie pace, ac memorata Sodalitate in antiquum statum restituta, Confratres in administrationem Orphanotrophii et hæreditatis Bolis redintegrari postularunt. Verum repulsam passi ab Episcopo, ad hoc Sacrum Tribunal confugerunt.

Cum preces remissæ fuerunt pro informatione et voto, adhuc vitæ fruebatur usura Faventinus Episcopus Bonsignori, qui votum suum aperiens satis innuit, majori puellarum bono conducere, ut Orphanotrophii, et bonorum administratio penes Congregationem Charitatis relinquatur, nec permitendum uspiam *ut bona Gasparis Bolis Sodalitio SS<sup>m</sup>i Sacramenti olim legata; exin vero Cotiniolæ Puellis alendis educandisque solemnitè adsignata, aliter erogentur, quam illos ferat præclara utique et perutilis Institutio.*

Et sane utilitatis aut necessitatis intercedente causa posse supremas Testatorum voluntates commutari liquet *ex Trid. Synod. Sess. 26. c. 6. de Reform.* Utramque in themate occurrere causam suadere nituntur Congre-



Die 28. Aprilis 1827.

87

gregationis Deputati. Utilitatem ex eo aperte colligi affirmant, quod Instituto Charitatis præsint Viri selecti, qui omni sollicitudine ac peritia Orphanotrophium regere, et bona administrare valeant, quique rem Loci pii tam bene gesserunt, ut hæreditas Bolis, quæ anno 1811. sortem non excedebat scutorum 15745., anno 1825. summam conflaret scut. 20625. 20. Necessitatem vero in eo collocant, quod ex redintegratione Sodalitatis in antiqua jura contentiones et jurgia inter Confratres et Congregationem Charitatis facile orientur. Enim vero Institutum Charitatis aliorum quoque plorum Legatorum Administrationem gerit, plura bona jure hæreditario acquisivit, Cænobium Monialium S. Claræ obtinuit, atque illuc transtulit Puellarum Orphanotrophium. Etiam si igitur Sodalitas Sanctissimi Sacramenti in pristina jura administrationis tum Orphanotrophii, tum hæreditatis Bolis restitueretur, nihilominus Congregatio Charitatis adhuc existeret, ac jus suum exerceret vel in ipsum Orphanotrophium, proptereaque et Congregatio Charitatis, et Sodalitium Sanctissimi Sacramenti puellis præsiderent; quod quidem confusionem pareret, bonumque regimen everteret. Nihil itaque innovandum clamant Deputati Congregationis, præsertim quia Sodalitas duobus ab hinc annis obtinuit a Rev. Camera Apostolica *annuos redditus Scutorum 49. super bona stabilia et census*, ut testatur Archipresbyter Cotiniolæ. Quod si hujusmodi redditus non sufficerent ad expensas Cultus, administratores hospitii Puellarum possent, ut autumat Episcopus, obligari ad subsidium Sodalitati præstandum.

Contra animadvertendum est, piis voluntatibus adamsim providendum esse, ut omnia secundum defuncti voluntatem procedant, *Cap. 17. de testam.* Nihil enim est, quod magis debeat hominibus, quam ut supremæ voluntatis liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit arbitrium, *L. 1. cod. de SS. eccl.* At pius testator Bolis administrationem hæreditatis suæ reliquit Sodalitati SS. Sacramenti, ideoque eidem est restituenda. Nullum enim jus ex Italici Regiminis decreto sibi acquisivisse Institutam Charitatis ex eo patet, quod nullum accesserit Apostolicum Beneplacitum,

tum, *Extravag. Ambitiosa de rebus Ecclesie non alienan.* Hinc S. Congregatio in *Faventina Commutationis voluntatis 20. Decembris 1823.* bona cujusdam Nosocomii Instituto Charitatis tributa restitui illi decrevit: eandem edidit sententiam in *Lunen. Sarzanen. 22. Aprilis ad IV. Dub., et in Mathilicen. 18. Novembris Anni 1826.*

Dirimendum itaque proponitur

### Dubium

*An hæreditas Bolis, atque Administratio Orphanotrophii sit restituenda Sodalitati SS. Sacramenti in casu ec.*

Dilata, et exquiratur votum novi Episcopi.

*Sess. 22. Cap. 6.  
de reform.*

**D**ERTHONEN. In Oppido Bronarum Derthonensis Diocesis extat Parochialis Ecclesia, eique inserviunt Archipresbyter ac septem Canonici, qui diebus festis de præcepto ad cantum Tertie, ad applicationem Missæ Conventualis, ad recitationem Sextæ et Nonæ, nec non ad cantum Vesperarum; diebus vero ferialibus ad so- lam Vesperarum recitationem obstringuntur. Quatuor ex Canoniciatibus Sacerdotales vocantur, quorum duo antiquioris fundationis habent onus Missæ qualibet Dominica die; tertius est juris Patronatus Capituli, illiusque Possessor quotidie Sacra facere tenetur, postremus SSmæ Trinitati dicatus tribus in hebdomada gravatur Missis, ac subest juripatronatus Familiæ De Bottigella. Duobus aliis Canoniciatibus pondus inhæret solemnioribus diebus Archipresbytero Sacra facienti ministrandi in munere Diaconi et Subdiaconi. Septimus tandem sub titulo S. Bartholomæi

est

est erectus, eique imminet celebratio trium Missarum in singulas hebdomadas. Præbenda sub titulo SSmæ Trinitatis novissimis publicæ rei perturbationibus nullum passa est detrimentum, ejusque reditus sufficiunt pro onerum adimplemento. Cæteræ vero sex Præbendæ antiquitus tot bonis stabilibus fruebantur, ut earundem cujusque annuus reditus attingeret libellas bismille monetæ novæ Pedemontis: At in præsentiarum adeo imminutus est Canoniorum census, ut bona, quæ ex naufragio incolumia evaserunt, annum afferant fructum libellarum 1800., ideoque singuli Canonici titulo Præbendæ nunc lucrantur libellas dumtaxat tercentas. His tamen addenda est Massa communis, quæ quotannis constituit libellas sexcentas. Hinc Archipresbyter et duo ex Canonicis, qui soli adhuc vita fruuntur, Missarum reductionem, et præsentium bonorum novam partitionem fieri efflagitant, ut quilibet ex sex Canonicis æqualia subeat onera, ac parem percipiat fructuum quantitatem. Item ad majorem Ecclesiæ decorem et fidelium utilitatem postulant, ut Chori servitium convertatur in recitationem horarum, et celebrationem Missæ Conventualis sola præsentia diebus ferialibus, et in recitationem primæ, in cantum tertie, et Missæ Conventualis cum applicatione, in recitationem sextæ et nonæ, et cantum vesperarum diebus festis.

Episcopus, quem de more rogavi, hæc omnia plene confirmans inquit, in voto sum 1. ut petita unio bonorum sex Præbendarum, et eorundem divisio in sex partes æquales tanquam mediani commodius et fere unicum pro formatione cujusque Præbendæ indulgeri possit 2. ut petita commutatio qualitatis Officiaturæ Choralis præferens majorem cultum, et ædificationem populi concedi queat. 3. ut cum aliquæ ex præfatis sex præbendis adæxum habeant onus aliquarum Missarum, et ex alia parte notabile passæ sint detrimentum, seu imminutionem bonorum, concedi potest in futurum, nisi totalis condonatio, saltem maxima ex parte reductio prædictarum Missarum, eas convertendo in celebrationem alicujus Anniversarii cum Missa can-

„ tata, et aliarum Missarum lectarum, conerando  
 „ super hoc Capitulum ipsum.

Unio, quam Bronarum Canonici expostulant, sacris videtur adversari Canonibus, qui pias institutiones fideliter custodiri præcipiunt, *can. ultima voluntas quest. 13. Concil. Trid. Sess. 22. cap. 6. de reform.*, hinc nisi justa præsto sit causa, fundatorum leges numquam immutari solent, *S. Congreg. in Perusina 12. Maji 1768. et in Tolentinat. Commutationis voluntatis 27. Maji superioris anni*, cum iis quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non sit detrahendum, *Trid. Syn. Sess. 25. cap. 5. de reform.* Verutamen in præsentī casu novam Præbendarum partitionem exigit utilitas, ac necessitas; ratio enim, inquit Episcopus, „ ob quam pètitur unio „ bonorum nullum aliud objectum respicit, præter „ illud efformandi ex ipsis bonis dotem cujusque „ Præbendæ, quæ sit ejusdem quantitatis bonorum „ et redditus æqualis; quum enim ex præfatis Præben- „ dis aliæ per medietatem, aliæ fere per totum bona amiserint, ita ut valde difficile esset invenire Sacerdotes, qui solo titulo Canonici contenti „ Præbendas fere nullius redditus acceptare vellent, „ petita unio, et successiva proportionata distributio „ videtur necessaria.

Similiter probanda est proposita Choralis servitii methodus, cum per eam non derogetur foundationis legibus, sed tantummodo servitium Chorale aliquantum immutetur, et augeatur. Id autem plurimum conferret ad decorem Domus Dei, et ad pietatem Fidelium, siquidem „ Oppidum Bronarum constat „ quatuor mille et amplius animabus; situm est in „ planitie admodum fructifera; ad illud, et ad ejus „ Ecclesiam perbelle constructam, sacrisque supellectilibus optime provisam, floridum ac frequentem concursum habent habitatores vicinarum regionum, quæ illud circumdant; valde eminentis est „ pietas Bronensium, quorum vota sunt pro restauratione Capituli Collegialis perantiqui.

Hujusmodi Choralis servitii incrementum, et gravis reddituum imminutio reductioni Missarum, quæ aliquibus ex sex Præbendis Canonicalibus incumbunt, „  
 „viam

Die 28. Aprilis 1827

91

viam sternunt. Profecto redituum imminutionem, quæ sine ulla possessorum culpa obtigit, justam præbere causam reductionis Missarum passim tradit S. Cogregatio, ac præsertim in *Romana reductionis 2. Maji 1818.*, et in *Nullius S. Martini 24. Augusti 1822.* At proventuum imminutio haud tanti in præsentis casu facienda videtur, ut petitæ reductioni sit locus. Nam quoties superextantes reditus pares sunt ferendis oneribus, denegari solet Missarum reductio, uti suadent Oracula hujus Sacri Ordinis in *Brugnatens. 25. Januarii 1791.*, et in *Romana Reductionis 8. Augusti 1818.*

Nec ad augendum servitium Chorale imminuenda sunt Sacra, quandoquidem aliis piis operibus præferantur oportet Sacrificia ad regulam de qua *Fagn. in cap. Ex parte n. 34. de constit. Bened. XIV. de Syn. Diocæs. lib. 13. cap. ult. n. 23.*

Erit itaque EE. VV. decernere

- I. *An et quomodo sit locus unioni, et partitioni bonorum in casu etc.*
- II. *An et quomodo sit immutandum servitium Chorale in casu etc.*
- III. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

Non proposita cum sequenti,

M

SE

Sess. 25. Cap. 5  
de Reform.

**SENOGALLIEN. REDUCTIONIS ONERUN.** Capitulo, Seniori Ecclesie Cathedralis Senogallie plura incumbunt onera Missarum celebrandarum ex vetustis legatis proficiscentia, adeo, ut quilibet ex octo Canonicis ducenta Sacra quolibet anno litare teneatur. Omnium fere hujusmodi legatorum implemento gravatur Mensa Capitularis. Quæ vero certum designatumque habent fundum, quatuor enumerantur, scilicet 1. legatum Joannis Mariæ Baldinacci, cujus annui fructus summam efficiunt scutorum circiter viginti, eique onus Missarum 112. est adnexum. 2. Legatum Petri Zanibelli, cui onus adheret Sacrorum 103., reditus vero ad annua scuta 15. pertinent. 3. Legatum Philippi et Constantiæ Turri cum onere Missarum 346., annisque fructibus scut. 20. circiter. 4. Legatum Felicis Chiaucci, cujus fructus æquant scut. 6., onus autem Missas 50. Non levia sunt hæc Capituli onera, quibus non respondet per exiguum annuum emolumentum scut. 44. 49. 4., quod singuli Canonici, quotidianis distributionibus carentes, ac tribus per diem vicibus Choro interesse obstricti, a propria præbenda percipiunt, ut ex transmissio statu activo et passivo liquet. Pluries Canonici vel ad Capituli nomina dimittenda, vel ad levandam Præbendarum inopiam ob aeris infortunia, impetrarunt a Sede Apostolica Missarum reductionem. Cumque hujusmodi reductio, quæ ad medietatem tributa fuerat, jam defecerit, nec ulla suppetat ratio augendi Canonicales Præbendas, et Missarum elemosyna, quæ olim erat obolorum decem, in præsens evecta sit ad obolos quindecim; idcirco eandem prorogari postulant reductionem in perpetuum, aut saltem per vicennium duraturam.

Rogatus de more Emus Episcopus sic respondit: *Perpensa Canonorum Præbendæ tenuitate, missarumque manualium juxta Synodalem taxam elemosina ad obolos quindecim pro unaquaque Missa determinata inspectis fundis legatis, quorum fructus liberi in hodiernis circumstantiis ejusdem taxæ ægre medietatem adæquant, habita denique ratione ad deficientiam distributionum quotidianarum, aliorumque proventuum, judicium votumque meum emittere non dubito pro be-*

nigna concessione prædicte omnium onerum missarum reductionis ad dimidiam partem saltem per decem annorum cursum duratura: non est enim futurum sperabile, ut intra hujusmodi temporis spatium mensa Capitularis melioris evadere possit conditionis.

Et re quidem vera diminutis redditibus bonorum, quæ pro implemento piorum Legatorum fuerunt relicta, onera quoque esse imminuenda pluries hæc S. Congregatio decrevit, ut in *Spoletana* 2. Augusti 1823. §. Bona, et in *Tudertina* 27. Januarii præsentis anni. Fructus autem in themate non Canonicorum culpa, sed ob magnam annonæ vilitatem, et publicorum vectigalium augmentum valde sunt imminuti. Præterea reductioni Missarum tum etiam esse locum, cum reditus imminuti quidem non sunt, at major elemosyna Missarum requiritur, docet S. Congregatio in *Bracaren.* 1717. et in *Mediolanen. reductionis Missarum* 9. Aprilis 1718. In Diœcesi autem Senogalliensi elemosyna Missarum, quæ tempora fundationis Legatorum decem obolos non excedebat, nunc ad obolos quindecim aucta est, ita ut hac elemosyna a singulis Præbendis subducta pro Missis ducentis a quolibet Canonicorum celebrandis, quatuordecim circiter scuta supersint ad illorum tuitionem, qui ter Choro per diem debent inservire.

Jam vero in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus, ubi adeo tenues sunt Præbendæ, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate non sufficiant, vel ad pauciores numerum Præbendas reducere oportet, ita tamen ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, et dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere, *Concil. Trid. Sess. 24. cap. 15. de reform.*, vel onerum reductionem concedere, quemadmodum suadent exempla in *Taurinen. Absolutionis et Reductionis*. 1. Martii 1817. §. Petite, et in *Tranen. reductionis* 24. Julii 1824. §. Præbenda; nam Canonicales Præbendæ non ad sola Missarum onera instituuntur, sed etiam ad congruam vitæ tuitionem Canonicis, qui Choro inserviunt suppeditandam, *Scarfant. ad Ceccop. Lucub. can. lib. 3. tit. 11. num. 31.*, S. Congreg. in *Nulius S. Martini Suspensionis et nominationis* 27. Julii 1822. §. Nec.

Animadvertendum vero, Missarum onera, utpote divinum cultum respicientia, servanda diligenter esse. Præterea etiam legitima concurrente reductionis causa, si celebrationi Missarum alia jungantur onera, hæc potius reducenda sunt, quam Missæ, ex quibus defunctorum animæ majus suffragium consequuntur, *Fagnan. in cap. ex parte, S. Congreg. in Romana Reductionis 8. Augusti 1818.*

Et quantvis ad levandam Canonicalium Præbendarum tenuitatem Missas, quæ Capitulari Mensæ imminet, nullumque habent designatum fundum, reducere oporteret; nunquam tamen foret locus reductioni Missarum, quæ ex Legato Baldinacci proveniunt. Hic enim Sacer Ordo semper denegare consuevit reductionem, quando redditus pares inveniuntur oneribus, *in Ostunen. Reductionis Missarum 4. Decembris 1784. et in Æsina Reductionis 20. Marti 1824. ad II. Dubium, multoque magis quando lucrum aliquod, impletis oneribus, superesset, in Ecclesien. 16. Augusti 1794. ad I. Dubium, et in Januen. Com. Volunt. 19. Novemb. 1825. §. Animadvertendum.* At Legatum Baldinacci certa præditum est dote, cujus redditus summam constituunt scut. 20., ac proinde impletis Missis 112. ad rationem obolorum quindecim, scut. 3. 20. supersunt. Similiter legata Zanibelli, Turri, et Chiaucci, quæ peculiari potiuntur fundo, non videntur cum aliis Legatis, quorum latet dos et fundatio, confundenda, sed potius ob imminutionem reddituum, et eleemosynæ augmentum ita reducenda, ut tot offerantur Sacra, quot ex superextantibus cujusque Legati fructibus litari queunt ad rationem eleemosynæ manualis ceu tradit Benedictus XIV. *de Synod. Diæces. Lib. 13. cap. ult. num. 35.* Hinc proponuntur

### Dubia

- I. *An et quomodo concedenda sit reductio Missarum quoad Legata Baldinacci, Zanibelli, Turri, et Chiaucci in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sint reducenda cetera legata in casu etc.*



*Die Sabbati 16. Junii 1827. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

## **D**ERTHONEN.

*Sess. 25. Cap. 6.  
de Reform.*

### Dubia

- I. *An, et quomodo sit locus unioni, et partitioni bonorum in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit immutandum servitium Chorale in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad III. Negative diviso æqualiter onere Missarum inter sex Canonicos.

## **S**ENOGALLIEN. REDUCTIONIS ONERUM.

*Sess. 25. Cap. 5.  
de Reform.*

### Dubia

- I. *An, et quomodo concedenda sit reductio Missarum quoad Legatâ Baldinacci, Zanibelli, Turchi, et Chiaucci in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sint reducenda cætera legata in casu etc.*

Ad I. Quoad Legatum Baldinacci, negative; quoad reliqua, affirmative ad taxam eleemosynæ manualis.

Ad II. Affirmative pro reductione ad medietatem ad decennium, computatis in hac medietate Missis, de quibus in præcedenti.

Sess. 22. Cap. 8.  
de Reform.

**C**AMERINEN. JURISPATRONATUS. Ultimo, quo decessit, elogio Nobilis Mulier Nicolaa Mancini omnium bonorum hæredem = *proprietario ed assoluto con pieno jus e ragione* = instituit Rodulphum Voglia Patritium Camertem. Delatam vero hæreditatem repudiantibus Rodulpho = *o suoi Eredi* = illam devolvi jussit ad Rectorem Camertis Congregationis S. Caroli; quo etiam abnuentè, hæreditaria bona tradi voluit piæ Domui Lauretanæ. Rodulphum, ac Substitutos hæredes onere devinxit binas instituendi perpetuas Capellanas mere laicales, certaque eisdem bona in dotem assignavit. Capellanos autem nominari edixit = *dal sopradetto suo Erede (Rodulpho), e suoi Discendenti maschj, ed in mancanza dei maschj sue discendenti femmine* =: Stãtuit quoque, ut patroni Capellanos nominaturi cæteris præferrent Clericum = *attinente di Casa Voglia* =, eoque deficiente, Clericum titulo Sacræ Ordinationis carentem.

Hæreditatem crevit Rodulphus, cui ab intestato hæredes extiterunt duo Filii Jacobus, et Salustius, quorum postremus divino servitio mancipatus alterius ex Capellaniis possessor evasit. Ex Jacobo ortum duxerunt Catharina, Paula, Angela, et Hercules, qui relicto filio, cui nomen Rodulphus, parenti suo dudum præmortuus est. Cumque Jacob moriens anno 1813. universales sibi scripserit hæredes memoratas filias, ac Nepoti Rodulpho legitimam dumtaxat tribuerit portionem, verens Rodulphus, ne Amitæ jus nominandi Capellanos sibi assererent, coram hoc Sacro Ordine dubium proponi postulavit = *An defuncto Salustio Voglia juspatronatus competat Rodulpho Voglia, vel potius Catharinæ, Paulæ, et Angelæ Voglia in casu etc.*, responsumque prodiit die 27. Julii 1822. = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam* =. Ex hac vita nuper migravit Salustius, ejusque hæreditas ex testamento delata est Catharinæ Voglia. Hinc jura sua ex adeptis bonis validiora facta existimans, certamen super jure nominandi Capellanos, nomine etiam Sororum, hodierna die instaurandum curavit.

Ut Rodulphum juniorem ab jure patronatus Capellaniarum Mancini repellat, tria Catharinæ ejusque Sororum

Die 16. Junii 1827.

97

rum Defensor profert argumenta. In primis enim ait, ex testamentaria Nicolæ dispositione nullam emergere in jurepatronatus successionem, seu fideicommissariam substitutionem. Et sane Testatrix Rodulphum seniore[m] instituit hæredem = *proprietario ed assoluto con pieno jus, e ragione* =, eumque haud rogavit, ut alteri hæreditatem restitueret, nec illi quempiam substituit post ejus mortem successurum, sed solummodo illi hæreditatem repudianti certas designavit personas, quæ hæreditatem adirent. Itaque non fideicommissariam, sed vulgarem præferunt substitutionem supremæ Testatricis tabulæ, quæ substitutio penitus evanuit, simul ac Rodolphus hæres institutus erevit hæreditatem; nemo siquidem in jurisprudentia tam hospes, tam peregrinus est, ut nesciat, substitutionem vulgarem id proprii habere, ut expiret per primi instituti aditionem, *L. Post aditam cod. de impub. et aliis subst., Rota coram Olivatio decis. 593. num. 15., et in Romana hæreditatis 14. Junii 1748. §. 5. cor. Migazzi.*

Neque ex eo quod Testatrix jus nominandi Capellanos tribuerit etiam hæredis instituti descendantibus masculis, iisque defectis descendantibus fœminis, ideo arguendum, voluisse Testatricem fideicommissariam substitutionem innere, in qua masculi prius, ac postea fœminæ succederent. Vocatio enim descendantium masculorum, et inde fœminarum, nisi præsto sint gravissimæ conjecturæ, quæ inductum fideicommissum suadeant, simplicem secumfert ordinem succedendi, ut nempe descendentes masculi vocati intelligantur, quoties hæres institutus vel nollet, vel non posset hæreditatem adire, et similiter descendentes fœminæ vocatæ censeantur, quatenus masculi non extarent ex theoricæ Cumani in *L. Cum ita ff. de Leg. 2.*, de qua late *Bonfin. de jure fideicom. tit. 1. disp. 46. n. 2. et 7., Card. de Luca de fideicom. disc. 94. num. 8. et firmat Rot. dec. 242. num. 1. cor. Molinez, et in Romana Fideicommissi 17. Junii 1748. §. 9. cor. Migazzi.* In elogio autem Nicolæ nullæ occurrunt urgentissimæ conjecturæ, quæ fideicommissariam substitutionem redoleant, imo vulgarem tantummodo evincunt, quoniam Rodolphus ita hæres fuit institutus, ut adita hære-

hæreditate proprietarius et absolutus honorum fieret dominus, nulloque onere bona alicui restituendi foret obstrictus. Ex his colligit idem Defensor, quamlibet substitutionem, ac jus descendendum evanuisse, statim ac Rodolphus senior hæreditatem adiit, ac proinde nullius esse ponderis qualitatem descendens masculi, quam exhibet Rodolphus junior.

Dein subdit, juspatronatus Capellaniarum a pia Muliere institutum neque agnaticum, neque familiare, sed mere hæreditarium esse renuntiandum. Etenim ad constituendum juspatronatus stricte gentilitium, necessarium arbitratur, ut ad illud peculiaris domus, ac familiæ descendentes vocentur, ideoque exclusæ maneat fœminæ, vel sint solum in subsidium admisæ. In themate juspatronatus non certæ domui, aut familiæ, sed primo hæredi instituto, ejusque descendentibus conceditur, ac propterea hæreditarium est judicandum. At Rodolphus junior neque Salustio, neque Jacobo hæres extitit; ille enim universam suam hæreditatem Nepti Catharinæ reliquit, hic vero universales hæredes nuncupavit filias suas. Quia fulcrum sibi comparare valeat Rodolphus ex legitima portione sibi ab avo tributa: cum enim legitima potius ad quotam honorum accedat, quam hæreditatis, hinc efficitur, ut juspatronatus hæreditarium nulla ex parte in legitimarium transferatur, sed integre universali hæredi obtingat, *Rot. coram Riminald. decis. 345. §. 2.*

Tandem etiamsi tabulæ Testatricis fideicommissariam saperent substitutionem, nihilominus Rodolphus a jure patronatus Capellaniarum foret repellendus ex sanctione Art. 130. Motus proprii anni 1816., qui fideicommissorum abolitionem confirmavit. Frustra autem, pergit Defensor, objiceretur art. 142., quo a lege abolitionis exemptæ fuerunt *le reserve de juspatronati attivi e passivi*; cum enim in hac specie agatur de hæreditate, cui jus patronatus tamquam accessorium adhæret, sicuti fideicommissaria substitutio, ita et juspatronatus in abrogationis legem incidere debuit.

Verum ut se habeat controversia de vulgari, aut fideicommissaria hæredis substitutione, quam vulgarem fuisse ipse fatetur Rodolphi junioris Defensor, illud

illud certum, exploratumque autumat idem Rodulphus, quod pia Testatrix juspatronatus gentilitium instituerit favore Masculorum ex Rodulpho seniori descendenti, et deficientibus masculis favore descendentiæ feminarum. Enim vero dum Testatrix de hæredis egit institutione, hæredem omnium bonorum vocavit Rodulphum; *rifutando poi il sudetto Sig. Ridolfo, o suoi Eredi della Eredità*, eam deferri edixit ad Rectorem Congregationis S. Caroli, quo etiam repudiante, substituit piam Domnam Lauretanam. At vero ubi de jure patronatus constituendo sermonem habuit, non alios spectavit, quam Rodulphum primum hæredem institutum, ejusque descendentes primò masculos, subinde feminas, sive Rodulphus hereditatem adiret, sive respuerèt. Ita profecto suadent Testamentariæ tabulæ, quæ nulla facta hæredum substitutorum mentione, Capellanos nominandos sanxerunt *dal sopradetto suo Erede (scilicet Rodulpho) e suoi discendenti maschi, ed in mancanza de' maschi sue discendenti femmine*, et paulo post, *il jus di nominare altro Capellano spetti al sudetto suo Erede Sig. Ridolfo Voglia, e suoi discendenti come sopra*.

Cum itaque ex foundationis tabulis pateat, Testatricem non illis tribuisse juspatronatus Capellaniarum, qui hæreditaria qualitate potirentur, sed illis, qui a Rodulpho seniore originem traherent, masculis supra feminis impertita prælatione, jam inde sequitur, juspatronatus a Nicolaa Mancini institutum habendum esse tamquam mere gentilitium, quemadmodum pluribus adductis Doctoribus, ac S. Rotæ Decisionibus docet *Piton. de controvers. patronor. alleg. 37. num. 11. et seqq.*, proindeque ad Rodulphum juniorem, unicum masculum superstitem ex designato stipite descendente, pertinere jus nominandi Capellanos, ejusque Amitis esse anteferendum quoad vitam vixerit. Si enim relicto jurepatronatus absolute et simpliciter a Fundatore pro ejus Consanguineis, aut descendentes, indistincte in eo succedunt tam descendentes ex masculis, quam descendentes ex feminis ad *tradita per Fagnan. in cap. Perlatum num. 13. de jurepatr., Fagn. de jurepatr. part. 2. can. 1. et 2. cas. 14. n. 7.*, profecto descendentes masculi anteferendi sunt de-

descendentibus fœminis, quando Testator id expressè sanciverit; Nemini namque ignotum quod cum fundator juspatronatus reservaverit pro certo genere personarum, exequenda est ejus voluntas, nec licet ab foundationis lege discedere, *L. 1. Cod. de Sacros. Eccl.*, *Rot. in recent. decis. 136. num. 8. part. 13.*, et *cor. Molin. decis. 899. n. 16.*

Præterea etiam si juspatronatus reservatum hæredi, ejusque descendantibus foret mixtum renuntiandum, adeo ut necessaria esset qualitas sanguinis, et hæredis; nihilominus Rodolpho juspatronatus adscribere oportet, quippe qui utraque pollet qualitate, atque insuper ipse unus in præsens extat masculus descendens. Nec enim dubitandum, hæreditaria qualitate præditum esse Rodolphum; siquidem ab avo paterno legitimam adeptus est, quam veluti quotam hæreditatis habendam tradit *Rot. cor. Molin. decis. 647. n. 6. et 7.* Huc accedit, quod in jurepatronatus mixto haud requiritur qualitas hæreditaria actualis, sed sufficit habitualis, scilicet quod succedere cupiens in jure patronatus potuerit ab intestato succedere tam primo acquirenti, quam ultimo agnato, si ipsi alios non instituisent hæredes, quodque per eum non steterit, quominus hæreditatem adierit, *Card. de Luca de jurepat. disc. 60. n. 30.*, *Piton. de contro. patron. alleg. 100. n. 272.*, *Rot. in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1797. §. Qualitas cor. kaunitz*, et in *Sulmonen. Jurispatronatus 4. Maji 1716. §. Quandoquidem cor. Althan.*

Neque Sororibus Voglia, concludit Rodulphi Defensor, suffragatur Motus proprius anni 1816, ad quem ipsæ confugiunt. In themate enim non agitur de fideicommisso, verum de jurepatronatus Capellaniarum, quod incolome, ac illæsam futurum edixit articulus 142. ejusdem Motus proprii verbis illis: *le riserve de' giuspatronati attivi e passivi non si comprendono nelle precedenti disposizioni riguardanti le sostituzioni, e i fidecommissi.*

Et itaque EE. VV. decernere

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

*In decisis et amplius*

**R**OMANA LEGATI PII SUPER EXPENSIS. = *Se. Sess. 25. cap. 10. de Reform.*  
 Inel atque iterum coram hoc Sacro Ordine pagnatum est superiori anno inter Moniales S. Philippi ad Exquilias et Congregationem de Propaganda Fide super præstatione Legati in summa *scut. 420. 34.* Cumque Moniales in utroque certamine victrices discessissent, Tribunal A. C. adierunt pro impetranda executione reijudicatæ, et condemnatione memoratæ Congregationis in expensas tam judiciales, quam extrajudiciales. Debitum hinc dissolvit Congregatio =. *salve le ragioni hinc inde sulla liquidazione delle funzioni, e spese occorse =, et urgentibus Monialibus solutionem expensarum litis, die 5. Septembris 1826. ex rescripto R. P. D. Auditoris SSm̃i ad hunc Sacrum Consensum ablegata fuit causa super liquidatione functionum et expensarum prout de jure.*

Partem victam victrici in expensas litis esse condemnandam statuunt jura in *L. Eum quem temere ff. de judic. L. final. cod. de ordin. cognit.*, et firmat *Rot. cor. Emerix decis. 95. §. 1. et cor. Falconer. de alimentis decis. 10. §. 1.*, imo ubi agitur de sumptibus factis ad tuendam alimentorum causam, expensæ omnes tam judiciales, quam extrajudiciales reficiuntur ad tradita per *Rot. in Romana alimentorum super expensis 10. Februarii 1792. §. 2. cor. de Bayane, ac in Romana alimentorum et expensarum 3. Martii 1797. §. 17. cor. Molin.*

Judicium vero coram hoc S. Ordine præterito anno a Monasterio S. Philippi contra Congregationem de Propaganda Fide institutum inter privilegiatas alimentorum causas accensendum contendit Monialium Defensor. Et enim cl. m. Cardinalis Barberinius hæredi imposuit onus quotannis pendendi *scut. 500. alle poverelle di S. Filippo.* Annua autem Legata miserabilibus personis relicta alimentorum locum tenent, pii-que relicti naturam sortiuntur et privilegia, *Rot. cor. Riminaldo decis. 684. §. 3. et decis. 697. §. 2.*

Nec sumptuum refectio in privilegiatis alimentorum judiciis adversatur hujus S. Congregationis consuetudo, et institutum. Non desunt enim exempla, quæ  
 ostendunt

ostendunt ab hoc Sacro Ordine demandatam fuisse refectionem expensarum, vel ubi actum fuerat de causis matrimonialibus, uti in *Civitate Castellanae Matrimonii clandestini, et attentatorum* 3. Decembris 1757., in *Maceraten. seu Asculana* 28. Augusti 1773., et in *Lauretana Matrimonii super expensis* 14. Augusti 1824., vel de causa spolii, ceu in *Derthonen. Spolii manutentionis, et redintegrationis* 24. Martii 1821., vel in causis negotiorum gestorum causæ piæ, in *Feretrana Applicationis super expensis* 24. Januarii 1801.

At Congregationis de Propaganda Fide Defensor a jure communi absonum putat, ut pars victa in expensas damnetur, si neque temere, neque sine justa causa, quod in themate abest quam longissime, ab impetitis se se censuerit defedere, *Donnell de jure Civili lib. 36. cap. 3. §. 6. tom. 7.*, et *Card. De Luca de judic. disc. 39. n. 10.* Insuper Legatum Monialibus relictum inter privilegiatas alimentorum causas referri posse inficiatur. In supremis enim tabulis Cardinalis Barberinus legatum Monialibus reliquit scut. 300., eaque conferri prohibuit *in altro uso, che per comprare lino e lana da tressersi dalle medesime povere.* At vero dum idem Cardinalis annum scripsit Legatum a favore delle Donne penitenti della Lungara, illud in alimentorum causam relinquere expresse significavit, legemque dixit, *ne erogaretur in altro uso che per vitto delle medesime.* Vi igitur discretivæ, ut ajunt, locutionis aperte colligitur, legatum Monialibus S. Philippi relictum non esse inter causas severioris judicii adscribendum, nec propterea esse locum refectioni expensarum, *Rot. in Romana Damnorum et expensarum* 3. Julii 1801. §. 2. cor. *Eño Serlupi*, et in *Romana seu Firmana Nullitatis obligationis quoad expensas* 1. Martii 1822. §. 2. cor. *R. P. D. Tiberj.*

Deinde omnem, ait, in præsentî casu dubitationem tollit vetusta hujus S. Congregationis consuetudo, quæ denegare solet refectionem expensarum, quæ expletæ fuerint occasione litis in hac S. Congregatione, licet victos victoribus condemnari consuecat in expensas factas pro suis juribus tuendis coram Episcopali Curia, antequam controversiæ ad hoc Sacrum Tribunal deferrentur. Hujus rei testimonium perhibent folia



Die 16. Junii 1827.

105

in Derthonen. Jurium Parochialium 8. Junii 1726. §. Quartum, in Spoletana 23. Aprilis 1763. §. Post et nuperrime in Pinnen. 26. Augusti 1826. §. Ceterum, ac luculenter evincunt resolutiones in cit. Derthonen. 6. Julii ad IV. Dub., cit. Pinnen. ad XIV. Dub., in Leodien Residentiæ 12. Junii, et in Adjacen Distributionum 21. Augusti 1762.

Reliqua fusius haurient Eñi Patres ex Allegationibus utrinque distribuendis, ut decernere possint

*An et in qua summa sint liquidandæ functiones et expensæ in casu etc.*

Negative

**TERRACINEN. ET PRIVERNEN. EMOLUMENTO-**  
**RUM.** In Comitibus diei 23. Decembris superioris anni propositum fuit Dubium: *An Sacerdos Paschalis admittendus sit ad participationem emolumenti in casu etc.*, responsumque prodiit: *Affirmative.* Huic rescripto haud sibi quiescendum arbitrantur Canonici Cathedralis Ecclesiæ Privernensis, novæ audientiae beneficium impetrarunt. Iterum iterumque eis indixi certaminis diem, ut jura sua proferrent, sed nihil mihi hactenus exhibuerunt. Quamobrem instante Canonico Paschali Reali oraculum EE. VV. exquiritur

Sess. 24. cap.  
12. de reform.

*An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.*

In decisis

Sess. 25. cap. 13.  
de reform.

**ARIMINEN. FUNERUM.** Episcopus Massa in Ariminenſi Diœceſana Synodo anno 1742. coacta cap. 25. §. 3. ſanxit: *Cadavera quœcumque, ſi lubebit hæredibus, priuſquam tumultentur, non alio deponi liceat per quodvis temporis ſpatium, quam in Eccleſia Parœciæ, ſiquidem in ea ſola jure decet, ( excepta Cathedrali ) cantari Miſſam ſuper Cadaver. Quod ſi aliquando facultas aliter faciendi conceſſa per Nos, aut per ipſos etiam Parochoſ fuerit, caveatur non ſolum in eo caſu ne quid cerarum omnino detrimentum patiatur Eccleſia Parochialis, ſed videatur etiam in reliquis, ne tam Parochuſ, quam et ejus Sacriſta ul- lum vel minimum damnum ſentiant.* Plures inde exortæ ſunt quæſtiones, ad quas præcidenda ſancta anno 1776. interceſſit tranſactio inter Sæculares, Regulareſque Animarum Curatores, in eaque ſtatutum = Che tutti gli emolumenti di Cere che ſervono tanto per l'accompagnamento del Cadavere, quanto per il deposito del medesimo, o queſto ſi faccia nella Chieſa Parrocchiale, o nella Chieſa tumulante, ed anche di quelle della Meſſa Cantata e degli altri Altari debbano dividersi in egual porzione fra le predette Chieſe = At nuperrime aliæ exarſerunt controverſiæ ſuper emolumentorum perceptio- ne, et Cadaverum expositione inter Parochoſ, ac Regulareſ. Lata enim anno 1817. Edictali Lege a S. Congregatione Conſultationiſ, ut omnia Fidelium Cadavera in publico Coemeterio humarentur, arbitrati ſunt Parochi memoratam tranſactionem jam penitus evanuiſſe, ſynus recto tramite ad Eccleſiam Parochialem eſſe ducendum, ibique explenda parentalia, et omnia funeris emolumenta ad Parochum pertinere ſive defunctuſ alibi ſibi elegerit ſepulturam, ſive ſepulchrum habeat gentilitium. Quocirca eam die 18. Octobriſ anni 1824. Aloiuſ Ferrari, qui venia Episcopi ſepulturam ſibi elegerat in Eccleſia S. Bernardini, Patribuſ Minoribuſ Obſervantibuſ concedita, ex hac vita migrasset, ejusque Cadaver exequiſ in Parochiali Eccleſia S. Agnetiſ priuſ peractiſ in electo ſepulchro conditum fuiſſet, noluit Parochuſ tradere Eccleſiæ S. Bernardini mediam emolumentorum partem, quam tamen poſtulantibuſ Pa- tri

tribus Minoritis penes eadem sacram deponi mandavit Episcopus, usque dum ab hoc S. Ordine quæstio dirimeretur. Interea supremam obiit diem Seraphinus Ferraresi, qui similiter in Ecclesia S. Bernardini, ubi majorum suorum excisum erat Sepulchrum, humo corpus suum mandari coram testibus significaverat, sed Episcopus ad novas vitandas lites præcepit, ut in propria Paroecia S. Joannis Evangelistæ tumulo conderetur. Hæc gravate ferentes PP. Minoritæ enixe flagitant, ut EE. VV. controversias omnes tam de emolumentorum perceptione, tum de funere ducendo dirimere dignentur.

Rogatus, prout in more positum est, Episcopus hanc rerum seriem confirmavit, pluresque alias quæstiones circa emolumentorum perceptionem in dies exurgere asseruit, sed a prudentia animi sui sententia sese duxit abstinendum.

Parochi ab Episcopo auditi enuncta funerum emolumenta sibi esse tribuenda contendunt. Etenim ex veteri disciplina Parochiales tantummodo Ecclesiæ jure pollebant sepeliendi fidelium cadavera, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 28. n. 39., Herion. post. Rot. cor. Olivatio resp. 5. n. 1., S. Congr. in Ariminen. Juris tumulandi 18. Decembris 1824. §. Parochis*, ac propterea omnia tunc funerum emolumenta, atque etiam cadaverum expositiones ad animarum Curatores pertinebant, ut essent socii consolationum, qui fuerunt passionum, *cap. 1. de Sepult.* Quod si postea ex consuetudine, aut privilegio factum est, ut aliæ quoque Ecclesiæ hoc jure fruerentur, et cuiuslibet fore in eisdem sepulturam eligere; attamen statutum fuit quod si Regulares, vel Clerici alienam Parochianam illegitime in propria Ecclesia sepelire præsumerent, ad restitutionem tam Cadaveris, quam etiam omnium emolumentorum, quæ occasione sepulturæ illius pervenirent quomodolibet ad eosdem, omnino tenerentur, *textu espresso in cap. 1. de sepult. in 6. et respondit hæc. S. Congreg. in Ariminen. Juris tumulandi et funeris 29. Januarii 1825. ad III. Dub.* Quia imo si cadavera tumulantur in Ecclesia non Parochiali, nullumque sepeliendi jus habente omnia funerum emolumenta ad Parochum defuncti pertinere docent *Pirhing. Jus canon. libr. 3. tit.*

28. num. 32. *Pignatell. tom. 6. consulti. 88. num. 8: S. Congreg. in Ravennaten. Funerum 17. Martii 1781. §. Quod*, etiamsi corpus in eadem Ecclesia tumulo condatur ex venia Episcopi, *S. Congreg. Episcop. et Regular. in Fabrianen. 14. Decembris 1753.*, et hic Sacer Ordo in Romana Emolumentorum Funeralium 28. Julii 1731., et in Senogailien Juris sepeliendi 24. Januarii 1739. ad III. Dub.

Jam vero Ecclesia S. Bernardini quamvis jure sepeliendi olim gauderet, nihilominus ex Edictali Lege anni 1817. hoc jure destituta remansit. Et sane eadem Lex cuncta cadavera deponi statuit in cœmeteriis = fuori dell' abitato, onde resti espressamente vietato a chicchessia ancorchè privilegiato, o avente Sepolcri gentilizi di far seppellire i Cadaveri nelle Chiese e Parrocchie = et solum jura parochorum circa funera et emolumenta sarta reliquit, dum ait = Restino salvi gli emolumenti Parochiali che sono o di stabilimento o di legittima consuetudine, sulli quali colle enunciate providenze non intende che sia fatta alcuna innovazione = Hæc itaque Lex sustulit jus tumulandi, sustulit jus percipiendi emolumenta, quo Ecclesiæ simplices potiebantur occasione funeris in illis peracti pro humanis cadaveribus sive in sepulchro gentilizio, sive in electa sepultura, sustulit peculiarem transactionem anni 1776., ac propterea omnia jura funeralia ad Ecclesias Parochiales devoluta sunt.

Nimium autem, inquiunt Parochi, tribueretur Litteris eodem exemplo ad Episcopos scriptis die 15. Maji 1825. a Sacra Congregatione Consultationis, si aliquid subsidii ex eis sibi comparare vellent Patres Minoritæ. Hisce enim Litteris potius confirmata, quam abrogata dicenda est memorata Lex Edictalis quoad loca, in quibus adsunt Cœmeteria opportunis munimentis instructa: statuunt enim = In detti luoghi li Vescovi avvertiranno li Parrochi, e gli altri Rettori delle Chiese, e li Superiori de' Conventi e Monasteri a non dar sepoltura nelle loro Chiese a qualsivoglia persona, e potranno punire li trasgressori con pene a loro arbitrio. Ai Vescovi poi si accorderà la facoltà di poter permettere per qualche

motivo ragionevole che alcune persone ex. gr. li Padroni, o Benefattori insigni delle Chiese, quelli che vi hanno li Sepolcri Gentilizj, sieno sepolti in Chiesa, ma si raccomanda ai medesimi di usare di tali facultà con molta prudenza, affinchè non ne nascano tumulti, od altri inconvenienti. Peraltro per usare di queste facultà ne dovranno avanzare la dimanda.

Porro Ariminensis Episcopus numquam preces obtulit S. Congregationi, et idcirco venia ab ipso impertita pro humando cadavere Aloisii Ferrari in Ecclesia S. Bernardini nihili est facienda. Quapropter nedum emolumenta funeris Seraphini Ferraresi, cui Episcopus nullam indulgentiam censuit licentiam, verum etiam emolumenta funeris Aloisii Ferrari integra spectant ad eorum Parochos. Præterea etiamsi Episcopus legitime veniam dedisset, ut ejusmodi cadavera in Ecclesia S. Bernardini sepelirentur, emolumenta omnia Parochis forent adscribenda: cum enim per Edictalem legem anni 1817. simplices Ecclesiæ jure tumulandi fuerint privatae, omnia emolumenta funeris ad Ecclesiam Parochialem pertinere debent, licet ex Episcopi licentia in eisdem cadavera tumulentur, nam gratiæ et privilegia juri alterius detrimentum inferre non debent, *Cap. Super de potest. et offic. judic. Deleg., et cap. Si quando de rescript.*

Ex hujusmodi privatione juris tumulandi putant Parochi, Ecclesiam S. Bernardini amisisse etiam jus peragendi funus: jus enim funerandi videtur accessorium juris tumulandi, quod tollitur sublato principali. Imo funus esset explendum in Ecclesia Parochiali, quamvis Ecclesia S. Bernardini jure sepeliendi frueretur, cum id Synodus Massa, octoginta et ultra annorum spatium ab omnibus servata, expresse sanciverit.

Verum Patres Minoritæ utriusque funeris emolumenta, subducta pro Parocho portione canonica, sibi autumant restituenda. Initio enim latum inter jus sepeliendi, ac jus funerandi intercedit discrimen, nec unum est alterius accessorium. Et revera Benedictus XIII. in Constitutione incipien. *Romanus Pontifex*, postquam decrevit ab Ecclesiis Regularibus canonicam

portionem Parocho solvi oportere, inquit: *Hæc locum habeant, et exacte in posterum observentur, quotiescumque defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam TUMULETUR, vel EXPONATUR*: ideoque Ecclesia S. Bernardini quamvis jure tumulandi esset destituta propter Edictalem Legem anni 1817, etiam nunquam gauderet altero jure exponendi, seu funerandi, quod satis habetur ad percipienda funerum emolumenta. Insuper per Edictalem Legem haud abrogatum videtur jus sepeliendi in Ecclesia S. Bernardini, secus hoc jure expoliata forent existimandæ vel ipsæ Ecclesiæ Parochiales, quoniam et in his cadavera tumulari vetuit lex; sed tantummodo cœmeteria sepulchris singularum Ecclesiarum subrogata, ac proinde cujusque Ecclesiæ jura quoad funus, et emolumentorum perceptionem integra adhuc perseverant ad tradita per S. Congreg. in *Derthonen. 24. Martii 1821. §. In quarto, et in Ariminen. Juris tumulandi et funeris 14. Maji 1825. §. Animadvertendum* Enim vero quamvis Rector Paroeciæ S. Martini Camerinenensis Diœcesis, qui ad propriam Ecclesiam Parochialem cadaver Veronicæ Massi deferri, ibique, funus peragi curaverat, antequam cadaver in publico Cœmeterio conderetur, contenderet omnia funeris emolumenta jure sua fecisse propter edictalem legem supra memoratam, nihilominus hic Sacer Ordo ad Ecclesiam SS. Gregorii, et Valentini, in qua gentilitium aderat defunctæ sepulchrum, spectare decrevit expositionem cadaveris, et funus, eidemque mandavit restitui funeris emolumenta a Parocho S. Martini percepta, dempta quarta juxta consuetudinem loci, in *Camerinen. funerum 54. Novembris 1821. ad I. et II. Dubium*. Idem quoque sensisse videtur in *Derthonen. 14. Aprilis 1821. ad IV. Dubium*.

Ex his colligunt Patres Minoritæ nedum emolumenta funeris Seraphini Ferraresi, qui Sepulchrum habebat gentilitium in Ecclesia S. Bernardini, verum etiam emolumenta funeris Aloisii Ferrari, qui in eadem Ecclesia sepulturam elegerat, sibi a Parochis esse restituenda; sive enim sepulturæ electio fiat expresse sive tacite, nullam scilicet sepulturam eligendo, dum sepulchrum adest gentilitium, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit.*

tit. 28. cum 18. *Barbos. de Offic. et potest. Paroch. cap. 26. n. 52* sive cadaver tumuletur in Ecclesia, ubi extat sepulchrum gentilitium, vel sepultura electa sive condatur in publico Cœmeterio ad tramites edictalis legis, Ecclesia tumulans iisdem frui debet juribus, omniaque percipere emolumenta; nam jura Parochialia cohibentur ad quartam canonicam, et ad humationem cadaverum illorum Parochianorum qui non habent, aut nullam elegerunt sepulturam *Clement. dudum. de Sepultur. S. Congr. in Viterbien. Jurium Parochialium 26. Augusti 1825. §. Ex jure*

Nec ullam Parochi sibi fulcrum quærere valent ex verbis illis Edictalis Legis: *salvi gli emolumentu Parochiali*; ea siquidem ita sunt intelligendi, ut sarta tecta serventur pristina Parochorum jura, non autem ut nova eisdem tribuantur. Et sane Edictalis legis ratio spectavit incolumitatem publicam, non verò augmentum Parochialium emolumentorum, et jacturam Ecclesiarum, quæ jure tumulandi legitime poterant.

Dein subdunt Religiosi, cadavera illorum, qui in Ecclesia S. Bernardini sibi sepulturam dari jusserunt, ad illam recto tramite sunt deferenda, ibique explenda exequiæ, licet postea in publico Cœmeterio tumulari debeant. Quamquam enim Cadavera sepelienda in Ecclesiis Regularium prius deferri queante ad Parœciam, vel ad aliam Ecclesiam Parochialem, si defunctus, vel hæres ita ordinaverit, *S. Rituum Congregatio in Aretina funerum 11. Julii 1699. et hæc S. Congregatio in Volaterrana 16. Martii 1726., et in cit. Viterbien. §. Ex jure*, et concinit ipsa Synodus Massa verbis illis *si lubebit heredibus*, attamen silentibus hæredibus, ac Testatoribus recto tramite ad Ecclesiam tumulantem sunt asportanda, ibique celebrandum officium funebre, præsertim si agatur de Ecclesia Regulari ex declaratione Sixti IV., *Reiffenst. Jus canon. lib. 3. tit. 28. n. 55., S. R. Congreg. in Cassanen 6. Maji 1647., atque nuperrime hæc Sac. Congreg. in cit. Viterbien. ad III. Dub.*, idque servandum inquit Patres Minorite etiam in casu, quo contraria inducta videatur consuetudo, quemadmodum elicitur ex *S. R. Congr. in Monopolitana 16.*

Decembris 1679., atque ex responso hujus S. Congreg. in Tolentinaten. Funerum 6. Februar. 1734.

Nec aliter suadere potest Synodalis sanctio Episcopi Massa; decreta enim Synodus Diœcesanæ, etiamsi ad dirimendas controversias fuerint edita, juri communi, aut privilegiis a Sede Apostolica indultis derogare non posse aperte constat ex cap. *Super his de major. et obed.*, ac tradunt *Fagnan. ibid. num. 26.*, *Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib. 2. cap. 1. et cap. 5.*, quin imo hæc irrita dispositio Synodi Massa quamlibet detrahit vim assertæ consuetudini deferendi cadavera ad Ecclesiam Parochialem, antequam in Ecclesia tumultante humo tradantur. Scitum namque est, consuetudinem induci ex certa scientia, non autem per errorem, cum nihil magis sit voluntati contrarium, quam error et ignorantia, *Gloss. in cap. ult. de consuetud.*, ibique *Abbas num. 12.*, et *Reiffenst. Jus. canon lib. 1. tit. 4, num. 126.* Siqua vero Arimini obtinuit consuetudo circa delationem cadaverum ad Ecclesiam Parochialem, hæc procul dubio originem duxit ex Synodo Massa, ideoque utpote ex errore inducta nullius ponderis est renuntianda. Hisce perpensis, Em̃i Patres dignabuntur dirimere

### Dubia

- I. *An et quæ emolumenta funeris Aloisii spectent ad Ecclesiam S. Bernardini in casu etc.*
- II. *An et quæ emolumenta funeris Seraphini spectent ad Ecclesiam S. Bernardini in casu etc.*
- III. *An cadavera tumultanda in Ecclesia S. Bernardini sint ad eam recto tramite deferenda, ibique funus peragendum in casu etc.*
- IV. *An cadavera defunctorum habentium sepulchrum gentilitium in Ecclesia Sancti Bernardini, sed tumultanda in publico Cæmeterio deferri debeant ad eandem Ecclesiam, ibique peragi funebria officia in casu etc.*
- V. *An Cadavera defunctorum sine legitima venia eligentium sibi supulturam in Ecclesia S. Bernardini sint ad eam asportanda pro funere peragendo, antequam deferantur ad publicum Cæmeterium in casu etc.*



VI. *An liceat Testatoribus vel hæredibus designare Ecclesiam pro funere explendo, antequam cada- vera ad Ecclesiam tumulantem, vel ad Cæme- terium deferantur in casu etc.*

Et quatenus affirmative

VII. *An et quæ emolumenta funeris pertineant ad Ecclesiam exponentem in casu etc.*

Ad I. et II. Affirmative ad formam transactionis an- ni 1776.

Ad III., IV., et V. Affirmative.

Ad VI. Affirmative ad formam Synodi.

Ad VII. Affirmative, dempta portione canonica pro Parochis ad formam transactionis anni 1776.

**M**ELE VITAN A SUBSIDIORUM DOTALIUM. Actum est de hac causa in Foliis dierum 17. Maji et 14. Junii anni 1817., ac dierum 6. Martii et 27. Martii 1819., quæ iterum typis imprimi curavi, ut EE. VV. rerum gestarum series plenius innotesceret. Cumque in postrema actione rescriptum prodierit: *Dilata et Episcopus referat de vero actuali reddito bonorum, et quot puellis, et qua auctoritate veniam concesserit optandi subsidium post initas nuptias*: Episcopus die 4. Julii 1826. hæc retulit.

„ Mandatis istius S. Congregationis obtemperans in an-  
 „ tecessum præmitto, bona ad recensitum legatum  
 „ Gasa pertinentia urbana potissimum esse, æque li-  
 „ cet de tempore obitus non nisi scutata quadragin-  
 „ ta mel. mon. singulis annis rependerent, actu ta-  
 „ men aucto notabiliter valore prædiorum urbano-

„ runi

Sess. 25. cap  
6. de Reform.

rum producere adno quolibet scuta centum nana-  
 „ ginta novem; ex quibus sane fructibus scuta mil-  
 „ le biscentum persoluta fuere electis puellis intorea  
 „ lite pendente juxta Testatricis placita. Nonnullis au-  
 „ tem ex ipsis jam electis puellis veniam concessi  
 „ optandi post initas nuptias controversum dotale sub-  
 „ sidium facultatibus utens benignitate S. Sedis mi-  
 „ hi commissis, ut cum similibus puellis dispensare  
 „ possem pro prima tantum legatorum electione,  
 „ quæ initas nuptias proxime secutura foret.  
 Dento proponitur

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisio in ca-  
 su etc.*

In decisio, salvis juribus quæsitis puellarum, si-  
 quæ sunt, ante rescriptam Episcopi diei 13.  
 Octobris 1810.

*Sess. 24. cap.  
 13., et Sess.  
 25. cap. 3. de  
 Reform.*

**J**ANUEN. JURIUM PAROCHIALIUM. In Op pido  
 Glavari Januensis Ducatus duæ extant Parœciæ, la-  
 tera dicata S. Joanni Baptistæ, altera S. Jacobo Apostolo,  
 quarum prima labente anno 1825. a SSmo D. N.  
 Leone XII. in insignem Collegiatam erecta. Cum-  
 que rumor incesserit, Canonicos novæ Collegiatæ sibi  
 asserere jus deferendi SSmum Viaticum Canonicis  
 extremo morbo laborantibus, quamvis extra limites  
 Parœciæ S. Joannis Baptistæ lares habentibus, eorum-  
 que funera in Collegiata Ecclesia explendi, et ibi  
 cadavera tumulo condendi; Rector Parochialis Ec-  
 clesiæ S. Jacobi ad jura sua tuenda, jurgiaque facile  
 oritura præcidenda, hunc adiit S. Ordinem, ut con-  
 troversias dirimere dignaretur.

Archiepiscopus de sua sententia rogatus, rationum mo-  
 menta a Canonicis exhibita transmisit, votumque  
 suum aperiens inquit „ Quanti eæ rationes habendæ  
 sint

„ sint sapientiæ, prudentiæque EE. VV. erit judica-  
 „ re. Nos quantum cum Domino possumus preces  
 „ et vota laudati Capituli vestro patrocinio commen-  
 „ damus, quatenus quod secundum juris regulas  
 „ haud licere fortasse conspicitur, id ex Apostolicæ  
 „ Sedis privilegio Clavarensi Collegiatæ concedatur „ .  
 Huic Archiepiscopi voto concinit vetusta Ecclesiæ di-  
 sciplina; antiquitus enim Clerici omnes servitio ali-  
 cujus Ecclesiæ mancipabantur, eique adeo hærebant,  
 ut plures editi sint canones ad eos redarguendos, qui  
 a sua Ecclesia discederent, ut alteri inservirent. Quæ  
 quidem etiamsi hodie remissius obtineant, nihilomi-  
 nus Clerici perpetuo alicujus Ecclesiæ servitio addi-  
 cti, ac titulum Beneficii residentialis in ea habentes  
 censentur filii et Parochiani illius Ecclesiæ, in qua  
 jugiter spirituali pabulo reficiuntur, et divina audi-  
 unt, aut peragunt, non autem Parœciæ, ubi reti-  
 nent lares; arctius siquidem Ecclesiæ, ubi Sacramen-  
 ta percipiunt, et divina audiunt, quam Parœciæ, in  
 qua domicilium constituerunt, conjunguntur, *Amstaz*  
*de caus. piis lib. 6. cap. 2. n. 10., Franc. de Eccl.*  
*Cathed. cap. 17. n. 14., S. Congreg. in Andrien. 20.*  
*Decembris 1766. §. Eveniente.*

Ex hoc vinculo Clericorum cum Ecclesia, in qua Be-  
 neficium possident residentiale, duo veluti sua sponte  
 consequi autumat Canonici Oratores i. scilicet Pa-  
 rocho Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Baptistæ jus esse  
 Sacramenta ministrandi Canonicis ægrotis, licet in  
 aliena Parochia degentibus; nam Canonici sive intra  
 limites Parœciæ, cui fuerunt adscripti, sive in aliena  
 Parochia domum habeant, ibi domicilium ratione Be-  
 neficii cum residentia contrahunt, ubi residere te-  
 nentur, *Bursat. consil. 226. num. 18., Reiffens. Jus*  
*canon. lib. 3. tit. 28. num. 15.* Hinc S. Congregatio  
*in Dertonen. 3. Decembris 1718* proposito Dub. XV.  
*An Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ habitans in domo*  
*sita intra fines alterius Parochiæ, ex quo dicta Ec-*  
*clesia caret ædibus canonicalibus, teneatur in ultima*  
*infirmirate recipere Sacramenta ab Ecclesia Collegia-*  
*ta, vel potius a Parocho domicilii, responsum dedit:*  
*Affirmative ad primam partem, negative ad se-*  
*cundam.*

2 Canonicum sepulchro majorum destitutum, nullave  
 sibi electa sepultura decedentem intra limites alterius

Parœciæ ; sepeliendum esse in Ecclesia Collegiata Statuunt enim jura illos , qui sepulturam non elegerunt , humo esse tradendos , ubi officia consueverunt audire divina , et Ecclesiastica recipere Sacramenta, *cap. 1. et 4. de Sepult. cap. 2. eod. tit. in 6.* Quoties namque agitur de Sacerdotibus aut Clericis perpetuo alicujus Ecclesiæ servitio addictis , et titulum in ea retinentibus , qui propterea ita sunt conjuncti cum sua Ecclesia , ut sint cum illa cor unum , et anima una , *Franc. de Eccl. Cath. cap. 17. num. 17. , Rot. in Hydruntina sepulture 27. Novembris 1713. cor. Ansaldo* , æquum videtur , ut ii omnes Clerici , quos cum eadem Ecclesia unicuique vinculum devinxerat , et quorum viventium una mens in Domino erat , post eorum obitum nec inter se separentur , sed in eadem Ecclesia insimul condantur , *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 28. num. 14. , Pirhing. Jus canon. lib. 3. tit. de sepult. num. 9.*

Hæc tamen haud sibi obesse contendit Parochus S. Jacobi . Quidquid enim antiqua Ecclesiæ disciplina suaderet , ac præsertim in iis locis , ubi Parochiales Ecclesiæ certos non habebant limites , nec earum Rectores proprium Populum , quem regerent ; nihilominus post Tridentinam Synodum , quæ *sess. 24. cap. 13. de reform.* præcepit Episcopis , ut distincto populo in certas , propriasque Parochias , unicuique suum perpetuum , peculiaremque Parochum assignarent , qui eas cognoscere valeret , et a quo solo licite Sacramenta susciperet , dubitari nequit Parocho dumtaxat domicili , nec ulli alii , extra necessitatis eventum , fas esse Sacro Oleo ægrotantes sive Laicos , sive Clericos inungere , illisque SSm̃i Corporis Christi viaticum ministrare , *Bened. XIV. de Synod. Dioeces. lib. 8. cap. 5. num. 7. , Reiffenst. loc. cit. n. 17.* Hanc legem ab Ecclesiis quoque Collegiatis , et Cathedralibus servandam dixit S. Congregatio in *Mantuana Jurisdictionis 16. Martii 1689. , in Tiburtina Juris administrandi Sacramenta 12. Maji 1685. , et alibi passim* , ut videre licet in *Viterbien. Juris tumultandi 10. Maji 1766. §. Dubitatum.* Et licet contrarium ex peculiaribus fortasse circumstantiis dixerit in *Derthonen. Jurium Parochialium* , attamen præcedentem sententiam instauravit in *Eugubina Jurium Parochialium 2. Aprilis 1729.* , etiamsi Canonici Cathedralis Ecclesiæ consuetudine , ac sanctione Dia-

cesanæ Synodi inniterentur, uti monet Folium in *Avenionen. Jurium Parochialium* 1. Martii 1766. §. de *Canonicis*, iterumque decrevit in *Andrien.* 24. Januarii 1767. . Proposito siquidem Dub. V. *An Canonicis sive Presbyteris, aut Clericis adscriptis servitio Cathedralis, et habitantibus in ambitu Ecclesie S. Nicolai in casu infirmitatis Sacramenta sint ministranda a Vicario Cathedralis, seu potius a Vicario Ecclesie S. Nicolai in casu etc.* respondit ad V. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam;* et die 19. insequentis Septembris stetit *In Decisis, et amplius.*

Similiter quod pertinet ad tumulationem, contendit Parochus Cadavera Canoniorum, nullam electa sepultura decedentium, esse humanam in Parochia domicilii, nisi in Collegiata proprium extet Canoniorum Sepulchrum, vel Familiæ sepultura, ut docuit *S. Congreg. in Avenionen. Jurium Parochialium* 1. Martii 1766. §. *Eos, et in Avenionen.* 19. Septembris 1778. §. *Hinc.* Si enim peculiarem Collegiam Canoniorum sibi non condiderit sepulturam, præsumi nequit, Canonicum defunctum ibi sepulturam elegisse, ubi proprium pro consortibus sepulchrum non fuerat excisum. Quocirca *S. hæc Congregatio in Derthonen. Jurium Parochialium* 3. Decembris 1718. rogata: *An Canonicus Ecclesie Collegiate habitans in Domo sita intra fines alterius Parochie, decedens non electa sibi sepultura, debeat sepeliri in Ecclesia Collegiata, vel in Parochia domicilii,* responsum dedit ad XVI. *Affirmative, dummodo adsit sepulchrum Canoniorum.* Eandemque nuper protulit sententiam in *S. Miniatis Jurium Parochialium* 24. Novembris 1821. ad 11. *Dubium.* Jam vero in Collegiata Clavari nullum adest a Canonicis extractum Sepulchrum pro iis, qui sunt chori servitio addicti, ac propterea subdit Parochus cadavera Canoniorum in Paroecia domicilii sunt condenda.

Dignentur itaque Eñni Patres ea, qua pollent, juris peritia dirimere

### Dubia

I. *An, et ad quem spectet jus ministrandi Sacramenta Canonico ægrotanti in casu etc.*

P 2

II. *An.*

II. *An Canonicus habitans extra Paræciam Collegiatæ, decedens non electa sibi sepultura, nulloque præditus Majorum Sepulchro, sepeliri debeat in Ecclesia Collegiata in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

*Sess. 24. Cap.  
12. de Reform.*

**CÆSENATEN. JUBILATIONIS.** Marcus Joseph Mami jam inde ab die 20. Januarii 1784. Cæsenatensi Cathedrali Ecclesiæ inservire cœpit uti Coadjutor cum futura successione Canonici Antonii Fabri. Volvente anno 1798. ex decreto Militaris Regiminis, quod Emiliæ Provinciam invaderat, suppressionem subiit Cæsenatense Capitulum, eaque perseverante vitam cum morte commutavit Canonicus Fabri. Verum Coadjutor Mami nec ante, nec post Coadjuti obitum a servitio Chori sibi censuit abstinendum, licet nullo frueretur emolumento. Tandem anno 1806. in antiquum statum restitui obtinuit Cæsenatense Capitulum; sed cum ex undeviginti Canonicalibus Præbendis novem dumtaxat fuerint redintegratæ præcis Titularibus, qui adhuc vitam agebant, conferendæ, Sacerdos Mami titulo Canonici honorarii, et Officio Magistri Cœremoniæ donatus fuit. Hoc honoris gradu divinis laudibus interesse perrexit Mamius, usque dum anno 1808. e vivis erepto Canonico Boni ad Canonicalem Præbendam, et anno 1820. ad Præposituræ Dignitatem fuit eVectus. Nunc itaque Præpositus expleto jam quadraginta annorum Choralis servitio, et adversa valetudine ob ingravescentem ejus ætatem laborans, exemptionem a Choro efflagitat.

Quæ Orator exposuit, veritati esse consona affirmant Canonici, qui amplam etiam perhibent fidem de laudabili ejus servitio. Canonicis concinit Episcopus, ipse enim de more interrogatus retulit „ Sacerdos qui jubilationem postulat, in exemplum se gessit tum

Cho-

„ Choro quadraginta et amplius annis inserviendō,  
 „ tum Ecclesiæ difficillimis etiam temporibus, quibus  
 „ Capitulum a vi extranea uti suppressum habebatur,  
 „ opem attente religioseque præstando. Ut igitur expe-  
 „ titum animi mei sensum aperiam, asserere quippe  
 „ non dubito, Præpositum Manni dignum esse, qui  
 „ favore, quem flagitat coixe, donetur.

Mos jamdudum inolevit, ut Canonicis et Beneficiatis, qui in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis laudabile et assiduum quadraginta annorum exhibuerunt servitium, jubilationis iadultum ab hoc S. Ordine concederetur, *Benedict. XIV. de Syn. Diœc. lib. 13. cap. 9. num. 15.*, *S. Congreg. in Ravennaten. Jubilationis 31. Januarii 1824. §. Nullo; Nec dubitandum;* quin ad explendum hujusmodi quadragesimum Chori servitium sit quoque habenda ratio temporis, quo Ecclesiæ inservierunt partim tamquam Coadjutores, et partim tamquam Titulares, nam id perspicue decretum fuit ab S. Congregatione in *Dubia Jubilationis 17. Decembris 1718. ad 11. Dub.*, ac postea jugiter servatum, *S. Congreg. in Romana Jubilationis 9. Februarii 1822. §. Canonicis; et in cit. Ravennaten §. Nullo.*

Jam vero Præpositum Oratorem nedum quadragenarium, sed annorum trium supra quadraginta assidue, et laudabiliter præstitisse servitium plene testantur Canonici, et confirmat Episcopus. Haud enim hujusmodi servitium interruptum est censendum, quia præteritis temporum vicissitudinibus suppressionem passum est Cæsenatense Capitulum; siquidem Orator vigente etiam suppressione Choro interesse non destitit, nec spoliū honorum Cæsenatensis Capituli a Gallico Regimine patratum impedimento esse poterat, quominus Chorale servitium ab legitimis Canonicis Ecclesiæ exhibitum utile foret ad rudem a Choro assequendam. Multoque minus non continuum est judicandum, propterea quod ab anno 1806. ad annum 1808. Choro interfuerit veluti Canonicus honorarius; præterquam enim hoc biennio Præpositus non indiget, illud insuper animadvertere præstat, quod ipse ex temporum calamitate titulo Canonici honorarii fuerat in-

signitus, sed reapse verus ac legitimus erat Canonicus. Hinc S. Congregatio in *Ravennaten. Jubilationis* 21. *Februarii* 1824. exemptionem a Choro cum solitis clausulis concessit Canonico Dominico Majoli, qui anno 1783. Canonicatum obtinuerat, sed Gallis Ravennam occupantibus, reductisque ad minorem numerum Canonicalibus Præbendis inter Canonicos honorarios fuerat cooptatus, et hujusmodi titulo ab anno 1805. ad annum 1807. Metropolitana Ecclesiæ inservierat.

Verumtamen non quolibet quadragenarium servitium Ecclesiæ exhibitum viam sternit jubilationi, sed illud dumtaxat, quod ab eo præstatur, qui legitime Choralis servitio sit mancipatus. At Canonicus Coadjutor post mortem Coadjuti novam, eamque capitulariter capere debet possessionem Canonicatus, *Rot. part. 10. recent. decis. 122. num. 5. Ferrar. Bibliot. verb. Canonicatus Art. 10. num. 28.* Ex rerum autem serie, quam protulit Orator, non constat, ipsum novam iniisse possessionem post obitum Coadjuti Antonii Fabri, imo cum Coadjutus ex hac vita migraverit, dum temporum calamitates privatas publicasque res everterat omnes, et Capitulum Cæsenatense suppressioni fuerat subjectum, certo elici posse videtur, haud novam, canonicamque nactum fuisse possessionem, ideoque in dubium revocari posset, utrum servitium post Coadjuti mortem Cathedrali Ecclesiæ præstitum satis sit habendum, ut Orator rude, quam postulat, donari queat.

### Proponitur Dubium

*An costet de continuo et laudabili quadraginta annorum servitio ita ut sit locus jubilationi in casu etc.*



*Die Sabbati 21. Julii 1827. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**JANUEN. JURIUM PAROCHIALIUM**

Dubia

- I. *An, et ad quem spectet jus ministrandi Sacramenta Canonico ægotanti in casu etc.*  
 II. *An Canonicus habitans extra Paroeciam Collegiatæ decedens non electa sibi sepultura, nulloquo præditus majorum sepulchro, sepeliri debeat in Ecclesia Collegiata in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad Parochum domicilii,

Ad II. Negative

*Sess. 24. Cap. 3., et Sess. 25. Cap. 3. de Reform.*

**ÆSENATEN. JUBILATIONIS**

Dubium

- An constet de continuo et laudabili quadraginta annorum servitio, ita ut sit locus jubilationi in casu etc.*

Affirmative cum solitis clausulis.

*Sess. 24. Cap. 12. de Reform.*

Sess. 24. Cap.  
1. de Reform.

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. In Comitii diei 28. superioris Mensis Aprilis ad trutinam denuo revocata fuit controversia super Matrimonio inito a Joanne Ferrari Duce Parabitæ cum Olympia Monticelli della Valle ex Ducibus Ventignani; ac proposito Dubio: = *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.* placuit Eñis Patribus rescribere: *Afirmative et ad mentem*; mens autem fuit, quod scribatur Eño Archiepiscopo, ne relaxetur Joanni Ferrari fides status liberi inconsulta Sacra Congregatione. Instaurandi certaminis veniam petiit Sacramenti Defensor, quam de more eidem concessi. Hinc EE. VV. ea, qua præstant, sacri juris prudentia, consultis Allegationibus utrinque distribuendis, definire dignabuntur  
*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

In decisis et amplius.

Sess. 22. Cap.  
11. de Reform.

**R**EATINA. Ex pervetusta atque immemorabili consuetudine penes Reatem factum est, ut necdum Civitas, verum etiam Canonici Cathedralis Ecclesiæ aliquod Antistitibus Episcopalem Sedem primitus adeuntibus obtulerint munus. Ex Capitularibus namque codicibus certo constat, Canonicos ab anno 1520. ad annum usque 1724. modo sacram suppellectilem, modo quamdam pecuniæ vim cunctis exhibuisse Episcopis, quinque tantum exceptis, quibus ullum tributum fuisse donum non reperitur. Postea vero, scilicet ab anno 1724. ad annum 1818., singulis Episcopis summam scut 140., et aliquando etiam majorem in læti animi significationem erga concives Episcopos, jugiter persolvit Capitulum. Quoties se se obtulit occasio munus hujusmo-

modi largiendi, Capitularia Comitibus cõegernat Civoni-  
nici, licet ex tabulis decretorum Capitularium non  
appareat eadem habita fuisse pro decernendis oblatio-  
nibus exhibitis Antistitibus Ferratii, Marini, Fioravanti,  
Pereira. Has præstationes, quas Canonici alias nuncu-  
cupare consueverunt *donativo, regalo*; anno 1724  
appellarunt *oblationem scutorum centum quadraginta  
fieri solitam novis omnibus Episcopis*, et anno 1775  
*consuetum subsidium scutorum centum quadraginta*.  
Cum res ita se haberent, ad Reatinam Ecclesiam an-  
no 1824. suo Pastore viduatam erectus fuit Timotheus  
Maria Ascensi ex Carmelitarum Ordine, eique lar-  
gitionem scut. 150. novis Episcopis fieri solitam pe-  
pendit Civitas: at Canonici Cathedralis Ecclesiæ licet  
initio paratos se se exhibuerint ad assuetum munus  
in Antistitem conferendum, dein nullo se vinculo  
obstrictos arbitrati summam scut. 140. representare  
distretarunt. Quocirca Episcopus ut sibi suisque Suc-  
cessoribus prospiceret, rem ad hunc Sacrum Ordinem  
definiendam detulit.

Precibus eidem Episcopo ablegatis, ut audito Capitulo  
transmitteret documenta, que controversiam allonge-  
rent, hæc retulit, „ Rem totam, haud mora, Cano-  
„ nicis patefecit, qui sententiam suam in scriptis tan-  
„ dem aperuerunt. Canonicorum scripturam qui-  
„ busdam meis, ut plane necessariis, auctam animadver-  
„ sionibus modo ad Vos, Emi et Rmi Patres, de-  
„ fere inspiciendam. Illud tamen silentio premere  
„ minime possum, eandem scripturam nullum pu-  
„ blicæ et communis voluntatis Capituli signum, ni-  
„ si solius nominis et sigilli præferre, cum ego ipse  
„ percurrens librum, in quo acta Capituli adnotan-  
„ tur, nihil invenerim de ejusdem convocacione,  
„ de præfata scripturæ lectione, de uniuscujusque  
„ mente per secreta suffragia explorata, nec de con-  
„ sueta subscriptione ab Archidiacono ac duobus  
„ Canonicis senioribus pro more apponenda.

Episcopus Ascensi, e Reatina ad Auximanam et Cingu-  
lanam Sedem in Consistorio diei 21. superioris meo-  
sis Maji translatus, Canonicos Reatini Capituli com-  
pellendos esse contendit ad representandam summam

Q

scut. 2

scut. 140. sive titulo subsidii charitativi, sive titulo oblationis, aut cujusvis alterius præstationis ad tramites centenariæ, et immemorabilis inductæ consuetudinis. Si hanc enim summam Prædecessoribus Episcopis tituli subsidii charitativi solutam fuisse judicetur, haud Episcopo Ascensi denegari poterit; nam Innocentius XI. anno 1678. constituit = Il sussidio caritativo in quelle Dio-  
 „ cesi, nelle quali sia solito di esigersi, e non altrimenti,  
 „ si esigga solamente per una sola volta nel primo ingres-  
 „ so del Vescovo secondo la tassa solita antica di 40.  
 „ anni indietro =. In Reatina vero Ecclesia nedum quadragenaria, sed etiam centenaria, ac vetustior viget consuetudo, quæ suadet novis Episcopis exolvendam summam scut. 140. titulo subsidii charitativi; siquidem persolvi consuevit in primo Episcoporum adventu ad ferendas forsitan expensas, quas novi Episcopi facere coguntur: idque concinit menti Capitularium codicum, qui fidem perhibent, anno 1775. Capitulum sanxisse, a Canonico Camerario esse pendendum in adventu novi Episcopi *consuetum subsidium scut. 140.*

Et quamvis subsidium charitativum exigi nequeat, si Mensæ Episcopalis redditus adeo ampli sint, ut congruam Episcopis debitam longe superent, ac proinde satis superque sint subeundis sumptibus expeditionis Litterarum Apostolicarum, quemadmodum declaravit *S. Congregatio in Gerunden Subsidii charitativi 17. Februarii 1663. lib. 3. Decret. pag. 455., et in Algaren. Subsidii charitativi 5. Julii 1738. §. Si vero; nihilo minus in themate locus foret solutioni subsidii charitativi tum quia extante consuetudine legitime præscripta exigi potest subsidium charitativum, etiamsi redditus sumptibus peragendis sufficiant, ut censet Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 39. num. 31., tum quia Episcopus Ascensi pro expensis suæ assumptionis ad Reatinam Cathedram debitum contraxisse affirmat scut. 1405., nec illi dimittendo pares fuisse fructus Mensæ Episcopalis, quam ejus Prædecessores ita nominibus gravarunt, ut redditus ex Peritorum judicio vix ad scuta 887. 65. quotannis pertingant.*

Si autem pecuniæ vis novis Reatinis Episcopis per Capitulum Cathedralis Ecclesiæ jam inde ab antiquo tem-

pore exhibita dicatur non titulo subsidii charitativi, sed titulo oblationis, ac largitionis, erit nihilominus Episcopo Ascensi omnino præstanda. Enim vero si longi temporis consuetudine inductum fuerit, ut statis anni temporibus, aut festivitibus, Deo, Locis piis, aut Ministris Ecclesiæ donum aliquod a fidelibus offeratur, hæc consuetudo servanda est, *cap. ad Apostolicam 42. de Simonia, Barbos. de Offic. et potest. Episc. part. 3. cap. 54. num. 10.*, imo si populus obligationes ex consuetudine debitas omitteret, ad eas explendas juris remediis adigi posset, *Barbos. loc. cit. num. 10. Pirhing. Jus Canon. lib. 3. tit. 30. n. 174.* Quia obsit, ex actibus facultativis per quodcumque temporis spatium exercitis nullam inveni posse obligationem in exercente; nam ubi ex rerum adjunctis animus sese obligandi eruitur, contrahitur obligatio, ac servanda est laudabilis consuetudo aliquid dandi vel offerendi, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 30. num. 185. et seq. S. Congreg. in Bricinorien. Paræciarum S. Maji 1824. §. Parochi.*

Jam vero in præsentī casu haud deesse videntur rerum circumstantiæ, quæ inductam suadeant obligationem. Agitur namque de oblatione favore causæ piæ; siquidem Episcopus est pater pauperum, ac reditus, quos in propriam exhibitionem non impendit, erogare debet in pauperum alimoniam, proindeque quod Episcopo datur, pauperibus dari dicitur. Piæ autem oblationes per longum tempus expletæ animum redolent in offerentibus ad eas faciendas sese obligandi, ac præscriptionem obligatoriam inducunt, *Reiffenst. loc. cit. n. 189., Guttier. can. quest. lib. 2. cap. 21. num. 50., Card. De Luca de Regal. disc. 46. num. 2. e seq.* Consuetudo autem donum aliquod novis Reatinis Episcopis offerendi antiquissima est, ac profecto originem ducit ab anno 1520. Hinc præstationem vocarunt Canonici modo donum; modo subsidium, modo oblationem cunctis Episcopis dari consuetam, itaut nulla unquam dubitatio exorta appareat in Capitularibus Comitibus de necessitate assuetum donum offerendi; imo constat olim mutuum accepisse pecuniam, ut oblationem peragerent, nam in Capitularibus Codicibus au-

ni 1660. legitur = E più pagati al Canonico Pavaroni  
 „ in conto di maggior somma da lui imprestata al Ca-  
 „ pitolo per il donativo fatto all' E<sup>mo</sup> Sig. Cardinale  
 „ nostro Vescovo scudi 99. 48. = Tandem adeo per-  
 suasum erat Canonicis, ipsos onere devinci solitam  
 oblationem offerendi, ut nuperrimis temporibus nul-  
 lis habitis Comitibus novis Antistitibus munera exhibue-  
 rint.

Quocirca, pergit idem Episcopus, compellendi sunt Ca-  
 nonici ad summam scut. 140. repræsentandam. Ne-  
 que huic obligationi satis fecisse Canonicos est cen-  
 sendum, propterea quod Episcopo Ascensi dono de-  
 derint duas sacrastiaras, librosque Pontificales. Præ-  
 terquam enim hujusmodi rerum valor attingit scut. 16.;  
 illud insuper accedit, quod, subdit idem Antistes,  
*attesa la mia povertà che non mi permetteva di far  
 le mitre nuove, io domandai al Capitolo in vendita  
 le stesse Mitre, ed Egli mi fece sapere che me le  
 cedeva in dono. Io non avrei mai immaginato che  
 con questo volesse pareggiare, come ora pretende, i  
 miei diritti sulla prestazione controversa. Qualunque  
 però sia per essere l' esito, rimanderò al Capitolo il  
 suo dono.*

At pecuniæ summam, quam Reatinum Capitulum no-  
 vis Episcopis pendere consuevit, nullam habere sub-  
 sidii charitativi speciem autumant Canonici. Etenim  
 subsidium charitativum, adhibito saltem Capituli con-  
 silio, exigitur ab Ecclesiis, et Beneficiis universæ Diœ-  
 cesis, si manifesta, ac rationabilis causa extiterit, *cap.  
 Cum apostolus de censib., Reiffenst Jus canon. lib. 3.  
 tit. 39. n. 34., et S. Congreg. in Tarentina Procura-  
 tionis 25 Februarii 1826 §. Quum.* Pecuniæ autem vim,  
 de qua loquimur, solvit Capitulum dumtaxat Cathed-  
 ralis Ecclesiæ, et quidem proprio lubitu, non ve-  
 ro flagitante Episcopo, ac nulla intercedente mani-  
 festa et rationabili causa. Quin imo si Episcopi sub-  
 sidium charitativum unquam postulassent, Canoni-  
 ci ceterique Beneficiorum et Ecclesiarum Rectores  
 illud jure denegassent, quoniam redditus Mensæ Epi-  
 scopalis tuendo decenti Antistitem, etiam Sacra pur-  
 pura fulgentium, gradui, ac pendendis pensionibus  
 semper pares habiti sunt.

Itaque præstatio illa, quam hactenus novis Episcopis exhibuerunt Canonici, haud subsidii charitativi characteribus pollet, sed tantummodo liberalitatis in eos nullo jure cogente, ac proprio lubitu collatæ. Et sane dum Canonici Antistitibus oblationem offerendam edixerunt, eam aut donum, aut largitionem nuncuparunt. Quemadmodum vero Capitulum nulla obstructum obligatione, sed sponte ejusmodi manus initio offerebat, ideoque pro suo lubitu ab illo offerendose se abstinere, atque adeo illud petentibus denegare merito poterat; ita etiam nunc liberum ei esse debet donum illud offerre vel denegare. Actus enim qui ab arbitrio pendent, atque a libera hominum voluntate, nullum inducunt jus coactivum, nisi aperte constet, agentes fuisse coactos, simulque tempore ad præscribendum idoneo acquiescisse coactioni, *Rot. cor. Falconer. tit. de jure patron. decis. 30. n. 18. et cor. Emerix decis. 212. n. 4.*

Porro in thomate nunquam intercessit coactio, eoque minus acquiescentia, nam Canonici Episcopis Reatem adventantibus Comitia habere consueverunt, ac omni procul coactione de manere exhibendo deliberarunt. His accedit, quod aliquando nullam fecerint oblationem, nec eandemque semper obtulerint rem, cum modo sacra n. supellectilem, modo pecuniam, eamque majorem, vel minorem suo iudicio præstiterint, ac propterea desiderantur illi actus uniformes, qui ad introducendam præscriptionem occurrant necesse est.

Tandem Reatinum Capitulum ob vilis rerum pretium, et ob contracta nomina dissolvenda angustiis nunc premitur, adeo ut plerique Capitulares ex præbendarum fructibus decenti illorum gradui prospicere nequeant. Exinde colligunt Canonici, quod etiam si Capitulum Reatinum donum aliquod novis Episcopis præstare cogeretur, suæ obligationi satis fecisset sacras tiaras, Librosque Pontificales Episcopo Ascensi offerendo.

Quamobrem proponitur

Du-

## Dubium

*An, quo titulo, et in qua summa Episcopis Reatinis, in primo adventu ad Ecclesiam Cathedralem debeatur præstatio in casu etc.*

Affirmative titulo oblationis pro scutis 140.

Sess. 22. et 25.  
Cap. 11. de  
Reform.

**F**OROSEMPRONIEN. VISITATIONIS SS. LIMINUM  
Hodiernus Episcopus antiquam in Forosempronien-  
si Diœcesi invaluisse deprehendit consuetudinem, qua  
Episcopi decessores veniam tribuere consueverunt alien-  
nandi bona ecclesiastica, Romanorum scaturorum quin-  
quaginta aestimationem non excedentia. Verens au-  
tem, ne hujusmodi consuetudo sacris Canonibus, at-  
que Apostolicis Constitutionibus adversaretur, prius-  
quam eam divellere aut confirmare aggrediretur, Se-  
dis Apostolicæ sensum exquirendum deliberavit. Qua-  
mobrem in postrema Status sue Ecclesiæ relatione  
postulavit, num memorata consuetudo sive cente-  
naria, sive quadragenaria sit probanda.

A priscis usque Ecclesiæ temporibus lex viguit, Eccle-  
siastica bona alienari non posse, nisi justa interceden-  
te causa, ac certis servatis solemnibus; quam legem  
Sacri Canones ediderunt, et Civiles leges ratam fir-  
mam haberi voluerunt, uti constat ex *Can. 13. caus. 17*  
*q. 4, Ep. 17. S. Leonis Magni ad univ. Episcop. Sicil.*  
*can. 52. caus. 12. qu. 2., Conc. Carthaginensi Can. 4.*  
*tom. 2., L. 14. et 17. Cod. de Sacros. Eccles. ac Novel. 7.*  
*Cap. 1.,* atque provi te sancitum, ne, patrimonio Ec-  
clesiæ consumpto, divinus cultus minueretur, Clerici  
egerent, pauperes subsidio privarentur, Tempia in  
præceptis ruerent. Ad compescendam vero, quæ tem-  
poris successu valde increbuerat, cupiditatem illo-  
rum, qui immobilia, et pretiosa mobilia Deo dicata  
usurpare, vel in profanos usus convertere præsume-  
rent,



rent, Paulus II. in notissima *Extravag. ambtiosæ de reb. Eccl. non alien.* omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem vetuit, atque eos, qui inconsulto Romano Pontifice bona ejusmodi distraherent, aut distracta reciperent, censuris, aliisque pœnis subjecit, initosque contractus nullius omnino roboris, ac momenti esse decrevit.

Nihilominus nonnullæ extant res ecclesiasticæ, quarum alienatio, etiam sine Apostolicæ Sedis beneplacito, non prohibetur. Hujusmodi sunt terrulæ, vineolæ, aliæque res parvi valoris: legitur enim in *Can. Terrulas Caus. 12. quest. 2.* „Terrulas aut vineolas exiguas, et „Ecclesiæ minus utiles, aut longe positas, parvas, „Episcopus sine consilio Fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat facultatem „. Neque huic *Canoni derogatum fuisse per Extravag. ambtiosæ.* aut per Concilium Tridentinum *Sess. 22. et 25. cap. 11, de reform.* ad unum omnes docent Doctores, atque ita declarasse Sacram Congregationem die 11. *Januarii 1596.* testatur Fagnanus in *Cap. Nulli num. 25. de reb. eccl. non alien.* Cumque neque ex memorato *can. Terrulas*, neque ex alia Constitutione appareat, quænam res sint exigui valoris, Canonistæ in varias abeunt sententias.

Quidam terrulas, ac res modici valoris vocant, quæ non æstimantur ultra 25. ducata de Camera, seu 25. scutata aurea, quæ summam constituunt *scut. 41. et obol. 25. monetæ Romanæ*, prout referunt *Thesaur. For. eccl. part. 4. cap. 1. num. 75.*, *del Bene cap. 17. dub. 1. n. 23.*, *Sac. Congregatio in Lauretana Nullitatis contractus 30. Augusti 1788. §. Neque.* Alii censent, res exigui valoris eas esse, quæ pretium non attingunt aureorum centum, quæque annum non alferunt fructum quinque aureis majorem, *Leuren. Jus Canon. lib. 3. tit. de reb. eccl. non alienan. quest. 112. num. 2.*, *Castropal. tract. 12. disc. unic. part. 15. §. 1. num. 2.*, *Zerol. Prax. Episcop. v. alienatio §. ad sextum.* Tandem nonnulli media incedentes via prudenti judicis, hoc est Episcopi, arbitrio relinquendum arbitrantur, ut ipse, perpensis facultatibus Ecclesiæ alienantis, valore rei alienandæ, temporum circumstantiis, ac locorum consuetudine, judicet quænam terrulæ, vineolæ, cæ-

teræque res sint modici valoris, *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 145. num. 4.*, *Card. De Luca de alienat. disc. 1. num. 117. 118.*, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 13. num. 38.*

Huic postremæ sententiæ adhæsisse Sacram Congregationem refert *Fagnan. in cap. Nulli num. 26. de reb. eccl. non alien.* Cum enim Massanensis Archiepiscopus declarari efflagitasset, ad quam usque quantitatem sibi liceret Terrulas ac vineolas minus utiles sine Apostolico Beneplacito alienare, Sac. Congregatio die 13. Decembris 1613. respondit, *petendum esse a jure communi*, imo alias censuit, teste ipso Fagnano, non esse tutum definire, quæ res dicantur exiguæ. Verum *Card. Petra in comm. ad Const. Ambrosiæ Paulii II. tom. 5. num. 66. pag. 427. ac Giraldi Exposit. jur. Pontif. lib. 3. Decret. tit. 13. sect. 444.*, aliique affirmant, hunc Sacrum Ordinem die 12. Aprilis 1698. Archiepiscopo Barensi, percontanti in Visitatione SS. Liminum, ad quem usque valorem facultatem tribuere posset alienandi res Ecclesiasticas, responsum dedisse: *Non posse Episcopum concedere facultatem ultra viginti quinque scuta aurea*: eandemque referunt editam fuisse resolutionem a Sac. Congreg. Episcop. et Regul. in Faventina 22. Martii 1711. Hisce pondus addere nituntur ex rescripto hujus Sac. Congregationis, quæ in *Papier. Incisionis Arborum diei 15. Martii 1710. typis edita in Thesauro Resolutionum anni 1740. pag. 188. censuit*, non subsistere licentiam datam pro incisione arborum, valorem scutorum sexaginta, deductis expensis, non excedentium; sed animadvertere præstat, nullitatem veniæ in eo casu impertitæ ex alio etiam fonte scaterere potuisse, nimirum ex decreto inhibitionis non incidendi arbores litigiosi Beneficii, aut ex defectu forsitan specialis mandati Episcopi favore Vicarii Generalis, qui veniam cedendi populneas arbores Præposito Mombellio tribuerat; nam Vicarium sine speciali Episcopi mandato frustra veniam concedere alienandi bona Ecclesiæ tradunt *Card. Petra loc. cit. n. 68.*, *Redoan. de reb. Eccl. non alienan. quest. 41. n. 60.*, *Rot. cor. Emerix sen. decis. 14 n. 8.*

In hac rerum dubietate, ac sententiarum varietate magni facienda videtur consuetudo centenaria, aut saltem

tem quadragenaria, quæ in Forosempronensi Diœcesi inolevit. Nihil sane magis tritum, inquit Bened. XIV. *de Syn. Diœces. lib. 12. cap. 8. n. 8.*, quam legem quamlibet humanam, etiam canonicam, posse contraria consuetudine, quæ sit rationabilis, et legitime præscripta, abrogari juxta textum *in cap. final. de consuetud.* Consuetudo autem centenaria, imo etiam quadragenaria, actorum frequentia prædita, bonis moribus non adversa, nec ecclesiasticæ disciplinæ nervum dirumpens, potis est abrogare canonicam legem, *Schmalzgr. Jus can. part. 1. tit. 4. num. 20.*, *S. Congreg. in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 29. Januarii 1825. §. Rationabilis.* Quod quidem eo magis in præsentī casu locum sibi vindicare debet; siquidem non agitur de abroganda lege, sed tantummodo de præliniēdo valore, intra cujus limites ad præscriptum *can. Ferrulas* contineatur Episcoporum potestas in impertienda facultate alienandi bona Ecclesiastica.

Erūt itaque Eñorum Patrum decernere

*An sit probanda consuetudo centenaria, aut quadragenaria in casu etc.*

Affirmative.

**F**ERENTINA AGGREGATIONIS, ET JURIS ELIGENDI. In Cathedrali Ecclesia Ferentina a tempore, cujus initium hominum vincit memoriam, erecta fuit Sodalitas SSm̃i Sacramenti, et Archiconfraternitati Ecclesiæ S. Mariæ supra Minervam rite aggregata. Eidem Sodalitati duo præesse consueverant Priores, quorum unus Ecclesiasticus, alter secularis: hunc procul dubio a Confratribus, illum autem a Capitulo per longissimi temporis spatium delectum fuisse ex monumentis certo constat, ac præsertim ex Synodo Diœcesana, quam anno 1732. habuit Episcopus Bor-

*Sess. 22. Cap. 8. de reform.*

gia. Ad ejus enim calcem extant Constitutiones Capitulares, quarum *cap. 3. de Missis Conventualibus* elemosyna pro Missis præfinitur, hoc tamen addito: *exceptis anniversariis, quæ celebrabuntur a Canonico Priore Confraternitatis SSm̃i Sacramenti, pro quibus servetur solitum.* Hæc Priores eligendi methodus ad annum usque 1750. viguit: verum postea etiamsi Canonici munus Prioris obiverint, attamen non apparet, utrum a Capitulo, vel a Sodalibus fuerint electi. In dubium autem revocari non potest, Canonicos etiam postea Comitibus, quæ certis statisque diebus Sodalitas habebat pro Officialium electione, interfuisse, ac nomine *Fratelli Ecclesiastici Canonici* fuisse nuncupatos, quin ullum unquam reperire datum fuerit vestigium, ex quo eliciatur aliquam adhibitam fuisse formulam, ut Canonici, sicut ceteri, in Sodalium numerum referrentur. At vero anno 1776., quando Canonici jam ab Anno 1770. Camerario Sodalitatis facultatem tribuerant incundi contractus emphyteusis, aliasque feriendi pactiones, et jam a duobus annis Oratorium S. Petri cesserant Sodalibus, ut eo ad nutum Capituli uterentur pro Sacris functionibus peragendis, Sodales contendere cœperunt, se nullo adstringi vinculo ad eligendum Canonicum, qui Prioris munere fungeretur, ac bini ex utraque parte designati fuerunt viri, qui rem coram Episcopo tractarent. Cumque Prior Secularis nonnulla protulisset exempla, ex quibus deprehenderetur identidem utrumque Priorem delectum fuisse inter Confratres Seculares, Episcopus Tosi animi sui sensum pandidit votis Confratrum consentaneum, et die 23. Februarii anni 1777. Statuta edidit, quæ *cap. 9. decreverunt = I Priori secondo l'uso*  
 „ *antico si eleggeranno la sera della Solennità del*  
 „ *Corpo del Signore nell'Oratorio a Voti segreti, e*  
 „ *quelli si reputino eletti, che avranno avuti la maggior parte de'Voti a loro favore, osservando in tutto quanto in simili elezioni è solito costumarsi .....*  
 „ *Quindi i Priori debbono scegliersi tra i Fratelli più*  
 „ *degni, che siano nel consigliar prudenti etc. = Hinc*  
 Confratres eadem die ad electionem Officialium devenerunt, et obsequii tantum causa erga Capitulum  
 Prio.

Priorem designatunt Canonicum Pasqualetti, qui colatum munus accepto habere noluit. Quo factum est, ut Confratres, qui in Sacristia Ecclesie Cathedralis prius Comititia habere consueverant, eadem subinde in Oratorio S. Petri coegerint, ac Priores pro suo lubito elegerint, Canonici autem Confraternitatis Comititiis amplius non interfuerint, et qui inter Sodales cooptari concupiscerent, id a Confraternitate more secularium obtinere adacti fuerint.

Accidit inoperrime, ut Oratorium S. Petri ruinam minaretur, atque hanc ob causam Confratres confugerint ad Canonicos, ut Oratorium necessariis instaurationibus relicerent. Verum Canonici jura sua læsa existimantes, eo quod Sodales denegaverint, eosdem ubi primum in Canonicorum Collegium relati fuerint, inter Confratres nullis servatis solemnibus esse recensendos, atque unum ex Capituli Collegio necessarie deligendum, qui Prioris munere fungatur, Confraternitatis petitionibus obstiterunt, ac se ad reparationem Oratorii nulla obligatione adstringi affirmarunt. Quocirca Promotor Fiscalis supplices huic S. Congregationi obtulit preces, ut controversiæ omnes dirimerentur.

Preces Episcopo ablegate fuerunt, ut partibus auditis votum suam panderet. Interea Canonici Oratorium instaurandum curarunt, ejusque usum certis quibusdam legibus denuo Confraternitati concesserunt, quin tamen de controversa electione Canonici ad munus Prioris obeundum, aut de aggregatione Canonicorum inter Sodales SS. Sacramenti coram hac S. Congregatione pendente quidquam constituerint. Quapropter Episcopus hac super re animi sui sententiam aperuit inquitens. „ Statuo Capitulum, ac Sodalitatem duo esse inter se distincta Collegia, suo utrumque jure ac lege instructum. Canonicos propterea nec inuitos, nec eo dumtaxat, quod Sedem in Choro obtinuerint, in Sodalibus numerari oportere, tributisve ab Apostolica Sede Sacre Indulgentiæ muneribus perfrui, nisi ex præscripto regularum, quæ ab Episcopo Tosio datæ Sodalitio fuere, in id se se cooptandos curaverint: quod sane Canonici plures ad nostram usque memoriam exequi non dubitarunt. Hoc tamen eorum dignitati concedendum arbitror,

„ ut qui dignus Canonicatus fuerit habitus, vix atque  
 „ postulaverit, sine ullo experimento, vel consulta-  
 „ tione, ad propriam Sodalium Vestem induendam  
 „ admittatur, in eorum album continuo referendus.  
 „ Quod utrique Collegio tanta sit ejusdem Ecclesiæ, ac  
 „ ejusdem in Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum  
 „ obsequii communitio, æquum propterea videri, ac  
 „ etiam Sodalitii rebus expedire, ut vetus consuetudo  
 „ instauretur, unius ex Canonicis, alterius ex Laicis  
 „ eligendi, qui communibus consiliis Prioris officium  
 „ in Sodalitio sustineant. Itaque legem Sodalibus dan-  
 „ dam esse arbitrarer, ut ex Canonicorum numero,  
 „ qui in Sodales sint adscripti (cujusmodi semper  
 „ bene multos fore non dubito) unum suffragiis ex  
 „ more latis Priorem creent, ad quem ex Laicis al-  
 „ terum adjungi oporteat, utrumque ab Episcopo  
 „ confirmandum „.

Quamvis vetustæ Sodalitii regulæ incendio Anni 1641.  
 perierint, attamen quid illæ præscriberent ex poste-  
 riori observantia, quæ in ambiguo optima est inter-  
 pres, *Card. De Luca de jure patron. Disc. 15. n. 9.*,  
*Rot. cor. Emerix Decis. 112. n. 2.*, erui posse autumant  
 Canonici. Enim vero ipsi Confraternitatis Codices te-  
 stantur ab anno 1695. ad annum usque 1776. unum de  
 gremio Capituli pene semper inter Priores Confrater-  
 nitatis fuisse relatos. Ex Libris vero in Capituli gram-  
 matophylacio extantibus constat, Canonicos ab anno  
 1683. usque ad annum 1697. suffragatione sua quotan-  
 nis aliquem ex Capitularibus elegisse, qui Prioris mu-  
 nus obiret. Nec mirum addunt. Nedum enim in Rea-  
 tina Cathedrali Ecclesia mos viget, ut Canonici unum  
 de gremio seligant Priorem Sodalitatis in eadem Eccle-  
 sia erectæ, et simul ac ipsi Canonicatus possessionem  
 nanciscuntur, Confratres evadant; verum etiam Ro-  
 mæ ac præsertim in Basilicis S. Joannis, S. Petri, S.  
 Laurentii in Damaso lex obtinet, ut Canonici Confra-  
 tres nati Sodalitatum, quæ in eisdem Ecclesiis repe-  
 riuntur institutæ, habeantur, atque etiam ad explen-  
 da munia necessario eligantur.

Nec quidquam facessit, pergunt Canonici, quod fere quin-  
 quaginta elapsi sint anni, quin ipsi contra Sodales se vin-  
 ducendam namque præscriptionem præ-

præter temporis spatium justus requiritur titulus, *Cap. Si diligenti 17. de Prescription. , cap. Dudum 31. de decim. , et L. ultima Cod. de usucapion. pro hæred. ,* quem in themate deficere affirmant. Quamvis enim in Comitibus anni 1776. duo Canonici fuerint præelecti ad rem coram Episcopo pertractandam, nihilominus quum Comitibus post edita statuta collectis nemo unus Canoniorum adfuerit, atque Canonicus Pasqualetti a Sodalibus delectus nuncium miserit officio Prioris, satis compertum autumant, Canonicos nunquam ea, quæ a Deputatis gesta sunt, adprobasse. Demum demonstrare nituntur actus huc usque a Sodalibus exercitos mere facultativos fuisse, ac propterea præscriptionem nunquam inducere valuisse, *Zallinger L. 2. Decret. §. 550. num. 4. , Sac. Congregat. in Bricinorien. Paræciarum 8. Maji 1824. §. Parochi, et in Viterbien. Jurium 26. Augusti 1826. §. Et re sane .*

Verum Confratres testes inducunt, qui Sodalitatem, antequam Statuta Episcopi Tosi in lucem ederentur, sine lege va casse deponunt: quædam vetusta in medium afferunt exempla, quæ ostendunt ante annum 1722. aliquando utrumque Priorem inter Confratres seculares fuisse electum. Hanc liberam eligendi potestatem ipsos Canonicos anno 1776. agnovisse subdunt, adeo ut Episcopus Tosi insequenti anno 1777. Statuta ediderit, ex quibus aperte elicitur, Sodalitatem nullo obstringi vinculo ad eligendum alterum ex Canonicis, qui munere Prioris fungatur. Hiscè accedit postera, ac diuturna Capituli acquiescentia; nam Sodales ad hæc usque tempora pro suo libitu Priores ex Contratribus elegerunt, et si quis Canoniorum in Sodales cooptari appetit, illis, quæ pro aliis servantur, solenniis opus fuit, ut se subjiceret.

Statutis itaque addenda est præscriptio, quæ in themate cum vehementem non habeat juris resistentiam, non indiget titulo. Titulus enim, uti animadvertit *Covarr. lib. 1. resol. cap. 17. n. 7. et Fagnan. in cap. cum Ecclesia n. 54. de caus. posses. et propr. ,* non requiritur in præscriptione, nisi ad excludendam malæ fidei possessionem; in eo autem qui possidet jure non improbante aut resistente, mala fides haud præsumitur.

Quare

- Quar<sup>ta</sup> proponitur . . .  
 Dubia  
 I. An Canonici Cathedralis Ecclesie per possessionem  
 Canonatus evitent Confratres Sodalitatis SS.  
 Sacramenti in casu etc.  
 Et quatenus negative  
 II. An et quomodo sint referendi in Sodalium numerum  
 in casu etc.  
 III. An et quomodo alter ex Canonici sit eligendus ad  
 munus Prioris Confraternitatis in casu etc.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Provisum in primo.

Ad III. Affirmative iuxta vetum Episcopi quoad  
 modum electionis.

Sess. 21. cap.  
 3. de reform.

**P**ERUSINA DISTRIBUTIONUM = Veteres Capitulares Constitutiones, quæ in desuetudinem abierant, aut præsentibus temporum circumstantiis minus aptæ videbantur, emendare, atque edere studio, ac sollicitudine hodierni Episcopi decreverunt Canonici Cathedralis Ecclesie Perusinae. Operi manus admoventur Canonici, sed animadvertentes Apostolica venia indigere, ut nonnulla constituerent, quæ ad majorem Domus Dei decorem conducunt, et Fidelium pietatem excitant, ac fovent, hunc adire Sacrum Ordinem, ut voti compotes reddantur. Exposuerunt enim quinquaginta Capitulares Choralis servitio alternis hebdomadis esse adlictos, quos inter octo Beneficiati, set quatuor Clerici perpetui peculiaribus Præbendis aucti, ac distributionibus tum quotidianis, tum communibus præditi. Verum quinque supra decem Beneficiati, ac tres Clerici perpetui, licet præbendis non destituti, quotidianis tamen, et communibus distributionibus penitus carent. Quo fit, ut aliquando a Choro impune absint. Hanc eorum negligentiam mirum in modum auget tenuitas Præbendarum; qui namque majori fruuntur præbenda, subductis publicis vectigalibus, ac Missarum oneribus, quo-



quolibet anno lucrantur scut. 48, qui vero minori, annua percipiunt scut. 30, alii scut. 20, et alii 15. Imo Possessor Beneficii a Hieronymo Santucci anno 1668. instituti quotannis lucratur scut. 13. 65., eique deductis oneribus supersunt oboli 92.  $\frac{4}{5}$ . Præterea ad- sunt duo Beneficiati ab eorum fundatoribus nuncupati *Cervellieri*, et *Crispolti*, diebus tantummodo communi- bus onere servitii Choralis obstricti, qui adeo exiguis po- tiuntur fructibus, ut, si onera realia perferre, ac sta- tutum Missarum numerum celebrare adigantur, Be- neficiatus *Cervellieri* scutor. 3. 38, et Beneficiatus *Cris- polti* scutor. 12. 70.  $\frac{1}{2}$  singulis annis jacturam faciant. Ut itaque hujusmodi Beneficiati et Clerici ad Laudes divinas in Ecclesia rite diligenterque persolvendas in- flammentur, postulant Canonici, ut ex singulis præ- bendis detrahatur certa quantitas fructuum in quoti- dianas distributiones eroganda, quæ aliorum Benefi- ciatorum et Clericorum æquet quotidianas distributio- nes, atque insuper ut ea impertiatur Missarum redu- ctio, quæ satis sit ad statuendas communes distribu- tiones, quibus alii Beneficiati et Clerici similiter gau- dent. Cumque nihilominus tennes essent, et angusti hujusmodi Capitularium redditus, ideoque ad decentem tuitionem sibi comparandam aliis Ecclesiis inservire compellerentur, et aliquando nonnulli ex Canonicis ad ecclesiastica munia obeunda ab Episcopo assuman- tur; hinc efflagitant etiam, ut Præfecto Chori ad tramites jam inductæ consuetudinis potestas conceda- tur eximendi Capitulares a Chori servitio, ut sine dis- tributionum jactura Sacrum faciant, vel alia munia etiam extra Ecclesiam Cathedralē brevi tempore ex- pleant.

Rogavi Episcopum Perusium, ut hac super re suam panderet sententiam, qui transmissis tabulis accepti et expensi confirmat tenuitatem reddituum Beneficia- torum, qui massa distributionum destituuntur. Mo- net quoque pleraque hujusmodi Beneficia juripatro- natus Capituli esse subjecta; hinc pergit „ Ad effor- „ mandam Massam communem in ea forem senten- „ tia, potiusquam minuantur onera Missarum, sa- „ tius esse, si aliquod Beneficium quod sit de jure „ patronatus ejusdem Capituli cum primum vacave-

„ rit.

rit, usurpetur. Cæterum ex Ministrorum defectu contigit, ut pro mea pastoralis sollicitudine deberim duobus Canonicis, ac tribus Beneficiatis munus Confessariorum Monialium injungere. Sed ex primis unus, sicut ex alteris itidem unus jubilatus existit. Aliande enim nihil mihi antiquius, quam omnibus parcere Choro addictis, ne psallentium Deo numerus unquam, citra veram necessitatem, elevetur „.

Petitam facultatem dispensandi a præsentia in Choro, non modo utilem, sed admodum necessariam autumant Canonici. Nam redditus Beneficiorum generatim valde exigui sunt, neque ullo modo sufficere valent ad congruam Rectorum sustentationem. Hinc illi, ut de Altari vivant, venia prius obtenta, parvo temporis spatio a Choro discedere consuescunt, ut Missam celebrent, vel ut aliud præsent officium in propinquioribus Ecclesiis. Quod si hæc facultas in posterum denegaretur, Beneficiati potius Choro non interessent, et punctaturas subirent, quam ejusmodi eventuales proventus amitterent.

At vero consuetudo discedendi a Choro tempore, quo laudes Deo persolvuntur, sive celebrandi missas privatas sive confessiones audiendi causa adversum tenet Sacris canonibus, *Passerin. in Cap. consuetudinem reg. 10. n. 163. de cleric. non residen. in 6., Bened. XIV. Instit. eccl. 107. n. 76.*, nisi pro absentia Sacerdotum, qui in Ecclesia tunc Missa Sacrificium faciant, necessitas aliquando inciderit, ut Præfectus Canonicum aliquem Sacerdotem e Choro exire, a statæque horæ officio abesse Missæ celebrandæ causa, jubeat, aut nisi a Sede Apostolica aliter concessum fuerit, ut tradit S. Carolus Borromeus in Concilio Mediolanensi apud *Bened. XIV. loco cit. n. 75.* Hinc S. Congr. anno 1620. *lib. 12. decret. pag. 35.* respondit: *Canonicos dum Horæ canonicæ recitantur, non posse a Choro abscedere ad Confessiones audiendas, aut Missas celebrandas devotionis causa, ac qui discesserit illius horæ distributionem amittere.* Itaque ut Capitulares tempore divinorum officiorum Missam celebrantes lucrentur quotidianas distributiones, oportet, ut Chorum dimittant de licentia legitimi Superioris, et ad Missam pro Populi commoditate non in  
alia

alii, sed in eadem Ecclesia celebranda, *Bened. XIV. loc. cit. n. 102.*, et *S. Congreg. in Spoletina servitii Chori 28. Februarii 1795* et in *Reatina Jurium Parochialium 11. Junii 1825. §. Præterea.*

Quod vero pertinet ad quotidianas distributiones pro Beneficiatis, qui illis destituuntur, instituendas, Capituli petitio profecto consona est menti Concilii Tridentini: nam Beneficiati magis excitarentur ad Laudes divinas rite sollicitèque in Choro absolvendas. Inquirendum tamen quomodo eas decernere oporteat. Edixerunt sane Tridentini Patres *Sess. 21. cap. 3. de reform.* in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verosimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, et quorumcumque proventuum tam Canonicatum, quam Beneficiorum separari debere, et in distributiones quotidianas converti, quæ inter divinis interessentes distribuuntur, salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt. Quocirca nihil obesse videretur, quominus *EE. VV.* morem gererent precibus Canonicorum, qui eam fructuum portionem ex Beneficiis de quibus agitur detrahendam, et in quotidianas distributiones erogandam arbitrantur, quæ aliorum Beneficiatorum quotidianas distributiones cœquet; nam etiamsi eadem portio tertiam proventuum partem superaret, id nihilominus Tridentinæ Synodo non adversaretur. Quin imo Canonicorum votis annuendum quoque foret, Missarum reductionem impertiendo, ut distributiones communes constituantur. Etenim *S. Congregatio* ad augendos redditus Præbendarum indulset Missarum reductionem in *Asculana Missarum 20. Aprilis 1782.* et in *Nullius S. Martini 12. Septembris 1801.*

Verum animadvertere præstat, pleraque Beneficia adeo exiguis pollere præbendis, ut integri annui fructus in quotidianas distributiones converterentur, in quibus quidem essent ad aliorum Beneficiatorum quotidianas distributiones æquandas. Potius igitur Episcopi ad amplexanda videtur, et quædam Beneficia, quæ natus Canonicorum, cum primum vacaverint, supplicanda, ut eorum annui fructus in quotidianas erogentur

tur distributiones inter Beneficiatos, et Clericos perpetuos, qui illis carent, æqua lance dividendas, præsertim quia aliquarum præbendarum suppressio in frequenti Perusino Capitulo nihil afferre valet detrimenti Choraliservitio. Huc sane spectavit Tridentina Synodus, dum *Sess. 24. cap. 15. de reform.* statuit „ In Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis insignibus ubi frequentes, „ adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canoniorum gradui pro loci, et personarum qualitate non „ sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, „ vel aliquot simplicia Beneficia, non tamen regularia „ iis unire; vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum Patronorum consensu, si „ de jure patronatus Laicorum sint, quarum fructus, et „ proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen ut tot supersint, quæ „ divino cultui celebrando ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere.

Dignabuntur Emi Patres dirimere

### Dubia

- I. *An et quomodo Capitularibus indulgenda sit facultas abessendi a Choro in casu etc.*
- II. *An et quomodo sit efformanda massa distributionum in casu etc.*

Ad I. Negative, nisi in casibus a jure expressis, et pro celebratione Missæ in eadem Ecclesia ad populi commodum, petita venia a Præfecto Chori.

Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.

*Sess. 24. Cap. 13. de Reform.*

**A**SCULANA CONGRUAE. Antonius Rota ultima, qua decessit, voluntate anno 1676. legatum Missarum, quod Pium opus nuncupavit, instituit, ejusque integros annuos fructus erogari præcepit in Missas per  
Cap-

Capellanos ad nutum amovibiles celebrandas in Templo SS<sup>im</sup>æ Trinitatis Oppidi Ophidæ cum eleemosyna obolorum viginti pro quolibet Sacro. Legati administrationem concedidit Canonicis Ophidanæ Collegiæ, cavique, ne ejus bona in alios, quamvis pios, converterentur usus. Verum Thomas Marana Aſculanus Antistes, dum anno 1753. sacra visitatione Diœ. cesim lastrabat, animadvertens animarum curam tum frequentis Oppidi Ophidæ, tum ampli illius territorii uni Vicario Curato ad nutum Capituli amovibili incumbere, tres constituit Capellanos, qui Vicario suppetias ferrent in gerenda cura populi ruri degentis, et ad illorum congruam stabilendam auctoritate Apostolica suffultus die 5. Februarii ejusdem anni decrevit, „ in posterum eleemosynam Missarum Piæ Rotæ,  
 „ ut dicitur, diminuendam, et taxandam esse ad rationem obolorum quindecim . . . dando facultatem Capitulo retinendi in qualibet illos alios quinque obolos ad effectum ex his retrahendi scutata sexaginta danda tribus Capellanis addendis, viginti pro quolibet, et si aliquid supererit in beneficium Sacristiæ et Ecclesiæ.

Ophidanam Collegiatam cunctis bonis Gallorum tempestate expoliatam, Summus Pontifex Leo XII. quem Deus diu sospitem incolumemque servet, in pristinum restituit. Sanxit tamen. ut non solum Parœcia S. Mariæ intra Oppidi ambitum constituta, sed et rurales, quæ antea per Capellanos amovibiles regebantur, Collegio Canonicorum immiœcerent, atque ipsi uti Parochi perpetuam illarum animarum curam gererent, et haberent. Hinc subdunt litteræ Apostolicæ; cessandum erit ab omni pensitatione pecuniæ, quæ sive congruæ, sive supplementi, sive incrementi; sive Dotis divini cultus nomine, sive alio nomine quocumque ab Alerario nostro fiebat earum parochiarum Vicariis. Hinc etiam irrita habebitur, atque Apostolica nostra auctoritate abrogatur fundorum et quorumvis bonorum pro dote illarum Parochiarum datio, additio, donatio, eaque bona in jus, ac dominium recidant Collegii Canonicorum; siquidem ab illo profecta sint, Patrimonio autem ecclesiastico addentur, si aliunde fluxerint; novis enim

„ earum Ecclesiarum Pastoribus satis prospectum  
 „ est præbendis, quæ ad illos deferentur ex iis Cano-  
 „ nicatibus, qui Rectores veteres amiserunt, nec no-  
 „ vis sunt traditi. „

Ex hac rerum instauratione, ac Pontificia sanctione con-  
 pertum autumantes Capellani pii Operis Rota, decretum  
 anni 1755. jam consensisse, atque locum amplius  
 non esse detractioni obolorum quinque ex singularum  
 Missarum eleemosyna, ad hunc Sacrum Ordinem advenit  
 et oraculum EE. VV. exquirant.

Rogatus de more Episcopus laet rebus Capituli. Ait enim  
 „ Reditus quibus unaquæque Canonialis præbenda  
 „ annuatim ditatur, adeo per exigui reperiuntur, ut ea-  
 „ rum maxima vix summam pectingat scutorum qua-  
 „ dragintaquinque. Quapropter augmentum illud olim  
 „ Vicariis, et Collegiæ Ecclesiæ datum propter curam  
 „ animarum, hodie quoque servatum putarem.

Et sane decreto anni 1755. Pontificia auctoritate edito,  
 nequiquam inquitur Canonici, derogasse videntur lit-  
 teræ Apostolicæ, quibus Ophidani Collegiata in antiquum  
 statum fuit restituta. In his enim bona omnia in dota-  
 tionem Paroeciarum olim assignata Collegio Canonico-  
 rum reddi decernitur: expressè declaratur in posterum  
 fore cessuram quamlibet pensitationem Paroeciarum  
 Vicariis a publico arario fieri solitam, sed nulla oc-  
 currit abrogatio detractionis obolorum quinque ex elec-  
 mosynis Missarum Rota. Itaque ex regula illa: quod  
 voluit expressit, quod noluit, non expressit: reliquas  
 præstationes, quæ extra Principis erant Ararium, omni-  
 no servatas est censendum,

Præterea ab Summi Pontificis mente quam longe abesse vi-  
 detur abrogatio decreti Episcopi Marana. Exinde enim  
 fieret, ut Canonici Vicariorum loco substituti, ac  
 propterea duplici onere a Sacratissimo Principe gra-  
 vati, majorique dignitate ornati, congrua sustentatio-  
 ne destituerentur. Imo etiamsi Pontifex, ratus, *novis*  
*Ecclesiarum Pastoribus satis prospectum esse* Canoni-  
 calibus Præbendis, ejusmodi decreto derogasset, de-  
 nuo impertienda foret detractio obolorum quinque; si  
 quidem nonnulli ex Canonici vix annua scuta tri-  
 gintaquinque ex propria Præbenda lucrantur. Si enim  
 ad congruam Parochorum constituendam, ex Consti-  
 tu-

ratione S. Pii V. *Ad exequendum non minorem sc. 50.* atque ex disciplina hujus S. Ordinis non minorem sent. 100<sup>a</sup> ad tradita in *Civitate Castellana 24. Novembris 1821. ad II. Dub., et in Tudertina 27. Aprilis 1822. §. ut hæc*, conceditur Beneficiorum unio, *Concil., Trid. Sess. 21. cap. 3. de reform., S. Congreg. in Sabinen. Unionis 16. Junii 1788.*, atque etiam Legatorum applicatio, Missarumque reductio, uti docent exempla in *Spoletana 18. Decembris 1790, in Novarien. Reductionis Missarum 23. Novemb. 1795., et in Asculana Parochie 15. Decembris 1804. §. hæc*, eo magis in themate indulgeri oporteret controversam eleemosynarum detractionem favore Parochorum, qui etiam servitio choralibus obstringuntur.

At Capellani Rota decretum Episcopi Marana penitus abrogatum existimant. In nuperrimis enim Apostolicis Litteris suppressæ, atque extinctæ decernuntur Capellanæ Curatæ, et Animarum cura per ipsos Canonicos exercenda statuitur. Bona, quæ ad Vicarios pertinebant, si ex Canonicorum Collegio profecta fuerint, eidem restitui jubentur, si vero aliunde, non Canonicis, sed Patrimonio Ecclesiastico addicuntur. Jam vero pars eleemosynarum ex Legato Rota obvenientium, Capellanis Curatis per decretum anni 1753 attributa, tanquam ex Mensa Capitulari profecta haberi nequit; quandoquidem pius Funditor Rota, solam legati administrationem Canonicis reliquit, ideoque nullum sibi jus asserere valent in Missarum eleemosynas.

Suppressione itaque Capellaniarum defuit persona, cui erat representanda pars eleemosynarum, ac suapte natura consenuit. detractio per episcopum Marana decreta. Neque Capellani hac super re subrogati censendi sunt Canonici, cum Pontifex aperte significaverit, eisdem satis prospectum esse Canonicis Prebendis. Quin præsidium sibi comparare valeant ex earum tenuitate; siquidem exigui Canonicatum fructus, non qualis fuerit, sed qualis futura fuisset Pontificis mens, atque dispositio, si illos prospexisset, potius ostendunt.

Abrogatum igitur renuntiandum est decretum anni 1753, atque in Missarum celebrationem erogandi fructus omnes Legati Rota. Namque Sacri Canones abhorrent a supremarum voluntatum commutatione, præsertim

si Fundator, uti in præsentî casu, aperte vetuerit, ne in posterum ejus dispositio ullo modo immutaretur, Piton. contr. patron. alleg. 80. n. 5., et S. Congr. in Januen. Commutationis Voluntatis et Reductionis 25. Maji 1822. §. contra.

Quæritur

*An decretum Episcopi Marana sit servandum in casu ec.*

Non proposita cum sequenti

Sens. 24. Cap.  
15: de Refor.

**N**EAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHOR-  
RI. Hujus causæ speciem haurire precor Eñnos Patres ex Foliis dierum 18. Martii et 22. Julii superioris anni 1826. In prima actione quum EE. VV. rogassem: *An et quomodo sit concedenda reductio servitii chori in casu etc.* judicium protelandum censuistis, et quædam documenta exhiberi jussistis; in secunda autem propositione responsum dedistis: *Affirmative ad omnes dies Festos de præcepto ritus duplicis tam primæ, quam secundæ classis, nec non ad officia tenebrarum, commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Missa solemnîs quotannis celebretur in Anniversario Philippi Pontano*— Huic rescripto haud quieverunt Hebdomadarii, iterumque petierunt, ut Servitium Chorale ad primas et secundas Vesperas, Missamque solemnem in Festo Assumptionis B. M. V. cohiberetur. Oratorum votis annuendum esse censet Eñnus Archiepiscopus, statuta punctatura *di un Ducato di Regno per ognuno di delli tre servizj da dividersi inter præsentés*. Plura enim Hebdomadarii proferunt rationum momenta, quæ exoratam reductionem suadeant impertiendam. In primis Oratores Præbendas nacti sunt  
tam-



tanquam Beneficia simplicia, nulloque Choralis servitio, præterquam in die Assumptionis B. M. V., obstricta. Dein „ il servizio del Coro, subdit Eñus „ Archiepiscopus, prima della cessione ai Padi Mi- „ noriti era poggiato sull'affitto delle Case adiacenti „ alla Chiesa, che non più esistono, perchè di es- „ se se ne formò il Monastero „. Cunque Hebdomadarii in possessionem ædium, seu Cœnobia post Religiosorum discessionem non fuerint restituti, nec sperandum fore restitutos, haud æquitati consonum videtur, ut ipsi, quibus comoda fuerunt subtracta, onera illis annexa nunc perferre compellantur, R. 55. J. in 6. ibique Reiffenst. num. 16.

Nec ulla haberi potest ratio fructuum, quos ipsi lucrantur, tum quia ob vilescens frumenti prætium superiori anno cujusque Hebdomadarii portio vix attingit ducata undeviginti, atque e contrario ad explendum Chori servitium ad tramites indulgentiæ reductionis „ si ricerca la corrispondente spesa per due Cantori, Organista, Cera, inservienti, ed altro, così sicchè quei pochi ducati, che rimarrebbero a ciascuno, non sono affatto proporzionati per i settanta servizi Choralis „: tum quia „ la rendita di ciascuno Eddomadario (pergit idem Eñus) per la „ maggior parte non è addetta a servizio di Coro, „ ma per la celebrazione di Messe lasciata da Filippo Pontano, le quali Messe sono state ridotte ad „ una sola Cappellania quotidiana, e questo peso, „ che prima non avevano i Ricorrenti, ora lo stanno soddisfacendo con tutta puntualità. Sicchè dalla „ rendita attuale dovendosi togliere quella che proviene dall'Eredità Pontano, è troppo tenue quella che rimane proveniente dalla Massa commune, „ cioè scudi cinque in circa, e perciò non si può „ addossare ai Ricorrenti l'obbligo del Coro, il quale oltre all'assistenza personale porterebbe altre „ spese indispensabili „.

Videant itaque EE. VV., utrum amplior concedenda sit reductio, præsertim quia nonnulli Hebdomadarii seniores sunt confecti, alii infirmitate detineantur, ceteri vero qui Monasteriorum, aut piarum Sodalitatum Confessarii munere funguntur, se coram Eñno Archiepi-

piscopo paratos exhibuerunt ad Beneficium dimittendum, nisi petitam consequantur reductionem servitii Chori, quod illis impedimento esset, quominus aliunde ad vitæ tuitionem necessaria possent sibi comparare.

Atamen annuus reditus ducatorum circiter triginta, quem in præsens lucrantur hebdomadarii, non videtur adeo tenuis, ut ex instituto hujus Sacræ Congregationis amplior reductio sit concedenda, quemadmodum pro meo munere innui in *Folio diei 18. Martii superioris anni §. Animadvertendum*. Quin aliter suadere valeat, quod monent Oratores, nimirum plerosque reditus ex hæreditate Pontano originem ducere; cum enim hujusmodi fructus haud ipsi perciperent, nisi Beneficium possiderent, onera Beneficio annexa, seu servitium Chori pro ratione proventuum subire tenentur, nam Beneficium datur propter Officium, *Concil. Trid. Sess. 21. cap. 13. de Reform. Fagnan. in Cap. Licet de præb. num. 24.* Hinc proponitur

### Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Deinde

*Die Sabbati 18. Augusti 1827. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

## ASCULANA CONGRUÆ

Dubium

*An decretum Episcopi Marana sit servandum in casu etc.*

*Sess. 24. Cap. 13. de Reform.*

Negative

## NEAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI

Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

*Sess. 24. Cap. 15. de Reform.*

*In decisis, nimirum ad illos dies festos ritus duplicis primæ et secundæ classis tantum, qui sint de præcepto, præter officia tenebrarum, commemorationis fidelium omnium defunctorum, et Anniversarium Pontano.*

Sess. 22. Cap.  
6. de Reform.

**F**AVENTINA BENEPLACITI APOSTOLICI. Actum est de hac causa in Comitibus diei 21. Januarii superioris anni, ac tria proposita fuere Dubia I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro sanatione Transactionis in casu etc.* Et quatenus negative II. *An, quomodo, et in qua summa descendantibus Jacobi Philippi Pani sit solvenda annua præstatio ex redditibus hæreditatis Sebastiani Scarsellini in casu etc.* III. *An et quomodo loco præstationis assignanda sint bona hæreditatis Scarsellini in casu etc.* Eñi Patres his dubiis respondendum censuerunt: Ad I. *Negative in omnibus.* Ad II. *Dilata, non retardata interim per modum provisionis executione Transactionis anni 705., et scribatur Episcopo ad mentem; mens fuit, quod Episcopus referat de numero personarum familie, sive masculini, sive feminini generis, an subsidia Dotalia promissa nondum soluta fuerint, de adimplemento conditionum a Testatore præscriptarum, et statum activum, et passivum hæreditatis remittat.* Ad III. *Negative in omnibus.*

Consultus Episcopus retulit, Familiam Pani tredecim constare personis, novem masculis, et quatuor fœminis, subsidia dotalia ad tramites fundationis hactenus fuisse distributa, statumque transmisit activum, et passivum, ex quo patet semissem hæreditatis Scarsellini, subductis oneribus, annum reddere fructum scut. 954. 06. Quocirca hodierna die quæstio ad trutinam revocatur, distributis utrinque Allegationibus.

Defensor Congregationis Beneficentiæ, in qua jura coa-luerunt Sodalitatis pauperum verecundorum, Transactionem anni 1805. nullius roboris esse contendit propter defectum Beneplaciti Apostolici, quod ad firmitatem contractum cum Locis piis auctoritate Episcopi erectis initorum necessarium fuisse, etiam dum staret Italicum Regimen, tradit *Rota in Faventina Nullitatis Transactionis 17. Februarii 1823. §. 4. cor. R. P. D. Gamberini.* Imo pergit, Transactionem illam nec sanatione esse donandam. Cum enim ex Concordia anni 1705., quam hæc S. Congregatio die 30. Maji 1772. ratam habuit, singulis ex Familia Pani persolvenda sint annua scut. 30., et contra ex transactione anni 1805.

Die 18. Augusti 1827.

147

Familiae Pani representandum foret l'assegnamento fino alla somma annua di scudi 1400., tametsi accedesse qualunque aumento, o minorazione negli individui della Famiglia Pani fino all'ultimo di detta Famiglia, liquido apparet, hanc postremam transactionem haud Loco pio utilem, sed exitiosam esse.

Nec tamen satis. Conventum praeterea fuit che nonostante il detto assegnamento Loco pio incumberet la Dotazione delle Femmine Pani, item il collocare in educazione i Figli, e Figlie della Famiglia Pani, purchè le spese non eccedino la somma di scudi 30., tum che in caso di morte d'uno dei loro individui debba somministrare i soliti soccorsi, tandem tutte le eventualità che potessero accadere sulli fondi dell'Asse Scarsellini come pure tutti gli altri pesi ed aggravj alli medesimi infissi. Ex his omnibus perspicuum censet idem Defensor, lucrum omne Transactionis assequutos Panios, damnum vero Locum pium; ideoque nedum vitio nullitatis esse infectam; etiam ex defectu utilitatis, sed insuper uti damnosam penitus respuendam, *tex. in L. 38. Cod. de transact., Rot. in Romana Nullitatis Transactionis 5. Julii 1820. §. 5. cor. R. P. D. Spada, S. Congregatio in Assisien. Beneplaciti 19. Novembris 1825. §. addit.*

Irrito autem conatu ad Transactionis utilitatem tuendam Familia Pani praesidium sibi quaerit ex adjecto pacto = che in tale assegnamento debba rimanere compreso tutto ciò, che la Famiglia Pani pretende doversegli della porzione dell'Eredità Scarsellini già stralciata ed unita agli effetti generali di questo Istituto = Testator enim primum Antonio Scarsellini legatum annum libellarum 400., dein separata oratione Jacobo Philippo Pani aliud scripsit annum Legatum libellarum 400., ac tandem legem dixit, che li suddetti Legati . . . si debbano pagare successivamente, e rispettivamente lasciar godere anche a tutti li discendenti maschi legittimi e naturali che nasceranno da legittimo matrimonio di detti Legatarj.

Cum itaque non conjunctim ad Legati fruitionem neque primos Legatarios, neque eorum descendentes vocaverit Testator, e vivis erepto Antonio sine prole; frustra descendentes Jacobi confugere nituntur ad jus

accrescendi, quod realem, et verbalem conjunctionem postulat, *tex in L. quotiens ff. de usufruct. accresc.*, *L. 11. eod. Rot. in Romana Immissionis 2. Junii 1777. §. 5. cor. Mannelli, et Consil. Rotal. cor. Castrica Dec. 1. n. 1.* Ex legati enim divisione in primordio ab ipso Testatore facta, atque ex disjuncta vocatione Antonii, et Jacobi elicitur, duos constitutos fuisse stipites, duasque separatim vocatas Lineas; quod impedit, quominus legatam deficientis Lineæ accrescat alteri superstiti lineæ, atque haeres a præstatione Legati immunis efficitur, *L. Lucius 18. §. quæ habebat ff. ad S. C. Trebell., Rot. in Romana Successionis 21. Junii 7751. §. 12. cor. Matthæjo, et in confirm. 28. April. 1752. §. Perpetuum cor. Bussio.*

Nec quidquam utilitatis assecutum fuisse Locum piùm censet memoratus Defensor, ex eo quod certa, ac immutabili constituta summa se eximit ab augmento pensionum, si Familia Pani in posterum exeresceret. Præterquam enim uti augeri, ita et imminui potest Paniorum gens, illud insuper accedit, quod Panii Legatum dumtaxat lib. 400. ex jure postulare valeant; nam subsidium adeo pendet a Sodalitii voluntate, ut Testator expresse jusserit, ipsum præstari = *più per carità, che per obligo di detta Compagnia, e peso dell' Eredità, e secondo che sarà determinato da detta Compagnia, e conforme a quanto ad essa parerà, e piacerà per carità, comminata etiam caducitatis pœna ei, qui contradirà a quanto avrà determinato e risoluto detta Compagnia.*

Itaque, concludit, Transactio anni 1805., utpote solemnitatibus qua extrinsecis, qua intrinsecis destituta, est penitus eliminanda, ac servanda tantummodo concordia anni 1705.; cujus virtute cuilibet ex Familia Pani descendenti quotannis scut. 30. sunt pendenda.

At Paniorum Defensor servandam transactionem propugnat, quin aliter suadere queat defectus Beneplaciti Apostolici, cum non semel, sed sæpius S. Congregatio definierit convalidandos hujusmodi contractus, si justa necessitatis, vel utilitatis causa occurreret, uti probant exempla in *Perusina Transactionis 23.*

Die 18. Augusti 1827.

149

Decembris 1823. §. Transactionis, et in Assisien. Beneplaciti 17. Decembris 1825. ad IV. Dubium.

Utilitatem Transactionis in themate non desiderari, quin imo exploratam esse pluribus de causis contendit. Ac primo eam educit ex recessu a litibus, quæ sicuti antea, ita et in posterum oriri poterant, *Rot. in nuperr. dec. 18. n. 2. tom. 3., Sacra Congregatio in Firmana Concordiæ 21. Januarii 1807., et in Montis Alti Transactionis 20. Februarii 1808.* Dein ex amplitudine reddituum. Semissem enim hæreditatis Scarsellini ad longe majorem, quam ad annua scut. 954. 06., assurgere summam arbitratur; siquidem ex transmissio statu activo et passivo constat, supputationem ductam fuisse per solum quinquennium contra peritorum, ac Tribunalium disciplinam, atque insuper per illud temporis, quo frumenti, rerumque pretia vilescebant: nec prætereundum, inquit, in eodem statu activo reticita fuisse quædam nomina, Census, et oblationes, quæ quolibet anno repræsentant Coloni, quemadmodum evinci affirmat ex collatione præsentis calculi cum eo, qui anno 1805. confectus fuit ab Instituto Charitatis.

Tandem ex jure Paniorum non ad semissem tantummodo, sed ad integram hæreditatem Scarsellini. Portionem enim Antonio Scarsellino a Testatore relictam, jure accrescendi, seu non decrescendi, defecta linea ejusdem Antonii, ad superstitem lineam Jacobi Pani devolutam tuctur idem Defensor. Ex testamentariis siquidem tabulis aperto elici inquit, colectivo nomine eademque oratione descendentes omnes tum lineæ Pani, tum lineæ Scarsellini vocatos fuisse ad idem compendium, ac propterea illam haberi realem, verbalemque vocatorum conjunctionem, ex qua oritur jus accrescendi uti docent *Rota cor. Benincasa decis. 255. num. 16., in Ferrarien. Cautelæ Angeli 28. Junii 1754. §. 15. cor. Molin., et in Calven. Beneficii 29. Aprilis ejusdem anni §. 8. cor. Elephantutio.*

Conjunctionem hanc realem et verbalem profluere opinatur ex eo, quod Testator voluerit = *che li suddetti Legati si debbano pagare successivamente anche a tut-*

tutti i discendenti maschi di detti Legatarj; quod præceperit = che il moltiplico la Compagnia lo debba convertire in dar la Dote alle Figlie Femmine de' suddetti Antonio e Giacomo e loro Discendenti; et denique ex pandita mente, = che in caso detti suoi Legatarj non avessero Figlie Femmine Sodalitium obstringeretur a sovvenire e soccorrere alli sudetti Antonio e Giacomo e discendenti di essi.

Nitidius denique jus accrescendi colligere nititur ex lege, qua Testator cavit, ne fructus suæ hæreditatis ad Sodalitium pertinerent nisi quando saranno finite le discendenze de' suddetti Legatarj, neque antea Sodalitium devinceretur onere di dotare due Zitelle di Faenza, nisi quando saranno finite le discendenze de' sudetti Legatarj; quæ quidem verba cum utriusque lineæ descendentes complectantur, ac simul jungant, evincunt a Testatore fuisse constitutam reciprocam linealem, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 186. num. 42., Rot. in recent. decis. 429. n. 7. part. 4., et cor. Riminald. dec. 209. num. 4., et dec. 244. num. 11.*

Addit quod etiamsi dubium esset jus accrescendi, nihilominus utilitas Loci pii non exularet. Ea namque est transactionis indoles et ratio, ut ea versetur super re dubia, minime super jure claro, *L. 1. ff. de transact., Rota cor. Ansaldo dec. 110. num. 4. et cor. Riminaldo dec. 309. num. 8.;* proindeque cum nuntium miserint Panii ob constitutum subsidium alla porzione di detta eredità, utilis renuncianda transactio, quia contrahentes aliquid sibi mutuo remisissent, *Rota cor. Bichio dec. 335. num. 14. et in Verulana Jurispascendi et lignandi 2. Martii 1757. §. 8. cor. Borull*

Ob oculos ultimo loco ponit Defensor Familiam Pani, quæ gravi rei familiaris angustia premitur, atque ærialieno irretitur. Advertit quoque Testatori magis core di fuisse Familiam Pani, quam Faventinos pauperes, nihilque Congregationem Beneficentiæ, cujus est propria bona in egenorum erogare levamen, interesse sive redditus patrimonii Scarsellini distribuantur extraneis pauperibus, sive egenis ex Familia Pani tribuantur.



Die 15 Augusti 1827.

151

Dignentur hinc Emi Patres, qua pollent sacri juris prudentia, respondere Dubiis

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum dubium in casu etc.*

Et quatenus in decisis.

II. *An, quomodo, et in qua summa descendantibus Jacobi Philippi Pani sit solvenda annua præstatio ex redditibus hæreditatis Sebastiani Scarsellini in casu etc.*

III. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad tertium dubium in casu etc.*

Ad I. In decisis et amplius.

Ad II. Affirmative pro annua præstatione scutatorum sexaginta pro quolibet, ad decennium, firmis conditionibus appositis in resolutione diei 30. Maji 1772.

Ad III. In decisis et amplius.

**B**ONONIEN. PATRIMONII SACRI. Species hujus controversiæ prostat in Folio diei 19. Novembris superioris anni, ac tribus propositis Dubiis: I. *An constet de validitate electionis favore Antonii in casu etc.*, et quatenus affirmative. II. *An et cujus favore teneatur dimittere Legatum Patrimonii in casu etc.* et quatenus negative ad primum Dubium. III. *An et a quo tempore teneatur restituere fructus in casu etc.* Emi Patres responsum dederunt: *Ad I. Providebitur in secundo. Ad II. Affirmative, et fiat nova sortitio ad formam Testamenti inter alios vocatos. Ad III. Affirmative a die præsentis Decreti.* Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

Instaurandi certaminis impetrata venia ab Antonio Bagni, allegationem exhibuit typis edendam, qua se a Patrimonii assecutione ob divitias paternas minime exclusum

sunt conatur ostendere. Hoc facile erui censet ex eo, quod Testator supremis tabulis scribenti perspetum erat, lineam Caroli Bagni, ex qua idem Antonius originem ducit, divitiis affluere, cumque nihilominus eam vocaverit ad Patrimonii fruitionem, satis indicat, noluisse lineam Caroli Bagni ab assecutione Patrimonii Sacri repelli. Fortius quia Testator legem statuens de studiis, ad quæ sedulo incumbere deberent Clerici, qui Patrimonium sortiti essent, curit, ut ipsi studiis vacarent *in Cento non avendo il comodo in altra Città*; ex quo Antonii Defensor elicit, nihil magis a Testatoris mente devium fuisse, quam ob divitias linea Caroli a Patrimonio removeretur.

Animadvertit insuper nullo pacto propugnari posse, Antonium *esser provveduto di altro beneficio o Patrimonio*; nam Filius familias superstitute Patre nullum jus habet in ipsius bonis, sed tantum ad alimenta *L. 1. §. si impuberi ff. de collat. bonor. Surd. de aliment. lib. 8. priv. 26. n. 1. et seq. Rot. cor. Crescent. dec. 176. n. 8.* Extraneum quoque censet argumentum a vocatione Clericorum pauperum post preemptas lineas Bagni eductum; cum enim alio quis amore feratur in eos qui sanguine sibi conjuncti sunt, quam in eos qui nullo consanguinitatis vinculo sunt devincti, petitum argumentum ex pauperum vocatione nullius pensi faciendum est, cum a diversis non valeat illatio, *Rot. cor. Falconer. de Jurepatron. decis. 20. n. 11. et cor. Crispo Decis. 29. n. 5.*

Ultimo loco contendit Antonium manutenendum in possessione Patrimonii Sacri ex transactione. Ostendit enim Petrum Bagni nomine ejus filii Josephi, qui prius obtinuerat Patrimonium, illud abdicasse *a condizione che sia fatta una nuova imbussolazione, ammettendo al concorso Antonio Figlio*; Ex quo infert quod re deducta ad transactionem impugnari nullatenus potest Antonii electio per sortem facta, quoniam admissio ad sortitionem correspectivum fuit emisæ renunciationis, *L. queritur 14. in fin. ff. de Edilit, L. 20. de transact., Rot. decis. 356. n. 3. part. 13. recen.*

Verum Filii Pauli Bagni ex linea Joannis contendunt de-

descendentes Caroli nullatenus aspirare posse ad Patrimonium assecutionem, quousque divitiis alluant, eo quod Testatoris menti adversum fuerit Patrimonium eum assequi *che potesse provvedersi di altro Patrimonio*. Quia aliter suadere queat vocatio descendendum ex linea Caroli, licet Testorem non præteriret, eidem Carolo magnas fuisse fortunas; nam Testatorem non latebat, quod sæpe numero evenit, ut ex adversæ fortunæ vicibus, aut ex inconsulta rei familiaris administratione opes imminuantur, et forsitan plane concidant. Eo vel magis quod Testator ad Patrimonium fruitionem primo nominaverit Franciscum Bagni ex linea Joannis, quæ paupertate laborabat. Neminem autem fugit quanti ponderis semper habita fuerit Testatoris observantia ad explicandam naturam cujuscumque dispositionis, *Piton. de controuv. patron. alleg. 33. n. 16. Card. de Luca de Benef. disc. 61. n. 13., Rot. in Sutrina Canonicatus 21. Junii 1706. §. fn. cor. Priolo.*

His præmissis animadvertunt Filii Pauli Bagni, memoratum Antonium privandum a Patrimonium possessione; cum enim ex Testatoris voluntate Patrimonium dimittere teneatur ille, *che potesse provvedersi di altro Patrimonio*, illud sibi addicere nequit. Antonius, qui ditissimi Parentis est filius, quique Patrem cogere potest ad Patrimonium sibi constituendum, ut Sacris Ordinibus valeat insigniri, *Barbos. de Off. et potest. Episcop. alleg. 19. n. 63. Card. de Luca de Dot. Disc. 162. n. 10. et Disc. 32. n. 8. Sanchez. de Matrim. lib. 4. disp. 26. n. 7.*

Ineptissimum denique putant præsidium, quod sibi comparat Antonius ex transactione. Quamquam enim Antonii Parens renunciationem emisit Patrimonium nomine ejus Filii Josephi *a condizione che sià fatta una nuova imbussolazione ammettendo al concorso Antonio*, nihilo tamen secius characteribus Transactionis caret renunciatio, cum enim Petrus valedixerit Patrimonium fruitioni nomine Filii, *perché questi meglio riflettendo ha conosciuto di non esser chiamato alla vita Chiericale*, et revera nunquam induit habitum Clericalem, nec patrimonium petiit possessionem nihil dedisse censendum est, quia Patrimonium ex

Testatoris præcepto detineri nequit ab eo, qui ecclesiasticæ militiæ se mancipare renuit. Non ambigui autem juris est viribus subsistere non posse transactionem, nisi transigentes aliquid sibi mutuo remittant. L. 13. Cod. de transact. Rot. cor. Falconer. de Tutor. dec. 14. n. 17.

Imo urgent, Antonium ejusque Parentem fore compellendos ad restitutionem fructuum, quos ipsi illegitime perceperunt, præsertim quia viginti testes etiam interposito jurejurando affirmant, quoddam patrimonii Prædium subisse *deterioramenti rimarcabili sia per atterramento d'arbori non rimessi, e fabricati trascurati, ora in parte caduti, e parte in pessimo stato, in modo che è nato da Comunisti di Renazzo il Vocabolo di detto Prædio denominato il deserto*, atque insuper Archipresbyter Centensis fidem perhibet, onera Anniversariorum, atque Missarum possessoribus Patrimonii a Testatore imposita adeo fuisse neglecta, ut ab anno 1804. in poi nessuna Messa è stata celebrata pel detto Legato.

Verum ad hujusmodi accusationes diluendas nonnulla profert Antonii Defensor, quæ Eñi Patres videre poterunt in distribuenda allegatione. Quocirca consulto folio diei 19. Novembris 1826. dignabuntur dirimere

#### Dubia

- I. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad primum dubium in casu etc.*
- II. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu etc.*
- III. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad tertium Dubium in casu etc.*

Ad I. et II. In decisis, attento defectu ætatis Antonii de anno 1822.

Ad III. In decisis, et Eñus Archiepiscopus curet adimplementum onerum præteritorum a præcedentibus possessoribus honorum Patrimonii.

**A** RIMINEN. SERVITI CHORI. Sa. Me. Benedictus *Sess. 24. Cap. 12. de Re-*  
 XIV. Parochialem Ecclesiam S. Luciae Oppidi Sabi- *form.*  
 niani in secularem et insignem Collegiam anno 1742

erexit, eamque constare jussit sex Canonicis, atque Archipresbytero prima et unica Dignitate, cui animarum cura incumbit. Qua Archipresbyterum, qua Canonicos residentiae lege, atque etiam onere *debitis temporibus horas canonicas diurnas, et nocturnas, nec non Conventualem, aliasque Missas, ceteraque divina officia collegialiter persolvendi obstrinxit.* Ex singulis vero Canonicalibus, et Archipresbyterali praebendis quolibet anno detrahi edixit scutata sexdecim in usum distributionum quotidianarum convertendi, et a singulis Choro personaliter interessentibus lucranda. Jam inde ab initio plures oborta sunt controversiae Archipresbyterum inter et Canonicos. Archipresbyter enim, qui antiqua fruebatur praebenda, nihilque perceperat emolumenti ex Collegatae erectione, quique in tabulis die 7. Februarii 1741. obsignatis, quibus memoratae erectioni consensum praestitit, caverat, se assumpturum *onus inserviendi Choro diebus Festis tantum, dummodo a functionibus Parochialibus non fuerit legitime impeditus, ac soluturum sex scutata monetae Romanae ab ipso lucranda loco distributionum, egre tulit graviora per Litteras Apostolicis sibi injuncta fuisse onera. Quamobrem Apostolicam adiit Sedem, et ablegata causa ad Tribunal A.C. Furietti sententiam obtinuit, quae instrumentum diei 7. Februarii 1741. in omni sua parte observandum et exequendum mandavit.*

Quum vero ad tramites Bullae erectionis Capitulares Constitutiones anno 1779. ediderint Canonici, atque in his indicta fuerit applicatio Missae Conventualis perturnum inter Dignitatem et Canonicos, simulque quoad universum Capitulum fuerit demandata obligatio singulis diebus Choro interessendi, et contribuendi scutata sexdecim pro quotidianis distributionibus, denuo lis exarsit quibus legibus moderanda esset Ecclesia, num scilicet privatis conventionibus anni 1741., ceu Archipresbyter, num potius Constitutionibus Capitularibus anni 1779., veluti Canonici contendebant. Rei cognitione delata ad S. Romanam Ro-

tæ Tribunal, causa cecidit Archipresbyter, ac sententia iterumque definitum fuit, observanda, et exequenda esse capitula anni 1779., ideoque Archipresbyterum non secus ac Canonicos eisdem devinctum esse oneribus, prout docent decisiones in *Ariminen. 12. Decembris anni 1794. et 15. maji 1795. cor. Gardoqui.* His tamen haud tractus hodiernas Archipresbyter Franciscus Galli, quod illius antecessor jure consequi non valuit, ipse nunc gratia ab E. VV. obtinere nititur. Sabiniensem siquidem Collegiatam jam ab anno 1797. a Gallico Regione cunctis bonis (excepta Archipresbyteri præbenda) expoliatam, in antiquum statum restitui die 4. Februarii superioris anni 1826. decrevit feliciter regnans Summus Pontifex Leo XII., adjecta tamen lege „ che tutti i Canonici „ debbano coadjuvare il Parroco tanto nell'ascoltare „ le Confessioni, e nell'amministrazione del Sagramento dell'Eucarestia prestandosi per turno almeno nei giorni di Mercoledì e Sabato di ciascuna Settimana, e per tutto il tempo Pasquale in ogni giorno, quanto nelle funzioni Parochiali nell'assistenza dei malati, nell'istruire la gioventù nella dottrina cristiana . . . . che in ogni anno nel corso della quaresima diano una muta di esercizi spirituali nella Chiesa, ove è eretta la Collegiata, e che una volta in ogni cinque anni o essi stessi, o per mezzo di altri Sacerdoti idonei facciano eseguire le SS. Missioni o in Savignano, o in quel luogo della Diocesi di Rimini che sarà per scegliere Monsignor Vescovo „. Antequam itaque hujusmodi Pontificiam decretum executioni committatur, hodiernus Archipresbyter, ut ipse sui que Successores animarum curæ impensius vacent, ac vetus litium germen divellatur, exemptionem a Choralis servitio, et a Missæ Conventualis applicatione enixe efflagitat, spondeas, etiam nomine Successorum, se suis sumptibus curaturam, ut spiritualia exercitia, et Sacræ Missiones in Oppido Sabiniensi expleantur.

Archipresbyteri petitionem benigne excipiendam censet Episcopus de informatione et voto requisitus, inquiens „ Puto ad tollendis e medio omnes quæstiones, quæ in posterum hac de causa possunt ori-

„ ri, et ad fovendam pacem, et concordiam inter  
„ Capitulam, quod citius, quo fieri potest, rediate-  
„ grabitur perfecte, et Archipresbyterum pro tempore  
„ Sabiniani existentem concedendam esse eidem Ar-  
„ chipresbytero petitam exemptionem tum a Choro,  
„ tum a celebratione Missæ Conventualis.

Exoratam exemptionem æquam, et utilem, imo neces-  
sariam arbitratur Archipresbyter. Etenim Archipre-  
sbyteratus altiore, quam Canonicatus, repiit origi-  
nem, nihilque antiquis illius relictibus accessit incre-  
menti ex Mensa Capitulari. Igitur æquitati et justi-  
tiæ consonum videtur, ut, qui nullam ex Collegia-  
tæ erectione sentit commodum, immunus sit ab onere  
servitii Choralis, et applicationis Missæ Conven-  
tualis, præsertim qui Archipresbyter Mancini in  
Conventionibus Anni 1741. erectioni Collegiatae con-  
sensum adhibuit ea sub lege, ut ipse, ac Successo-  
res Choro interesse tenerentur festis tantummodo die-  
bus, si tamen id sine et animarum cura ab ipsis ge-  
renda, atque ejusmodi conventiones admissam ser-  
vandas edixerit sententia A. C.

Major quoque fidelium utilitas suadet, petitam immu-  
nitatem esse concedendam; nam Archipresbyter a  
servitio Choralis exemptus facilius ac diligentius in-  
cumbere poterit in Sacramentales Confessiones exci-  
piendas, in verbi Dei annuntiationem, atque in alia  
spiritualia subsidia Populo sibi commisso præstanda,  
quod proprium, ac præcipuum est Parochorum of-  
ficiū. Accedit, quod Archipresbyter Orator, si voti  
compos fiat, pollicetur se onera spiritualium Exer-  
citiarum, sacrarumque Missionum, quæ ex Decreto  
redintegrationis Collegiatae Canonicis imminerent,  
suis sumptibus impleturum. Necessariam tandem  
ejusmodi exemptionem vocat Archipresbyter, ut ve-  
tustis contentionibus finis imponatur, atque aditus  
obstruatur quæstionibus inter Archipresbyteros, et  
Canonicos magno fidelium scandalo forsitan orituris.

At vero pro meo munere nonnulla animadvertere pu-  
to, quæ rationum momenta ab Archipresbytero al-  
lata penitus evertere videntur. Et sane Archipresby-  
teris Sabinianensis Collegiatae optimo jure onus inhæ-  
rere cum servitii choralis, tum applicationis Missæ

Conventualis aperte innuunt Litteræ Apostolicæ Benedicti XIV., evincunt Capitulares Constitutiones anni 1779., ostendunt binæ S. Rotæ decisiones. Frustra itaque hodiernus Archipresbyter de istis oneribus conqueritur, quæ eidem fuisse legitime imposita nunc ambigi nequit. Nec exemptionem a Choro sibi blandiri valet propter animarum curam, quam exercere compellitur. Passim enim occurrunt exempla Canonicatum, quorum Rectores et Choro interesse, et animarum curam gerere adiguntur, et nihilominus utriusque muneris onera perferunt; quoniam ipsi ubi spiritualis commissi Populi exigit necessitas, aut utilitas, e choro discedere non prohibentur, ac quotidianas percipiunt distributiones, *Bened. XIV. Inst. eccl. 107. n. 101., S. Congreg. in Spoletana Servitii Chori 18. Februarii 1795 ad III. Dubium, et in S. Miniatis Visitationis SS. Liminum 25. Februarii 1817. §. Etenim.*

Præterea Sabinianensi Archipresbytero tres Vicarii ad nutum amovibiles suppetias ferunt in obeunda animarum cura, atque ex decreto redintegrationis Collegiæ omnes Canonici ei opem præbere obstringuntur: ampla Archipresbyter auctus est Præbenda, siquidem ex tabulis ab ipso exhibitis liquido constat, annuos fructus ad summam pertingere scut. 968., cuncta vero onera summam conficere scut. 558., ideoque si opus foret aliis etiam Sacerdotibus, qui ei optulenter, stipendium solvere posset.

Tandem petita exemptio deneganda est, ne Chorale servitium detrimentum patiat. „ Dos enim (ait Episcopus)  
 „ pro redintegratione, quæ annuum fructum scut. 300.  
 „ non attingit, vix sufficere poterit pro quinque inser-  
 „ viciis Choro, cum ex tali summa demum et debeant  
 „ expensæ pro cultu necessariæ. Huic numero si adjun-  
 „ gatur etiam Canonicatus de jure patronatus Familiæ  
 „ Perticari, inservientes erunt tantum sex. „ Si autem  
 preces Canonice, qui indulta postulant abessendi  
 a Choro pro diebus et horis ad spiritualia subsidia fide-  
 libus suppeditanda ab hac S. Congregatione rejiciuntur,  
 quoties in Choro exiguus superasset Capitularium nu-  
 merus, *S. Congreg. in Cingulana Servitii Chori 24.  
 Martii 1817. ad II. Dubium, et in Lycien. Servitii Cho-*



Die 18. Augusti 1827.

159

ri 25. Februarii 1826. §. *Concedenda*, eo magis sunt respiciendæ Oratoris preces, qui perpetuam et eumalantam postulat exemptionem a Servitio Choralis insignis Collegiæ, cui sex tantummodo inservient Canonici.

Videant itaque Eñi Patres

*An et quomodo sit concedenda exemptio a Choro, et ab applicatione Missæ Conventualis in casu etc.*

Negative in omnibus.

**P**ISAUREN. ALIENATIONIS. Sacerdos Cajetanus Fabri Oeconomus primum, deinde Parochus Ecclesiæ Roncalæ, dum œconomi munere fugebatur, quoddam Organum pneumaticum anno 1811. a Demanio propria pecunia, ut ipse asserit, emit, et in memorata Ecclesia collocavit, parieti infixit, atque ornamentis decoravit, eoque per undecim annos usus est. Parœciam dimissurus Organum vendidit Parocho Florentiæ prætio scut. 100. Quum vero, orta dubitatione, utrum ad Parœciam Organum pertineret, pecuniam penes sacram ædem deponi jussit Episcopus, ideo Sacerdos Fabri confugit ad hunc Sacrum Ordinem, ut quæstio dirimeretur.

*Sess. 22. cap. 11. et Sess. 23. cap. 11. de reform.*

Rogatus de more Episcopus pro informatione et voto respondit,, Supervento aliquo dubio super dicto contractu, censui utrique parti consulere cum deposito scutor. 100. in Capsa Ecclesiastica exequendo, prout factum fuit. Rem interim satius perpendens, et factum maturius exequens cognovi Organum non pertinere ad Oratorem Fabri, sed ad Ecclesiam. Res per se patet. Sacerdos Fabri coemit Organum dum erat Oeconomus supradictæ Ecclesiæ, aptavit parieti, ne ad libitum amoveri posset, ac ornamentis fulcivit.

„ Num-

„ Numquam reclamavit, numquam pœnituit, et  
 „ numquam ut suum recognovit, adeo ut in notula  
 „ jurata, quam in actis exhibuit occasione alligati  
 „ cap. Odoardus de mobilibus sibi spectantibus num-  
 „ quam reperitur dictum Organum, de quo sermo est.  
 „ Similique jurejurando confirmavit, se nulla alia mo-  
 „ bilia possidere, quam quæ in actis descripta, ut le-  
 „ gere est in dicta notula, quam in copia publica ad-  
 „ uctendam credidit: Post hæc facta mihi videtur,  
 „ rem non esse dubiam, et propterea venditionem  
 „ non cecidisse super re propria, sed ad Ecclesiam  
 „ pertinente. „

Orator emptione Organi proprio ære facta dominium illius adeptus est, quod in Ecclesiam Parochialem transferri non potuit, nisi ex facto ipsius Domini ad regulam, quæ tradit: *id quod nostrum est, ad alios transire non potest sine facto nostro: L. 11. de R.I.* In themate dominium Organi in Ecclesiam translatum contenditur per donationem. Jam verò nemo donasse præsumitur, nisi probetur *ad text. in L. Cum de indebito 25. ff. de probat., et L. 47. ff. de bonis libert., cum generaliter donare non sit aliud quam suum perdere, ac jactare, L. 1. ff. de donat., Rot. cor. Molin. decis. 556. num. 3.* Sed Orator nullum unquam se protulisse actum affirmat, ex quo eliciatur sive expressus, sive tacitus Organum donandi animus. In primis enim Organum sibi comparavit, dum Oeconomi fungebatur munere, ac propterea cum ipse precario dumtaxat Parœciam regeret, ex injectione Organi in Ecclesiam erui nequit voluntas donandi, sed potius dicendum Organum in Ecclesia collocasse, ut illo ad proprium usum, et commoditatem in sacris functionibus uteretur, quousque aliter decerneret. Ita donandi animum abfuisse a quodam viro, qui conflaverat argentea candelabra cum stigmatibus ejusdam Monasterii, illaque penes Monasterium reposuerat, aliquando definitum referunt *Riccus in decis. Cur. Archiepiscopis. Neapolitanæ Decis. 296., Ventriglia T. 2. annot. 16. §. 1. num. 15., Ferraris Biblioth. can. verb. Spolium num. 19.*

Nihilominus plura suadere possunt Organum, de quo est quæstio, ad Roncaleæ Parœciam pertinere; nam

Ecclesie reputantur non solum quæ expresse, sed etiam quæ tacite eidem donantur. Donatio autem tacita habetur, si Beneficiatus rebus proprio etiam ære acquisitis stigmata, aliaque insignia suæ Ecclesie attexuerit, vel res illas ita eidem Ecclesie aptaverit, ut a primæva sua emptione ipsi dicata ac donata videantur, *Rota divers. part. 3. lib. 3. Decis. 582. num. 7. et 9., Vetriglia tam. 2. annot. 16. §. 1. num. 11. Ferraris Biblioth. Verbo Spolium num. 17.* In hac facti specie non desunt vehementes conjecturæ, quæ voluntatem donandi præferant; siquidem Orator Organum in Ecclesia collocavit, parieti infixit, ornavitque, et per undecim annos usus est in obcundis Sacris functionibus.

Omni denique dubitationem tollere videtur ipsius Fabri confessio; nulla enim alia de causa, dum suorum bonorum inventarium juramento vallatum exhibuit, inter ea Organum non recensuit, nisi quia vel ære ad Ecclesiam spectante illud acquisiverat, vel quia eidem donaverat.

Si Eñi Patres ad Parœciam Roncaleæ Organum pertinere decreverint, videant oportet, patrum sit irritus declarandus venditionis contractus, et sanatione donandus. Quilibet sane contractus, qui speciem alienationis rerum Ecclesiasticarum præferat, nullus est roboris, nisi Apostolicæ Sedis, aut Episcopi, prout rei alienandæ postulaverit valor, intercesserit auctoritas, uti fuisse habetur in *Forosempronien. Visitationis SS. Liminum 21. superioris mensis Julii*, imo excommunicationis pœna multantur contrahentes; nec irritus contractus sanatione firmatur, ubi evidens non appareat utilitas, vel necessitas Ecclesie, *Extravag. Ambrosie de rebus Ecclesie non alienan. Reiffens. Jus can. lib. 3. tit. 13. §. 1. et S. Congregatio in Comen. Reductionis missarum 22. Junii 1822. §. Edidit.*

Attamen animadvertere præstat Oratorem bona fide Organum vendidisse, nam, ut, ipse adstruit, post proborum virorum consilium venditionis contractum patrare deliberavit. Qui autem bona fide res Ecclesie distrahunt, pœnis in *Extravag. Ambrosie* latis non subesse docent *Reiffens. loc. cit. num. 67.*, et S. Congreg.

gregatio pro absoluteione respondere solet, ut in *Pisauren. Emphyteusis* 18. Martii 1820., et in *Fanen.* 22. Martii 1823. §. Pro,

Igitur proponuntur

### Dubia

I. *An constet Organum spectare ad Paræciam Roncaleæ in in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro sanatione venditionis in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absoluteione a Censuris in casu etc.*

Ad I. Affirmative

Ad II. Negative

Ad III. Affirmative ad cautelam etiam quoad emptorem.

**N**URSINA ONERUM. Sedem Episcopalem temporum vicissitudine Nursiæ amissam restitutus S. M. Pius VII., Ecclesiam Beatæ Mariæ Virgini dicatam, quæ antea Collegiatæ titulo erat prædita, ad Cathedralis Ecclesiæ gradum, et dignitatem exivit. Ad augendum hujus novæ Cathedralis Ecclesiæ decus, atque ut in ea divina officia, et Pontificales in primis functiones majori splendore peragerentur, Canonicatus in altera Collegiata Ecclesia S. Joannis erectos ad Ecclesiam Cathedralis transtulit. Ut vero Canonici quemadmodum splendidiori gradu, ita et majori fruerentur censu, Monasterium S. Benedicti Nusinæ Civitatis suppressit, ejusque omnia et singula bona ad septingenta scutatâ annuatim ascendenti concessit Mensæ novæ Cathedralis Ecclesiæ = ita tamen ut ex hujusmodi redditu supportatis prius per eodem Capitulum et Canonicos tam primo dictæ Collegiatae Ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, ac in Cathedralis Ecclesiam redintegratæ, quam secundo dictæ Collegiatae Ecclesiæ suppressæ et extinctæ inherentes, cæterisque infrascriptis oneribus, una communis, ab anti-

*Sess. 24. Cap.  
14. de Reform.*

„ tiqua tamen Capitulari prorsus sejuncta, et separata,  
„ constituatur Massa, cujus annui redditus prælevata pri-  
„ us congrua annua summa . . . utrique Canonico  
„ Theologo et Pœnitentiario . . . perpetuo assignan-  
„ da, ac seposita itidem tertia eorundem reddituum  
„ parte in usum distributionum quotidianarum ad præ-  
„ scriptum Concilii Tridentini eroganda, in septem-  
„ decim æquales dividantur portiones = in augmen-  
tum Canonicalium Præbendarum conferendæ.

Monasterium S. Benedicti, præter nonnulla Anniversaria pro Fundatoribus, Benefactoribus, Monachis, eorumque consanguineis, onere obstringebatur peragendi quotannis quindecim circiter Anniversaria, ac litan- di sexcenta Sacrificia pro peculiaribus fundatoribus. Quoniam vero Litteræ Apostolicæ hujusmodi onera silentio præterierunt, ideo Canonici, qui antea solis diebus festis Choro inservire adigebantur, nec Missam Conventualem applicare consueverant, nunc vero singulis diebus Chori servitio, et Missæ Conventualis applicatione gravantur, innixi tum silentio Litterarum Apostolicarum, tum graviori servitio, prælatam Anniversariorum, et Missarum satisfactionem omiserunt. Nihilominus in præsens animis pendentes, hujus Sacri Ordinis oraculum exquirunt.

Auditus Episcopus iis, quæ superius retuli, addit „ quod „ redditus Monasterii S. Benedicti non integre Capitulo „ applicati sunt, sed per aliquot annos pensione 300. „ scutatorum gravati sunt, et in perpetuum scuta- „ ta 100. annuatim applicata fuere Hospitali S. Caroli „ Spoleti: quin imo cum nonnulla bona Monasterii „ S. Benedicti alienata ac dismembrata fuerint ante „ unionem cum Capitulo, cumque non appareat pro „ quibus bonis in specie Monachi Legatorum Missas „ celebrabant, magis magisque res pro Capitulo manet „ in obscuro. Remanet tantum juxta regulam juris, „ ut Beneficia cum oneribus applicentur. Sed quoad „ hoc habita consideratione Præbendæ Canonicalis ten- „ nuitati, quæ præter onera Missarum non æqualiter „ cuius Præbendæ annexa, non excedit fructum an- „ nualem viginti quinque scutatorum: habita ratio- „ ne pauperis Massæ Sacrarii conditioni, cui suffi- „ cientes non sunt redditus annuales: habita conside-

ratione voluntati interesse habentium, quidquam  
 neque de Legatis a suis parentibus factis, neque  
 de bonis derelictis scientium, sententiam absolutio-  
 nem impertiendam esse quoad annos præteritos, et  
 in posterum si non reducendum onus ad unicam  
 annualem Missam pro quolibet Legato, saltem redu-  
 cenda onera Legatorum ad quinquaginta Missas  
 partim ex redditibus Sacrarii, partim ex Massa com-  
 muni celebrandas. ,,

Nihil in jure exploratius, quam secundum naturam esse, commoda cujusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda, et contra, *R. 56. Jur. in 6., et L. 10. ff. de R. Jur.* Cumque Canonici Nursinæ Ecclesiæ cuncta bona ad Monasterium S. Benedicti spectantia, ideoque etiam bona a fundatoribus eidem Monasterio pro implemento Anniversariorum, et Missarum relicta, possideant, si piis ejusmodi Legatis satis facere omitterent, exinde fieret, ut lucrum quidem amplecterentur, onus autem ei annexum contemnerent; quod quidem ferendum non est ad *tex. in L. un. §. 4. Cod. de caduc. tollen.*

Nec ad sarta tecta servanda Legata Missarum opus fuisse videtur, ut Pontifex in Apostolicis Litteris id enuntiaret; numquam enim præsumitur, Principem voluisse juri tertii quæsito derogare, nisi patulis verbis expresserit, *Reg. 18. Cancel., Rot. in Ripana Capellaniz 5. Julii 1822. cor. R. P. D. Marco, et S. Cong. in Tiburtina Beneficii 27. Januarii presentis anni.* At juri tertii, scilicet fundatorum, Pontifex præter voluntatem derogasset, si Canonici a Legatorum satisfactione immunes haberentur. Id profecto a Pontificis mente quam maxime devium fuisse colligitur ex ipsamet copia bonorum, quæ Mensæ Capitulari fuerunt tributa; nam Canonici ex amplis redditibus ad suppressum Monasterium S. Benedicti olim pertinentibus nondum implemento Anniversariorum et Missarum, sed etiam constituendis quotidianis distributionibus, et augendis Præbendarum fructibus satis consulere poterant.

Tandem quemadmodum unione Beneficiorum et Ecclesiarum, etiamsi per accessionem facta, non immutatur status Ecclesiæ unitæ, sed in ea debet more solito deserviri, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 12. num.*

Die 18. Augusti 1827.

165

50. Garzias part. 12 de Benef. cap. 2. num. 55. et consuetu Sacrificia offerri, *Barbos. Formul. Episcop. form. 78. et So.*, ita etiam suppressione Monasterii S. Benedicti, ejusque bonorum applicatione favore Mensæ Cathedralis Ecclesiæ pii Testatores, qui legata scripserunt in suarum animarum expiationem, consuetis non debent fraudari suffragiis.

Animadvertunt tamen Canonici, suppressionem monasterii expletam fuisse a summo Pontifice, cui potestas est derogare supremis decedentium voluntatibus, atque illas commutare, *Concil. Trid. sess. 22. cap. 4. de reform.* In themate hujusmodi derogatio, et commutatio etiamsi expressa desideretur, non deest vero tacita. Et sane Pontifex cuncta bona suppressi Monasterii Mensæ Capitulari Cathedralis Ecclesiæ conjunxit, *supportatis* utrique extinctæ Collegiæ *inhærentibus*, *ceterisque infrascriptis oneribus*. Jam vero onera Legatorum, de quibus agitur, neutri Collegiæ, sed Monasterio S. Benedicti inhærebant: neque inter onera Canonici novæ Cathedralis per Litteras Apostolicas imposita recensetur onus Missarum et Anniversariorum, olim Monasterio incumbentium. Igitur sin expresse, saltem tacite abrogata censenda sunt ejusmodi pia legata, et satisfactioni Anniversariorum, et Missarum subrogatæ videntur Horæ Canonice quotidie in Choro persolvendæ, atque etiam Missa Conventualis singulis diebus pro Benefactoribus in genere applicanda. Etenim, scribit Benedictus XIV. in *Constit. Cum semper oblatas* §. 14. = servabatur olim in singulis Ecclesiis series accurata omnium et singulorum, quorum liberalitate unaquæque aucta fuerat, eorumque nomina sacris Diptycis, sic enim vocabantur, ideo consignata erant, ut eorundem recordatio numquam interiret, utque pro iis tum preces funderentur, tum etiam Missæ Sacrificium offerretur. . . . licet iidem pii Benefactores in suis donationibus nihil penitus pro se pacti essent, sed tantummodo pro peccatorum suorum remissione se bona sua Deo offerre declarassent = Et quamvis sacrarum hujusmodi Diptycorum usus sensim defecerit, = non idcirco, pereit idem Pontifex, fas est usum et disciplinam orandi pro iis, et Sacrificium Missæ pro illis

lis offerendi. Atque inde præceptum applicandi Missam Conventualem pro benefactoribus in genere originem atque rationem desumit =

Atque eo magis in hanc opinionem a beundum arbitrantur Canonici, quia Pontifex bona Monasterii S. Benedicti Mensæ Capitulari se unire aperte innuit ad congruam novi Capituli dotationem constituendam. Valde autem tennesunt Canonicatum redditus, quoniam in præsens vix annua scutata viginti quinque attingunt, ac tenuiores evaderent, si Anniversaria peragere, et Missas, de quibus est sermo, litare Canonici obstringerentur.

Verumtamen si EE. VV. Legata Missarum a Canonicis implenda putaverint, decernant oportet, an saltem ad tempus, seu usque dum pensionem scut. 300. repræsentaverint Canonici, concedenda sit onerum reductio. Vos enim non præterit, veterem esse hujus Sacri Ordinis disciplinam, ut Canonicalium Præbendarum tenuitati, deficientibus mediis a sacris Canonibus præscriptis, prospici soleat Missarum et Anniversariorum imminutione, *S. Cong. in Asculana 20. Aprilis 1782., et nuperrime in Senogallien. Reductionis onerum 16. superioris Mensis Junii ad II. Dub. Eadem fructuum tenuitas viam sternit absolutioni quoad præteritas omissiones, præsertim quia Oratores optima fide Legatorum satisfactionem omiserunt, S. Congregatio in Spoletana Absolutionis 29. Novembris 1793. in Mazzarien. Reductionis et absolutionis 14. Decembris 1822. §. Ad.*

Erit itaque sapientiæ vestræ EE. PP. sequentia dirimere

### Dubia

I. *An Capitulum teneatur adimplere Legata in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quomodo sint reducenda Anniversaria in casu etc.*

III. *An et quomodo sint reducendæ Missæ in casu etc.*

IV. *An*



Die 18. Augusti 1827.

167

IV. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolute  
lutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

Reproponatur in prima post aquas,

**C**ALARITANA REDUCTIONIS. Tabulis diei 14. Fe- *Sess. 24. cap. 13.*  
bruarii anni 1814. Canonicus Antonius Ignatius Sto- *de Reform.*  
chino hæredem suum universalem instituit Nepotem  
Andream Marongiu Stochino Oppidi Ansari; cavitque  
1.º ut idem ex fructibus cujusdam domus in Subur-  
bio Calaritano sitæ festum in honorem S. Andreae et sex  
Anniversaria quotannis celebranda curaret in Ecclesia  
Parochiali S. Annæ dicti Suburbii, et quod inde su-  
peresset in celebrationem Missarum lectarum impen-  
deret. 2.º ut ex annuis cujusdam Censuum fructibus in  
scutis 26. 66. monetæ Romanæ lampadam præberet  
accensam ad altare SS. Sacramenti memoratæ Eccle-  
siæ, et si quid reliqui foret, in missarum stipendia  
erogaret. Pari modo ejusdem Canonici Soror Maria  
Theresia Stochino Testamento diei 1. Decembris 1813.  
hæredem quoque suum instituit memoratum An-  
dræam, et Codicillis postea factis eidem mandavit,  
ut in Ecclesia S. Annæ Capellaniam fundaret adsi-  
gnata dote *duorum censuum*, unius nempe annuæ  
pensionis *scut. 31. 27.*, et alterius pensionis annuæ  
*scut. 22. 27.* prædictæ monetæ, quam Capellaniam in-  
strumento diei 8. Februarii anni 1820. ad Ecclesiam  
Capuccinorum Civitatis Calaritanæ transtulit. Hæres  
institutus quamvis imposita onera juramento accepta  
habuerit, et quibusdam annis lubenter impleverit,  
nunc tamen nimis gravia existimans, illorum redu-  
ctionem postulat, eamque sperat ab EE. VV. esse con-  
cedendam, tum quia ex hæreditate Antonii nullam  
perciperet utilitatem, nam annui fructus sunt inte-  
gre

gre insumendi in adimplendis oneribus, tum quia Orator, qui Calarim venerat ab Avunculo, et Matera vocatus, eisque senescentibus, ac infirmis duodeviginti annos auxilium suppeditavit, modo duorum filiorum patec factus majori indiget censu, ut honestam traducere valeat vitam.

Rogatus de more Archiepiscopus ita respondit „ Orator  
 „ Andreas Marongiu inventaria utriusque hæreditatis  
 „ non exhibuit, ut earum vires certo apparerent, sed  
 „ ex producto typo valoris reddituum et onerum bono-  
 „ norum ad illas pertinentium eruitur, valorem bono-  
 „ norum, quæ nunc extant, hæreditatis a Canonico  
 „ Antonio Ignatio relictæ non excedere summam  
 „ scut. 1338. 25., annum vero redditum summam  
 „ scut. 66. 81., et onera summam scut. 66. 81. ejusdem  
 „ monetæ explere, ita ut clusoria videretur hæredi-  
 „ taria institutio, quoniam nihil hæredis lucro cedit,  
 „ præter nudam proprietatem, idque in perpetuum.  
 „ Bona vero ab ipsius Sorore Theresia relictæ, valo-  
 „ rem efficiunt scut. 5803. 52., quorum annui redi-  
 „ tus, qui inde percipi possunt, computantur in  
 „ summam scut. 290. 15, et onera ad scutata 147. 27.  
 „ Unde inferre licet, æquitati valde consentaneum  
 „ fore, si a Sancta Sede commutatio indulgeretur su-  
 „ per bonis Canonici Stochino, quoad Missas nimirum  
 „ lectas, quas ipse in Ecclesia S. Annæ celebrari in-  
 „ junxerat ex residuo fructu domus, cum nullum  
 „ designaverit Sacerdotem, qui lucro Missarum sti-  
 „ pendii potiretur; sicuti et alia commutatio, et ap-  
 „ plicatio favore postulantis residui fructus census ad  
 „ comparandum oleum relictæ lampadæ, quæ accendi  
 „ voluit in altari SSm̃i Sacramenti laudatæ Ecclesiæ  
 „ S. Annæ, ubi etiam agitur de Legato pio quod non  
 „ fuit certæ Personæ relictum. Non eadem æquita-  
 „ te innititur imploratâ ab Oratore commutatio Ca-  
 „ pellanæ in Ecclesia Capuccinorum fundatæ ex bo-  
 „ nis hæreditatis Theresiæ Stochino, nam satis lucrî  
 „ ex illa hæreditate habet hæres institutus, qui ex ea  
 „ quotannis percipit pene scutata 290. monetæ roma-  
 „ næ, quique alioquin non tam gravi premitur ege-  
 „ state, ut uberiori hoc subsidio eidem judicem sub-  
 „ veniendum „.

Tenuitatem relictam, et gravem hæredis præsertim cum Testatoribus sanguine conjuncti justam hæc Sac. Congregatio censuit esse causam, ut pia legata reducèrentur, cetera docent exempla in *Ferrariens. Reductionis Missarum 25 Februarii 1793.*, in *Ravennatens. Cappellanie 15. Aprilis 1820.*, in *Spoletana Reductionis Missarum 22. Aprilis 1826.* Juris enim præsumptio est, Testatorem, nisi reddituum exiguitatem, aut rei familiaris angustias prospexisset, non talem graviam onera fuisse imposituram, imo suo hæredi opem datum, *Card. de Luca de Testament. disc. 72. num. 15.*, *Sac. Congreg. in Januen. Cappellaniarum 31. Julii 1819. §. Nonnulla.*

In themate Orator nihil ex avunculi hereditate lucrificat: plurium annorum spatium et Avunculo, et Matertere suppetias tulit; modo vero cum Uxorem duxerit, filiosque procreaverit, aliqua rei familiaris angustia premitur; ideoque si Testatores præsentem beneficii Nepotis statum prævidissent, illam tot oneribus non devixissent, sed potius liberales erga eum se præbuissent.

Verum hæc S. Congregatio difficilem jugiter se ostendere consuevit in commutandis supremis decedentium voluntatibus, et nisi justa, ac necessaria præsto fuerit causa, preces rejecit uti in *Perusina 12. Maji 1768.*, et in *Asculana Commutationis Voluntatis 8. Augusti 1801.*

Justam vero abesse causam censuit, si redditus oneribus ferendis pares invenirentur, licet hæredes nullam ex delata hereditate assequerentur utilitatem, veluti post *Auth. Similiter Cod. ad Leg. Falcid.*, *Barbos. juris Eccles. univers. lib. 3. cap. 27. num. 12. Reiff. lib. 3. tit. 26. de Testamentis num. 470.* docet in *Januen. 19. Novembris 1825. §. Animadvertendum*, vel si piis Legatis obstricti hæud extrema et gravi laborarent inopia, *Sac. Congreg. in Forolivien. Absolutionis et Reductionis 16. Aprilis 1825. §. Paupertas*, et in *novissima alia Forolivien. 18. Novembris 1826. §. Quamobrem*, cum supremæ morientium voluntates adamussim sint servandæ, ne ipsi piis suffragiis priventur, ac viventes a legatis scribendis abducantur, *Card. Petra in Comment. ad Constit. 17.*

170 Die 18. Augusti 1827.  
Innocent. VI. Tom. 3. n. 50. et passim hæc S. Congr. ut in Lauretana Transactionis 5. Septembris 1825 et in Camerinen. Commutationis voluntatis 23. Decembris 1826.

In præsentī casu nulla occurrere videtur justa testamentarias dispositiones commutandi causa. Reditus enim ex ipsomet typo ab herede Antistiti Calaritano exhibito luculenter apparet satis esse ad omnia implenda Missarum aliorumque Legatorum onera; Orator Sacramenti interposita religione se curatorem spondit piarum voluntatum executionem; nec inventaria bonorum, uti oportebat, exhibuit, ut vires hereditatis expenderebantur; tandem Orator non gravi, sed levi tantum laborat inopia, ac munere, quo ipse fungitur, Advocati in Calaritana Civitate sibi comparare potest, quæ ad commodam, et decentem sui suæque Familiæ tuitionem necessaria existimat.

Sed quid servari expediat, erit E.E. VV. sapientiæ judicare

#### Dubium

*An et quomodo sit locus reductioni legatorum in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. cap.  
4. de reform.

**N**OLANA REDUCTIONIS ONERUM ET TRANSLATIONIS. Capitulum Cathedralis Ecclesie duobus et triginta constans Capitularibus, quorum viginti Canonici, reliqui Canonici Numerarii appellantur, non modo quotidiano Chori servitio, et Missæ Conventualis applicatione, sed etiam pluribus Missarum oneribus gravatur. Eidem enim quotannis incumbit celebratio Missarum 2358., quarum 376. dantaxat statis diebus, et in designata Ecclesia sunt litandæ, atque insuper onus Anniversariorum 156. una cum vesperis et nocturno defunctorum. Hujusmodi Missarum, et Anniversariorum onera, quæ ex vetustis plurimisque foundationibus proficiscuntur, anno 1725.

Die 18. Augusti 1827.

171

ab Episcopo Nolano, Apostolicis facultatibus sufful-  
to, reducta fuisse constat, quemadmodum etiam  
ambigi nequit, quodlibet Legatum certis designa-  
tisque præditum fuisse redditibus: sed temporum an-  
tiquitate, ac rerum vicissitudine factum est, ut bo-  
na Legatorum cum Mensa Capitulari confusa fue-  
rint, proindeque annuus illorum fructus haud valeat  
nunc præfiniri. Illud vero exploratum habetur, quod  
ex Mensa Capituli singulis Capitularibus, qui Cano-  
nici dicuntur, quotannis obtingunt ducata viginti ti-  
tulo Præbendæ; reliquus autem Mensæ reditus inter  
Canonicos, et Numerarios dividitur, adeo ut si Cho-  
ro diligenter intersint, et cuncta Missarum perferant  
onera singuli lucrentur ducata quinquaginta. Hunc  
annuum reditum oneribus, quibus satis facere ob-  
stringuntur, minime parem et congruum existiman-  
tes Canonici, reductionem expostulant tum Missa-  
rum, tum Anniversariorum.

Rogatus de more Episcopus supra narrata confirmans,  
hæc retulit „ Si rileva per una parte la fatica esor-  
„ bitante che deve impiegarsi nel soddisfare detti  
„ pesi, essendo obligati i Capitolari nelli giorni feria-  
„ li di rito semidoppio di accumulare tre Messe,  
„ indi la recita del Matutino e tutte le Ore, ed in  
„ fine la Messa Conventuale Cantata, e con Assi-  
„ stenza: dall'altra parte la tenuità degli emolumen-  
„ ti che a ciascun Canonico provengono senza pro-  
„ porzione tra essi e le fatiche.

„ Posto tutto ciò, inteso prima il mio Capitolo re-  
„ golarmente congregato, che si è intieramente ri-  
„ messo al mio parere, io sono d'avviso che non  
„ si restringa il numero delle Messe, ma che ben-  
„ sì se ne mitighi la ritualità, cosicchè le Messe di  
„ Anniversarii Cantate si riduchino a Messe piane  
„ da celebrarsi da ciascun Canonico privatamente di-  
„ stribuite ad essi tante per ciascuno. Così pure re-  
„ stringersi il numero degli Officj a cinquanta con-  
„ donando gli altri centosei.

„ Per le messe piane 370. legate a certa Chiesa, a certi  
„ Altari, ed a certi giorni, e nella Cattedrale, ed an-  
„ che fuori di essa, sono benanche di parere che Sua

Y 2

„ San

„ Santità si degni di scioglierle , cosicchè anche que-  
 „ ste potrebbero distribuirsi ai Canonici da celebrarle  
 „ *ubique*, e ciò anche per la massima difficoltà ,  
 „ ches' incontra nel rinvenire Sacerdoti che celebri-  
 „ no dette Messe vincolate come sopra: come difatti  
 „ per tale difficoltà vi hà attualmente un notevole at-  
 „ trasso per non essersi trovati Sacerdoti che si fos-  
 „ sero sottoposti a tanti vincoli per la celebrazione  
 „ delle medesime Messe .

Canonicales Præbendæ cum institutæ sint ad Chori ser-  
 vitium subeundum , earum reditus officio respondeant  
 oportet , *S. Congreg. in Nullius S. Martini suspensionis  
 nominationis 27. Julii 1822. §. nec, et in Senogal-  
 lien. Reductionis onerum 28. superioris mensis Apri-  
 lis §. Jam vero. Hinc S. Congregatio , si præbendarum  
 fructus oneribus ferendis impates deprehendit , vel  
 reductionem Servitii Chori concedere , vel Legatâ  
 Missarum ad augendos reditus imminuerè consuevit ,  
 ut in Firmana Servitii Chori , et reductionis missarum  
 9. Augusti 1817. §. Videndum , et in Tranen. Redu-  
 ctionis 24. Julii 1824. §. Præbenda.*

Tenues autem videntur Præbendæ Canonicales No-  
 lani Capituli , atque oneribus nequaquam congruen-  
 tes . Etenim nonnullis vix Ducata quinquaginta , et aliis  
 vix ducata septuaginta quolibet anno obveniant , at-  
 que hisce reditibus nedum Choro quotidie adesse , sed  
 insuper Missam Conventualè applicare , Missas le-  
 ctas celebrare , Anniversaria peragere , et Officium de-  
 functorum canere tenentur .

Verum cum agatur de oneribus jamdiu accepto habitis ,  
 nec appareat reditus Canoniciatum , et Legatorum  
 postea decrevisse , respuendæ forent Canoniceorum  
 preces , uti docent exempla in *Lucana Reductionis 17.  
 Maji 1817. ad 1. Dub. , et in Melevitana Missæ Con-  
 ventualis 24. Julii 1824.* Accedit , quod ex disciplina  
 hujus S. Ordinis memoratæ præbendæ haud forent te-  
 nues renunciandæ , siquidem exigui non dicuntur fru-  
 ctus , qui summam scutorum romanorum triginta  
 excedunt , aut exæquant , uti videre est in *Amerina  
 18. Septembris 1751. et in Corcyren. Missæ Con-  
 ventualis 8. Maji 1824.* licet aliquando tenues habitæ fue-  
 rint Præbendæ , quæ annum valorem scut. 80. at-  
 tingerent , in *Massanen. Reductionis onerum 14. De-  
 cem-*

*cembriis 1822., et in Mazzarien. Missæ Conventualis  
18 Martii 1826. §. videant.*

Attamen si Eūi Patres aliquid Oratoribus indulgendum censeant, perpendant rogo, utrum Anniversariorum et Missarum numerus sit imminuendus, vel potius amplectendum votum Episcopi. Sane Missarum reductio adversaretur regulæ, quæ tradit prius alia onera, quam Missas, esse imminuenda, cum uberio-rem ex incremento Missæ Sacrificio, quam ex aliis piis operibus percipiant fructum animæ piorum Testatorum, *Fagn. in cap. Ex parte de Const. n. 34, Benedict. XIV. de Synod. Dioces. lib. 13 cap. ult. n. 23.* Ex Episcopi autem sententia integer remaneret Sacrificiorum numerus, ac solummodo sex supra centum Anniversaria cum recitatione officii defunctorum converterentur in Missas lectas a Canonicis celebrandas, ut tali pacto grave Chori servitium aliquantulum levetur.

Neque deneganda est Missarum translatio. Quanquam enim secumferat voluntatis commutationem, quæ non conceditur, nisi justa, aut necessaria occurrat causa, *Concil. Trid. sess. 22. cap. 6. de reform.,* qua deficiente sæpius hic Sacer Ordo translationem onerum haud indulgendam censuit, præsertim in *Casalen. 15. Decembris 1797., in Leodien. Reductionis, translationis, et absolutionis 14. Junii 1823. ad 11. Dub.,* nihilominus si divinus cultus nihil pateretur detrimenti, et rationabilis id suaderet causa, sæpius concessit, in *Bononien. 28. Junii 1724., et in Comen. Translationis Missarum 24. Novemb. 1764.,* nam ex Sacrificiæ excellentia idem piis fundatoribus obvenit suffragium, sive in una, sive in alia Ecclesia Missæ offerantur, *S. Cong. in Firmana Translationis oneris Missarum 3. Augusti 1782. §. Quamvis, in Placentina Legati Pii 14. Septembris 1782.* In themate nulla timenda divini cultus imminutio, cum ipse Episcopus translationem potius, quam reductionem Missarum suggerat; non deest rationabilis causa; siquidem, impertita Missarum translatione, onera facilius, ac tempestive implebuntur, et procul dubio utilius erit animabus Testatorum, ut Missæ cito in alia Eccle-

Quamobrem proponuntur  
 sia, quam sero in designato Templo litentur.

## Dubia

- I. *An et quomodo sit locus reductioni Anniversario-  
sum in casu etc.*
- II. *An et quomodo sit locus reductioni, seu potius  
translationi Missarum in casu etc.*

Die



*Die Sabbati 15. Septembris 1827. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**N**EAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. *Sess. 24. cap 1. de reform. matrim.*  
 Maria de Peruta vix septemdecim annos nata summa consensione, et auctorantibus parentibus die 7. Martii anni 1825. nupsit Comiti Aloisio de Mauro, cum quo post nonnullorum dierum lapsum in paterna domo commune habuit thalamum. Secundus nondum a nuptiarum die effluxerat mensis, cum, mutuo jam frigescente conjugum amore, exortisque postea dissidiis, Aloisius uxorias dereliquit ades, vel, ut ipse affirmat, ad illas accedere, tamquam operi maritali minus aptus, prohibitus fuit. Frustra Aloisius, ejusque parentes ad animorum reconciliationem consequendam obsequia, amicorum officia, virorum auctoritatem adhibuerunt; tam Mulier enim, quam illius parentes cocundo imparem dicebant Maurum; imo hujus impotentiae rancore sensim percrebescente, supplicem Maria Pontifici Maximo obtulit libellum, ac dispensationem petiit a matrimonio rato et non consummato.

Precibus ad hanc S. Congregationem ablegatis, statim Literæ datæ fuerunt Eñio Neapolitano Archiepiscopo, ut ad tramites Benedictinæ Constitutionis *Dei miseratione* processum conficeret, sui que animi sensum aperiret. Constituto Sacramenti Defensore, ab eoque interposita jurisjurandi religione de manere sibi concredito fideliter, diligenterque obeundo, ac ceteris rite peractis, cœpta est actorum series et ad exitum usque perducta.

Maria examini subjecta jurejurando dixit se adhuc esse

virginem; irritos fuisse viri conatus ob ejus frigiditatem, hanc ob causam jam inde ab initio cum Matre, postea cum aliis consanguineis querelas instituisse, tandem propter pandita nuptialia arcana graves a viro pertulisse minas, maximaque erga illum affici animi aversione. Quæ Mulier deposuit, ea veritati consona credidit jurata propinquorum manus. Plures quoque induci fuerunt testes, qui de auditu vel ab ipsa muliere, vel ab ejus parentibus, fera omnes tamen post conjugum separationem, fidem perhibent. Formalis deinde prævio balneo, adstantibus matronis, et adhibito Medicorum, et Chirurgorum consilio accessit Mariæ corporis inspectio per delectas obstetrices expleta, quæ virginitatis signa in illa deprehendisse retulerunt. Obstetricum relationem probarunt Periti, omnesque indubia integritatis indicia occurrere denuntiarunt, uno excepto, qui ea tantum probabilia existimavit.

Aloisius e contrario juramenti ope asseruit, ipsa prima condormitionis nocte matrimonii intercessisse consummationem, hujusque rei signa summo mane vidisse tam Uxoris Matrem, quam duas insimul adstantes famulas. Suam depositionem septimo ex ejus latere propinquorum testimonio roboravit. Plures quoque instante viro rogati sunt testes, qui licet conjugum abalienationem, ac separationem ob Aloisii frigiditatem sequutam fuisse audiverint, nihilominus quatuor ex illis se credere affirmarunt matrimonii consummationem. Hujus fidei argumentum desumunt ex eo, quod ab ipsa Maria Antonia Sarnataro altera ex famulabus Mariæ de Peruta audierint, ipsam post primum communis thalami diem vidisse linteum consummationis signis conspersum. Verum testes in assignandis rei circumstantiis nonnihil discrepant inter se, eademque Maria Antonia rogata deposuit, nulla nunquam in linteis conspexisse præfata signa, imo famulam incesisse, Aloisium impotentia laborare.

Judicialis deerat corporis viri inspectio; ideo illi indicta fuit dies, qua se præberet recognoscendum. Quoniam vero Aloisius quinque Chirurgorum, qui absolutam ejus viripotentiam prædicabant, protulerat

testimonia, solemnī experimento locum non esse primo contestando denuntiavit, dein Summum adiit Pontificem, postulans, ut Romæ expleretur corporis recognitio, votique compos factus est. Verum imperita gratia abutens, inutiliterque iteratis ad parendum præfixis terminis, numquam adduci potuit, ut corpus suum inspectioni peritorum sive in Urbe, sive Neapoli subjiceret. Quare Eius Archiepiscopus hac de re certiore fecit Sacram Congregationem inquiring: *Aloisius . . . . institit nullo pacto se velle inspectioni subicere, cum post triennale experimentum id assequi possit, quemadmodum ex actis in Archiepiscopali Curia tali causa confectis eruitur, quarum copiam authenticam S. Congregationi transmittere non omitto. Quamobrem hodie quæstio dirimenda proponitur distributa Allegatione ex parte Mulieris, et contradicentibus Matrimonii Assertore, ac Viri Patrono.*

Mulieris quidem Defensor haud inficiatur vel in ipso gratioso dispensationis iudicio duo extrema esse probanda, scilicet matrimonium non fuisse consummatum, justamque intercedere dispensandi causam: verum si hæc duo concurrant extrema, sicuti de potestate dispensandi in Summo Pontifice fas non est dubitare, ita denegari non debet petita matrimonii rati et non consummati dispensatio, quemadmodum illam hisce in casibus concessam fuisse multa vetusta, ac novissima ostendunt hujus Sacri Senatus oracula, ac præsertim in *Januen. Matrimonii 14. Januarii 1741.*, in *Romana Matrimonii 19. Augusti 1786.*, et in *Neapolitana Dispensationis Matrimonii 28. Aprilis hujus anni 1827.*

Ad primum evincendum extremum in medium affert ipsius Mariæ testimonium proprio jurejurando, septima propinquorum manu, testium dictis, ac fama de non sequuta matrimonii consummatione ob viri inertiam, vallatum. Hisce maximum, et cumulatam addit pondus explorata Mariæ virginitas per aspectum corporis ab Obstetricibus prævio balneo, et adhibito peritorum consilio institutum. Hæc in similibus casibus satis esse probationum genera post *Sanchez. lib. 7. resol. 109. num. 16.*, *Gutierrez de matrim. part.*

3. cap. 150. num. 21. docet S. Cong. in *Januen. Matrimonii* 16. Augusti 1783. §. *Matrimonium*, et in *Melvitana Dispensationis* 7. Februarii 1789. Imo hæc Mulieris recognitio, atque obstetricum iudicium de illius integritate tanti est ponderis, ut posthabendum sit juramentum viri affirmantis consummationem, ac fides adhibenda mulieri statim in ipsa novitate reclamanti, ac testimonium perhibenti numquam potuisse cognosci, ex censura cap. *Accepisti de frigid. et malef.*, cap. *Proposuisti de probat.*

Quin aliquid negotii facessere queant testes, qui se a Maria Antonia Sarnataro audivisse dicunt, eam consummati matrimonii signa, nempe linteum sanguine maculatum, contrectasse. Isti namque testes fere omnes Mauro famulantur, facti adjuncta diversa referunt ratione, et ab ipsius Mauri narratione discrepant. Tandem ejusdem Famulæ depositio illos redarguit de mendacio, dum examini subjecta jurejurando respondit, numquam linteum cruore vidisse conspersum, quamvis Aloisii consanguinei munera eidem spondissent, *perchè avessi deposto a loro favore.*

Ex Mulieris integritate sponte sua fluere contendit Mariæ Defensor justam gravemque dispensandi causam, scilicet Aloisii impotentiam. Si enim probabilis viri impotentia legitimam præbet matrimonii dissolvendi causam ad tradita per *Pignat. consult. 48. num. 10.*, *Ursaya discept. eccl. 21. num. 103. tom. 3.*, eo magis in themate indulgenda est dispensatio, in quo constat de Aloisii impotentia; potens enim haberi nequit vir, qui ad rem maritalem perficiendam conatus adhibuit, ac virginem parentibus puellam restituit, *Card. De Luca ad ornat. Rot. lib. 14. decis 10. num. 9.*, *Mascard. de probat. vol. 2. col. 88. num. 11.*

Quæ cum ita se habeant, frustra Maurus objicit extrajudiciales quinque peritorum depositiones, istæ siquidem inverosimilia narrant, ac veluti suspectæ habendæ sunt, cum Aloisius nec Romæ, nec Neapoli, licet iteratis vicibus excitatus, se inspiciendum exhibere voluerit judicialibus in arte medica peritis, atque hæc ipsa S. Congregatio per Eñum Archiepiscopum Aloisio nunciaverit, *nullius roboris esse*

esse inspectionem quinque peritorum extra iudicium peractam. Animadvertit insuper in præsentî casu inutilem esse viri recognitionem, quociam illius impotentia neque ex defectu, neque ex alio proficiscitur externo vitio, sed ex occulta nervorum paralyâ.

Alteram dispensandi causam profert Mariæ Defensor, eamque collocat in animorum abalienatione, exorta ex viri iniis, contumeliis, jurgiis. Hæc eadem insuperabilis aversio viam præcludit triennali experimento, tum quia Mulier in proximam impelleretur peccandi occasionem, tum quia plura occurrunt dispensationum exempla sine ullo triennali experimento ceu constat *ex Mediolanen. 24. Martii 1732., Neapolitana 22. Junii 1822., et Neapolitana 27. Maji 1826.*

At Sacramenti Defensor eas desiderari tuetur non sequutæ consummationis probationes, in quibus Eñi Patres tuto conquiescere valeant, perspicuam propugnat Aloisii potentiam, nullamque adesse arbitratur justam dispensandi causam. Ac primo quidem ad enervandum Mariæ iusjurandum, eam veluti de mendacio suspectam traducit: nam Mulier affirmavit post biduum a nuptiis cohabitationem incepisse; quod inducti a viro denegant testes: illa asseruit, linteum matri nulla macula inquinatum restituisse; vir autem contrarium deposuit, ipsaque Maria Sarnataro coram testibus id fassa est. Falsum vero putat, eandem famulam blanditiis, oblatisque muneribus illectam fuisse, ut pro Mauro testimonium diceret; imo potius a Familia De Peruta sollicitata æstimanda foret, cum Mariæ nutrix fuerit, illi diu inservjerit, atque in ejus domo subsidia vitæ, ac stipem etiamnum quæreret. Deinde subdit, Mariam Sarnataro male fuisse interrogatam, nec adhibitam cum aliis testibus, ut oportebat, contestationem; quam ob rem postulat, ut ancilla rursus examini subjiciatur, ac suppleatur processus.

Ex inspectione corporis Mariæ incertum prorsus desumi argumentum contendit, siquidem obstetricum manus et oculi sæpe falluntur, ut ipsi tradunt sacri canones, *can. nec aliqua caus. 24. quest. 1., cap. Causam 14. de probat., docent Doctores Zacch. quest. medic. leg. lib. 4. tit. 2. q. 1. num. 14., Pontius de*

180. Die 15. Septembris 1827.

*Sacram. Matrim. lib. 7. cap. 63. num. 4.* atque in themate justa habetur suspicandi causa, nam Medicus qui probabilia tantum virginitalis Mariæ signa iudicavit, adstruit, in obstetricum relatione deprehendisse *erronee expressioni, e mancanza di lumi nell'esprimersi.*

Præcipuum itaque ac necessarium claudicare dicit dispensationis fundamentum, nec iudicium pro dissolutione ferendum; cum in quovis dubio sequutæ consummationis concedi nequeat dispensatio tanquam de re interdicta, ac supra humanam potestatem posita, *Glos. in cap. Ex publ. de convers. conjug., S. Cong. in Valentina Nullitatis Matrimonii 24. Martii 1764. §. Horum, et in Comen. Matrimonii 17. Decembris 1768. §. Defensor, præsertim quia quinque in arte peritissimi viri Maurum in opere maritali potentem iudicarunt, nam peritorum licet extrajudicialium testimonia fidem promerentur, Rot. in recent. decis. 122. n. 7. part. 1., et cor. Falconer. decis. 1. de inventar. num. 13.*

Quocirca demandandum censet triennale experimentum, cui vel in ipso gratioso dispensationis iudicio locum esse pluribus cumulatis hujus S. Congregationis resolutionibus probare nititur. Nec audiendus Mariæ Defensor, qui hujusmodi experimentum describit veluti periculi plenum, quandoquidem ab ipsa Ecclesia fuit inductum, et a sacris canonibus præscriptum.

Tandem justam dispensandi causam omnino desesse contendit: siquæ enim inter conjuges extiterunt jurgia, ea levissima reputat, nec etiam idonea ad thori separationem indulgendam. Ad vinculi, siquidem Matrimonialis dissolutionem non quævis sufficit causa, sed graves et urgentissimæ intercedant necesse est: quemadmodum post *Pignat. consult. 148. tom. 1. n. 8., Schmalzgrueb. Jus. Eccl. part. 4. tit. 19. num. 13.* tradit S. Congregatio in *Melcitano Dispensationis 7. Februarii 1789. §. Duo, et in Neapolitana Dispensationis 18. Martii 1826. §. Deficere.*

Eisdem ferme, quibus Sacramenti Assessor, utitur argumentis Aloisii de Mauro Defensor, ac propterea in illis referendis non immoror. Ipse similiter inutilem existimat recognitionem corporis, atque etiamsi Mū-

lis-

lieri fides haberetur, institutum foret triennale experimentum, a quo ipse non abhorret. Vestrum nunc est Eūni Patres definire

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.

Dilata, et ad mentem,

**P**ONTIS CURVI REDDITIONIS RATIONUM. Canonici Franciscus Ferdinandi ab anno 1779. jussu Episcopi Sardi administrationem suscepit honorum et reddituum Ven. Capellæ S. Joannis *Appare*, et singulis annis usque ad 1795. suæ gestionis rationes reddidit, quas ecclesiastici viri ab Ordinario deputati approbarunt, adjecta clausula „ *salvo ogni errore di calcolo, e partite omesse*. Solemniori modo Episcopus de Mellis in actu S. Visitationis anni 1800. eundem Canonicum in administratione confirmavit, exhibitosque expensi, et accepti Codices probavit. Verum eo tempore, quo Galli Pontis Curvi ducatum occuparunt, a laica potestate duo delecti fuerunt viri ecclesiastici, qui gestæ administrationis rationem exciperent. Isti nedum recentiora, sed et antiquiora ratiocinia ab anno scilicet 1779. usque ad mensem Aprilis 1807. exegerunt, eundemque Canonicum Ferdinandi debitorem Capellæ declararunt in ducatis nongentis septuaginta tribus, et gr. 99. Hanc anni 1807. syndacatoriam sententiam accepto habuit Canonicus Administrator tum solutione ejus, in quod damnatus fuerat, tum ipsius sententiæ subscriptione addita clausula *salvo ogni errore*.

Sess. 22. Cap  
9. de Reform.

Pristinae tranquillitati publicis rebus restitutis, ac Fregellis sub legitima S. Sedis dominatione reversis, defuncti Canonici Ferdinandi Nepotes, et heredes hodierno Episcopo supplicem libellum obtulerunt, quo damnum

ab ipsis injuste passum significarunt ob rationum disputationem, cui anno 1807. eorum Patruus fuerat subjectus. Episcopus tres designavit Canonicos, ut syndacatoriam sententiam ad trutinam revocarent. Quare novo instituto exactæ gestionis ab anno 1796. ad annum 1806. apparuit debitum administrationis summam dumtaxat efficere ducatorum 500. et gr. 83. Ut autem hujusmodi sententia majorem vim habere posset, Episcopus, dum sacram anno 1822. ageret visitationem, illam confirmavit, et Censum memoratæ Capellæ S. Joannis solvendum ab hæredibus Paleozzi cedere jussit pro summa scutorum 473. 11. favore hæredum Ferdinandi, eisque pendendi fructus eo usque perceptos. Hujusmodi decreti executionem postularunt fratres Ferdinandi, sed cum Vicarius Generalis Communitatem Pontis Curvi in judicium vocandam edixerit, provocarunt ad Tribunal A. C., quod infirmata Vicarii sententia executioni mandandum esse definiit S. Visitationis Decretum. Interim Moderatores Capellæ adierunt R. P. D. Auditorem SSm̃i, qui die 8. Martii *prævia avocatione causæ a quocumque judice, ac Tribunali illam remisit ad hanc S. Congregationem in gradu appellationis*. Quare nunc Vobis E.E. PP. proponitur dubium, an Decretum S. Visitationis sit confirmandum, et exequendum.

Defensor hæredum Ferdinandi contendit Decretum hodierni Episcopi esse confirmandum, et executioni mandandum. Administrationis enim Capellæ S. Joannis rationes jugiter reddidit Canonicus Ferdinandi, easque ad annum 1800. probarunt Episcopi. Ab anno autem 1800. ad integrum annum 1806., quo aliis viris concedita fuit Capellæ administratio, rationes expunxit hodiernus Antistes Lucibello.

Nec ullius roboris habenda est syndacatoria sententia anni 1807. In primis etiam hæc sententia utpote confecta jussu illegitimæ, scilicet laicæ, potestatis, *Concil. Trident. sess. 22. Cap. 9. de Reform.* omni caret vi, eamque ob causam spernendam, ac infirmam duxit Episcopus. Præterea rationes semel expunctæ, ac rite probatæ ad trutinam nequeunt revocari, *veluti post tex. in L. semel C. de Apoch. publ.*



publ. docet Rot. cor. Cerro Dec. 1. num. 3., cor. Molines 370. n. 1., cor. Herzan. Dec. 80. num. 1. Idque præcipuum in modum sibi locum habere debet in themate; quia, ut asserit idem Defensor, libri scripturæ, cunctaque documenta ad gestam administrationem spectantia fuerunt a Canonico Ferdinandi rationum Exactoribus ab Ordinario deputatis tradita, ideoque, codicibus gestæ administrationis deficientibus, injuria Canonicus administrator anno 1807., iteratæ rationum redditioni fuit subjectus, atque ipse non nisi temporum calamitate subjici passus est; siquidem restitutis rationum libris non posse Administratorem ad novam redditionem rationum adstringi passim tradit Rot. cor. Tanara dec. 253. num. 30., cor. Herzan. dec. 80. n. 3.

Nec prætereundum inquit rationum expunctionem anni 1807. esse redarguendam; nam viri ad illarum exactionem ab illegitima potestate delecti, non hanno, tenuto presente (ita rationum Exactores novissime ab Episcopo designati) l'esito annuale erogato dall'Amministrazione per i bisogni di detto Luogo Pio, ma si bene hanno calcolato l'annuo peso certo, che ha il Luogo Pio, e per approssimazione hanno fissato una determinata somma. Quare concludit haredum Patronus, decretum hodierni Episcopi utpote justitia innixum et ab legitima auctoritate latum confirmationem, et executionem meretur.

Contrarium tamen suadere nititur Capellæ Defensor. Etenim sive valida, sive irrita sit syndacatoria anni 1807. sententia, nihilominus cum ex illa appareat, Canonicum Ferdinandi jure ac merito debitorem Capellæ renuntiatum fuisse in ducat 973. 99., decretum Episcopi non est confirmandum. Et sane explorati juris est etiam post rationum solidationem, detecto errore calculi, aut omissione alicujus nominis, emendationi locum esse, L. 1. Cod. de condict. indeb., Rot. cor. Ansaldo dec. 480. n. 3., et in Romana Redditionis rationis 15. Januarii 1753. n. 4. cor. Bussio, eoque magis si rationum redditio probata fuerit cum clausula præservativa di errore di calcolo o di partite omesse, Rot. in Romana Redditionis rationis 3. Junii 1752. §. 4. cor. Elephantutio, et cor. Duno. dec. 783. n. 5.

150 .12.2232  
1170258 05 .4

At vero rationum redditiones Canonici Ferdinandi jam inde ab initio probatæ fuerunt cum clausula *salvo ogni errore di calcolo, e partite omesse*, ac propterea novo examini subjici poterant, imo cum ageretur de Loco Pio, debebant, statim ac aliqua insedit dubitatio de recta rationum redditione. Ita revera accidisse in præsentī casu sustinet Capellæ Defensor. Orta enim dubitatione, novus initus fuit calculus, rationibusque ab anno 1779. ad annum 1807. disunctis constitit, debitum Administratoris pertingere ad summam supra memoratam. Errorem, quo antea rationum redditiones scatebant, anno 1807. detectum ipse factus est Canonici Ferdinandi subscriptione sententiæ syndicatoriæ, solutione debiti, ac diuturno silentio. Frustra itaque, subdit, fratres Ferdinandi anno 1820, scilicet sexto jam volvente anno post mortem patris, Episcopum adierunt, conquerentes de rationum disputatione, cui illorum auctor denuo fuerat subjectus; siquidem hæredes facta sui auctoris servare tenentur, *Rot. decis. 75. num. 2. tit. de miscell. cor. Falconer., et in Urbinaten. Transactionis 20. Junii 1760. §. 15. cor. Canilliac.*

Cetera fusius haurient Eñi Patres ex Allegationibus utrinque distribuendis, ut dirimere possint

#### Dubium

*An decretum Sacræ Visitationis sit confirmandum et exequendum in casu etc.*

Dilata, et ad mentem: mens est, ut per Episcopum committatur nova redditiō rationis generalis ab anno 1779 per novos syndacatores faciendā.

Sess. 21. Cap  
4. de Reform.

**R**EATINA DISMEMBRATIONIS. = Emorum Patrum sapientiæ ac iudicio quartum hæc subijcitur controversia, cujus speciem haurient ex præteritis Foliis seorsim distribuendis. Nulla in præsens instituitur disputatio super dismembratione Parociæ Alabri, nec super erectione novæ Parochialis Ecclesiæ in Vico Col-

Collium, ejusque congrua dotatione. Jam enim semel atque iterum hic Sacer Ordo novæ Parœciæ erectionem demandavit, atque in illius dotem tum decimas a populo Collis solvendas, tum decimas a Patronis Canonicatum Collegiatae Alabri solvi consuetas super bonis intra fines novæ Parœciæ existentibus assignavit. Sed questio versatur super modo quo prospici queat tenuitati reddituum Ecclesiæ Collegiatae Alabri, a qua et populi, et proventuum facta est dismembratio. Etenim in Comitibus diei 2. Junii 1821. proposito secundo Dubio: *An et quomodo sit providendum tenuitati reddituum Ecclesiæ Collegiatae Alabri in casu etc.*, rescriptum prodiit: *Dilata, et scribatur Episcopo, qui transmissa fundatione Collegiatae referat de qualitate servitii Choralis, de statu activo et passivo Parœciæ et Ecclesiæ Collegiatae per decennium comprehensis incertis, et distributionibus, nec non Beneficii SS. Crucifixi, et proponat, quatenus opus sit, media augendi redditus, salvis tamen decimis, et congrua novæ Parœciæ S. Mariæ Magdalena Collium. Plures deinde huic S. Congregationi porrecti fuerunt supplices libelli, quibus populus Alabrensis, ac Patroni Crispolti et Vitelleschi plurimum conquerebantur de Parœciæ, ac reddituum dismembratione; sed cum exquisita informatio semper desiderata fuerit, oportuit novam Causæ actionem differre. Mandatis tandem S. Congregationis novissimus obsequutus est Reatinus Episcopus Ascensi e Tiburna ad Auximanam et Cingulanam nuper translatus Ecclesiam.*

Postulatis satis facere conatur idem Antistes. Quod enim pertinet ad servitium Chorale monet „ che „ la Collegiata di Labro eretta nell' anno 1508. in principio non era composta che dell' Arciprete, cui incombeva la cura delle anime, e di due Canonici di lui coadjutori. Siccome le maggiori rendite dell' Arciprete e de' Canonici consistevano nelle Decime che spontaneamente si obbligarono a pagare due nobili Famiglie di Rieti, delle quali furono credi i Sig. Crispolti e Vitelleschi, e siccome a dotar la Collegiata concorse in parte l'Università di Labro, perciò l' Arcipretura, e le due Prebende Canonicali furono considerate di giuspa-

„ tronato dell' Università medesima, e delle prelo-  
 „ date due Famiglie. Tanto all' Arciprete, quanto ai  
 „ due Prebendati coadjutori fu imposto il peso del-  
 „ la uffiziatura corale nei giorni di festa, della Qua-  
 „ resima e dell' Avvento. Il tutto costa dalla Bolla di  
 „ erezione segnata in Roma ai 21. Febbraro 1508., e da-  
 „ gli atti delle visite pastorali. Nel 1609. Monsig. Pasqua-  
 „ li Vescovo di Rieti coi beni della Compagnia di S.  
 „ Maria della Luce e di S. Maria *ad Nives* eresse un  
 „ terzo Canoncato ( cui fu imposto l'obbligo di pre-  
 „ stare quel medesimo servizio corale che prestava-  
 „ si dai Canonici di prima erezione „ *Quam vero*  
 „ *postea quædam pia mulier Candelia Gioli legaverit*  
 „ *Alabrensi Collegiatae scutata sexcenta* „ coll'obbligo di  
 „ celebrare una Messa circa l' aurora nei giorni di  
 „ Domenica, Mercoledì, e Giovedì, di fare perpe-  
 „ tuamente un' Anniversario in suffragio dell' anima  
 „ sua il dì 15. Luglio, e finalmente di recitare ogni  
 „ giorno l' Uffizio divino nel Coro „ *ideo Episcopus*  
 „ *Camarda injunxit Archipresbytero, ac tribus Cano-*  
 „ *cis l' obbligo dell' uffiziatura quotidiana.*

Dein gradum facit ad statum activum, et passivum  
 Collegiatae, inquiens „ L' Arciprete, e i due Canonici  
 „ Coadjutori di Labro avevano una così detta *Massa*  
 „ *Comune*, che distribuivasi in cinque porzioni: due  
 „ quinti spettavano all' Arciprete, i tre rimanenti di-  
 „ videvansi egualmente tra i due Canonici.  
 „ Le distribuzioni si desumevano dalle rendite della  
 „ *Massa*.  
 „ Molte premure sono state fatte per avere lo stato at-  
 „ tivo e passivo di quella *Massa comune* per un de-  
 „ cennio, ma tutte sono state inefficaci per la man-  
 „ canza dei libri di amministrazione „. *Hinc tabu-*  
 „ *las accepti et expensi unius anni conficit, ex quibus*  
 „ *colligitur, reditus, comprehensis etiam incertis sto-*  
 „ *lae, summam attingere scut. 88. 46., sumptus vero per-*  
 „ *tingere ad scut. 30. 55.*  
 „ Nell' introito non sono state calcolate le *Decime*,  
 „ che si raccolgono dai terreni *Vitelleschi* e *Crispol-*  
 „ *ti* le quali dalla S. Congregazione furono cedute al-  
 „ la nuova Parrocchia di S. Maria Maddalena de'  
 „ *Colli*, e le quali formavano la rendita maggiore  
 „ della *Massa comune*. Se il Gensi rappresentò il  
 „ vero nella supplica umiliata a codesta S. Congre-

- „ gazione , le decime ascendevano almeno a rub. 25.  
„ di grano , ed altrettanto di formentone. Se poi vo-  
„ lesse prestarsi fede alla testimonianza di Sante d'  
„ Orazio , di Giovanni Battista Ratini , e di Vincen-  
„ zo Pileri fatta ai 2. Maggio 1826. in tal caso il grano  
„ proveniente dalle Decime ascenderebbe a rub. 20. ov-  
„ vero 22. circa , ed il formentone a rub. 7. o 8.  
„ Non debbo peraltro tralasciare che nelle partite di  
„ esito meriterebbero di esser calcolati 1. la Messa  
„ pro populo 2. la Messa quotidiana pro Benefacto-  
„ ribus 3. la soddisfazione di alcuni legati pii , e spe-  
„ cialmente di Candelia Cioli di sopra mentovato , e  
„ del Legato di trenta Messe annue pel q. Angelo No-  
„ bili.  
„ Qual fosse lo stato attivo del terzo Canoncato di gius-  
„ patronato della Compagnia della Luce , non si sa.  
„ E' certo che Monsig. Marini nella visita del 1802. os-  
„ servò che questo Canoncato vacava , che rendeva  
„ al più venti scudi annui , e che tal rendita non  
„ era neppur sufficiente per la celebrazione delle Mes-  
„ se. Ora rimangono alcuni beni , i quali diconsi  
„ della Compagnia della Madonna della Luce , e che  
„ probabilmente costituivano la dote di questo Ca-  
„ noncato .

Postea relert , Beneficium sub titulo SSñi Crucifixi in-  
stitutum fuisse a quadam Bernardina Cioli , atque illius  
juspatronatus ob defectam lineam Familiæ Cioli per-  
tinere „ all' Arciprete della Collegiata , al Guardiano  
„ del Convento de' PP. Minori riformati , al Governatore locale , ed al Priore dell' Università . Questo Be-  
„ nefizio , al presente vacante , e dal Succollettore de'  
„ Spogli rassegnato al Vescovo , si considera ed è real-  
„ mente se non pingue , almeno non si povero , come  
„ gli altri della Collegiata di Labro . E siccome è stato  
„ lungamente in potere del Succollettore degli Spogli ,  
„ non si è potuto avere lo stato attivo e passivo del  
„ medesimo . I pesi annessi a questo Benefizio era-  
„ no 1. la manutenzione della Cappella e delle sagre  
„ supellettili . 2. l'obbligo d' intervenire al Coro nei  
„ giorni festivi e nella settimana Santa . 3. la celebra-  
„ zione di tre Messe la settimana „

Tandem quoad media augendi redditus Alabrensis Parochie

plura sibi proposita fuisse affirmat „ Alcuni propongo-  
 „ no, che le decime, le quali pagansi dai Crispolti, e  
 „ Vitelleschi vengano restituite alla Parrocchia antica,  
 „ riflettendo 1. Che non è presumibile, che la Sac.  
 „ Congregazione per arricchire la nuova Parrocchia,  
 „ abbia voluto a segno depauperare l'antica, che non  
 „ rimanesse una congrua nè per i Canonici, nè per il  
 „ Parroco: 2. Che non è presumibile, che la Sac. Con-  
 „ gregazione abbia voluto, non interpellati i Patroni,  
 „ concedere ad altri le rendite dei Benefici patronati,  
 „ facendo sì che si trovassero quasi spogliati del loro  
 „ gius patronato, ed obbligare intanto a continuare il  
 „ pagamento della decima. 3. Che la Sac. Congrega-  
 „ zione nella prima risoluzione dei 20. Settemb. 1817.  
 „ aveva saviamente decretato, che il nuovo Parroco  
 „ dovesse provvedersi colle decime, ma non già colle  
 „ decime prediali, che pagavansi dai Signori Vitelle-  
 „ schi, e Crispolti alla Collegiata, ma bensì con una  
 „ nuova decima familiare da pagarsi dai Parrocchiani  
 „ di S. Maria Maddalena de' Colli. 4. Che dalla con-  
 „ cessione delle decime dei Patroni alla nuova Parroc-  
 „ chia n'è avvenuto, che la nuova Parrocchia con  
 „ queste sole decime trovasi congruamente dotata,  
 „ e però i Parrocchiani, i quali contro la mente della  
 „ Sac. Congregazione si obbligarono a pagare la decima  
 „ convenzionale, non in perpetuo, ma sino a che la  
 „ nuova Parrocchia non fosse stata in altro modo prov-  
 „ veduta, non hanno più pagata la decima promessa,  
 „ e pretendono di non doverla pagare. 5. Che il Res-  
 „ critto della Sacra Congregazione dei 19. Settem-  
 „ bre 1818. deve essere stato estorto con inganni, poi-  
 „ ché se alla Sac. Congregazione fosse stato rappresen-  
 „ tato, che le decime dei Patroni si pagavano tutte dai  
 „ terreni esistenti entro i confini della nuova Parroc-  
 „ chia, e che queste decime formavano la rendita  
 „ principale della Collegiata non l'avrebbe giammai  
 „ emanato. 6. Che i Patroni Crispolti e Vitelleschi si  
 „ sono solennemente protestati di non voler più pa-  
 „ gare le decime, se non si restituiscono a quel pio  
 „ uso primiero, pel quale i loro Antenati si obbliga-  
 „ rono a pagarle. Che però la Sac. Congregazione di-  
 „ chiarando ora la sua mente dovrebbe ordinare, che  
 „ l'an-

„ l'antica decima prediale si renda all'Arciprete , ed ai  
„ Canonici della Collegiata „ .  
„ Un'altro progetto non affatto irragionevole si propone  
„ da alcuni . Questi dicono , che la nuova Parrocchia  
„ de' Colli dovrebbe sopprimersi , e tutto ridursi allo  
„ stato primiero . In comprova fanno un lagrimevole  
„ quadro dello stato attuale de' Parrocchiani tanto di  
„ Labro , quanto de' Colli . Prima eranvi oltre il Par-  
„ roco due Canonici Coadjutori , e tutti e tre invigila-  
„ vono alla Cura delle anime , amministravano i Sa-  
„ gramenti , ed adempivano agli altri doveri . Fondata  
„ la nuova Parrocchia cessò la quotidiana salmodia ,  
„ non più si adempirono i pii legati , non più si vide-  
„ ro i Canonici , non si trovò più Parroco , e quindi il  
„ Popolo non più ascolta la divina parola ; manca tal-  
„ volta ai moribondi chi loro appresti gli ultimi soc-  
„ corsi di nostra Santa Religione ; per molto tempo è  
„ mancato anche un Sacerdote , che celebrasse la Mes-  
„ sa ne' dì festivi ; molte volte è stato il Vescovo co-  
„ stretto a spedirvi uno da Rieti . . . . E gli abitanti  
„ della Campagna , i sudditi della nuova Parrocchia  
„ de' Colli sono forse in una men trista situazione ?  
„ Ancor questi dopo la distruzione dell'antica Colle-  
„ giata , dopo l'erezione della nuova Parrocchia sono  
„ stati sempre privi d'uno stabile Pastore . La Cura è  
„ provvisoriamente affidata al Sacerdote Vincenzo Mi-  
„ rabelli , uomo , che per le sue fisiche indisposizio-  
„ ni è obbligato di guardare quasi di continuo il let-  
„ to . A quegli stessi mali della troppo lunga distanza ,  
„ dell'asprezza , e difficoltà delle vie , pe' quali la Sa-  
„ cra Congregazione stimò di decretare la dismembra-  
„ zione della Parrocchia antica , e la fondazione della  
„ nuova , non si è posto alcun rimedio . I sudditi del-  
„ la nuova Parrocchia trovansi ancor essi dispersi per  
„ la Campagna nella estensione di quattro o cinque  
„ miglia , anzi molti di loro sono assai più prossimi  
„ al Castello di Labro , che alla Chiesa di Colli . Anco-  
„ ra sono aspre , e difficili le vie , che debbono da  
„ loro battersi per condursi alla nuova Parrocchia  
„ posta negli ultimi confini del Territorio . Per la qual  
„ cosa siccome il fatto chiaramente mostra , che la  
„ nuova Parrocchia anziche esser stata di alcun van-  
tag-

,, taggio ai Popoli della Campagna è stata di un not-  
 ,, bilissimo detrimento a questi stessi, non che agli  
 ,, abitanti del Castello, non è temerità l'asserire, che  
 ,, la Sac. Congregazione non solo può sopprimerla,  
 ,, ma deve onninamente sopprimerla „

Postea votum suum aperiens inquit „ Il ripristinamen-  
 ,, to della Collegiata è moralmente impossibile, man-  
 ,, cando affatto le rendite per dotare i Canonici,  
 ,, benchè insieme si volessero unire tutti i Benefizj  
 ,, liberi esistenti in Labro. E' indispensabile però la  
 ,, dotazione congrua dell'antica Parrocchia, e sem-  
 ,, bra anche indispensabile, che si prenda un provve-  
 ,, dimento per far sì, che non rimangano affatto  
 ,, inadempiti i pii legati, defraudate le volontà de'  
 ,, Fondatori de' Benefici, e pregiudicati in tutto i di-  
 ,, ritti dei Patroni. Poste queste riflessioni, ecco il  
 ,, mezzo che a me pare il più acconcio per tutte con-  
 ,, ciliare le discordie, e rimediare ai mali prodotti  
 ,, dalla soppressione della Collegiata, e dall'erezione  
 ,, della Parrocchia de' Colli „

,, Non si sopprimerà il Benefizio del SSimo Crocifisso,  
 ,, anzi a questo Benefizio si unirà il Benefizio della  
 ,, Madonna della Luce, ed il Benefizio di S. Maria  
 ,, ad Nives. Resterà salvo sopra questo Benefizio del  
 ,, SSimo Crocifisso il giuspatronato attivo a favore  
 ,, dell' Arciprete della soppressa Collegiata, del Gon-  
 ,, faloniere di Labro, del Guardiano de' Padri Ri-  
 ,, formati, quante volte si ripristini il Convento, e  
 ,, del Governatore locale, quante volte Labro torni ad  
 ,, esser la Sede di questo Magistrato. Il Benefiziato  
 ,, adempirà agli obblighi de' tre Beneficj uniti, e sic-  
 ,, come per la soppressione della Collegiata egli non  
 ,, ha più il peso dell' officatura Corale in vece di que-  
 ,, sto peso, ed in vista anche delle rendite aumentate  
 ,, gli s' imporrà l'obbligo di coadjuvare il Parroco di  
 ,, Labro, come per lo innanzi era coadjuvato dai due  
 ,, Canonici „

,, La Cappellania della Compagnia della Luce è vacan-  
 ,, te. Questa Compagnia poco, o niun vantaggio spi-  
 ,, rituale apporta alla Popolazione: i Confratelli non  
 ,, attendono ad alcuna opera pia, e siccome il loro  
 ,, Oratorio è situato in non piccola distanza dal Pae-



- „ se , non si uniscono mai , o quasi mai in Congre-  
„ gazione . Il supprimerla pertanto , ed unirne le ren-  
„ dite al suddetto Benefizio non solo non è un'atto pre-  
„ giudizievole , ma piuttosto vantaggioso a quei fede-  
„ li . Finalmente il Benefizio di S. Maria *ad Nives*  
„ è posseduto dal Sacerdote D. Francesco Aluffi di Rie-  
„ ti ; perciò la piena , e perfetta incorporazione di  
„ questo Benefizio non può eseguirsi , se non dopo la  
„ morte del Beneficiario . Intanto potrebbe sin da ora  
„ decretarsi tale incorporazione .
- „ All'antica Parrocchia di Labro si lascerà il possesso  
„ intero di tutti i Fondi , i quali formavano una volta  
„ porzione della dote dell'Arcipretura , e de' due Cano-  
„ nici Coadjutori . E siccome questi fondi non sono  
„ sufficienti per l'onesto mantenimento del Parroco ;  
„ gli si restituirà almeno la metà delle decime prediali ,  
„ che si pagano dai Signori Crispolti , e Vitelleschi .  
„ Inoltre la Comunità di Labro in una recente riso-  
„ luzione Consiliare , alla cui esecuzione non man-  
„ ca , se non l'approvazione della S. Congregazione  
„ del Buon Governo , spontaneamente si è sottomes-  
„ sa all'obbligo di provvedere al Parroco una conve-  
„ niente abitazione di cui per l'innanzi mancava . In  
„ questa guisa sembra , che il Parroco della soppressa  
„ Collegiata possa avere una congrua dotazione . In-  
„ tanto sopra questa Parrocchia come è giusto conti-  
„ nueranno a godere del giuspatronato le Famiglie  
„ Vitelleschi , e Crispolti , e la Comunità .
- „ L'altra metà delle decime prediali , che ritraggonsi  
„ dai Terreni Crispolti , e Vitelleschi si assegnerà alla  
„ nuova Parrocchia de' Colli , si obbligheranno que-  
„ sti nuovi Parrocchiani a pagare in perpetuo la deci-  
„ ma familiare a norma di quanto ha sempre nelle  
„ sue risoluzioni prescritto la S. Congregazione . A que-  
„ ste decime se si aggiunge la rendita di alcuni frutti  
„ di Censo ceduti dal Sig. Mirabelli , e di alcuni altri  
„ pii legati già ordinati in favore della nuova Parroc-  
„ chia , facilmente si comprende , che anche il nuo-  
„ vo Parroco de' Colli rimane congruamente dota-  
„ to . E se ciò sembrasse ancor poco , si potrebbe in-  
„ corporare alla Parrocchia la Cappella di S. Maria  
„ Maddalena , la quale rende circa trenta scudi an-  
„ nui,

„ nui , ed a di cui tenuissimi obblighi soldista al  
 „ presente l'Economio Curato Sig. Mirabelli . Anche  
 „ sù questa nuova Parrocchia potrebbe accordarsi il  
 „ gius patronato alle Famiglie Vitelleschi , e Crispolti ,  
 „ ed all'Università di Colli , la quale forma parte del-  
 „ la Comunità di Labro . „

Quæ modo in jure forent animadvertenda , eadem fusc  
 ac docte perpensa depromere precor Eñnos Patres ex  
 præfatis Foliis seorsim distribuendis , ne actum agere  
 videar . Quapropter iterum proponitur

### Dubium

*An et quomodo sit providendum tenuitati reddituum  
 Ecclesiæ Collegiæ Alabri in casu etc.*

Dilata , et ad mentem : mens est , ut novus Episco-  
 pus referat magis præcise , et sollicite super om-  
 nibus ad formam præcedentis resolutionis S. Con-  
 gregationis diei 2. Junii 1821.

*Sess. 21. Cap. 7.  
 de Reform.*

**T**IBURTINA RESTAURATIONIS ECCLESIE PA-  
 ROCHIALIS. Oppidi *Casape* , quod in Tiburtina extat  
 Diœcesi , jura feudalia olim habuit nobilissima gens  
 Barberinia , dein obtinuit egregia Familia Pio Civitatis  
 Alones in Regnis Hispaniarum. Unum in eo adest Paro-  
 chiale templum a Baronibus e fundamentis erectum ,  
 quod nedum intra ipsius Familiæ Pio Palatium situm  
 est , sed insuper tam a lateribus , quam supra exurgunt  
 Palatii cubicula , quæ hodie in horrea commutata  
 sunt . Jam inde ab initio ampla Barones ditarunt Præ-  
 benda Archipresbyterum , qui totius Oppidi animarum  
 curam gereret . In præsens vero annui Archipresbyte-  
 ratus redditus partim temporum injuria , partim novis-  
 simi Archipresbyteri negligentia adeo tennes effecti  
 sunt , ut subductis oneribus summam quotannis non  
 excedant scutatorum decem .

Tiburtinus Episcopus nuper Diœcesim suam ex munere  
 lustrans , cum Casapis Ecclesiam *divino cultui indeco-*  
*ram,*

ram, Fidelibus ob humiditatem, et pavimenti fractiones imperviam reperierit, necessarias illico præscripsit restauraciones, et decretum Communitati Casapensi iudici voluit, ut sancita cito exereretur. Hoc decretum ægre tulit Communitas, autumans restauracionis onus non sibi, sed Principi Pio incumbere: at qui Principis est a negotiorum gestione contendit vetusta Archipresbyteratus dotatione tam Parochi sustentationi, quam fabricæ tuitioni provisum fuisse, ideoque non a Principe, sed ab Archipresbytero, et in eius defectum a Populo Parochialem Ecclesiam restaurandam esse.

Preces huic Sacro ordini a Communitate Casapis oblatas ablegavi Episcopo, ut auditis interesse habentibus referret de summa ad reficiendam Ecclesiam necessaria, an utilis actio contra præcedentem Archipresbyterum institui posset, votumque suum panderet. Episcopus peritiam misit a Fabro murrario confectam, ex qua eruitur, in Ecclesiæ restauracionem esse impendenda scut. 83. et obol. 93. Rationum etiam momenta a partibus exhibita transmisit, ac dein subdit „Nulla bona pro fabrica inscripta reperiuntur, et quoniam media a Sacro Concilio Tridentino præscripta adhiberi non poterant ad instaurandam Ecclesiam Parochialem Casapis, cum illic nec Beneficia, nec Capellanix erectæ sint, nec Confraternitates existant, et incolæ Oppidi maxima laborarent inopia, decretum Communitati notificatum volui. Conqueritur modo Communitas onus non sibi, sed Principi patrono incumbere. Procurator e contra Principis contendit in dotatione Ecclesie tam pro Parochi sustentatione, quam pro sustentatione provisum fuisse. Verum quidquid sit de conditione illa asserta et non probata, quæstio non ad foundationis tempus, sed ad præsens refertur. Licet enim antea Paroeciæ redditus copiosi fuerint, modo ne congruam quidem sustentationem suppeditant. Nulla meo iudicio utilis actio contra præcedentem Archipresbyterum Casapis institui potest, enixe enim in adnexo folio contendit, nunquam Archipresbyterum onus habuisse sustentationis fabricæ Ecclesiæ. Putarem igitur tam Patronum,

B b

quam

„quam Communitatem teneri pro rata constituenda;  
 „ quoniam indiscriminatim Tridentinum utrosque  
 „ adstringit omni appellatione remota „  
 Collabéscentes Ecclesias reedificandas, instaurandasque  
 esse ex ipsius Ecclesie redditibus, nisi adsit peculiaris  
 quadam consuetudo suadent *can. 30. dist. 12. q. 2. cap.  
 de his de Eccl. edific. et Conc. Trid. Sess. 21. cap.  
 7. de refor.*, quorum nomine veniunt nedum, qui  
 ad fabricam, sed etiam qui ad Rectorem Parochum  
 que pertinent, ut tradit *Bened. XIV. Inst. 100. n. 12.  
 et Girald. Exposit. Jur. Pontif. part. 2. tit. 5. pag. 881.  
 not. 1.* Hisce deficientibus obstringitur Patronus non  
*præcise*, sed *causative*, nempe si jus presentandi re-  
 tinere velit, quemadmodum *post Sperel. decis. 67. n.  
 10., Panimol. decis. 6. annot. 3. n. 15.* docet *Bened.  
 XIV. loc. cit. n. 14.* Imo is refert, hanc S. Congrega-  
 tionem die 3. Augusti 1666. rogatam, utrum Metro-  
 politanum Capitulum Ragusæ, quod jure suo Parochos  
 nominabat cujusdam Ecclesie vehementi terremotu  
 in terram dejectæ, teneretur ad templum rursus eri-  
 gendum, seu potius onus illud populo esset impo-  
 nendum, responsum dedisse: *Praefigendum esse Capi-  
 tulo terminum sex mensium ad reedificandum, vel ad  
 renuntiandum juri presentandi.* Tandem in hujusmo-  
 di mediocri defectum Tridentina Synodus *cit. sess.  
 mandat* Episcopis, ut Parochianos omnibus remediis  
 opportunis ad restaurandam Ecclesiam cogant.

In themate desunt redditus ad reparandam Ecclesiam de-  
 stinati; Archipresbyter caret congrua ad vitæ exhibiti-  
 onem necessaria; ideoque aut Patronus, aut Populus  
 compellatur necesse est ad reficiendam Ecclesiam.  
 Qui Principis Pio est a negotiorum gestione contendit,  
 Patronum esse immunem ab hoc onere renuntian-  
 dum. Ait enim Parochialem Ecclesiam fuisse a Patro-  
 nis donatam ampla dote, qua et Archipresbyteri ex-  
 hibitioni, et Ecclesie tuitioni prospiciebatur. Patro-  
 nus autem post expletam dotationem compelli nequit  
 ad illius supplementum, sive immineatur, sive peri-  
 matur, sed detrimentum periculo Ecclesie cedere  
 debet, *Rot. in recent. part. 11. decis. 62. n. 8. S. Con-  
 gregatio in Praenestina Reparationis Ecclesie 9. Julii  
 1825. §. Quod.* Hisce addit observantiam, affirmantem

Principem Patronum numquam aliquid contulisse pro Ecclesiae reparatione, sed ipsos Archipresbyteros, aut Parochianos necessarias fecisse impensas.

Quapropter concludit, aut praecedens Archipresbyter, qui reddituum decremento, et Ecclesiae jacturae causam dedit, *L. factum 155. ff. de Reg. I, Cap. si culpa de injur., et damn.,* vel Communitas Casapis, quae commodum Ecclesiae sentit, adigi debet ad necessarias explendas reparationes, nam Patroni, nullos ex Ecclesiae bonis percipientes fructus, in subsidium tantummodo Ecclesiam reficere tenentur, *Pirhing. Jus Canon lib. 3. tit. 48. §. 3. n. 20., et S. Congreg. in Spirren. Reaedificationis Ecclesiae 30. Maji 1761.*

At vero Communitas haud quidem inficiatur a Principibus Casapis dotem constitutam fuisse Parochiali Ecclesiae, sed tamen adeo tenuem, et exiguam eam dicit, ut ex ejusdem Episcopi sententia non excedat annua scutata viginti supra centum. A quibus si detrahantur onera, *excepta mantentione fabricae* ( ita subdit Episcopus ) *cerearum in Ecclesia, Sacrarum, sacrarum supellectilium, fructuum censuum, tributorum Principis summi, Lampadis, aliorumque hujusmodi, quae ad annua scutata centum decem pertingunt, nihil aliud remanet Rectori praeter scutata decem, quibus ad summum alia viginti addenda sunt, quae stolae incerta dicuntur.* Et quamvis Patronus ingentem censum Parochiali Ecclesiae tribuisset, cum haec pene defecerit, tenetur Patronus novam constituere dotem; nam ipse veluti pater habetur, *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 64. n. 16. Piton. de controv. patron. alleg. 12. n. 7.,* et quemadmodum Pater debet iterum dotare filiam, quae indotata evasit, ita Patronus novam Ecclesiae obstringitur conficere dotem, si vetus forsitan deperierit, *Piton. de jure patron. quaest. 42 n. 19.*

His e juris elementis consonam esse observantiam tuetur Communitas, siquidem ex vetustis monumentis constat, Patronos ampliasse Ecclesiam, eamque necessariis reparasse instaurationibus. Enim vero in marmoreo lapide, quod in Sacrario Ecclesiae asservatur, insculptum legitur

## D. O. M.

„ Vetustum hoc delubrum Apostolorum Principi sa-  
 „ crum, quod Exiña D. Joanna de la Cerda Spinula  
 „ Pio Princeps, ac Patrona, Sacratio Archipresbyter-  
 „ ris Casapensibus elargito, Deiparæ Laudes singulis  
 „ Sabbatis pro sua Exiña Domo recitandi onere ad-  
 „ jecto, eximia pietate ampliavit: Hyacinthus Maria  
 „ Archipresbyter Beggius nullo jure id sibi imperan-  
 „ te, sed sola erga Deum charitate sic dictante, piis  
 „ quoque fidelibus ipsi opitulantibus, foribus, alta-  
 „ ribus, fenestris, aliisque extractis, et auctis spe-  
 „ ciosiori forma illustravit. Anno Domini 1733. „

Igitur pergit Communitas si Archipresbyter *nullo jure sibi imperante* Ecclesiam illustravit, et si Casapis *Incolæ pietate moti ipsi opitulati sunt*, apertissimum est nec Rectorem, nec Incolas ulla adstringi obligatione ad hæc omnia præstanda; secus enim, nec Familia Pio, nec illius Administratores passi fuissent, ut hæc in Sacratio servaretur inscriptio. Hisce pondus adde- re nititur eadem Communitas ex Inventario ab ipso Archipresbytero Reggi confecto, in quo Familiam Pio anno 1740. adactam fuisse narratur ad fatiscentem Ecclesiæ fornixem reedificandum.

Verumtamen si Eñi Patres Communitatem seu Paro- chianos ad reficiendam Ecclesiam obstrictos censue- rint, statuere dignabuntur, an illi dumtaxat, qui Casape lares habent, seu potius etiam forenses, qui prædia, aliaque bona stabilia possident intra ejusdem Oppidi confines, compellendi sint. Monet sane *Benedictus XIV. Inst. eccles. 100. n. 15.* in Italia morem invaluisse, ut Possidentes omnes, licet forenses, collectiones, quæ a Magistratu præscribuntur, solvere teneantur. Huic sententiæ concinit institutum hujus S. Ordinis, qui præscribere consuevit, collectam pendendam esse per æs et libram a Populo, et a bonorum possessoribus in loco reparandæ Ecclesiæ Parochialis, quemadmodum videre est in *Imolen. Restaurationis Ecclesiæ Parochialis 6. Septembris 1783*, in *Spoletana Restaurationis Ecclesiæ 20. Martii 1824. ad I. Dub.*, et in *Bricinorien. Paræciarum 29. Maji 1824. ad I. Dub.*

Die 15. Septembris 1827.

197

Dubia sunt

I. *An Patronus teneatur restaurare Ecclesiam Parochialem in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, a quo, et quomodo sit restauranda in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

BINÆ QUÆ SEQUUNTUR CAUSÆ, PERTINENT AD FOLIUM CONGREGATIONIS SUPERIORIS MENSIS.

**C**ALARITANA REDUCTIONIS.

*Sess. 24. cap. 13. de Reform.*

Dubium

*An et quomodo sit locus reductioni Legatorum in casu etc.*

**N**OLANA REDUCTIONIS ONERUM ET TRANSLATIONIS.

*Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Dubia

I. *An et quomodo sit locus reductionis Anniversariorum in casu etc.*

**II**

II<sup>o</sup> An et quomodo sit locus reductioni, seu potius translationi Missarum in casu etc.

Sess. 24. cap.  
1<sup>a</sup>. de Reform.

**T**ERRACINEN. SEU PRIVERNEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Paschalis Reali Privernensis Cathedralia Ecclesie Canonicus, post quadraginta annorum Chorale servitium, jubilationis indulto anno 1822. fuit donatus cum facultate percipiendi omnes fructus et distributiones quotidianas sui Canonicatus, perinde ac si Choro et Officiis divinis personaliter interesset. Statim ad Sacram hanc Congregationem confugerunt Canonici, ut ad Missæ Conventualis vel per se, vel per aliam celebrationem juxta nonnulla, quæ afferebant, ipsius Ecclesie exempla Canonicus jubilatus obstringeretur. Nullius verò ponderis librata consuetudine, qua unice nitebatur Capitulum, die 21. Septembris ejusdem anni 1822. rescriptum prodiit = *Canonicum Jubilatum non teneri* = Quo factum est, ut Canonici Missam quidem Conventualem canerent, illius autem applicationem omitterent. Verum hæc corruptela haud pastoralem fugit sollicitudinem demortui Episcopi Manassi, qui in Sacra Visitatione anni 1823. quotidianam Missæ applicationem mandavit, *salvis Partium juribus*. Tunc Canonici nil directe proficere sentientes, indirecte ad Missæ Conventualis applicationem Jubilatum devincere excogitarunt, et edixerunt, eleemosynam ejusdem Missæ pendendam esse ex massa communi distributionum, eamque deducendam antequam fiat earum partitio etiam quoad Canonicos rude præditos. De hac deductione conqueritur Canonicus Reali, imo legem, quæ illam jus sit, abrogari, simulque sibi restitui postulat eleemosynas a Capitulo detentas.



Jura utriusque partis misit Episcopus de informatione et voto rogatus, ut R. E. VV. decernant, quid hoc in negotio debeat, quid non.

Legem a Capitulo latam justitiæ, et æquitati consonam arbitrantur Canonici. Etenim celebrantibus Missam Conventualem debitam esse eleemosynam per modum distributionis, et eandem esse persolvendam ex Massa distributionum respondit hæc S. Congregatio in *Ferrariens. 18. Martii 1719. ad III. Dub. et decrevit Benedict. XIV. in Encyclica Cum semper oblatas §. 18.* Hæc autem eleemosyna detrahenda est ex communi Massa, antequam expleatur distributionum divisio; nam quemadmodum opera intrinseca, sive infixa minuunt quantitatem distributionum, et ante illarum partitionem deducuntur, ut tradunt *Barbos. de Canon. cap. 21. n. 26., Pignatell. consult. can. 165. n. 51. tom. 9.*, ita etiam subducere oportet eleemosynam Missæ Conventualis infixam Massæ communi distributionum; siquidem distributiones assignantur pro Missa Conventuali, sicut pro ceteris horis canonicis, ceu docet *Fagnan. in cap. Ut Abbates n. 84. de ætat. et qualit. presic.*

Præterea Canonicus Reali, subdit Capitulum, fructus omnes, ac proventus suæ Præbende lucratur, absolum vero foret, ut ipse lucrum omne amplecteretur, et onus ei annexum respueret propter indultum, quo fruatur, jubilationis. Imo eum adversari vel ipsam Ecclesiæ Privernensis vetustam consuetudinem inquit Canonici, ac nonnullos inquit Canonicos Choralis exemptione donatos propter quadragenarium servitium, qui eleemosynam representant Missæ Conventualis. At peculiari consuetudine iuvchi, aut Statuto præcipi posse, ut quædam functiones a Canonicis quoque jubilatione munitis expleantur, docent *Panimol. tom. 1. dec. 20. annot. 3. n. 70., et S. Congr. in Constantien. Jubilationis 4. Maji 1757. §. Ceterum, et in Civitatis Casteliæ 20. Septembris 1766. §. In una.*

Sed Canonicus Realius omnino respuendam dicit deductionem eleemosynæ Missæ Conventualis. Dudum enim ab S. Congregatione definitum est, Canonicum jubilatam cogi non posse ad celebrationem et applicationem Missæ Conventualis sive per se, sive per alium,

in Pientina 20. Augusti 1757., et Spoletana Jubilationis 15. Septembris 1770., nec etiam ad solvendum stipendium hujusmodi Sacrorum, uti respondit hoc Sacrum Tribunal in Praenestina 11. Martii 1662. et in Senen. celebrationis, et applicationis Missæ Conventualis 21. Julii 1759. Et jure quidem, nam Missa Conventualis est præcipua pars divinorum Officiorum Canonicis incumbendum, imo horas Canonicas ad eam ordinari liquet *ex cap. Cum creatura de celebr. Miss., Gavant. in rubric. Miss. tom. 1. part. 1. tit. 7. rub. 2., S. Congreg. in Mazzarien. 18. Martii 1826. §. Canonicorum*; ac propterea quum ex indulto jubilationis Canonicis, licet non inserviat, fructus omnes et distributiones quotidianas sui Canonicatus percipere valeat, perinde ac si Choro et divinis Officiis personaliter interesset, onus applicationis Missæ conventualis, aut solutionis eleemosynæ adversaretur huic exemptioni, et jubilatum impertita gratia ex parte privaret.

Qua ex re hic Sacer Ordo in Senen. Jubilationis 9. Februarii 1760. rogatus, an onus Missæ Conventualis sit deducendum a Massa communi distributionum, antequam fiat earum repartitio etiam quoad Canonicos jubilatos, respondit: *Negative*. Nec inde deterior dicenda conditio Canonicorum inservientium illa jubilatorum non inservientium, quia, uti animadvertit Folium in eadem Senen. §. *Nec proinde = Canonicis inservientes celebrando Missam Conventualem in suis hebdomadis, integram consequuntur ratam distributionum sine ulla deductione, potiusque e contra per præambulam deductionem eleemosynæ Missæ Conventualis a Massa distributionum præjudicium irrogatur Canonicis jubilatis, eis tribuendo minorem portionem distributionum, quam consequuti fuissent si personaliter inserviendo Ecclesiæ Missam pariter in suis hebdomadis celebrassent =.*

Quin aliter suadere queat asserta Ecclesiæ Privernensis consuetudo, qua Canonicis rude donati onus Missæ Conventualis perferre non abaverunt. Præterquam enim Capitulum consuetudinem allegans quædam tantummodo innuit exempla, quin frequentiam actuum, ac temporis diuturnitatem, uti oporteret, allatis mo-

Die 15. Septembris 1827.

201

umentis demonstret, Reiffenst. lib. 1. decret. tit. 4. n. 179., S. Congreg. in Forolivien. Præcedentiæ 16. Septembris 1826. §. Præterea, et in alia Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum die 23. Decembris 1826. §. Quin inter eundem Realem et Canonicos Cathedralis Ecclesiæ quoad perceptionem emolumenti *Libera me Domine* exagitata; illud accedit, quod hæc S. Congregatio obligationem a Capitularibus propositam, et a Canonicis jubilatis accepto habitam subeundi onus Missæ Conventualis veluti irrationabilem jurgiter reprobaverit, prout evincunt indulta in *Civitatis Castellane Jubilationis* 29. Novembris 1766., in *Civitatis Plebis* 23. Novembris 1782., et in *Nullius seu Foropompilii Jubilationis* 18. Junii 1796. Quin imo in *Nepesina* 11. Aprilis 1818., etiamsi Canonici ad probandam consuetudinem plures afferrent Capitulares resolutiones ab anno 1712. ad annum 1800., in quibus a Capitulo adjecta fuerat conditio canendi Missas de turno, et ipse postulans indultum ultro hoc sibi onus imposuerat, nihilominus propositis *Dubiiis*: I. *An Canonicus jubilatus teneatur vel per se, vel per alium ad celebrationem Missæ Conventualis in casu etc.*, et quatenus negative II. *An eidem restituendæ sint elemosynæ pro Missis conventualibus celebratis a die concessi indulti in casu etc.*, rescribendum censuit: *Ad I. Negative: ad II. Affirmative a die obtentæ jubilationis.*

Erit itaque Eñorum Patrum definire

I. *An onus Missæ Conventualis sit deducendum a Massa communi distributionum, antequam fiat earum partitio quoad Canonicos jubilatos in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An Canonico Reali sint restituendæ distributiones a Capitulo detentæ pro elemosyna Missæ Conventualis in casu etc.*

Sess. 25. cap.  
5. de reform.

**P**ERUSINA CAPELLANIÆ. Supremis, quas anno 1687. condidit, tabulis Flaminia Giglioli Grotti Capellaniam instituit cum onere unius Missæ, ad Altare SSini Crucifixi in Perusina Cathedrali Ecclesia a Capellano *pe sreo per altri in caso d'impedimento* quolibet die celebrandæ. Potestatem nominandi Capellanum tribuit Herculi Giglioli, ejusque filiis tum masculis tum feminis, atque horum descendantibus, *finchè durerà la linea*, et hac defecta jus nominandi devolvi jussit *all' Ordinario pro tempore*. In dotem Capellaniam, seu *in beneficio ed arbitrio di ogni Capellano* assignavit *l' uso, usufrutto, rendite e proventi anco delle cose e mobili che al tempo della mia morte sarannovi del Podere in vocabolo S. Marino con tutti li membri, adjacenze, e pertinenze di detto Podere, il quale sarà di prezzo di scudi mille duecento*. Quod si hujusmodi prædii annui fructus judicio Theologorum, ac sapientum minus idonei æstimarentur ad ferendum onus Missæ quotidiane, numerus Sacrorum imminui edixit *a quella quantità che comporterà il fruttato di detto podere*.

**Q**uid post Testatricis obitum circa Capellaniam acciderit, in antiquitatis tenebris delitescit, nec apparet, utrum ulla unquam expleta sit Capellani nominatio. Illud vero liquido constat, quod tres tantummodo in singulis hebdomadis celebratæ fuerint Missæ jam inde ab anno 1711., quodque bona in Capellaniam tradita possederint Familia, ac hæredes piæ Fundatricis. Imo in comperto est, descendentes Herculis Giglioli prædium *S. Marino* valde auxisse, „aven-  
„do non solo acquistato altri terreni annessi per il  
„valore di sopra di scudi 300., ma anche fabrica-  
„to quasi di nuovo un Casino del valore di sopra  
„scudi 600. „

**E**vivis erepto anno 1810. Vincentio Patrizij, qui a memorato Hercule originem ducebat, ac ejusdem prædii possessione fruebatur, bona illius omnia, licet antea fideicomissi vinculo obstricta, ob Gallicas tum temporis vigentes leges ab intestato obvenerunt ejus filiabus Catharine, quæ in sacra concessit Comitis Joannis Antonii Massci, et Claræ, quæ matrimonium contraxit cum Laurentio Adami. Hereditaria bona ju-

judicio familiæ herciscuade inter se diribuere mulieres, et in quamdam bonorum partem, amica inita transactione, vocarunt Josephum Mariam Patrizij earundem fratrem patruelem. Inter cetera bona obtigit Catharinæ prædium *S. Marino*, immunito tamen ejus pretio pro summa scut. 750. propter onera Missarum Capellaniæ Giglioli eidem imminuentia. Prædium ejusmodi anno 1818 vendidit Catharina Silvestro Bruschi, qui celebrationem trium Missarum in qualibet hebdomada se curaturum spondit, atque ob eam causam *accollo in se, e suoi eredi e successori il peso di pagare ogni anno alla Sagrestia di S. Lorenzo di questa Città scudi 22. 50.* Post hujus contractus celebrationem datum est Catharinæ, supream Flaminia Giglioli tabulas, quæ prius latebant, reperire, cumque ex ipsis pateat, prædium *S. Marino* dotem constituere prælatæ Capellaniæ; ideo, annuentibus demortui emptoris hæredibus, postulat, ut venditionis contractus, quatenus opus sit, sanatione firmetur, Oratrix a quavis obligatione absolvatur, atque ratum habeatur onus emptori injunctum quotannis representandi Ecclesiæ Cathedrali scut. 22. 50. dumtaxat pro celebratione trium singulis hebdomadis Missarum in expiationem animæ Fundatricis.

Requisivi hinc Episcopum Fernsionum ut auditis interesse habentibus, et perquisitis tam Capituli, quam Cancellariæ Episcopalis libris, actisque sacrarum visitationum referret de consuetudine quoad adimplementum, et an extaret decretum reductionis Missarum, nec non de contrahentium bona fide, taxa Dicecesanæ eleemosynæ, et an sufficeret summa designata pro adimplemento in casu augmenti eleemosynæ. Is autem retulit „ Sedulo adhibitis in hac ecclesiastica  
 „ Cancellaria disquisitionibus, inveniri nullatenus  
 „ potuit erectio Capellaniæ Giglioli. In folio dumtaxat  
 „ onerum omnium huic Ecclesiæ Cathedrali inherentium (quod extat insertum in actis Sacræ Visitacionis Episcopi de Bobus anno 1711., idest decimo quarto post piam dispositionem) legitur pro-  
 „ ut sequitur = *La Cappellania Grotti al Crocifisso*  
 „ *ha l'obbligo di tre Messe la settimana all Altare*

„ privilegiato . Fu istituita dalla Signora Flaminia  
 „ Giglioli Grotti per Testamento rogato Angelo Bene-  
 „ detti il 9. Settembre 1687. = hæc ibi, sed vel de  
 „ institutione, vel de aliquo reductionis decreto ne  
 „ verbum quidem . Ac ea similiter maximo præter-  
 „ missa silentio sunt in Capitali Tabalis . Nam  
 „ hisce etiam investigatis, non nisi in Ephemeribus  
 „ Missarum asservatis in Archivio onus Capellanæ  
 „ hebdomadale est inscriptam, quia tamen quidquam  
 „ aliud inveniatur usquam superadditum . Deia vero  
 „ quid ad contractum alienationis fundi pertinet,  
 „ admitti potest, fuisse cum initum bona fide, sed  
 „ advertendum taxam eleemosynæ Diœcesanæ esso  
 „ obolorum quindecim in singulas Missas . Quare non  
 „ sufficit summa scutorum 22. 50., sed requiruntur  
 „ ulterius oboli nonaginta, semel ac Missæ, ut-  
 „ pote in quavis hebdomada, esse debent centum  
 „ quinquaginta sex, et non centum quinquaginta so-  
 „ lum, ut ea summa præferret . Insuper justum est  
 „ ut habeatur ratio utensilium, quæ hic in taxa sa-  
 „ tis tenui unius oboli cum dimidio pro quavis Mis-  
 „ sa sunt constituta, ac proinde summam scutis  
 „ 3. 24. in rem præsentem efficiunt . Unde hisce  
 „ una cum præfatis nonaginta obolis additis, tota  
 „ summa, quæ pro impletione oneris Giglioli Grotti  
 „ impendi debeat, non poterit esse minor scutorum  
 „ 26. 64., seu quod in idem recidit, desunt in illa  
 „ summa scutorum 22. 50. scuta 4. 14., quæ ut  
 „ adjungantur non dubito, quia EE. VV. RR. sit  
 „ districte præcipiendum . Quin imo opportunum es-  
 „ se judicarem, ut Comes Massei, uti Conjux Comi-  
 „ tissæ Patrizi obligaretur ad constituendum fun-  
 „ dum, cujus reditus æquaret dictam summam scu-  
 „ torum 36. 64.; cum ipsa alia etiam bona ad Pa-  
 „ trizi Patrimonium spectantia possideat .

Quoniam vero hæc Capellanæ controversia omnium ad  
 jus nominandi vocatorum interesse videbatur, ideo  
 rursum eidem Episcopo dedi litteras, ut referret, an  
 adessent alii Patroni Capellanæ Giglioli Grotti, et  
 quatenus adessent, eos audiret, responsumque acce-  
 pi, Capellani nominationem spectare tantummodo ad  
 Oratricem, et ad ejus sororem Claram Patrizj Adami  
 quæ

quæ precibus a Catharina oblati libenter adhæret ,  
 „ Neque subdit Episcopus , audiendum censui Jose-  
 „ phum Mariam Patrizj , ad quem cum nihil de fi-  
 „ deicommissariis Flaminia Giglioli Grotti bonis , sed  
 „ liberorum Familia Patrizj tantum tertia pars deve-  
 „ nerit , Capellanæ Patronus nullatenus dici potest  
 „ Tandem mihi non remanet , nisi suppliciter petere , ut  
 „ mea relatio jam alias sapientiæ vestrae subjecta re-  
 „ vocetur , et ad illius tramites summæ scnt. 22. 50. ,  
 „ quæ asseritur in precibus sufficiens pro missarum  
 „ oneris adimplemento , aliorum scutatorum quatuor  
 „ et obol. 14: præcipue propter utensilia additio præ-  
 „ cipiatur , nec non ad constituendum fundum ido-  
 „ neum speciali hypotheca pro integra annua sum-  
 „ ma sc. 26. 64. gravandum Oratrix obligetur ,

Catharinæ precibus annuere oportet , cum in præsens ampli-  
 „ plus locus esse nequeat tam Capellani nominationi ,  
 „ quam Missæ quotidianæ applicationi. Quamvis enim  
 „ nunc exploratum sit , quenam fuerit piæ Testatricis  
 „ voluntas , eidem tamen derogatum fuisse videtur aut  
 „ Summi Pontificis auctoritate , aut centenaria et im-  
 „ memorabili præscriptione . Et sane ullam unquam  
 „ expletam fuisse Capellani nominationem haud appa-  
 „ ret , tres tantummodo in qualibet hebdomada jam ab  
 „ anno 1711. ad hæc usque tempora celebratæ fuerunt  
 „ Missæ , bona in dotem Capellanæ assignata jugiter si-  
 „ ve hæreditario , sive fideicommissario jure possedit Fa-  
 „ milia Giglioli , dein Patrizj , eaque additis fundis , et  
 „ extracta domo valde auxit. Præscriptione autem lon-  
 „ gissimi temporis ac præsertim immemorabili actiones  
 „ omnes perimuntur , rerumque etiam ecclesiasticarum do-  
 „ minium acquiritur *l. 24. Cod. de SS. Eccl. , cap. 4.*  
 „ *de præscript. , S. Cong. in Bricinorien. Paroeciarum 5.*  
 „ *Maji 1824. §. Quod , cum usucapio bono publico sit*  
 „ *introducenda , ne scilicet quarundam rerum diu et fere*  
 „ *semper incerta dominia essent , L. 1. ff. de usurpat.*  
 „ *et usucap. Imo consuetudo immemorabilis , et cente-*  
 „ *naria præsumptionem cujusque melioris tituli , ac proin-*  
 „ *de Apostolici Beneplaciti secum fert , L. Hoc jure §. diutius*  
 „ *ff. de aqu. quot. Rot. in Romana Locationis super de-*  
 „ *volutione 15. Martii 1789. cor. Eno Cesarei et S. Cong.*  
 „ *in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 29. Janua-*

rii 1825. §. *Rationabilis*, quod procul dubio pote est supremas quoque decedentium voluntates commutare, *Clement. quia contingit de Relig. domib. Trid. Syn. sess. 22. cap. 6. de Reform.* Itaque primævam Capellaniam institutionem ita immutatam contendit Catharina, ut bona pro dote illius assignata in dominium transierint Familiæ Patrizi cum onere trium dumtaxat in qualibet hebdomada Missarum. Exinde inferit suis stare viribus, sin minus probatione esse dignum contractum venditionis memorati prædii S. Marino, nam onus trium Missarum sartum tectum servatur, atque emptor ejusque successores quotannis Ecclesiæ Cathedrali scut. 22. 50. in ejusdem oneris implementum pendere adiguntur; Capellania eximitur a refectione expensarum, quas insumere oportuit in construenda, vel saltem reficienda rurali domo, et Oratrix, quæ terras prædio S. Marini finitimas acquisiverat, ea non privaretur utilitate, quam ex illis utpote memorato prædio conjunctis lucrifaceret.

Attamen Emi Patres perpendere dignentur, utrum onera Missarum, ac fundationes Beneficiorum et Capellaniarum perimi possint longissimi temporis aut saltem centenaria præscriptione. Pugnant ex utraque parte plures, ac graves Doctores, quos enumerat *Ferrar. Biblioth. can. verb. præscriptio art. 1. §. c. n. 6. et sequen.* Negativæ sententiæ adhæsisse hunc S. Ordinem habetur in *Romana Capellaniarum 30. Julii 1768 §. Quæstio, in Comaclen. 8. Julii 1818. et in Lucana Præminentiarum et jurium 29. Januarii 1825. §. Nulla*; si enim onera Missarum, ac leges fundationis ab inductis abusibus, et a quavis contraria consuetudine non vindicarentur, præscriptio, a legibus introducta in pœnam negligentium jus suum, *L. Ut perfectius 2. de annal. excep., et cap. Vigilanti 5. de præscript.,* in illorum vergeret damnum, qui omnis culpæ et negligentiae expertes sunt, quique deterioris esse non debent conditionis pupillis aliisque agere non valentibus, contra quos durante pupillari ætate, vel impedimento non procedit præscriptio, *L. Sicut in rem Cod. de præscript. 30. vel 40. ann., et L. 1. final. Cod. de annal. except.*



Die 15. Septembris 1827.

207

Si EE. VV. Capellaniam ad tramites foundationis servandam putaverint, decernant oportet, an dominium prædii *S. Marino* sit Capellanix restituendum. Profecto agitur in præsentî casu de Capellania laicali, cujus bona distrahi possunt sine Apostolico Beneplacito, *Card. De Luca de alienat. disc. 1. n. 11.*, *Card. Petra ad Const. Ambitiosæ sect. 3. n. 26. tom. 5. Rot. in Romana, seu Leodien. Immissionis 3. Februarii 1755. §. 2. cor. Caprara, S. Cong. in Ferrarien. 16. Februarii 1788. §. Plura*; quoniam vero Catharina legitima desituebatur Capellanix administratione, remque alienam, veluti suam, vendidit, Capellania etiam non oblato pretio foret redintegrandâ in possessionem præfati prædii, *L. 3. et 4. Cod. de rei vindic.*

Quod si EE. VV. induciam ceaseant præscriptionem, et Capellanix foundationem arbitrentur immutatam, videant rogo, utrum ad implementum trium Sacrorum in qualibet hebdomada satis habenda sint scut. 22. 50. ceu Oratrix, vel scut. 26. 64. requirantur, quemadmodum autumat Episcopus, vel potius hypothecaria super fundo *S. Marino* explenda sit inscriptio pro ea summa, qua opus erit ad memorata sacralitanda; fieri enim potest, ut præsens eleemosyna obolorum quindecim in singulas Missas labentibus annis evadat exigua, itaque Missarum numerus denuo sit imminuendus.

Proponitur

Dubium

*An et quomodo sit annuendum precibus Catharinæ in casu etc.*

FUL-

**F**ULGINATEN PARŒCIARUM. Inter ceteras Fulginatensis Diœcesis rurales Parœcias binæ adsunt inter se finitimæ, quarum altera Villæ Flaminiae, altera Villæ Maceratulae nuncupatur. Cumque duæ rusticæ Domus, quarum prima ad Monasterium S. Catharinæ Fulginiae, secunda ad Gregorium Piermarini pertinet, ædificatæ fuerint in prædiis intra limites Villæ Maceratulae existentibus, gravis exarsit contentio inter Rectores, utriusque Parœciæ, et unusquisque suæ jurisdictioni domos illas subjectas contendere cœpit.

Verum Fulginas Antistes Marcus Antonius Moscardini petentibus ædium dominis, et ad præcavenda, quæ interim oriri poterant, mala, anno 1809. *per modum provisionis, et sine præjudicio jurium amborum Parochorum, ac etiam sine præjudicio juris statuendi confines jurisdictionis ecclesiasticæ per publicum Agrimensorem ab utroque Parocho eligendum*, decrevit, ab incolis memoratarum ædium implendum esse in Ecclesia Parochiali Villæ Flaminiae præceptum Paschalis Communionis, ibique cadavera incolarum mortem oppotentium tumulanda, *donec et quousque per nos declaratum fuerit sub qua jurisdictione ecclesiastica debeant remanere.*

Controversiam nunquam diremit Præsul Moscardini, et Parochus Maceratulae Paschalis Mattioli anno 1825. vadimonium obivit coram Episcopali Curia, ac immitti petiit in spiritualem possessionem tum memoratarum ædium, tum Domus a Fratribus Alleuri nuper extractæ; sed hodiernus Episcopus Lucchesi rem totam in S. Visitatione se compositurum spondit. Et reapse cum anno 1825. Sacram Visitationem in Ecclesia S. Stephani Protomartyris Villæ Maceratulae obiret, ibique adessent uterque Parochus, et per plures alii Sacerdotes, controversias omnes ita definiendas proposuit, ut uni Parocho jurisdictionis in Domum et Prædium Gregorii Piermarini, alteri jurisdictionis in domos et Prædia tam Monasterii S. Catharinæ, quam Fratrum Alleuri tribueretur, ac eam quisque sibi haberet partem, quæ cuique sortito obtigisset. *Piacque in tal progetto ai rispettivi Parochi ed anche agl' infrascritti Sacerdoti che erano presenti al Congresso*, ac die 8. Maji 1825. ductis sortibus domus Gregorii Piermarini obtigit Ecclesiæ Parochiali Villæ Maceratulae, reliquæ vero domus Ecclesiæ Villæ Flaminiae.

Con-

Composita hac ratione controversia omnis videbatur, sed nova litis contestatio exorta est. Cum enim in sequenti anno Parochus Villæ Flaminie ruralem domum Gregorii Piermarini benedixerit, atque etiam schedas distribuerit omnibus in ea habitantibus, ut in sua Ecclesia paschale præceptum adimplere possent; Parochus Villæ Maceratulæ prius coram Episcopo conquestus est, dein preces obtulit huic S. Congregationi suorum jurium redintegrationem exposulans juxta concordiam in S. Visitatione peractam.

Precibus Episcopo ablegatis, hic ea omnia in scriptis transmisit, quæ Parochus pro suæ causæ tuitione in medium proferre arbitratus est, atque etiam *attestationem quamplurium testium a Gregorio Piermarini exhibitam, comprobantium vias, quæ ab ipso Parocho Maceratule Oratore, et a Colonis pro audiendo Missæ Sacrificio, explicatione Evangelii, ac pro addiscendis eorum filiis orthodoxæ fidei rudimentis præsertim tempore hyemali commode adhiberi nequeunt.* Transmisit etiam typum a duobus Decempedatoribus confectum circa Domum Piermarini, quæ ceteris proximior est utrique Paroeciæ. Isti autem fidem perhibent, *che dalla casa rurale Piermarini per la via Flaminia alla Chiesa rurale della Fiammenga vi è la distanza di piedi folignati 818. Da detta Casa per la via erbatica alla Chiesa della Villa di Maceratola piedi 860. Da detta Casa pur anco passando per la Via de' Cocchi avvi una distanza di piedi 893. La strada Flaminia è tutta in linea retta, ed in uno stato perfetto . . . . per cui in ogni stagione è comodamente carreggiabile senza alcun pericolo, ed imbarazzo. La strada erbata parte da detta via flaminia e tortuosamente, giunge alla Villa di Maceratola. Il fondo di questa è in pessimo stato per esser totalmente mancante delle necessarie massicciate, e fossi laterali, per cui la strada serve di fosso di scolo alle viciniore campagne, rendendosi così impraticabile tanto nelle stagioni invernali, che in altre stagioni, ed i passeggeri costretti sono ad attenersi ai terreni per avere un passaggio meno disastroso. La strada dei Cocchi è della stessa conformità della detta via erbata.*

Tandem sententiam suam aperiens ait „ Pro consola-  
 „ tione spirituali Possessorum dictorum prædiorum ,  
 „ illorumque incolarum , ac etiam pro rationibus et  
 „ causis supra adductis sum in voto , quod prædicta  
 „ duo prælia insimul cum Capanna , tum cum ea  
 „ redacta fuerit ad domum ruralem a dictis Fratri-  
 „ bus Alleuri , sub jurisdictione ecclesiastica præfatæ  
 „ Parochialis Flaminie esse debeant ad formam etiam  
 „ decretorum , seu Rescriptorum provisionalium mei  
 „ Prædecessoris Episcopi Moscardini , cum annuo au-  
 „ tem onere injungendo illius actuali Rectori et Suc-  
 „ cessoribus persolvendi in perpetuum canonem pro  
 „ nunc in quantitate napparum duarum , frumenti ,  
 „ quæ componunt melietatem decimæ Sacramentalis  
 „ ab ipso Parocho Flaminie recipiendæ a Colonis su-  
 „ prædictorum Prædiorum , et post redactam eandem  
 „ Capannam ad Domum ruralem , napparum trium  
 „ dicti frumenti bonæ qualitatis , et mercantilis juxta  
 „ mensuram ab ipso Parocho ut supra recipiendi „ .

Rationum momenta quæ induxerunt Episcopum , ut  
 animi sui sensum ita panderet , in medium affert  
 Parochus Villæ Flaminie ad jura sua tuenda , scilicet  
 votum possessorum ædium , et commodum Pa-  
 rochianorum . Etenim duodeviginti jam prætergressi  
 sunt anni , ex quo Coloni ad Ecclesiam Flaminie  
 pertinent , eisque valde injucundum foret , si Parœ-  
 cie Maceratule subjicerentur . Nec sane immerito :  
 siquidem via , quæ a memoratis domibus ad Eccle-  
 siam ducit Maceratule hyemali præsertim tempore  
 incommoda est , ac luto aquisque impervia , dum e  
 contrario brevior , planior , ac rectissima est via , quæ  
 deducit ad Ecclesiam Flaminie .

Hiscæ addit , domos , de quibus agitur , non ita pridem  
 fuisse extractas , nulloque in eas pollere jure Paro-  
 chus Maceratule , ac propterea tum ratione propin-  
 quitatis , tum voluntate dominorum illas jurisdictioni  
 Parœcie Flaminie esse subjiciendas , et concordiam  
 anno 1825. initam penitus destruendam , ac postha-  
 bendum votum Episcopi circa canonem Parœcie Fla-  
 minie imponendam . Imo , pergit , quæ in themate  
 intercedunt causæ tanti faciendæ sunt , ut eas satis

aptas existimet ad dismembrationem, quatenus opus foret, impertiendam.

Dismembratio enim, uti et novæ Parœciæ erectio, etiam invitis Rectoribus conceditur in iis Ecclesiis, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, et ad divina officia audienda accedere non possunt; *cap. Ad audientiam de Eccles. edifican., Concil. Trid. Sess. 21. cap. 4. de reform.*, easque ob causas Parœciarum dismembrationem approbavit Sacra hæc Congregatio in *Lunen. Sarzanen. Julii 1817., et Vintimilien. Augusti 1818., et in Sipontina Dismembrationis Parœciæ 11. Junii 1825. ad 1. Dub.*

At Parochus Villæ Maceratulæ concordiam in S. Visitatione peractam multo jure sustinendam contendit. Ait enim suæ jurisdictioni commissum esse territorium Villæ Maceratulæ, adeo ut ipsæ ejusdem Villæ Parochus nominetur. Hujusmodi Parochialibus limitibus conciaunt lines civilis jurisdictionis, quos vocant Syndacales. Jam vero controversæ Domus intra confines Villæ Maceratulæ extractæ sunt, ideoque illius Villæ Parocho subiciantur oportet; statuit enim Dionysius Papi in *can. Ecclesias 1. caus. 13. q. 1.* = nullus alterius Parochiæ terminos, aut = jus invadat, sed sit unusquisque suis terminis = contentus =. Cum res ita se habeant, pergit idem Parochus Maceratulæ, aut penitus repellantur necesse est vota Parochi Flaminie, aut saltem probetur transactio anni 1825. auctorante Episcopo inita, ex *R. 21. J. in 6.* quæ tradit: quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Nec precibus Parochi Flaminie dismembrationem vel ipsius domus Piermarini a Territorio Maceratulæ postulantis annuendum esse addit. Etenim Parœciarum dismembratio non conceditur, nisi justa et necessaria adsit causa, *cap. 8. de Præben., Fagnan. in cap. Ad audientiam num. 29. de Eccl. edific.* Quæ autem in themate adducitur causa, tota versatur in viarum asperitate ac longitudine. Ad hanc vero causam explodendam, præter transactionem suadente Episcopo subscriptam, testimonium profert quinque virorum, deponentium, vias, quæ a domo Piermarini ducant

Die 15. Septembris 1827.

ad Parœciam Maceratulæ esse practicabilissime in ogni stagione . . . con carri , ed anche con Carretti.  
Quamobrem Eïni Patres decernere dignentur

I. *An sit probanda transactio diei 8. Maji anni 1825. in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An et cujus Parochi jurisdictioni sint subjiciendæ controversæ domus in casu etc.*

Die

*Die Sabbati 24. Novembris 1827. in  
Palatio Apostolico Vaticano erit  
Sacra Congregatio Concilii ,  
in qua præter alia proponentur  
infrascripta Dubia , juxta mo-  
rem ejusdem Sacræ Congrega-  
tionis de jure resolvenda.*

**T**IBURTINA RESTAURATIONIS ECCLESIAE PA-  
ROCHIALIS.

*Sess. 21. cap. 7.  
De Reform.*

Dubia

*I. An Patronus teneatur restaurare Ecclesiam Para-  
chiam in casu etc.*

*Et quatenus negative*

*II. An , a quo , et quomodo sit restauranda in casu etc.*

*Dilata ad sequentem;*

**C**ALARITANA REDUCTIONIS.

*Sess. 24. cap.  
13. De Reform.*

Dubium

*An et quomodo sit locus reductioni legatorum in ca-  
su etc.*

*Negative in omnibus.*

Sess. 25. cap. 4  
De Reform.

## NOLANA REDUCTIONIS ONERUM ET TRANS- LATIONIS.

### Dubia

- I. *An, et quomodo sit locus reductioni Anniversario-  
rum in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit locus reductioni, seu potius  
translationi Missarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi, addita  
tamen unica Missa cum cantu, et assistentia to-  
tius Capituli.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad  
secundam juxta votum Episcopi, ad decennium,  
facto verbo cum SSmo.

Sess. 24. cap.  
12. De Reform.

## TERRACINEN. SEU PRIVERNEN. MISSÆ CON- VENTUALIS

### Dubia

- I. *An onus Missæ Conventualis sit deducendum a  
Massa communi distributionum, antequam fiat  
earum partitio quoad Canonicos jubilatos in ca-  
su etc.*

Et quatenus negative

- II. *An Canonico Reali sint restituendæ distributio-  
nes a Capitulo detentæ pro eleemosyna Missæ  
Conventualis in casu etc.*

Ad I. Negative

Ad II. Affirmative, et Episcopus curet suppleri per  
Capitulum tot Missis lectis pro benefactoribus  
Missas Conventuales celebratas absque applica-  
tione.



**P**ERUSINA CAPELLANIÆSess. 25. cap. 5  
De Reform.

## Dubium

*An et quomodo sit annuendum precibus Catharinæ in casu etc.*

Affirmative pro sanatione contractus emptionis et venditionis, et Episcopus curet fieri inscriptionem hypothecariam super fundo S. Marino pro annuis Missis centum quinquaginta sex, et suis utensilibus ad taxam synodalem perpetuo celebrandis ad formam testamenti, facto verbo cum SSmo.

**F**ULGINATEN. PAROECIARUMSess. 21. cap. 4  
De Reform.

## Dubia

I. *An sit probanda transactio diei 8. Maji anni 1825. in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An et cujus Parochi jurisdictioni sint subjiciendæ controversæ domus in casu etc.*

Ad I. Affirmative, et Episcopus deveniat ad præfixionem confinium utriusque Paroeciæ juxta transactionem.

Ad II. Provisum in primo.

**A**RRIMINEN. CAPELLANIARUM. Prostat hujus facti series in folio diei 14. Junii 1823., ac quatuor tunc proposita fuere dubia in calce hujus folii referenda. Verum Eñi Patres judicium protelandum duxerunt, edito rescripto: *Dilata, et scribatur Vicario Apostolico juxta mentem. Mens est, ut prævia distincta informatione, et voto super novis precibus, exhibeantur Codicillus, Capitula anni 1757., nec non exemplar omnium actorum gestorum coram Eño D. Cardinali Forolivii Legato, et audiantur in scriptis*  
Pa-

Sess. 22. cap. 7  
De Reform.

*Patresfamilias interesse habentes, præfixo ab eodem Vicario Apostolico partibus termino ad deducenda jura: quo elapso causa reproponatur ex officio. Mandatis S. Congregationis hodiernus obsequutus est Ariminensis Episcopus, qui petita monumenta transmissit, partibusque præfixit terminum ad deducenda jura sua. Votum autem suum aperiens inquit: Quod attinet ad questionem, mihi videtur et Capellanos, et Communitatem limites a Testatore præscriptos transcendisse, et Capitula anni 1757. normam tutam præbere posse ad litem dirimendam. Sed sapientissimum judicium vestrum prævenire non mihi fas est.*

Codicillum diei 16. Junii 1757. integrum perlustravi, nihilque in eo deprehendi, quod hanc spectet questionem. Ad rem potius facere vi lentur Capitula diei 24. Julii 1757. paulo post Testatoris mortem a quatuor in Testamento nominatis Capellanis, nec non Oppidi Decurionibus firmata. In iis, inter cetera, statuitur, ut Sacra, ex testamenti lege, reædificanda. *Ædes Beatæ Mariæ Virginis Gratiarum ad Communitatem pertineat: sacra supellectiliâ, in ea per æconomum, seu Executorem, testamentarium collocanda, appellentur supellectili della Chiesa della Comunità, e non dell' eredità Silvagni; clavis Ecclesiæ perpetuo asservetur penes Capellanum Communitatis, ut omnibus innotescat, eandem Communitatem ipsis in nova Ecclesia pollere juribus, quibus in vetusta fruebatur. Item essendo la nostra Chiesa stata chiamata erede proprietaria di tutti li beni mobili, stabili del fu Sig. Giulio Silvagni . . . . Noi (Oppidi Municipales) tanto, come principali ed amministratori di detta Chiesa, intendiamo assolutamente di accettare la detta eredità in nome della Chiesa nostra colle circostanze, clausole, e condizioni che sono descritte nel detto testamento. Dein præcipitur OEconomus, ut flagitante Communitate tradat Inventarii exemplar, perche, dovendo questo Pubblico unitamente ai Cappellani rivedere al Sig. Economo li conti del dare ed avere, possa giustificatamente fargli l'annuo saldo della sua amministrazione. De Capellanis autem, qui eligendi supererant, decernitur che questi non venghino ammessi allo scrutinio de'*  
Voti

*Voti segreti, se non esprimono nel loro Memoriale da presentarsi a questa Comunità, che loro saranno ubi- dienti all'osservanza di questi nostri Capitoli. E quanto abbiamo detto dell'elezione de' nuovi Cappellani, altrettanto noi vogliamo che si osservi in ogni elezione che dovrà farsi da questa Comunità: Tandem constituitur, che se nascesse qualche differenza fra le parti, o per questi Capitoli, o per qualche altra causa non pensata, la Comunità si riserva l'autorità di moderare, o di levare, od aggiungere altri Capitoli secondo che l'opportunità, e le vicende de' tempi lo richiederanno. E perchè questi venghino osservati, ordiniamo che il Sig. Economo presentemente D. Giacomo Vici capo principale de' Cappellani, ed unitamente cogli altri tutti quattro nominati dal fu Sig. Silvagni nel suo testamento li approvino e li sottoscrivino.*

*Hæc pacta ad annum usque 1812. adamussim servata fuisse videntur; quo tempore exortis dissidiis Capellanos inter et Communitatem super passivo, et activo jure nominandi Capellanos, ac super bonorum hæreditatis Silvagni administratione, res delata fuit ad Italicum regimen, quin tamen ullum prodierit judicium. Recruduit controversia anno 1819. penes Eñum Cardinalem Legatum Forolivii, qui semel atque iterum partes componere studuit, eisquo quatuor proposuit articulos ineundæ concordie, scilicet I. che l'amministrazione resti regolata a norma del Capitolato del 1757., che non apparisce mai derogato, e di cui anzi promisero l'osservanza gli stessi Cappellani. II. Che quanto alla nomina de' Cappellani, e altri attributi concessi al Comune, si mandi ad effetto il disposto dal Testatore, in conformità anche dell'esposto dal Governatore di Saludecio al paragrafo tre fino al paragrafo dodici del suo fatto informativo. III. Che rispetto agli avanzi delle rendite non ispetti al Comune di erogarli in qualunque maniera dovendo andare a profitto della causa pia, salvo al Comune però di conoscere il relativo impiego pel buon andamento dell'amministrazione, non impugnandosi affidata al medesimo una generale vigilanza su quella. IV. Che rispetto al debito degli scu-*

di 800. contratto del Comune verso l' Eredità , possa abilitarsi ad ottenere la sovrana sanazione , quando concludentemente provi la fatta erogazione nel titolo sopra allegato , id est in pauperum levamen.

Atque hæc sunt , quæ ad præsentem enucleandam causam ab hoc S. Consessu requirebantur. Restat nunc , ut EE. VV. iudicio subjiciantur momenta ; quæ ad sua quæque jura vindicanda a partibus afferuntur.

Communitas, et quidam patresfamilias Oppidi S. Joannis in Marignano plura congerunt argumenta, ut evincant, non Capellanos, sed ipsam Communitatem esse hæredem Julii Antonii Silvagni: verum ab illis referendis me abstinendum puto, tum quia Testator neque Communitatem, neque Capellanos, sed Ecclesiam B. Mariæ Virginis Gratiarum perspiscuis; patulisque verbis suam universalem hæredem nuncupavit; tum quia neuter illorum superioribus temporibus nomen hæredis sibi arrogare ausus est: imo eadem Communitas in capitalis anni 1757. non proprio, sed Ecclesiæ nomine se hereditatem adire ostendit verbis illis supra memoratis: *Noi come princionali, ed amministratori di detta Chiesa intendiamo assolutamente di accettare la detta eredità in nome della Chiesa nostra colle circostanze ec.* Rectius itaque, atque utilius inquirendum erit, quoniam personam gerat Ecclesiæ hæredis, ut exinde decernatur, cui tribuenda sit facultas exereendi quædam jura hæreditaria ipsius Ecclesiæ-Communitatem personam agere Ecclesiæ sudent jura, quibus ipsa, uti patrona, ante testatoris obitum in ea potiebatur, ac postea potiri perrexit: aditio hæreditatis: capitula anni 1757, quæ eadem jura confirmant, aliæque Communitati tribuunt tam super Capellanis, quam super hæreditate Silvagni: observantia pereantis hujusmodi capitulorum per longissimi temporis spatium: potestas ab ipso Testatore Communitati tributa nominandi Capellanos, eos removendi a possessione Capellaniarum, si vitam ducerent gradui ecclesiastico indecoram, atque etiam vacandi rectæ bonorum administrationi: tandem ratio, quæ Economus et Capellani sese gesserunt; nihil enim ipsi ante annum 1812. imprudente Communitate. moliti sunt, quod admi-  
ni-

nistrationem, aliaque negotia hæreditatis Silvagni spectaret.

Exinde colligit **Communitas** ad se spectare jus nominandi Capellanos. Haud enim inficiatur, familias Vici, et Bianchini cum Testatore sanguine junctas fuisse vocatas ad possessionem primæ, et secundæ Capellanix: verum denegat, eas gaudere jure passivæ prælationis etiam quoad alias Capellanas. Enim vero Testator sex constitui jussit Capellanos, ac postquam nominavit Presbyteros Jacobum Vici, et Carolum Antonium Bianchini, addidit, *con che non solo questi nominati ma sempre i loro nepoti, e discendenti delle dette due case, quali debbono sempre essere considerati, nominati, e preferiti in perpetuo durante dette linee*: dein in terzo Cappellano nominat Sebastianum Trebbi, in quarto Cappellano Joannem Constantini, tandem reliquorum nominationem committit Communitati. Cum itaque post primi, et secundi Capellani nominationem subjunxerit, in eorum defectum cæteris anteferendos esse descendentes Vici, et Bianchini, perspicuum censet Communitas, eisdem Familiis jus inesse ad duas tantummodo Capellanas: illa siquidem Testatoris oratio, utpote in medio posita ad antecedentia, non ad subsequenda est referenda; secus illud etiam obtingeret absurdum, ut descendentes ex iisdem Familiis præferendi forent domui Trebbi, si adhuc viresceret, contra testatoris præceptum, agentis in terzo Cappellano namino *D. Sebastiano Trebbi, ed in sua mancanza altri discendenti di Casa Trebbi*. Cumque in Familia Vici, ac in domo Bianchini plures, qui ad Capellanix possessionem contendant, insimul existere queant; ideo Communitas non dubitat, quin ad eam pertineat nominatio vel ad ipsas duas memoratas Capellanas. Quemadmodum enim testator Communitati tribuit jus Cappellanos, etiamsi ex domibus Vici et Bianchini descenderent, si vitam minus probatam ducerent, amovendi, *con impiegarvi altro soggetto con l'intelligenza di altri Capellani*, ita similiter eidem Communitati facultatem inesse dicendam est, eos ex Familiis Vici et Bianchini eligendi ad munus primi, et secundi Capellani, qui virtute, scientia, ac pietate cæteris præstant.

Nec aliter sentiendam putant *Communitas*, ac *Patres-familias* de jure eligendi juvenes sumptibus hæreditatis *Silvagni* in *Seminario Ariminensi* alendos; si enim *Communitas* personam gerit *Ecclesiæ* in reliquis negotiis, ac in jure nominandi *Capellanos*, in eligendis quoque juvenibus vices *Ecclesiæ* hæredis agere debet; quin *descendentes Vici* et *Bianchini* prælationem passivam sibi valeant asserere. Et sane testator nullam facit earundem familiarum commemorationem, imo eas hujusmodi legato studiorum privasse videtur, cum ad illius fruitionem vocaverit *due Chierici, o due figli nati da legitimo Matrimonio de' più poveri galantuomini del luogo di questa Terra* ( *S. Joannis* in *Marignano* ) *e suoi Borghi, e non mai forastieri, che abitassero in questo Luogo. At vero descendentes ex Familiis Vici, et Bianchini neque ex Terra S. Joannis, neque ex ejus suburbiis, sed ex aliis Oppidis Ariminensis Diœcesis originem ducunt, ideoque jacturam paterentur pauperes Clerici, qui ex designato loco ortum habuerunt, si descendentes Vici et Bianchini ad fruitionem legati forent nominandi.*

Demumquod pertinet ad *Oeconomum*, fatetur *Communitas*, munus hujusmodi esse obeundum ab alterutro ex *Capellanis Familiarum Vici et Bianchini*. Quoniam vero aliquando fieri potest, ut non modo unus, sed plures existant *Capellani primæ, vel etiam secundæ Familiæ*, *Communitati* jus esse debet ex designata domo eum in *Oeconomum* nominare, qui munere suo recte, sciteque fungatur. Ex facultatibus vero *Communitati* tributis constituendi virum, qui annuæ rationis redditioni per *Oeconomum* explendæ præsto sit, atque etiam ex jure patronatus *Ecclesiæ* hæredis, quo ipsa potitur, sibi fas esse affirmat, ab *Oeconomum* exigere rationem gestæ administrationis, prohibere honorum alienationem, atque impedire, quominus, se inconsulta, graviora patrentur negotia.

*Rationum momenta, quæ contra Communitatem proferunt Capellani, fuse habent Eñi Patres in folio diei 24. Junii 1823., atque in allegatione ab illorum Defensore tunc distributa, quam iterum consulere precor; verumtamen hic nonnulla pro meo munere*

bre-

breviter attingam. Initio animadvertunt ipsi, Communitatem nullum sibi adsciscere posse jus sive ex hæreditatis aditione, sive ex capitulis anni 1757., sive ex postera observantia; quandoquidem in memoratis capitulis aperte denunciavit, se accepto habere hæreditatem *in nome della Chiesa nostra colle circostanze, clausule, e condizione che sono descritte nel testamento*, ideoque non quid Communitas sibi injuria arrogare præsumpserit, sed quid ei testamentariæ tabulæ concesserint, inspiciendum est.

Jam vero, pergunt Capellani, supremum Silvagni elogium legenti perspicue liquet, nihil aliud testatorem Communitati tribuisse, nisi jus nominandi quintum et sextum Capellanum, facultatem removendi Capellanos improbos, in eorumque locum alios sufficiens, ac tandem deputandi virum, qui annuæ intersit rationum redditioni. Reliqua igitur negotia expedienda, ac jura exercenda non ad Communitatem, sed ad Œconomum, et ad Capellanos spectare dicendum est. Profecto Œconomio concedidit jus conficiendi inventarium omnium bonorum, ædificandi novam Ecclesiam, distribuendi puellis subsidia dotalia, pendendi legata favore Communitatis relicta, habendi *l'economia del regolamento concernente a detti obblighi, ed altresì nel ritenere tutte l'entrate provenienti dalla mia eredità*, tuendi bona, censui pecuniam collocandi, et peragendi *tutti le funzioni ecclesiastiche concernenti gli obblighi da sodisfarsi in detta Chiesa*, ed in di lui mancanza o impotenza possa, e debba sostituire chi gli parerà. Capellanis autem tribuit jus quotannis exigendi rationis redditionem gestæ per Œconomum administrationis, constituendi Coadjutores Œconomus pro tempore, si hic minus aptus evaderet ad gerendam administrationem.

Constat itaque non Communitatem, sed Capellanos, ac præcipuum in modum Œconomum sustinere partes Ecclesiæ hæredis, ac propterea jura omnia ejusdem Ecclesiæ exercenda esse per Capellanos. Hinc ad eos spectabit electio Adolescentium, qui studiis in Ariminensi Seminario vacare debent, atque etiam nominatio ad Capellanas. Communitas siquidem jure pol-

pollet nominandi duos tantum Capellanos; sam testator aperte cavit gli altri due ( Cappellani ) da nominarsi, ed eleggersi da questa Comunità; nec quidem pro suo lubitu, veluti autumat Communitas, sed con l'intelligenza sempre delli sudetti quattro Capellani nominati, e da nominarsi, ne scilicet Capellanis insciis, vel rationabiliter invitis quispiam in ipsorum album recenseretur, atque insuper prælatione tributa descendentes ex familiis Vici, et Bianchini.

**E**t re vera Testatorem ostendisse peculiarem dilectionem erga memoratas Domos, docent testamentaria tabulæ, imo innunt descendentes ex illis esse ceteris anteferendos ad omnes Capellenias. Etenim postquam testator nominavit Capellanos Jacobum Vici, et Carolum Bianchini statim addidit *con che non solo questi nominati, ma sempre i loro nepoti, e discendenza delle dette due Case, quali debbono sempre esser considerati, nominati, e preferiti in perpetuo.* Hanc prælationem, ac passivam vocationem firmam stare jussit etiam dum prospiciens casum, quo sex Capellani indigenæ Oppidi S. Joannis non invenirentur, ad Capellenias contendere sicut Clericos abitanti, e nati nel territorio di questo luogo; siquidem sanxit, quod sex incolæ Terræ S. Joannis, et Suburbiorum *debbano sempre prevenire alla riserva della Casa Vici, e Bianchini.* Familiæ igitur Vici, et Bianchini nedum Clericis alienigenis, sed etiam indigenis anteferendi sunt in possessione sex Capellaniarum. Idem judicium ferendum dicunt pro Legato studiorum: quamvis enim ad ejus fruitionem invitaverit egenos Adolescentes Terræ S. Joannis, silentio præteritis Viciis, et Bianchiniis, nihilominus cum Adolescentes in Seminario institui voluerit, ut sacris ordinibus initiarentur *a titolo di Cappellania*, sua sponte sequitur, ad hujusmodi legati fruitionem potiori jure censendos esse vocatos Adolescentes cum testatore sanguine conjunctos, qui jure gaudent prælationis ad omnes Capellenias.

**N**eque tandem Communitas sese immiscere valet sive deputatiōni Œconomi, sive a Administrationi bonorum, Administrationem siquidem testator concessit Œcono-

mo



mo cum onere reddendi rationem ceteris Capellanis, atque etiam Episcopo ex sententia hujus S. Congregationis in *Ariminen. Subsidiarum Dotalium, et Fabricæ Ecclesiæ* 26. Septembris 1795. ad II. Dub., non autem Communitati, cui tantummodo data fuit facultas eligendi virum, qui rationis redditioni præsens adesset. Ad munus autem Oeconomi vocavit primum Capellanum Jacobum Vici, *ed altri simili Cappellani cho succederanno pro tempore discendenti da simile stipite Vici, ed in mancanza della loro linea a Casa Bianchini.* Igitur qui antiquior est inter Capellanos Vici, iisque deficientibus, qui antiquior est inter Capellanos Bianchini, vocatus videtur ad gerendam administrationem hereditatis Silvagni, quin ulla inde debeat Communitatis deputatione.

Quocirca iterum proponuntur

## Dubia

- I. *An et cuius favore constet de qualitate hereditaria in casu etc.*
- II. *An sit locus prælationi familiarum Vici, et Bianchini tum pro passiva vocatione ad omnes Capellanas, tum pro institutione in Diocesano Seminario in casu etc.*
- III. *An et ad quot Capellanas, et quibus legibus, et conditionibus competat Communitati nominatio in casu etc.*
- IV. *An et quomodo Communitati jus competat in deputatione Oeconomi, et administratione bonorum in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis Gratiarum.

Ad II. Iterum proponatur.

Ad III. Affirmative ad omnes, servatis legibus, et conditionibus testamenti.

Ad IV. Negative in omnibus, salva tamen assistentia consilarii ad formam testamenti.

Sess. 22. cap. 4.  
de Reform.

**F**IRMANA FRUCTUUM ET DISTRIBUTIONUM.  
Clericus Prosper Alexandrini in decimo septimo ætatis anno constitutus Presbyteralem Præbendam, quam vocant Massæ Communis, in Firmana Ecclesia Metropolitana anno 1817. obtinuit, cum onere pendendi annuam pensionem scutatorum triginta. Canonice vero Præbendam, cui annexum est onus suscipiendi Sacros Ordines, volvente anno 1819. in eadem Ecclesia assequutus est Clericus Joannes Paulus Savini annos natus duodeviginti: uterque apostolica forsane dispensatione munitus super defectu ætatis. Ad Canonicam ætatem perventi sacris Ordinibus initiari omiserunt, quamvis pluries a quibusdam Canonicis de hujusmodi onere admoniti fuissent. Tandem Canonicus Savini anno 1824., et Præbendatus Alexandrini anno 1825. supplices SSmo porrexerunt libellos, quibus absolutionem pro fructibus perceptis, et indultum prorogationis, ut interim de statu deligendo maturius deliberarent, postulabant. Eius Archiepiscopus, cui preces ablegatæ fuerant, votum exquisivit Metropolitanæ Capituli, quod majoribus suffragiis haud Oratorum petitioni annuendum esse respondit. Cum vero informatio Eius Archiepiscopi nunquam ad hanc S. Congregationem perlata fuerit, nec propterea ullum prodierit rescriptum; Canonici in capitularibus Comitibus anni 1825. decreverunt, redditus Præbendarum utriusque Canonici in æde sacra deponi, et insequenti anno 1826. statuerunt, non esse intermittendum inceptum depositum, ac interea sciscitandum hunc S. Ordinem de ratione, qua ipsi erga Canonicum Savini, et Præbendam Alexandrini uterentur.

Iterum rogatus Eius Archiepiscopus, ut, auditis interesse habentibus, votum suum aperiret, ac referret, an distributiones solvantur ex Massa communi retulit „ distributiones æque, ac punctaturas inter Capitulares Metropolitanæ Ecclesiæ persolvi ex Massa „ communi. Addeam deinde, neque Canonicum Savini, neque Præbendam Alexandrini fuisse unquam citatos ad dicendum, cur non debeant medietate distributionum privari juxta Constitutionem „ Clement. *Ut ii.* Dum vero ego numquam ex parte

„ Ca-

Capituli de formali hujuscemodi intimatione requisitus paterno cum ipsis agerem frequenter, ut in periculosa optatione positos, vel vitae rationem a vocatione absorptam amplectendi, vel amittendi sustentationis media propemodum necessaria, susceptionibus partim, partim increpationibus, et inflictis aliquando spiritualibus poenis (quas quidem humiliter semper, nec sine emendationis proposito susceperunt) in viam rectam reducerem. Capitulum nulla servata debita forma, nulloque iudicis decreto interposito reditus tum Canonicatus, tum Præbendæ marce proprio retinuit, et hactenus retinet. Quibus porro de causis Beneficiatus uterque ab obligatione, qua detinebatur, defecerit, perspicuum erit EB! VV. ex ipsorum Toliis.

Dum hæc agebantur, Joannes Paulus Savini se Romano Pontifici sistitit, eique exposuit, a Sacra Pœnitentiaria obtinuisse condonationem fructuum ob non receptos sacros Ordines, violatamque collationis Canonicatus, et Capitularium Constitutionum legem, ac postulavit, ut dimissio Canonice Præbendæ exciperetur cum reservatione pensionis. Pontifex annuit ejus precibus, et Apostolicis Bullis diei 30. Novembris 1826. resignationem Canonicatus accepto habuit, firma remanente condonatione per se, ut asserit, a Sacra Pœnitentiaria obtenta, et cum reservatione annua pensionis scutorum triginta. Præbendatus quoque Alexandrini a S. Pœnitentiaria condonationem fructuum impetrasse affirmat; sed uterque requisitus, ut adeptam gratiam documentis evinceret, neuter mihi hactenus aliquid exhibuit: imo illud perspicuum, exploratumque est, quod preces Prosperi Alexandrini a S. Pœnitentiaria ad hanc S. Congregationem jam inde ab anno 1825. fuerint remissæ.

Statuit Tridentina Synodus sess. 22. cap. 1. de Reform. ut ii, qui Dignitates, Præbendas, ac qualibet alia beneficia in Ecclesiis Cathedralibus obtinent, quibus Ordines Presbyteratus, Diaconatus, aut Subdiaconatus sunt annexi, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum ordines suscipere requisitos, alioquin poenas incurrant juxta Constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit *Ut ii qui*. Contra autem.

autem eos, qui Ordinem Sacrum præbendæ annexum intra annum suscipere negligunt, has pœnas statuit Concilium Viennense in Clementina *Ut ii 2. de atat. et qualit. præficiend.* = Nisi justo impedimento cessante, ad hujusmodi Ordines se promoveri fecerint intra annum, ex tunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant Ipsisque distributionum, quæ dantur his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, vel statutis, et pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad Ordines recusantes statuuntur in jure, nihilominus in suo robore permansuris = .

Ex sanctione hujus Clementinæ, atque ex Concilio Tridentino colligunt Doctores haud induci vacationem Beneficii ipso jure, si provisos negligat intra annum a die possessionis ad Sacros Ordines ascendere, *Fagn. in cap. Cum in cunctis §. inferiora de elect. num. 39.*, *Pignat. consult. 75. num. 6. tom. 7.*, et censuit hæc S. Congregatio in *Romana Canonicatus 9. Septembris 1786.*, et in *Cæsenaten. Mansionariæ 15. Septembris 1792.*, licet Episcopus post adhibitæ monitiones facultate polleat non promotum ex negligentia intra annum privandi præbendæ, uti docet *Barbos. de Canon. cap. 16. num. 10.*, *Giraldi Expos. juris pontif. sect. 79.*, et declaravit hæc S. Congregatio, quæ die 25. Januarii 1608. apud eundem *Giraldi loc. cit.* = censuit non induci vacationem ipso jure, præterquam in beneficiis curatis ob non susceptum Præbyteratum, aut alium Ordinem sacrum annexum infra annum. Ceterum obtinentem Dignitatem et Canonicatum debere, et posse compelli etiam sub pœna privationis ad recipiendum Ordinem sacrum Canonicatui, vel Dignitati annexum = . Consonant rescripta hujus S. Ordinis in *Senogallien. Canonicatus 23. Novembris 1754.*, et in *Romana Canonicatus 9. Septembris 1786. §. Confirmat.*

Usque dum itaque Canonicus, vel Præbendatus Ecclesiæ Cæthedralis non fuerit per Episcopi condemnatoriam sententiam suo Beneficio legitime privatus, nedum integros Præbendæ fructus, sed etiam procul dubio medietatem distributionum quotidianarum, nec non integras distributiones, quas vocant extraordi-

dinarias, percipere jure potest, *Barbos. loc. cit. num. 2. quest. 320. num. 5.* Quocirca, subdunt Oratores, quæstio solum institui debet super dimidia parte quotidianarum distributionum.

Jam vero Oratores neque hac distributionum portione mulctari posse ob non susceptam sacram Ordinem, ex triplici eliciunt fonte. Atque in primis *ex ipsa legis vi, ac ratione*; negligentes enim Ordinibus insigniri, ex Clementina *Ut ii* non privantur media parte distributionum ipso jure, sed privandi sunt per sententiam judicis condemnatoriam, ut innuunt verba illa = *pars dimidia subtrahatur* = pœna siquidem, quam lex comminatur tantum delinquenti, quin tamen ipsa illam irroget, sed imperativis verbis = *privetur, mulctetur, suspendatur*, = judici mandat, ut pœnam infligat, non latæ, sed ferendæ dicitur sententiæ, *Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 2. num. 211.*, *Zallinger. lib. 1. Decret. tit. 1. §. 105.*, ideoque nisi accedat condemnatoria judicis sententia, pœna non contrahitur, et sententia ejusmodi si feratur vim suam exerit a die, qua lata fuit, *Engel. Jus Canon. lib. 1. tit. de constitut. num. 43.*, *Sanchez in Decalog. cap. 22. num. 33.* In themate nulla sententia, imo ne ipsa quidem judicialis contestatio unquam intercessit. Deum ex defectu culpæ. Nam memorata Clementina comminatum pœnam infligi jussit illis, qui *justo impedimento cessante* Ordines Sacros suscipere detrectarent. At vero Oratores Sacram Ordinationem protelarunt, ut sacris litteris operam darent, et divinam vocationem ad sacros Ordines maturiori consilio experirentur. Tandem ex *supplicibus libellis* Sacratissimo Principi porrectis pro temporis prorogatione ad suscipiendos Ordines. Scitum namque est, pendente ad Principem recursu haud tempora labi, *L. si quis 63. ff. de R. I., Rot. cor. Ansaldo decis. 205. n. 25.*, et *S. Congreg. in Cremonen. 19. Februarii 1719. §. De incursum.* Quin aliter suadere queat, Oratorum precibus nullum hactenus redditum fuisse responsum, cum eorum culpæ non sit vertenda nimium protracta. Em̄i Archiepiscopi requisita informatio, nam legitime impeditis tempora non elabuntur, *Rot. cor. kaunitz decis. 147. n. 11.*, et *cor. Tanar. decis. 192. n. 6.*

Verum animadvertunt Canonici, Oratores saltem in pœnam incidisse amissionis dimidiæ partis quotidianarum distributionum. Hanc enim pœnam non ferendam, sed latæ sententiæ esse contendunt innixi verbis Clement. *Ut ii*, in qua statuitur, ut nisi intra annum se ad Ordines Sacros promoveri fecerint, *ex tunc*, donec ad eos promoti fuerint *nullo modo vocem in Capitulo habeant. Ipsisque distributionum . . . pars dimidia subtrahatur*; siquidem dictio illa *ex tunc*, quam ipsi ad utramque pœnam protrahendam autumant, pœnam latæ sententiæ portendit ad tradita per *Felin. in cap. Rodolphus n. 24. de rescript.*, *Reinffest. lib. 1. Decrét. tit. de constitut. n. 218.* Hinc Doctores agentes de pœnis contra eos, qui Ordines præbendæ annexos suscipere negligunt, docent, illos post annum a Clementina indultum in pœnam incidere privationis mediæ partis distributionum, *Fagnan. in cap. Queris de ætat. et qualit. præfic. n. 33.*, *Barbos. loc. cit. n. 13.*, *Scarfant. in animad. ad Ceccop. Lucub. can. lib. 4. tit. 8. n. 43. et seq.*; imo pœnam illam, sicut et privationem vocis in capitulo, esse latæ sententiæ aperte tradunt *Thesaur. de penis eccl. verb. Beneficium cap. 6.*, *Giraldi exposit Juris Pontif. sect. 79. ad Concil. Trid. Sess. 22. cap. 4. de reform. = quatenus*, ut isti inquirunt) *non prærequirit monitionem, sed solam citationem ad dicendum causam quare non debeat affici pœna Clementina Ut ii, et non probaverit se legitime fuisse impeditum, declarabitur esse locum pœnæ, et a distributore fiet subtractio =*

Haud itaque opus est sententia condemnatoria, pergunt Canonici, sed tantummodo sententia declaratoria hujus S. Ordinis, quæ decernat Canonicum Savini, et Præbendam Alexandrini ob non susceptos sacros Ordines eorum Præbendis annexos pœnam contraxisse privationis mediæ partis quotidianarum distributionum, statim ac dies cessit anni ad suscipiendos Ordines indulti; quoniam ea vis est, ac robor sententiæ declaratoriæ, ut pœna ipso jure imposita a die violatæ legis sit luenda, *Pirhing. Jus Canon. tit. de heret. n. 60.*, *Zallinger lib. 1. Decrét. tit. 1. §. 105.* Quanquam enim in jus vocati non fuerint, nihilominus tum Capitulum, tum ipse Epius Archiepiscopus eos pluries  
mo-

Die 24. Novembris 1829.

229

monuit de lege, cui obnoxii erant, suscipiendi sacros Ordines intra annum, postquam ad canonicam aetatem erant perventi.

Nimium autem tribueretur precibus SSmo oblatis pro assequenda prorogatione ad suscipiendos ordines. Præterquam enim preces porrectæ fuerunt, postquam in pœnam inciderant ob lapsum termini a Tridentina Synodo concessi; illud accedit, quod nullo hactenus dimissæ fuerint rescripto, et nisi Canonici Sacram Congregationem adissent, adhuc quæstio sileret. Satis autem non esse, ut porrigantur preces, sed præterea consonum rescriptum requiri tradit S. Congreg. in *Nullius Trium Fontium applicationis fructuum* 17. Maji 1817. §. *Vetat*, quæ in eadem ad II. Dub. *Canonicum absentem a residentia privandum fructibus* decrevit, quamvis penes S. Congregationem petiisset indultum abessendi causa studiorum, et assensum eidem præbuisset Capitulum, sed tamen haud sollicitus fuerat impetrandi opportunum rescriptum.

At vero hæc S. Congregatio, si fraus et dolus abesset, condonationem quoad præteritum, et indultum prorogationis ad breve tempus nonnumquam concessit, ut Clerici de sua vocatione ad Presbyteratus Ordinem deliberarent, quemadmodum evincunt exempla in *Pisaren. Sanationis et prorogationis* 16. Martii 1801. ad II. Dub., et in *Mathilicen. Prorogationis et Sanationis* 20. Februarii 1802.

### Dubia sunt

- I. *An Joanni Paulo Savini, et Prospero Alexandrini sint restituendi fructus et proventus in casu etc.*
- II. *An et a quo tempore iidem inciderint in pœnam privationis dimidiæ partis quotidianarum distributionum, in casu etc.*

### Et quatenus affirmative

- III. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro condonatione in casu etc.*

IV. *An*

IV. *An Clerico Alexandrini sit concedendum indultum prorogationis in casu etc.*

*Non proposita cum sequenti*

*Decr. 25. cap.  
13. de Reform.*

**S**ANCTI MINIATIS JURIUM ET PRÆMINENTIA-  
RUM. Precibus Episcopi Poltri commotus S. M. Cle-  
mens XIII. Apostolicis Litteris diei 24. Maji 1762.  
suppressionem simplicis Beneficii sub invocatione S. An-  
dræ Apostoli concessit, atque ex illius bonis Cano-  
nicatum et Præbendam Theologalem sub titulo SS. An-  
dræ et Genesii in Cathedrali Ecclesia Sancti Minia-  
tis vocatis, qui ad id fuissent evocandi, erigi jus-  
sit. Canonico Theologo onus imponi mandavit ne-  
dum habendi lectionem Sacræ Scripturæ, sed etiam  
Choro juxta morem ejusdem Cathedralis Ecclesiæ in-  
teressendi, tertiam partem fructuum Theologalis Præ-  
bendæ in usum quotidianarum distributionum con-  
vertendam conferendi, et cetera, quæ aliis Canoni-  
cis incumbunt, onera perferendi. Sancivit dein, ut  
erigendæ Canonicalis Præbendæ Rector, *uti verus, cer-  
tus, et indubitatus Canonicus dictæ Ecclesiæ haberetur*,  
,, cum stallo, sede, et loco in Choro, ac voce et  
,, voto in Capitulo dictæ Ecclesiæ, nec non omni-  
,, bus, et singulis privilegiis, exemptionibus, facul-  
,, tatibus, libertatibus, immunitatibus, præeminentiis,  
,, gratiis, honoribus, antelationibus, indultis, et præ-  
,, rogativis, non tamen titulo oneroso acquisitis, nec  
,, non omnibus emolumentis circa participationem  
,, Massæ communis distributionum quotidianarum,  
,, quibus alii dictæ Majoris Ecclesiæ Canonici potun-  
,, tur, et gaudent de præsentibus, et in futurum po-  
,, tiri, et gaudere poterunt, attenda assignatione ter-  
,, tiæ partis fructuum, et proventuum Præbendæ Theo-  
,, logicalis pro quotidianis distributionibus convertendæ,  
,, etiam uti, frui, et gaudere possit, et valeat. ,,  
Quum vero Episcopus deprehenderit valde tenues futu-  
ros redditus erigendæ Præbendæ Theologalis, et Mas-  
sam Capitularem eximere non posse Canonicum Theo-  
logum a collatione tertie partis fructuum in quotidia-  
nas distributiones erogandæ; ideo Sedes Apostolica die  
15. Julii 1768. denuo votis Episcopi annuit ,, ita quod  
pro



„ pro tempore existens Canonicus Theologus perso-  
 „ nalem residentiam non amplius prout in erectione,  
 „ et institutione præscriptum fuerat, sed diebus festis  
 „ tantum facere, ac processionibus, et functionibus  
 „ publicis interesse teneatur. Si tamen . . . Choro  
 „ diebus festis hujusmodi non intervenerit, penis et  
 „ punctaturis, quibus ceteri ejusdem Ecclesie Cano-  
 „ nici ob non præstitum servitium juxta Ecclesie sta-  
 „ tuta, et consuetudinem subjacent, pariformiter sub-  
 „ jacere „ .

S. Minialis Episcopus, his acceptis Apostolicis Litteris,  
 in quibus nihil cautum reperiebatur de emolumentorum  
 perceptione, de stallo, et voce in Capitulo, die 17. Maji 1770. plaudentibus Canonicis, decretum  
 edidit erectionis Theologalis Præbendæ „ cum omni-  
 „ bus juribus, honoribus, et stallo in Choro, absque  
 „ tamen et sine voce in Capitulo, sed cum præceden-  
 „ tia, seu primo loco post Canonicos Capitulares, et  
 „ supra cæteros Canonicos supranumerarios, aliisque  
 „ omnibus prærogativis, et emolumentis, et cum ju-  
 „ re lucrandi distributiones extraordinarias, aliaque  
 „ omnia, quibus fruuntur, et gaudent Canonici su-  
 „ pranumerarii „ . Eandemque Canonicum Theolo-  
 „ gum, præterquam ad lectiones Sacræ Scripturæ obli-  
 „ gatum voluit „ ad personaliter residendum, et inte-  
 „ ressendum omnibus divinis officiis, cæterisque om-  
 „ nibus Ecclesie functionibus in cunctis diebus fe-  
 „ stis, illaque, illosque celebrare, horas canonicas  
 „ decantare, aliaque . . . onera aliis Canonicis su-  
 „ pranumerariis incumbentia adimplere, „ ita tamen  
 „ ut si iisdem interesse omiserit, mulctas et puncta-  
 „ turas consuetas more ceterorum Canonicorum non  
 „ interessentium patiat. Quapropter partem fru-  
 „ ctuum Præbendæ Canonialis obligatam volumus  
 „ et declaramus „ .

Res, prout jusserat Episcopus, ad annum usque 1814.  
 quiete processerunt. At postea conquente Canonico  
 Theologo, atque ipsis Canonicis perpendentibus,  
*che il Pontefice Clemente XIII. colla sua bolla del 1763  
 per avere dispensato il Canonico Teologo dal mettere  
 in massa la terza parte delle rendite della Præbenda,  
 non dichiarò che il Canonico in possesso della Præbenda  
 dovesse esser privato del diritto di precedere ai Ca-*  
 no-

nonici posteriormente venuti in possesso = , in Capitularibus Comitibus habitis anno 1825. decretum fuit, = che il Canonico Teologo Antonio Migliorati venga ad occupare il posto in ordine di possesso con tenere ferme e stabili tutte le altre determinazioni dell' erezione del dì 17. Maggio 1770., purchè la presente determinazione sia approvata dall' autorità Vescovile. Cum vero hanc Capitularem deliberationem haud confirmandam censuerit hodiernus Episcopus, quaestio delata est ad hunc Sacrum Ordinem non modo super praecedentia, sed etiam super jure lucrandi emolumenta ex legatis proficiscentia, et habendi vocem in Capitulo.

Rogatus de more Episcopus rationum momenta a partibus exhibita transmisit, suamque ita aperuit sententiam „ Il mio voto su tali questioni (salvo sempre

„ il giudizio di cotesta Sacra Congregazione) sarebbe

„ 1. Che il Canonico Teologo suddetto avesse voce  
 „ in Capitulo, meno che in quelle adunanze, nelle  
 „ quali i Canonici antiquiori fossero per trattare dell'  
 „ amministrazione dei beni di massa, che il mento-  
 „ vato Capitulo possedeva avanti l' epoca della istituzi-  
 „ zione di detta Prebenda.

„ 2. Che dovesse partecipare degli aumenti, che le  
 „ distribuzioni Corali hanno ottenuto dai pii relitti a ta-  
 „ le oggetto fatti a detto Capitulo in comune, e non  
 „ alla massa, dopo cioè l' istituzione di detta Teolo-  
 „ gale, e bene inteso proporzionatamente al numero  
 „ delle sedute, che il Canonico Teologo fa nel Coro,  
 „ le quali sono dei soli giorni festivi „

„ 3. Perchè i Canonici che hanno la loro porzione  
 „ nella Massa, perdono le distribuzioni *sine jure accre-*  
 „ *scendi* in corresponsività dell' assenze dal Coro, ed il  
 „ Canonico Teologo *in omnibus et per omnia* deve es-  
 „ sere sottoposto agli oneri comuni agli altri Cano-  
 „ nici, ed egli altronde non distribuendo non può  
 „ per le negligenze avere il meno delle distribuzioni;  
 „ perciò direi ch' esso Canonico Teologo *pro tempore*  
 „ dovesse continuare a pagare per le sue mancanze  
 „ al Coro la solita penale, ben inteso con defalcarsi  
 „ da essa le distribuzioni Corali provenienti dagli au-  
 „ menti della massa come sopra „

„ 4. Poichè siccome altro Canonico di questa mede-

„ sima Cattedrale, ch'è d'istituzione posteriore alla detta  
 „ Prebenda Teologale, occupa lo stallo del Coro per  
 „ ordine di possesso, e senza contrasto, e d'altronde  
 „ il Rettore della Prebenda Teologale sudetta è *unus*  
 „ *de Capitulo*, così sarei di sentimento, che al Cano-  
 „ nico Teologo ancora convenisse vendicare da qua-  
 „ lunque opposizione il diritto dello stallo nel Coro  
 „ a ragione di possesso, e che altresì in questo rap-  
 „ porto egli fosse equiparato agli altri Canonici della  
 „ stessa Cattedrale. „

Episcopi sententiæ, et Canonici Theologi petitioni adver-  
 satur Capitulum, contenditque adamussim esse ser-  
 vandas leges in decreto anni 1770. iunctas. Enim  
 vero quamvis rector Theologalis præbendæ ad for-  
 mam Bullæ anni 1762. eisdem frui juribus deberet,  
 quibus veri gaudent Canonici; nihilominus cum per  
 Apostolicas Litteras anni 1768. eidem tributa fuerit  
 exemptio a collatione tertie partis fructuum præben-  
 dæ in massam distributionum, non potest referri in-  
 ter veros Canonicos, ac propterea iis tantum potia-  
 tur necesse est juribus, quibus pollent Canonici ho-  
 norari. Hisce profecto conditionibus ab Episcopo ere-  
 cta fuit Præbenda Theologalis; sub eisdem legibus  
 consensum erectioni præstitit Capitulum; nec aliter  
 suadent Capitulares Constitutiones, statuentes; *Nume-  
 rus Canonorum non augeatur, nisi de consensu Ca-  
 pituli, et volens aliquis Præbendam Canonicaem fun-  
 dare, debeat apponere in massa Capituli quotam an-  
 nualium distributionum pro se ipso juxta formam au-  
 tiquitus observatam.*

Rector itaque Præbendæ Teologalis, tanquam Canoni-  
 cus honorarius, haud sibi asserere valet sive vocem  
 activam et passivam in Capitulo, præsertim in nego-  
 tiis, quæ antiquorum Canonorum tangunt jura,  
*S. Congreg. in Sabinen. Participationis 28. Aprilis 1770.  
 §. Contra, et in Terracinen. seu Setina 19. Januarii  
 1788. §. Quamvis, sive præcedentiam supra veros Ca-  
 nonicos, quamvis possessione juniores, multoque  
 minus deliberationem emolumentorum, quæ Capitu-  
 lo obvenerunt cum ante, tum post ejusdem Præben-  
 dæ erectionem, in Tolentinaten. 1. Februarii 1766., et  
 in cit. Sabinen. Participationis §. Advertunt. Hisce  
 epim prærogativis et juribus Canonikum Theologum*

234. Die 24. Novembris 1827.

auxit Bulla anni 1762. *attenta assignatione tertiæ partis fructuum præbendæ theologalis pro quotidianis distributionibus convertendæ*. Cumque per posteras Apostolicas litteras immunitatem Canonicus Theologus obtinuerit a collatione tertiæ partis, evanuerunt præminentia, et jura, quæ ejusdem collationis intuitu indulta fuerant.

Accedit observantia septuaginta et ultra annorum, acquiescentia, et silentio possessorum Præbendæ Theologalis roborata, quæ omnem perimit ambiguitatem quoad litterarum apostolicarum dispositionem, ad quam ceteroquin interpretandam decennialis observantia satis superque fuisset, *Reiffenst. Jus. cano. lib. 1. tit. 4. §. 7. n. 155., S. Congreg. in Lucana Præminentiarum et jurium 29. Januarii 1825. §. Consuetudinem*. Hisce Canonici ianixi rationum momenti Rectori Theologalis Præbendæ denegandam contendunt vel ipsam præcedentiam supra ceteros Canonicos, licet receptione posteriores. Quanquam enim in Capitularibus Comitibus anni 1825. in eam sententiam descenderint, ut ipse stallum in Choro, et præcedentiam sicut reliqui Canonici assequeretur, nihilo tamen minus cum id decreverint, si Episcopus assensum præstasset, atque hæc conditio tunc impleta non fuerit, nunc mutato consilio decretum erectionis anni 1770. in omnibus servandum tuentur.

At vero Canonicus Theologus animadvertit, perspicuum exploratumque esse, quod ad tramites Litterarum anni 1762. iisdem privilegiis, prærogativis, et juribus, quibus veri Cathedralis Ecclesiæ S. Miniatis Canonici potiuntur, et ipse potiri debeat. Neque hisce juribus et præminentis derogarunt posteriores Apostolicæ Litteræ; hæc quidem immunitatem impertierunt Canonico Theologo ab onere conferendi tertiam partem fructuum pro quotidianis distributionibus, atque eam ob rem jure privatus extitit percipiendi quotidianas distributiones massæ communis, et lucrandi emolumenta ex legatis ante erectionem Theologalis Præbendæ proficiscentia. Verum in reliquis sua pollere debet vi Bulla anni 1762., cum illis derogatum non fuerit per posteras Apostolicas Litteras; per novas enim gratias et favores, nisi exprimat, non tolluntur veteres, sed confirmantur et augentur, *L. fin. Cod.*

Col. de Præpos. agent., Reiffenst. ad R. 61. J. in 6. num. 5.

Dissonam igitur Theologalis Præbendæ erectionem contra formam Apostolicarum Litterarum ab Episcopo Poltri peractam parvi pendendam esse arbitratur, ad text. in cap. *Venerabili de offic. et potest. jud. deleg.* et Apostolica rescripta, quasi nondum impleti ex integro executioni fore mandanda, *Lotter. de re benef. lib. 5. quest. 11. n. 152.*, *S. Congr. in Nullius Terræ Pontiani Canonatus 12. Martii 1796. §. Dissonam*, quin decreto Episcopi fulerum addere queat postera observantia. Etenim Clemens XIII. suas Litteras decreto irritanti munivit, quo inane declaravit *quicquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari*, ideoque contrariam consuetudinem induci vetuit, *Card. De Luca de regular. disc. 3. n. 8.*, *Piton. de contro. patron. alleg. 5. n. 16.* Nec præterendum, quod hæc S. Congregatio foundationis leges ab inductis abusibus, et a quavis contraria desuetudine vindicare solet, ut in *Comaclen. 8. Julii 1818.*, et in *Lucana Præminentiarum 26. Februarii 1825.*

Hinc Rector Theologalis Præbendæ tanquam verus Canonicus est habendus, quemadmodum perspicue iubent Apostolicæ Litteræ anni 1762., imo pugnat cum ipso Episcopi decreto, ut ipse censeatur Canonicus honorarius; siquidem Canonicus Theologus peculiari præditus est præbenda; residentię lege obstringitur, et Choro interesse tenetur; Canonici autem honorarii propriè non sunt Canonici, et habent nomen sine re, nec ad residentię legem, et ad Choro interessendum compelli queunt, *Fagnan. cum Ferrariensi num. 17. de consit.*, *S. Congregatio in Terracinen. seu Setina 19. Januarii 1788. §. novum et seq.*, in *Montis Politiiani Servitii Chori 4. Februarii 1804. §. quanquam.*

Itaque Canonico Theologo nedum præcedentiam in Choro inter veros Canonicos juxta ordinem receptionis, sed etiam vocem activam et passivam tribuere oportet. Etiam si enim Canonicus novæ erectionis non gaudeat voce in capitularibus sessionibus; quæ respiciunt jura dumtaxat veterum Canonicorum, nisi aliter statutum fuerit in limine foundationis et admissionis, *S. Congreg. in Eugubina Erectionis Canonatuum 26. Martii*

tii 1763. ad IV. Dubium, et in Tolentina Archipræsbyteratus 1. Februarii 1766. ad III. Dubium, attamen in reliquis communem Ecclesiæ, vel Capituli utilitatem, et commodum præferentibus; jure suffragii privari non debet, S. Congregatio in cit. Eugubina ad IV. Dubium, et in Alatrina 8. Februarii 1727.; id enim proprium est canoniæ, ut Canonicis tribuat jus vocis in iis, quæ a Capitulo collegialiter expediuntur, Barbos. de Canon. cap. 12. n. 19., S. Congreg. in Senen. Vocis in Capitulo 27. Februarii 1768. §. Addunt, et in Pisana Electionis 19. Septembris 1818. §. Porro.

Quod vero pertinet ad perceptionem emolumentorum, ipse Canonicus Theologus nullum sibi fatetur jus esse lucrandi quotidianas distributiones et emolumenta provenientia ex legatis ante Præbendæ Theologalis erectionem relictis, quoniam id tum solum licet, quando ad eorum delibationem a Capitulo sponte admissi fuerint, Card. de Luca de canon. disc. 6. n. 13., et S. Congregatio in S. Miniatis 9. Februarii 1822. §. E contrario; verum sibi denegari non posse autumat emolumenta, quæ proficiscuntur ex legatis scriptis post erectionem novi Canoniciatus. Et sane cum Rector Theologalis Præbendæ sit verus Canonicus, ideoque Capitulum constet tum ex veteribus Canonicis, tum Canonico Theologo, quidquid post illius erectionem Capitulo relictum est, etiam Canonico Theologo relictum censetur, proindeque inter omnes dividi debet pro ratione servitii, Card. de Luca de Canon. disc. 6. n. 12., Piton. de controv. patron. alleg. 65. n. 27., S. Congregatio in Sabinen. Participationis 28. Aprilis 1770. §. Demum.

Erit tamen Eñorum Patrum judicare

- I. An et quomodo Canonicus Theologus sit admittendus ad participationem emolumentorum proficiscentium ex legatis Capitulo relictis post erectionem Theologalis Præbendæ in casu etc.
- II. An et in quibus negotiis Canonicus Theologus gaudeat voce activa et passiva in casu etc.
- III. An et quo ordine Canonicus Theologus sedere debeat in Choro, et in capitularibus sessionibus in casu etc.

*Die Sabbati 15. Decembris 1827. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra. Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

**FIRMANA FRUCTUUM, ET DISTRIBUTIONUM.**

*Sess. 23. Cap. 4. de Reform.*

*Dubia*

- I. An Joanni Paulo Savini, et Prospero Alexandrini sint restituendi fructus et proventus in casu etc.*
- II. An, et a quo tempore iidem inciderint in pœnam privationis dimidiæ partis quotidianarum distributionum in casu etc.*
- Et quatenus affirmative*
- III. An, et quomodo sit consulendum SSm̃o pro condonatione in casu etc.*
- IV. An Clerico Alexandrini sit concedendum indultum prorogationis in casu etc.*

*Ad I. Affirmative.*

*Ad II. Affirmative post expletum annum vigesimum secundum.*

*Ad III. Negative.*

*Ad IV. Negative, et Eius Archiepiscopus procedat prout de jure.*

**SANCTI MINIATIS JURIIUM ET PRÆEMINENTIARUM.**

*Sess. 23. Cap. 13. de Reform.*

*Dubia*

- I. An, et quomodo Canonicus Theologus sit admittendus ad participationem emolumentorum proficiscentium ex legatis Capitula relictis post erectionem Theologalis Præbendæ in casu etc.*

*II. An*

- II. An, et in quibus negotiis *Canonicus Theologus* gaudeat voce activa et passiva in casu etc.
- III. An, et quo ordine *Canonicus Theologus* sedere debeat in Choro et in capitularibus sessionibus in casu etc.

Ad I. Affirmative prout ceteri *Canonici* pro rata servitii.

Ad II. Affirmative in omnibus, exceptis negotiis respicientibus massam communem, et bona ad Capitulum spectantia ante erectionem *Præbendæ Theologalis*.

Ad III. Affirmative juxta votum *Episcopi*.

Sess. 23. Cap.  
I. de Reform.

**T**HEATINA DISPENSATIONIS. Eñorum Patrum judicio quartum subjiçitur controversia super dispensatione Matrimonii rati et non consummati, quam postulant conjuges Nicolaus ex Baronibus Henrici, et Maria Bassi ex Ducibus Alano. In comitiis enim diei 18. Decembris anni 1824. rei gravitatem perpendentes Patres Eñi rescribendum duxerunt, esse locum inspectioni corporis viri: cuiusque Nicolaus mandatis S. Congregationis obtemperare detrectaverit, die 16. Septembris præteriti anni 1826. rescriptum prodiit: *Dilata, et ad D. Secretarium cum SSmo ad mentem: mens fuit, ut per Archiepiscopum denuo præfigatur terminus unius mensis Nicolao ex Baronibus Henrici ad subjiçendum corpus suum peritorum inspectioni, cum intimatione quod elapso termino, et recognitione ipso veniente non sequuta, habebitur sua venientia pro ultronea confessione sue absolute impotentie coeundi, ideoque nunquam ad alia vota transire poterit etiamsi uxori sue Mariæ Bassi indultum dispensationis a SSmo concedatur.*

Ad tramites hujus resolutionis, quam Summus Pontifex LEO XII. feliciter regnans benigne confirmare dignatus est, novum, accuratumque confecit processum Theatinus Archiepiscopus, ac iteratum Nicolao præfixit terminum ad subjiçendum corpus suum inspectioni peritorum: at vic nunquam adduci potuit, ut mandatis pareret. Quapropter Archiepiscopus ab-



Die 15. Decembris 1827,

239

solutum processum ad hunc Sacrum Ordinem transmisit, atque hodierna die instante Muliere, silente Viro, et contradicente Matrimonii Defensore, eadem questio ad trutinam revocatur. Quoniam vero, quæ in allegationibus utrinque nunc distribuendis a partibus afferuntur, ea fuisse habent EE. VV. in præteritis foliis, ideo illa resumere precor, ac definire

Dubium

*An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.*

Affirmative, inhibito Nicolao ex Baronibus Henrici transitu ad alia vota.

**T**IBURTINA RESTAURATIONIS ECCLESIE PAROCHIALIS. Actum est de hac controversia in Comitiis superioris mensis Novembris: verum dilationem postulante Defensore Principis Pio ad sua jura proferenda, Emis Patribus rescribere placuit: *Dilata ad sequentem*. Illico eundem Defensorem monui, ut documenta, et allegationem traderet. Cum vero nihil mihi hactenus exhibuerit, non graventur EE. VV. denno consulere folium præteritæ Congregationis, ac definire

Dubia

*Sess. 21. Cap  
7. de Reform*

*I. An Patronus teneatur restaurare Ecclesiam Parochialem in casu etc.*

Et quatenus negative

*II. An, a quo, et quomodo sit restauranda in casu etc.*

Ad I. Affirmative, præfixo patrono termino duorum mensium vel ad perficiendas reparationes, vel ad renunciandum juripatronatus.

Ad II. In casu renunciationis teneri possidentes etiam externos per æs et libram.

**N**URSINA ONERUM. Seriem hujus causæ haurire dignabuntur Emi Patres ex folio diei 18. superioris mensis Augusti. Tunc enim Canonicis Cathedralis Ecclesiæ nonnulla, quæ controversæ resolutioni viam

*Sess. 24. Cap.  
14. de Reform.*

steu-

sternerent, se quamprimum prolaturos affirmantibus, eamque ob rem dilationem exorantibus, rescriptum prodiit: *Reproponatur in prima post aquas*. Nihil tamen hactenus exhibuerunt Canonici, ac frustra illorum Procuratorem sæpius excitavi, ut fidem persolveret. Ne igitur muneri meo deesse videar, quæstionem sapienti EE. VV. iudicio iterum subjiciendam censeo.

## Dubia

- I. *An Capitulum teneatur implere legata in casu etc.*  
Et quatenus affirmative
- II. *An, et quomodo sint reducenda Anniversaria in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sint reducenda Missæ in casu etc.*
- IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolute quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative ad unum anniversarium cum cantu pro quolibet anno, usque dum integra pensio scut. 300. cessaverit.

Ad III. Affirmative ad annuas Missas quinquaginta juxta votum Episcopi prout in secundo.

Ad IV. Affirmative celebrato uno anniversario cum cantu pro omnibus omissionibus cum interventu totius Capituli.

Sess. 24. cap. 12.  
de Reform.

**M**ELEVITANA INDULTI. Sacerdos Dominicus Bonnici Civitatis Victoriosæ Melitensis Dioecesis anno 1708. suos hæredes ex ase instituit Dominicum, Stephanum, et Margaritam Fratres, Sororemque Zahra, quibus erat sanguine junctus, relicto interim universali usufructu præfatæ Margaritæ. Hac defuncta voluit testator, ut „ omnia et singula bona, sive eorum „ fructus, et proventus applicari debeant pro patri- „ monio, sive patrimoniis illorum Sacerdotum sæcu- „ larium nasciturorum ex legitimo Matrimonio præ- „ dictorum Dominici, Stephani, Margharitæ, et ex „ aliis descendantiis eligendis per dictam Margaritam; „ et in omni vacatione ex descendantiis prædictis, „ tunc redditus dictorum bonorum cumulari debeant,

ac applicari in utilitatem dictæ foundationis . . . . .  
 „ Et tunc ille, sive illi (qui promoti ad SS. Ordines  
 „ fuerint assecuti prædictum patrimonium) censean-  
 „ tur usufructuarii tantum ejusdem vita eorum per-  
 „ durante, et post ejus, eorumve mortem fieri de-  
 „ beat nova electio Presbyteri ex descendentiis prædi-  
 „ ctis. Cum hac tamen conditione, quod si in dicta  
 „ Ecclesia Parochiali Civitatis Victoriosæ fundata fue-  
 „ rit aliqua Collegiata Canonorum, tunc illi Presby-  
 „ teri, qui fuerint promoti ad SS. Ordines cum patri-  
 „ monio prædicto intervenire debeant Choro cum di-  
 „ ctis Canonicis, et officiare. Item, quod teneantur  
 „ in perpetuum respective applicare Missam seu Mis-  
 „ sas hebdomadarias pro anima dicti Testatoris. Et si  
 „ descendentes ex dictis tribus hæredibus noluerint  
 „ esse presbyteri sæculares, tunc dicti tres hæredes  
 „ eorumque descendentes possint nominare alios pro  
 „ consequendo dicto patrimonio cum obligationibus  
 „ prædictis toties quoties dederit casus „

Indultum patrimonii possessionem nactus est Sacerdos Jo-  
 seph Camilleri ex Familia a testatore invitata descen-  
 dens, qui Naxari latet habet, ibique longævorum pa-  
 rentum, nubiliunq; sororum curam gerit. Bona a  
 Testatore relicta sita sunt in territorio Civitatis Victo-  
 riosæ, annuumque afferunt fructum melitensium  
 scut. 150. circiter. Verum cum Ecclesia Parochialis  
 Victoriosæ anno 1821. fuerit erecta in Collegiatam; hu-  
 jus Canonici statim postularunt ab Episcopo, ut Sa-  
 cerdos Camilleri ad residentiam, et ad divinas laudes  
 in Collegiata persolvendas secundum foundationis ta-  
 bulas compelleretur. Id autem gravate ferens memo-  
 ratus Sacerdos ad hanc Sac. Congregationem confugit  
 indultum abessendi efflagitans.

Rogatus Episcopus pro informatione et voto post recen-  
 sitas rationes hinc inde ei propositas, et inferius expo-  
 nendas, sic sententiam suam aperuit: *arbitror ego,*  
*mémorati Sacerdotis Camilleri instantiam æquam et*  
*rationabilem esse, quoties ipse, perdurante causa, onus*  
*a testatore illi injunctum per alium impleverit Sacer-*  
*dotem.*

Et sane petitio Camilleri pietate, æquitate, et præsumpta  
 testatoris voluntate innititur. Pietate: petit enim  
 exemptionem a Choro et a residentia, ut ipse, qui est  
 unicus filius, possit nedum sororum curam habere,

sed insuper opitulari patri, qui octavum supra sexagesimum, et matri, quæ octogesimum ætatis explevit annum. Æquitate: nam pagus Naxarii, ubi degit, a civitate Victoriosæ quinto circiter lapide distat: quocirca vix aut ne vix quidem fieri posset, ut ipse bis altero quoque die choro interesset, et ad suos remearet. Tandem præsumpta voluntate testatoris: si enim testator prævidisset circumstantias, in quibus versatur Sacerdos Camilleri, istum patrimonio frui statuisset, quin servitio choralis obstringeretur. Testatorum enim voluntatem ex rerum adjunctis, potiusquam ex verborum cortice colligendam esse, monent *Can. ultima voluntas quest. 15.*, et *Sac. Congregatio in Albinganen. Legati 18. Martii 1820. §. Verum.*

Nec ullum timendum ex Oratoris absentia servitii choralis detrimentum: siquidem subdit Episcopus „ Capitulum Collegiatae conflatum patet ex quatuor Dignitatibus, et quatuordecim Canonicis, qui alternis vicibus chori servitium persolvunt, adjunctis sibi aliis duobus Sacerdotibus veluti Mansionariis, ipsaque divini officii celebratio cum cantu non nisi certis solemnibus per annum diebus peragitur „ Et licet hic numerus „ decedentibus actualibus Canonicis defecturus sit, et ad septenarium reducturus, quousque singulae præbendæ canonicales ex mensa capitulari certis annuis redditibus dotentur juxta leges contentas in Apostolicis Litteris erectionis dictæ Ecclesiae in Collegiatam „ nihilominus si Orator ad alium Presbyterum subrogandum adigatur, quælibet evanescit servitii jactura, tum quia hoc in casu nulla deficit vox, tum etiam quia in præcipiendo Chori interventu non personæ industriam desiderasse videtur fundator; sed potius commodo, et ecclesiastico cultui Collegiatae providisse. Præterea non desunt dispensationum exempla ab hoc Sac. Ordine justa intercedente causa concessa, ut residentialis Beneficii Rector alium sufficeret Sacerdotem, qui oneribus satisfaceret, ut in *Papien. 19. Februarii 1791. ad II. Dub.*, et in *Lunen. Sarzanen. Indulti 24. Augusti 1824.*

Imo in præsentī casu quæstio institui potest, utrum Orator ad personalem residentiam, ac per se ipsum Choro interesse teneatur; quandoquidem agitur de laicali Capellania, seu de Legato patrimonii sacri, cujus possessori testator onus imposuit choro interessendi; Capel-

pellanæ autem, atque etiam simplicia Beneficia ex consuetudine personalem residentiam non requirunt, sed potest eorum oneribus satisfieri per alium, nisi fundator expressis verbis postulet, ut Beneficiatus per se ipsum præscriptas functiones peragat, *Zallinger. lib. 3. tit. 4. Decret. §. 33.*, *Gonzalez. in cap. 6. de cleric. non resid.*, et *S. Congregatio in Ferentina Residentiæ 6. Augusti 1825.*

Verum Canonici contendunt, Sacerdotem Camilleri nendum ad residentiam in civitate Victoriosæ, sed etiam ad laudes divinas in Ecclesia collegiata canendas devinctum esse. Profecto statuit Testator, ut si ejusdem Civitatis Parochialis Ecclesia ad Collegiatæ gradum eveheretur, *Presbyteri qui fuerint promoti ad Sacros Ordines cum patrimonio prædicto, intervenire debeant Choro cum dictis Canonicis, et officiare.* Capellanæ autem, et Beneficia erecta in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia cum onere interessendi Choro et divinis Officiis secumferunt residentiam, ac pondus per se ipsam, et non per substitutum horis canonicis interessendi, veluti fuse evocit, atque ita ab hac S. Congregatione definitum refert *Fagnan. in cap. ut Abbates n. 87.*, et *seqq.*, siquidem Tridentina Synodus *Sess. 24. cap. 12. de reform.* decrevit, ut *omnes divini per se, et non per substitutum compellantur obire officia. . . . atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devotèque laudare.* Quin obsit, in themate agi de Capellanâ laicali, seu pio Legato, tum quia ea fuisse videtur Testatoris mens atque voluntas, ut Capellani ad Chori servitium explendum per se ipsos tenerentur, tum quia ad canonum censuram se accomodasse præsumitur, eo quod, cum potuerit, contrarium non expresserit, *L. 2. Cod. de hered. instit.*, *Gonzalez. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. n. 81.*

Camillerius itaque, subdunt Canonici, ad residentiam adigatur oportet, imo mulctetur pœnis a sacris canonicis contra non residentes statutis. Nec ei concedendum indultum abessendi; quæ enim ab ipso afferuntur causæ pro obtinenda gratia, haud tanti sunt faciendæ, ut testatoris voluntati derogari, et divino cultui jactura inferri debeat. Postulat namque Orator indultum

tam abessendi a residentia, quod difficillime, ac tantummodo ad breve tempus, arctissimisque cohibitivis clausulis concedi solet, *S. Congreg. in Dubiis Indultorum 6. Maji 1820. §. Notandum, et in Lunen. Sarzanen. Indulti 14. Augusti 1824. §. Manifesta.* Decernant quoque Emi Patres, an Sacerdos Camilleri fructuum privatione sit puniendus. Nam etiamsi ex lege fundatoris per se Choro interesse haud obstrictus fuisset, alium tamen, qui ejus vices gereret, suis sumptibus subrogare tenebatur: pœna autem non implentis voluntatem defuncti sistit in privatione emolumenti, quod ei relictum fuit, *Cap. 6. de testament. ibique Gonzalez n. 5.* Verum animadvertendum est, hanc privationem non induci ipso jure, sed ab Episcopo prævia monitione esse irrogandam, *Gonzalez loc. cit. n. 8., Barbos. in cap. ut heredes de testament. n. 5.*; cumque in præsentī casu desideretur hujusmodi monitio, in pœnam privationis Camillerius minime incidisse videtur. Hinc proponuntur

## Dubia

*I. An Sacerdos Camilleri teneatur residere in civitate Victoriosæ, et per se Choro interesse cum Canonicis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

*II. An, et quomodo. concedendum sit indultum abessendi in casu etc.*

*III. An, et a quo tempore Sacerdos Camilleri inciderit in pœnam privationis fructuum Capellaniæ in casu etc.*

Et quatenus affirmative

*IV. An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad præteritum in casu etc.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad III. Negative in omnibus quoad præteritum, quo vero ad futurum prout de jure, et Episcopus præstinet ratam solvendam pro fallentiis favore Sacrarum proportionabiliter ad redditus.

Ad IV. Provisum in præcedenti.

**B**AJONEN. In Comitibus diei 20. Martii 1824. propositæ fuerunt preces Sacerdotis Petri Labarraque, qui dextero brachio mutilus dispensationem ab irregularitate postulabat, proditque responsum = *Negative* = Haud tamen animo concidit infelix Presbyter, sed Summo Pontifici rursus supplicem obtulit libellam, atque ut facilius voti compos redderetur, hæc commendatitias Bajouensis Episcopi exhibuit litteras = Li-  
 ,, bentissime testamur dilectum nostrum Petrum Labar-  
 ,, raque Diœcesis nostræ Presbyterum honeste et pro-  
 ,, be semper conversatum esse, zelo ferventi, sin-  
 ,, gulari pietate, omnibusque aliis optimi Sacerdotis  
 ,, virtutibus præditum esse: unde illum inter Semi-  
 ,, narii nostri rectores annumerari volumus. Testa-  
 ,, mur insuper ea tantum de causa brachium dexte-  
 ,, rum ipsi fuisse truncatum, quod ex equo decide-  
 ,, rit, dum ad invisendum infirmum, ei Sacramen-  
 ,, ta collaturus, properaret. Tandem re mature exa-  
 ,, minata ob singularem illius in cæremoniis Missæ pe-  
 ,, ragendis industriam . . . . valde exoptaremus, ut  
 ,, ei in devotionis solamen, et nutrimentum a SSmo  
 ,, Domino Nostro super brachii defectu dispensatio  
 ,, posset concedi ,,

Oratoris preces a Secretaria Brevium remissæ fuerunt die 3. Augusti labentis anni ad Sacram Rituum Congregationem pro voto, quæ ad hunc Sacram Ordinem illas ablegandas censuit. His igitur, quæ prostant in Folio diei 20. Martii 1824., quod iterum consulere precor, nonnulla pro meo munere addere reor, ut EE. VV. ea, qua pollent ecclesiastici juris prudentia, decernere valeant, an sit standum, vel recedendum a decisio.

Irregularitatis ex defectu corporis vestigia sunt in veteri testamento, *Levit. 21. v. 18.* Et quamvis cæremonialia hæc veteris Legis præcepta desierint, et antiqui Ecclesiæ canones potius vitia mentis, atque animi, quam corporis spectari voluerint; nihilominus postea disciplina invaluit, per quam corpore vitii ab Ordinibus repellentur, *can. 5. dist. 55.*, si nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri sacra munia obire possent, *cap. Presbyterum de Cleric. ægrot.*, et concinunt *cap. de Presbytero et cap.*

*Tho-*

*Sess. 14 Cap. 7.  
de Reform.*



*Thomas de corpor vitiat. Imo cap. Exposuisti 6. de corp. vitiat.* Innocentius III. ab officio deponi jussit quemdam Abbatem, qui in promotione sua tacuerat fraudolenter, se altera manu esse mutilatum.

Hujusmodi disciplinæ inhærens hæc S. Congregatio nedum dispensationem ab irregularitate denegandam censuit Sacerdoti Francisco Giustozzi, qui improvisa igneæ balistæ diruptione integræ lævæ manus jacturam fecerat, in *Firmana Irregularitatis 24. Maji 1824*, et Presbytero Josepho Franck, qui digitos et volam sinistræ manus ex morbo amiserat, in *Augustana Irregularitatis 19. Decembris 1772.*, sed etiam Sacerdoti Carmelo de Rienzo, quia apoplectico morbo correptus talem in sinistro brachio passus fuerat læsionem, ut neque Calicem elevare, neque sacram Hostiam supra Calicem frangere posset, in *Abellinen Irregularitatis 28. Julii 1770.*

Verum nonnulla animadvertere præstat, quæ petitæ dispensationi viam sternere queunt. Ac primo quidem in themate non agitur de promovendo, sed de promoti, cui ex instituto hujus Sacri Ordinis facilius dispensatio solet indulgeri, in *Comen. Irregularitatis 6. Maji 1775.*, et in *Firmana Irregularitatis 24. Maji 1823.* §. *Dispensatio.* Dein tradunt Doctores Summum Pontificem haud destitui potestate dispensandi ut Sacerdos, qui una caret manu, Missam celebret, *Henriquez lib. 14. cap. 8. n. 4. tit. 9.*, *S. Congregat. in Cosentina 13. Julii 1725.* §. *Transeundo*; et in *Burgi S. sepulchri 28. Maji 1785.* §. *Neque*; imo subdit *Leander Oper. moral. part. 5. tract. 2. de irregul. quest. 90.* posse Romanum Pontificem dispensare Sacerdotem utraque manu truncatum, ita tamen ut per manum alterius Sacerdotis Hostiam elevet, frangat, sumat, ceterisque fungatur officiis.

Ponderanda quoque sunt exempla dispensationum, quæ impertitæ fuerunt Sacerdotibus, uno alterove brachio impeditis, aut etiam læva manu carentibus. Etenim præterquam *Henriquez lib. 14. cap. 8. n. 4. tit. 9.* refert, se vidisse Regularem, qui, licet læva non uteretur, dispensationem a Summo Pontifice obtinuerat, ut Missæ sacrificium offerret; hæc S. Congregatio annuendam dixit precibus Sacerdotis Lopez



Die 15. Decembris 1827.

247

carenis flexibilitate in brachio dextero, adeo ut Sacram Hostiam, et Sanguinem sumere non posset, nisi ope sinistrae manus, in *Cosentina* 13. Julii 1725. Et in *Placentina* 1. Februar. 1766. lib. Decret. 116. pag. 50. inter supplices libellos relata dispensationem concessit Sacerdoti, qui ejusdem dexteri brachii usum ex vulnere amiserat. Neque prætereundum Eñnos Patres Sacri faciendi veniam ad sex menses indulgisse Parocho, cui dexteri brachii pars abscissa fuerat, in *Burgi S. Sepulchri* 7. Julii 1787., et in *Geruntina Dispensationis ab Irregularitate* 26. Aprilis 1788. § Irregularis. Et nuperrime in *Patavina* 18. Augusti 1827. inter supplices libellos proposita Sacerdos Pius Dinetti, cui leva manus ad carpum usque abscissa fuerat, dispensationem certis quibusdam legibus obtinuit.

Hujusmodi autem dispensationes modo denegandas, modo impertiendas putarunt Eñni Patres, prout rerum suadebant circumstantiæ. Graves profecto occurrunt in presenti casu: adsunt enim enixæ Episcopi preces, quas S. Congregatio plurimi solet facere: dispensationis beneficium efflagitat sine necessitas, at certe utilitas, et æquitas: agitur siquidem de Presbytero, qui singulari eminet virtute, et zelo, quique irregularitatem contraxit, ut spirituali proximorum saluti operam daret: abest scandalum in populo, et periculum in re divina conficienda, nam facto experimento Cæremoniarum Magistri retulerunt, Oratorem „ solo adjutum brachio sinistro, coram se Missæ cæremonias „ omnes exercuisse, ita quidem solerter, ac decen- „ ter, ut asserere non dubitent nullum exinde scan- „ dalum generandum esse in populo „ Ad omnem tamen periculi et scandali formidinem eliminandam, præcipi posset, ut Orator Missam celebret in Oratorio privato, vel in publica Ecclesia, hora tamen a populo minus frequentata, quemadmodum alias jussum tradit Folium hujus S. Congregationis in *Comen. Irregularitatis* 8. Aprilis 1775. §. Verum, et omnino adhibita assistentia alterius Sacerdotis, nec non aptata brachio manica, vel manu fictitia ad illius defectum tegendum, ceu sancitum fuit in *memorata Patavina* 18. superioris mensis Augusti

Pro-

## Propouitur igitur Dubium

*An sit standum, vel recedendum a decisis in casu ec.*

In decisis.

Sess. 4. Cap. 4.  
et Sess. 25.  
cap. 13. de re-  
form.

**M**ARSORUM JURIIUM PAROCHIALIUM. Taleacotii, Oppidi Diœ ceseos Marsorum, extat Ecclesia SS Cosmæ et Damiani omnibus aliis vetustior, atque adeo matrix Parœcia, quæ nunc a pluribus Parochis regitur. Inter cætera ejus jura illud antiquissimum recensetur, quod Ecclesiæ intra ejus jurisdictionis limites sitæ, atque etiam Ecclesia S. Francisci, quamvis Patribus Minoribus Conventualibus olim concedita, medietatem ceræ ex funeribus proficiscentis illi solvere obstringuntur. Hujusmodi Ecclesia S. Francisci a Patribus Conventualibus superioribus temporum vicissitudinibus derelicta, divino cultui servata fuit, tamquam coadjutrix Parœciæ SS. Cosmæ et Damiani, atque hujus Parochi in ea sacras expleverunt functiones, illiusque curam gesserunt. Sacra ejusdem Ecclesiæ suppellex ab Episcopo addicta fuit Parœciæ SS. Cosmæ et Damiani, ita tamen ut pars spectaret *alla Cura madre per uso della Chiesa coadjutrice di S. Francesco*, pars vero deberet *restare agli Altari di S. Francesco*. Contigit autem, ut anno 1824. Confraternitas Suffraganæ in Parœcia SS. Cosmæ et Damiani jamdiu canonicè crecta, translata fuerit in Ecclesiam S. Francisci, eique, annuente Vicario Generali, certis quibusdam legibus traditus a Communitate Taleacotii ipsius Ecclesiæ usus. Cumque a Sodalibus electus fuerit Capellanus, statim inter istum, et Parochos matricis Ecclesiæ jurgia exarserunt circa functionum ecclesiasticarum exercitium.

Hodiernus Episcopus die 29. Novembris anni 1824. ad exorta jurgia inter Capellanos Sodalitatum, et animarum Curatores suæ Diœcesis dirimenda legem sci-

vit, qua enumerantur sacrae functiones a Capellanis Sodalitatum, et a Parochis peragenda. Hic ea tantum exscribam, quae praesentem spectant controversiam. Et quod pertinet ad Confraternitates erectas in Ecclesiis sejunctis a templo parochiali, statuitur Artic. 2. *L'esequie intorno al tumolo appartengono al Parroco.* Art. 5. *Possono i Cappellani cantare la Messa solenne nelle feste soltanto solenni della Confraternita.* Art. 6. *Riguardo all'esposizione del Santissimo Sacramento, ossia infra annum, ossia in occasione di Novena o Quarantore . . . bramando noi che si usi il dovuto riguardo ai nostri dilettissimi Parrochi, questi vogliamo che facciano tali esposizioni colla facoltà di poter deputare il Cappellano della Confraternita.* Art. 7. *La Messa solenne nel giovedì santo, e qualunque altra Messa cantata, e parata sia de' vivi, sia de' morti, che si faccia celebrare da fedeli in tali Chiese; non dal cappellano, ma dal Parroco debbono celebrarsi, o da altro Sacerdote da lui sostituito, compresi anche i Funerali, Messe, ed esequie, che si fanno presente cadavere pei Fratelli, e Sorelle.* Art. 8. *Permettiamo che credendo il Parroco esser ciò espellente (docere elementa christianae fidei) lo faccia anche nelle Chiese delle Confraternite, ma o prima, o dopo che i Confratelli avranno terminate le loro funzioni.* Art. 12. *Siccome dopo la soppressione de' Regolari molte Chiese de' medesimi in questa nostra Diocesi furono considerate o come Santuarij, o come Coadjutrici delle Cure, e come tali rimasero aperte al culto, e sono state sempre officiate o dai Parrochi, o dai Custodi stabiliti dai nostri degnissimi Predecessori . . . così vogliamo, che (sebene quelle Chiese sieno state quindi donate ad alcune Confraternite) le sagre funzioni proprie delle medesime Chiese si seguitino a fare dagli stessi Parrochi, o da altri Sacerdoti di lor commissione.*

Initio huic Episcopi decreto obtemperarunt Sodalitates; verum anno 1826. Confraternitas Sufragii contendere coepit, ad proprium Capellanum pertinere jus sacras functiones non parochiales explendi in Ecclesia S. Francisci. Hujus Confraternitatis vestigiis quaedam alia inheruerunt Sodalitia. Quare Episcopus die 15. Septembris 1826. decretum edidit = Per togliere provisoria-

„ mente le questioni insorte sulle attribuzioni de' Cap-  
 „ pelli delle due Confraternite del SSmo Suffrag-  
 „ gio, e della Misericordia di Tagliacozzo, non che  
 „ sulla pertinenza degli arredi sacri donati alla  
 „ Chiesa matrice di S. Cosmo per uso di quella di  
 „ S. Francesco, intese le parti interessate, dichia-  
 „ riamo e vogliamo che gli anzidetti Cappellani  
 „ nominati dalle dette Confraternite, e da noi appro-  
 „ vati non solo possano cantare le Messe nelle solen-  
 „ nità solenniori accordate in virtù della nostra No-  
 „ tificazione; ma anche accordiamo ad essi di poter-  
 „ lo fare negli altri giorni meno solenni, e di fare  
 „ ancora l'esposizione del Venerabile, fino a che non  
 „ venga risolta decisamente la questione dalla S. Con-  
 „ gregazione dei Riti, o del Concilio . . . . In ordine  
 „ agli Arredi sacri, vogliamo, che i medesimi si ri-  
 „ portino in S. Francesco, e vengano gelosamente cu-  
 „ stoditi sotto due chiavi, delle quali una si conser-  
 „ servi dall'Amministratore del Suffraggio, e l'altra  
 „ dagli anzidetti Parrochi di S. Cosmo, fino a che  
 „ economicamente, o giuridicamente si decida a chi  
 „ appartenga la custodia =

Quare Parochi SS. Cosmæ et Damiani hanc Sacram adie-  
 runt Congregationem, sibi que declarari postularunt  
 jus esse obeundi sacras functiones in Ecclesia S. Fran-  
 cisci ad tramites decreti episcopalis anni 1824, item-  
 que ad se pertinere controversam custodiam sacro-  
 rum suppellectilium, atque etiam illorum usum in  
 Ecclesia SS. Cosmæ et Damiani. Rogatus de more Epi-  
 scopus quam plurima ex iis, quæ supra recensui,  
 confirmat, dein profert quædam documenta, ex qui-  
 bus colligi posse videtur Ecclesiam S. Francisci esse  
 coadjutricem Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani. Quod  
 vero attinet ad sacram suppellectilem, nihil aliud ani-  
 madvertit, nisi ipsam a memoratis Parochis nunc pos-  
 sideri.

Quamvis Sodalitas Suffragii haud inficietur, jus esse  
 Parochis SS. Cosmæ et Damiani peragendi funera, si  
 contingat in Ecclesia S. Francisci humo condi illo-  
 rum cadavera, qui eorundem suberant Parochorum  
 jurisdictioni, uti decrevit S. R. Congreg. in *Decretis  
 Urbis et Orbis* 1. Decembris 1703. ad XX. *Dubium*;  
 nihilominus reliqua funebria officia etiam presente

cadavere ad Capellanum Sodalitii pertinere contendit, ut colligitur ex responso ejusdem S. Congregationis ad *cit. Dubium*, ac tradit folium hujus S. Congregationis in Pergulana 18 Decembris 1824. *quod* Similiter ad Capellanum independenter a Parochis spectare autumat jus canendi Missas solemnes sive pro vivis, sive pro defunctis, exponendi SSimum Eucharistiæ Sacramentum, cæterasque non parochiales functiones peragendi, ut docent responsa S. R. C. in memorat. decret. ad III. IV. X., et XI. *Dubium*, et censuit hic Sacer Ordo in *Viterbien. Jurium Parochialium* 16. Septembris 1826., propositis enim Dubiis I. *An celebratio Missæ solennis tam pro vivis, quam pro defunctis in Ecclesia S. Crucis spectet ad Archipresbyterum, seu potius ad Capellanum Sodalitatis, in casu ec.* II. *An jus canendi vesperas, aliasque sacras obeundi functiones non parochiales in eadem Ecclesia spectet ad Archipresbyterum, seu potius ad Capellanum in casu ec.*, responsum prodit: *Ad I. et II. negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Nec Parochis licet doctrinam christianam docere in Ecclesia S. Francisci. Præterquam enim S. R. Congregatio in præfatis decretis ad Dub. XVII. *An Parochus, invitis Confratribus, docere possit doctrinam christianam in Ecclesiis, et Oratoriis publicis et privatis a Parochiali divisis et separatis?* respondit: *Ad XVII. negative.*, illud non est silentio prætereundum, quod Parochi SS. Cosmæ et Damiani irrito conatu tueatur Ecclesiam S. Francisci esse filialem, et coadjutricem Parochiæ matricis, siquidem ante publicarum privatarumque rerum perturbationem, utpote Regularibus concedita, exemptione gaudebat; postea Communitas Taleacotii tamquam Ecclesiæ patrona habita est, in eaque Capellanum constituit, qui piis Communitalis Legatis satisfaceret, et diem festum S. Antonii Patavini principalis patroni in ea celebraret.

At vero Parochi SS. Cosmæ et Damiani præsentem controversiam haud desipiendam esse contendunt ad tramites juris communis; sed ad formam decreti Episcopi anni 1824. Quamvis enim S. R. C. ad debitum finem imponendum controversiis, quæ inter

Parochos, et Sodalitates sæculares, earumque Capellanos super juribus parochialibus, et functionibus ecclesiasticis frequenter exoriri solent, post accuratissimum rei totius examen præfata decreta anni 1703. ediderit, illaque Summus Pontifex probaverit; verumtamen constat, eam non fuisse S. Congregationis mentem, ut Episcopos impediret, ne unquam a decretis ipsis discederent, ubi Diœcesis utilitas aliud exposcere videretur, ut monet Bened. XIV. *Instit. Eccles.* 105. §. 5. num. 94., et hæc S. Congregatio in *Viterbien. Jurium Parochialium* 26. Augusti 1826. §. *Præterea*. Idque aperte innuit ipsamet S. R. Congregatio, quæ decreta illa edidit, *salvis tamen conventionibus, et pactis in erectione Confraternitatum forsitan factis, concordis inter partes initis, et a S. Sede approbatis, indulgis, constitutionibus synodalibus, ac provincialibus, consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis.*

Marsorum itaque Episcopus, pergunt Parochi; emulatus exempla Benedicti XIV., dum Bononiensem regerat Ecclesiam, aliorumque Præsulum, uti elicitur *ex cit. Inst.* 105. num. 115. *et seq.*, jure suo ad rectum Diœcesis regimen quasdam ecclesiasticas functiones ipsis Sodalitiorum Capellanis peragendas sivit, quasdam vero Parochis in Ecclesiis Sodalitatum obeundas reservavit. Jure suo Parochis facultatem tribuit edocendi rudimenta fidei in Ecclesiis Sodalitatum. Tametsi enim eadem facultas adversetur responso S. R. Congregationis ad *XVII. Dubium*; nihilo tamen minus Episcopi intercedente auctoritate quælibet evanescit repugnantia, quandoquidem ex Bulla S. Pii V. 137. *Bull. tom. 5.* ad Episcopum pertinet designare quasdam Ecclesias, in quibus Doctrina Christiana edoceri debeat. Quamobrem hic Sacer Ordo in *Mantuanæ Catechismi* 29. Augusti 1722., et in *Asculana Jurium et functionum Parochialium* 29. Augusti 1733. arbitrio Ordinarii reliquendum dixit, utrum Parochis concedenda sit potestas explicandi rudimenta fidei in Ecclesiis Confraternitatum.

Frustra itaque contra Marsorum Episcopi legem, pro universa Diœcesi anno 1824. latam, nunc insurgit Sodalitas Suffragii. Accedit, quod Ecclesia S. Franci-

Die 15. Decembris 1827.

255

cisci tamquam filialis, et coadjutrix Paroeciæ SS. Cosmæ et Damiani habenda est, nam mediam partem ceræ ex funeribus proficiscentis eidem Paroeciæ prestare cogitur: Parochi SS. Cosmæ et Damiani ab anno 1809. ad integrum fere annum 1826. in Ecclesia S. Francisci sacras expleverunt functiones, eaque divino cultui servata fuit tamquam coadjutrix Ecclesiæ matricis.

Neque minus juste postulare arbitrantur Parochi, ad se spectare possessionem sacrarum vestium, quæ non Ecclesiæ S. Francisci, sed Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani donatæ fuerunt *per uso della Chiesa coadjutrice di S. Francesco*; quin imo sibi jus esse putant eidem utendi in Ecclesia matrici, quia quoad alia tantum suppellectilia cavit Episcopus *dà restare negli Altari di S. Francesco*.

Contra vero Sodalitas Suffragii censet, nullo pacto fas esse Parochis sacra ejusdem uti suppellectili, tum quia olim pertinebat ad Ecclesiam S. Francisci, tum quia Parochis tradita fuit præteritis temporum calamitatibus *per uso della Chiesa di S. Francesco*. Cumque in præsens eadem Ecclesia fuerit concedita Sodalitati, huic tradenda est custodia sacrarum suppellectilium, ut in sacris peragendis functionibus libere utatur.

Quamobrem Eñi Patres decernere dignentur

- I. *An et ad quem spectet jus peragendi funebria officia, et canendi Missam sive præsentem, sive absente cadavere in Ecclesia S. Francisci in casu etc.*
- II. *An et ad quem spectet expositio Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, et benedictio, quæ fit super populo in eadem Ecclesia in casu etc.*
- III. *An et ad quem spectet jus canendi Missas pro vivis in diebus minus solemnibus in eadem Ecclesia in casu etc.*
- IV. *An et ad quem spectet jus peragendi reliquas functiones non parochiales in eadem Ecclesia in casu etc.*
- V. *An liceat Parochis SS. Cosmæ et Damiani docere doctrinam christianam in Ecclesia S. Francisci in casu etc.*



VI. *An, et ad quem pertineat custodia sacræ suppellectilis in casu etc.*

VII. *An Parochi SS. Cosmæ et Damiani eadem suppellectili uti possint in propria Parochiali Ecclesia in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. Cap.  
II. de Reform.

**L**UCANA REDINTEGRATIONIS. Qui in rerum perturbatione anni 1799. Gallo præerat exercitui, vectigal indixit a possessoribus Beneficiorum in Lucensi Ducatu existentium pro ratione fructuum pendendum. Hujus legis vim subiisse, et lucenses libellas 2525. persolvisse fertur Joseph Aloysius Chifenti Rector Parœciæ Segromigni Lucensis Diœceseos. Contigit autem anno 1812., ut ad sternendam publicam viam quædam ejusdem Parœciæ occupata fuerint prædia, eorumque pretium in libellis 1204. memorato Parocho repræsenterit publici Ærarii Custos. Quamobrem Parochus memoria recolens, se antea actis annis militari lege coactum proprio ære majorem pecuniæ vim pependisse, ac sciens quosdam alios Beneficiorum Rectores, ut redintegrationem soluti vectigalis assequerentur, impetrasse a Vicario Generali Apostolica auctoritate suffulto veniam alienandi bona Beneficiorum, ideo et ipse Vicarium Generalem adiit, facultatemque in proprios usus convertendi præfatas libellas 1204. obtinuisse traditur.



Josepho e vivis erepto, Paroeciae Rector evasit Andreas Cœlestianus del Carlo, qui ab illius Executoribus testamentariis restitutionem postulavit eorumdem libellarum, ut in augmentum parochialis præbendæ conferrentur. Id ægre tolerant Executores testamentarii, ac pressi inopia instrumentorum, quibus evincerent Parochum Chifenti anno 1799. persolvisse vectigal a Gallico regimine impositum, et anno 1812. veniam impetrasse a Vicario Generali in proprios usus convertendi libellas 1204., sibi quaesierunt juratum testimonium duorum Parochorum. Primus ex testibus Thomas Barsotti fidem perhibet, se a demortuo Parocho audivisse, ipsum proprio aere, quin tamen summam commemoret, pependisse tributum anno 1799 rectoribus beneficiorum impositum, atque ob eam rem se eidem consilium, vertente anno 1814. præbuisse, ut a Vicario Generali facultatem peteret sibi applicandi memoratas libellas 1204. a publico aëario persolvendas: addit, hæc consilio morem gessisse Parochum Chifenti, *e rivedendolo ad un' ora più tarda mi disse averne verbalmente ottenuto l'assenso, giacchè in scriptis non costumava darsi, se non che a coloro, che imponevano un censo, allivellavano, o vendevano qualche fondo del Benefizio.* Alter vero, scilicet Olyus Celli, testatur, „ come po-  
 „ chi anni prima che segnasse la morte del fù Giu-  
 „ seppe Chifenti, seco tenendo colloquio dell' imposta  
 „ contribuzione intorno al Clero nell' anno 1799. mi  
 „ disse che in tal' epoca non approfittossi della tacol-  
 „ tà di alienare tanti beni del Benefizio corrisponden-  
 „ ti all' imposta tassa, e ciò sulla speranza di poter  
 „ corrispondere a questa con gli annuali redditi della  
 „ sua Chiesa: ma che poi mutata opinione dopo il  
 „ lasso di qualche anno implorò, ed ottenne dal Vi-  
 „ cario Generale in quei tempi, la predetta facultà di  
 „ poter eseguire l' alienazione dei beni componenti il  
 „ suo Benefizio; qual facultà in allora solevasi gene-  
 „ ralmente concedere, e che di fatto alienò. Hoc  
 Executores testamentarii innixi testimonio ab E.E. VV.  
 declarari postulant, hæreditatem Chifenti haud ob-

strictam esse ad restitutionem libellarum 1204. ; imo cum hujusmodi libellæ impares sint æquando vectigali a Parocho præstito, efflagitant, ut eadem hæreditas pro reliquis libellis in integrum ab hodierno Parocho restituatur.

Archiepiscopus, cui Executorum preces ablegatæ fuerant pro informatione ex voto, audivit interesse habentes, animique sui sensum ita pandidit, „ Ut de „ bono jure Oratorum aliqua humiliter proferam, „ nullum argumentum, ut mihi videtur, addu- „ cunt, præter attestationem duorum Parochorum, „ qui ea asserunt, quæ a defuncto Parocho ore tenus „ audivere; qui autemavit facultatem in re propo- „ sita a Vicario Generali obtinuisse; sed defunctus „ Parochus iudex in causa fuit. Aliunde vero constat, „ Vicarium Generalem tunc temporis nullam facul- „ tatem hujusmodi, nisi in scriptis, concessisse; „ ideoque ratio, ut mihi videtur, actuali Parocho, „ quam Administratoribus Testamentariis, magis ar- „ ridet „

Executores testamentarii indubium esse autumant, Pa- rochum Chifenti Gallis exhibuisse tributum pro suæ Parœciæ fundis, atque a Vicario Generali pro ejus re- dintegratione habuisse facultatem sibi applicandi pec- unia summam a Thesaurario persolutam, cum duo Parochi ab eodem Chifenti idipsum audivisse jureju- rando testentur, quorum fides, quamvis sit de au- ditu, admittenda est, quia veritas aliunde haberi non potest, *Pignattel. consult. 77. n. 5. 7. 3. , Ventrigl. in prax. part. 1. adnotat. 4. §. 3. n. 3. , et S. Congre- gatio in Gratianopolitana reductionis in integrum 24. Novembris 1770. , eo magis quod testes sint Sacerdo- tali caractere insigniti, S. Congregatio in Nullius Sancti Benigni nullitatis matrimonii 14. Januarii 1758. §. Appellavit. Etsi vero inter scripturas Chifenti re- pertum haud fuerit, quid ille pro contributione tra- diderit, attamen, quum certum sit, hanc juxta fun- dorum redditus indictam fuisse, atque anno 1800 Pa- rœciæ Segromigni fructus attingisse scutata 310. , si scu- ta quinque pro quolibet centenariio solvenda fuissent,*

Parochum Chifenti libellas 2325. contribuuisse liquido constaret. Eo pronius autem illius vectigalis redintegrationem hereditati Chifenti indulgentiam esse pergunt, propterea quod suam hereditatem valde tenuem in causas pias erogari jussit.

Verum holiernus Parochus respuendus esse contendit preces administratorum hereditatis Chifenti. Enim vero in comperto est, Parochum Chifenti in proprios erogasse usus libellas 1204., quæ ex distractione bonorum Parœciæ proficiscebantur; ideoque nisi firmissimis evincatur probationibus, illas jure recisæ suas, ejus hereditas ad restitutionem erit condemnanda, *L. 19. ff. de probat., L. 1. ff. except.* Jam vero in thémate pro certo haberi nequit, utrum Parochus Chifenti quidquam tribuerit ad vectigal anni 1799. dissolvendum, et utrum a Vicario Generali facultatem retulerit sibi habendi libellarum summam ab ærario solutam pro fundis ad Parœciam spectantibus. Duo enim, qui afferuntur testes ad rem evincendam, nihili sunt faciendi; explorati siquidem juris est, testibus de auditu ex ore ipsius rei nullam adhibendam esse fidem, cum tanti valeant, quanti testimonium illius, a quo audiverunt, *Rot. cor. R. P. D. Gambellini decis. 106. n. 16.; et cor. Olivatio decis. 183. n. 7.* Illud præterea accedit, quod testes haud referant summam pro vectigali solutam, remque enarrando discrepent inter se, quemadmodum illorum testimonia perpendenti liquido apparet.

Nec prætereundum, uti ipse animadvertit Archiepiscopus, Vicarium Generalem tum temporis veniam scripto dumtaxat concedere consuevisse alienandi bona ecclesiastica, ut Beneficiati, qui vectigal repræsenterant, sese reticerent. A veritate igitur alienum videtur, quod narravit Parochus Chifenti: ipse enim non statim, nec paulo post, sed emenso quindecim annorum curriculo redintegrationis indultum postulasse, illudque oretenus a Vicario Generali obtinuisse retalit. Hinc colligit Parochus del Carlo, aut Aloisium Chifenti tributum non solvisse, quia Galli ab hostium armis perstricti illud haud exigere valuerunt

ab omnibus Lucensis Ducatus Beneficiorum possessoribus, aut redintegrationis indultum nunquam a Vicario Generali obtinere potuisse, quia parochialis præbenda tunc ampla dote prædita par erat oneri vectigalis ferendo.

Erit tamen EE. VV. definire.

*An, et quomodo sit annuendum precibus administratarum hæreditatis Chifenti in casu etc.*

F I N I S

# I N D E X

## R E S O L U T I O N U M

*Quae prodierunt in causis S. Congreg. Concilii  
anno 1827. propositis.*

---

### A

**F**acultatem *abessendi* a Choro, quam Capitulares Cathedralis Ecclesiae Perusinae postulabant, praesertim ut Beneficiati exiguis praebendis dotati in finitimis Ecclesiis ad breve tempus Missam celebrare, et sacras functiones peragere possent, denegavit S. Congregatio, nisi in casibus a jure expressis, et pro celebratione Missae in eadem Ecclesia Cathedrali ad populi commodum, petita venia a Praefecto Chori. Ad augendam vero Massam distributionum quorundam Beneficiatorum, concedendam dixit juxta votum Episcopi unionem alicujus Beneficii de jure patronatus Capituli, non vero reductionem Missarum, veluti efflagitabant Capitulares, in *Perusina Distributionum* 21. Julii ad I. et II. Dub.

**S**acerdotem Antonium Palmieri, qui malis artibus a Beneficiorum patronis, Rectoribus, et conductoribus ecclesiastica bona sine Apostolicae Sedis Beneplacito emerat, in excommunicationem, et suspensionem incidisse dixit S. Congregatio. Verum censuit per rescriptum diei 15 Septembris 1824 pro nunc satis provisum *absolutioni* a censuris, ita tamen ut firma remanente rein-

cidencia, et expletis causis coram Episcopo super restitutione bonorum ecclesiasticorum, recurrat Orator commendatus ab Episcopo, et tunc ad D Secretarium cum SSmo, in *Reatina Censurarum* 27. Januarii ad V. et VI. Dub. Consuetudinam centenariam, aut etiam quadragenariam, quae penes Forosempronicensem Curiam invaluerat, ut Episcopus ad censuram canonis *Terrulas* veniam tribueret *alienandi* bona Ecclesiastica, romanorum scutatorum quinquaginta valorem non excedentia, probandam putavit, hic S. Ordo, in *Forosempronien.* *VV. SS. LL.* 21. Julii.

### B

**T**ransactionem a Familia Pani cum Instituto Charitatis sine Apostolico Beneplacito initum circa praestationes Legati eidem Familiae faciendas ex haereditate Francisci Scarsellini non esse sanandam, et amplius, utpote Loco pio damnosam, respondit Sacra Congregatio, quae iterum denegavit assignationem bonorum loco praestationis. Verum cum bona haereditatis valde aucta essent, et Familia Pani subsidio indigeret, sancivit, annuam praestationem augendam esse ad scutata sexaginta pro quolibet, ad decen-

decennium, firmis conditionibus appositis in resolutione diei 30. Maji 1772., in *Faventina Beneplaciti Apostolici 18 Augusti ad I. II. et III. Dub.*

Quamvis S. Congregatio die 21. Februarii 1824 censuerit, non esse concedendum *Beneplacitum* Apostolicum pro approbatione concordiae a Comite Cisterii propositae ad dirimendas controversias, quae inter ipsum, et Capitulum Cathedralis Ecclesiae Ariminensis oriri poterant super proprietate fundi Cerasolo, qui a vinculo fideicommissi Canonici Leonardelli solutus videbatur, nihilominus postea praevio recessu a decisis approbandam esse dixit transactionem, qua Stephanus Lucchi ejusdem Cisterii in possessione fundi successor se soluturum pollicebatur summam scut. 600, si Capitulum onus celebrationis trium Missarum in qualibet hebdomada sibi ferendum sumeret, ac praetium a quovis vinculo, et obligatione solutum declararetur. Voluit tamen, ut Episcopus curaret investimentum memoratae summae cum solitis clausulis, in *Ariminen. Beneplaciti Apostolici 17. Martii.*

## C

Rati Patres, judicantes Rectorem Theologalis Praebendae Cathedralis Ecclesiae S. Miniatis esse verum *Canonicum*, eisdemque potiri juribus, quibus gaudent ejusdem Ecclesiae Canonici, quamvis Episcopus in illius erectione Canonico Theologo juradumtaxat, quibus fruuntur Canonici honorarii, illi tribuerit adversus litteras Apostolicas, quae Rectorem Praebendae Theologalis tamquam verum *Canonicum*

haberi jusserant, decreverunt, *Canonicum* Theologum admittendum e se pro rata servitii ad participationem emolumentorum, proficiscentium ex legatis Capitulo relictis post memoratae Praebendae erectionem, et ad eundem spectare nedum stallum in Choro inter veros Canonicos ex ordine receptionis juxta votum Episcopi, sed etiam vocem activam et passivam in capitulo, exceptis negotiis respicientibus Massam communem, et bona ad Capitulum spectantia ante erectionem Praebendae Theologalis; cum enim Canonici Theologi exemptione donatus fuerit a conferenda tertia parte fructuum suae praebendae in massam distributionum, ac propterea etiam ab illarum perceptione exclusus, par erat, ut iis negotiis sese non immisceret, in *S. Miniatis Jurium et praerogativarum 15. Decembris ad I. II., et III. Dub.*

Fructus, et proventus a Capitulo Firmanae Cathedralis Ecclesiae detentos, quia *Canonicus Savini*, et Praebendatus Alexandrini ad legitimam aetatem perventi sacros ordines eorum praebendis annexos suscipere detrectaverant; illis restituendos dixit S. Ordo; nam canones poenam privationis mediae partis distributionum dumtaxat hisce in casibus ipso jure infligunt, et Eminentissimus Archiepiscopus poenam privationis fructuum eis non indixerat. Verum declaravit, eosdem ipso jure incidisse in poenam privationis medietatis distributionum post expletum vigesimum secundum aetatis annum; neque SSmo consulendum respondit pro condonatione distributionum; siquidem ordinibus initiari omiserant, nullo iur-

tercedente justo impedimento .  
Hanc ob causam denegavit quoque Prospero Alexandrini indultum prorogationis ad sacros Ordines suscipiendos , et injunxit Eius Archiepiscopo , ut procederet prout de jure, in *Firmana Fructuum et distributionum* 15 Decembris ad I. usque ad IV. Dub.

**L**aicalem Capellaniam a Flaminia Giglioli Grotti in Perusina Cathedrali Ecclesia institutam, cum ouere unius Missae per Capellanum a descendantibus Herculis Giglioli nominandum qualibet die celebrandae, immutatam fuisse existimarunt Eminentissimi Patres, ideo quia penitus latebat, utrum Capellanus nunquam nominatus fuisset, bona vero Capellaniae tamquam propria possederant descendentes Herculis, qui tria damtaxat sacra singulis hebdomadis ab anno 1711 implenda curaverant. Hinc rescriperunt, annuendum fore precibus Catharinae Patrizj Massei ex designata familia ortum ducenti, nimirum ut praevii sanatione contractus emptio- nis et venditionis fundi S. Marino dotem Capellaniae olim constituentis, Episcopus curet fieri inscriptionem hypothecariam super fundo S. Marino pro annuis Missis 156, et suis utensilibus ad taxam synodalem perpetuo celebrandis ad formam testamenti, facto verbo cum Sanctissimo, in *Perusina Capellaniae* 24. Novembris.

Cum testator Julius Silvagni neque Communitatem Oppidi S. Joannis in Marignano, neque Capellanos, quos nominandos reliquit, sed Ecclesiam B. Mariae Virginis Gratiarum haeredem instituerit, hujus favore de qualitate haereditaria constare respondit

S. Congregatio. Verum nominationem omnium Capellanorum, servatis legibus, et conditionibus testamenti, ad Communitatem spectare dixit, quoniam illi testator tribuit facultatem Capellanos indignos removendi, aliosque subrogandi. Eidem autem Communitati nullum jus esse censuit in deputatione Oeconomii, et administratione bonorum haereditatis, siquidem testator ipse administrationem concessit primo Capellano ex familia Vici descendenti, eaque defecta, Capellano ex familia Bianchini et de Trebbi originem trahenti; salva tamen assistentia Consilarii a Communitate eligendi, qui redditioni rationis per Oeconomum ceteris Capellanis quotaunis exhibendae praesens sit ad formam testamenti. Quod vero pertinet ad passivam vocationem tum pro *Capellaniis*, tum pro legato studiorum in Ariminensi Seminario, quam sibi praelative vindicare contendebant Familiae Vici, et Bianchini, contrarium tuentibus patribus familias Oppidi S. Joannis in Marignano, judicium prorogandum duxerunt Eminentissimi Patres, in *Ariminen. Capellanarium* 24. Novembris ad I. II. III. et IV. Dub.

Quam ex antiqua consuetudine, cui per novissimam observantiam non fuerat derogatum, appareret, Canonicos Cathedralis Ecclesiae Ferentinae per ipsam Canonicatus possessionem evadere *Confratres Sodalitatis Sanctissimi Sacramenti*, nullis aliis adhibitis solemnibus, S. Congregatio responsum protulit favore Canonico- rum. Ob eandem vetustam consuetudinem censuit alterum ex sodalitiis Prioribus eligendum esse inter memoratos Canonicos, juxta votum tamen Epi-

Episcopi quoad modum electionis, in *Ferentina Aggregationis et juris eligendi* 21. Julii ad I. et II. Dub.

**I** decretum Episcopi Marana, qui ad stabilendam congruam Cappellanorum, Vicario Curato Collegiatae Sanctissimae Trinitatis Oppidi Ophidae in gerenda animarum cura olim opitulatum, obolos quinque detrahendos praecipere at ex singulis Missis pro pio opere Rota celebrandis, non esse amplius servandam respondit S. Congregatio, tum quia Litteris Apostolicis, quibus suppressa Collegiata in pristinum fuit restituta, satis prospectum efferebatur congruae Canonicae nunc animarum curam gerentium, tum quia eisdem litteris derogatum videbatur decreto Episcopi Marana, in *Asculana Congruae* 18. Augusti.

**C**onstitutiones, quas Canonicus Visitator per Vaticanam Capitulum deputatus in sacra visitatione anni 1825 ediderat pro regimine Nosocomii Meldulensis Abbatiae nullius Foripompilii, non indigere approbatione respondit S. Congregatio, decrevitque, ut Ordinarius uteretur iure suo, in *Nullius Foripompilii S. Visitationis* 27. Januarii.

**S**acra Congregatio commutationem voluntatis Sylvestri Marucci, qui ex integra sua haereditate Cappellaniam erigi manaverat in *Vico Buzzano* Camerinae Diocesis, denegandam esse censuit, quia nulla aderat iusta, aut necessaria causa, ac tenuitati reddituum Paroeciae ejusdem Loci alias satis fuerat consultum; mandavitque propterea, ut Archiepiscopus curaret erectionem Cappellaniam ad formam Testamenti ejusdem Sylvestri, et transcribendam fundorum nomine Cappell-

niae, in *Camerinae Commutationis Voluntatis* 27. Januarii.

## D

**P**atres Eminentissimi perpendentes ex adductis argumentis perspicuum esse, matrimonium inter Jo: Ferrari Ducem Parabitae, et Olympiam Monticelli della Valle initum, nunquam fuisse consummatum ob viri impotentiam, ac justas intercedere causas ad matrimonium dissolvendum, decreverunt, consulendum esse Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, et Joanni Ferrari non esse relaxandam fidem status liberi inconsulta S. Congregatione, in *Neapolitana Dispensationis Matrimonii* 28. Aprilis.

Atque standum esse in decisio, et amplius ob adductas rationes responderunt, in *eadem* 21. Julii.

**A**ntequam Esmi Patres quod idquam decernerent super dispensatione matrimonii rati et non consummati, quod contraxerat Comes Aloisius de Mauro cum Maria de Peruta, statuerunt, examini esse subijciendam quamdam familiam ejusdem Mariae, ideoque rescribendum, duxerunt. Dilata et ad mentem, in *Neapolitana Dispensationis Matrimonii* 15. Septembris.

**Q**um ex inspectione corporis Mariae Bassi ex Ducibus Alanno, atque ex confecto processu satis explorata foret illius virginitas, imo etiam impotentia ejus viri Nicolai ex Baronibus Henrici, qui mandatis S. Congregationis, ut corpus suum peritorum recognitioni subijceret, nunquam parere voluit, Eminentissimi Patres sancierunt, consulendum esse Sanctis-



ctissimo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati, inhibito eidem Nicolao transitu ad alia vota, in *Theatina Dispensationis* 15. Decembris. Resolutionem diei 14 Junii 1817. qua indulta fuit commutatio voluntatis Paulinae Gafa, ut subsidia dotalia quolibet anno, non autem quolibet biennio puellis distribuerentur, firma remanente rogatione eorundem quolibet quinto anno ad formam fundationis, confirmandam, ideoque standum in decisio respondit S. Congregatio, salvis tamen juribus quaesitis puellarum, si quae sunt, ante rescriptum Episcopi diei 13. Octobris 1810; nam ex ultima Episcopi relatione constabat de augmento reddituum, et de frequenti consanguinearum Testatricis numero, in *Melevitana subsidiorum Dotantium* 16 Junii.

## E

Quum Canonici Cathedralis Ecclesiae Privernensis nihil novi produxerint ad confirmandam asseritam consuetudinem, Eminentissimi Patres steterunt in decisio sub die 25 Decembris 1826., ideoque dixerunt, Canonico Reali jubilatione donato, quamvis a Choro absentem, esse tribuenda emolumenta quae statis quibusdam anni diebus. Canonicis distribuuntur pro precibus *Libera me Domine*, in *Terracinen et Privernensis Emolumentorum* 16 Junii.

Eminentissimi Patres, existimantes, Legatum annuum a Cardinali Barberinio relictum pauperibus S. Philippi per compram lino e lana da tessersi dalle medesime povere non esse legatum alimentorum, de-

creverunt non esse locum refectioni expensarum, quas Moniales S. Philippi subierant occasione litis coram S. Congregatione adversus Congregationem de Propaganda fide, quae irrito conatu iterum iterumque contenderat ab se non esse persolvendas praestationes ejusdem Legati, quarum dies cesserat tempore Gallici Regiminis, nam per tramites instituti hujus S. Ordinis non reficiantur a victis victoribus sumptus facti pro dicenda causa coram S. Congregatione, in *Romana Legati patris super expensis* 16 Junii.

## F

Edictalis lex a S. Congregatione Consultationis lata, quae decedentium cadavera in publico coemeterio tumultanda edixit, nedum jura parochialium, verum etiam simplicium Ecclesiarum, quae jure tumultandi fruebantur, integra reliquit. Hinc Sacra haec Congregatio decrevit, emolumenta *funerum* tum Scraphini Ferraresi, qui in Ecclesia S. Bernardini PP Minoribus Observantibus concedita sepulchrum habebat gentilium, tum Aloisii Ferrari, qui in eadem Ecclesia suum cadaver condi praecerat, ad memoratam Ecclesiam S. Bernardini spectare, dempta portione canonica favore Parrochi ad formam transactionis anni 1776. inter seculares, regularesque animarum Curatores initae. Statuit insuper cadavera in Ecclesia S. Bernardini tumultanda ad eam recto tramite esse deferenda, ibique funus peragendum, nec non cadavera in eadem Ecclesia habentium, aut sine legitima venia obli-

Argentum sepulchrum, ad eam esse asportanda pro funere peragendo, antequam deferantur ad publicum coemeterium. Dixit vero testatoribus, vel haeredibus facultatem esse designandi Ecclesiam pro funere explendo, antequam ad Ecclesiam tumultantem, vel ad coemeterium cadavera asportentur, ad firmam synodi Massa anni 1742. reservata portione Canonica pro Parochis ad formam transactionis anni 1776. in *Ariminen Funerium* 16. Junii ad I. usque ad VII. Dub.

Animadvertentes Eius Patres, modum, quem Episcopus imposuit sanctioni Synodus S. ga circa delationem cadaverum Canonico-rum Cathedralis Ecclesiae Placentinae per Praebendatos explendam, mentem attingisse hujus S. Congregationis, responsum dederunt, decretum Episcopi esse confirmandum, et exequendum: nam Episcopus Synodalem sanctionem delationis *funerum* sartam tectam reliquit, ac methodum excogitavit, qua onus ita levaretur, ut sine gravi labore ab ecclesiasticis viris ferri posset, in *Placentina Delationis funerum* 28. Aprilis.

### I

Possessorem Capellaniae laicalis, seu pii Legati a Dominico Bionnici pro Clericis descendentibus ex ejus familia relictis cum onere Missam celebrandi, et interessendi Choro in Collegiata Ecclesia Civitatis Victoriosae, haud teneri ad residentiam in eadem civitate, sed obstrictum esse onere per se ipsum choro interessendi respondit S. Congregatio; nam ex tabulis foundationis haud

colligebatur imposita lex residentiae, licet erueretur onus personale divinas laudes cum Canonicis Collegiatae persolvendi. Sed justa intercedente causa *indultum* abessendi hodierno Capellano Josepho Camilleri concessit juxta votum Episcopi, scilicet subrogato Sacerdote, qui ejus vices gereret. Quoniam vero agebatur de Capellania laicali, eadem S. Congregatio censuit, eundem Camillerium propter absentiam non incidisse in poenam privationis fructuum, ideoque non indigere absolutio-ne, licet statuerit, ut quoad futurum Episcopus praefiniat ratam solvendi pro fallentis favore Sacrae proportionabiliter ad redditus in *Melevitana indulti* 15. Decembris ad I. usque ad IV. Dub.

Sacerdoti Petro Labarraque dextero brachio carenti iterum censuerunt Eius Patres denegandam esse dispensationem ab *irregularitate*, quam enixe flagitaverat, ut Sacrum facere posset, in *Bajonen* 15. Decembris.

Josepho Mami Praeposito Caesena-tensis Cathedralis Ecclesiae, qui quadragesimum jam Choralis servitii continuum, et laudabile expleverat annum, *jubilationis* indultum esse concedendum dixit sacer Ordo, quamvis per aliquot annos Ecclesia Cathedralis, Gallorum vigente invasione, suppressionem subierit, quin tamen memoratus Canonicus ab Ecclesiae servitio sese abstinerit, et quamvis Bionnio, reductis in instauratione Collegiatae Canonicatibus, veluti Canonicus honorarius inservierit, in *Caesenaten. Jubilationis* 21. Julii.

*Juspatronatus* activum Capellaniae S. Martini Pontificis in Tudertina Cathedrali Ecclesia ab Angelo

gelo Michaelae Astancolle fundatae cum reservatione juris nominandi favore primogeniti in primogenitum Familiae Petri Pauli Astancolle, eademque deficiente Familia favore Capituli Cathedralis Ecclesiae spectare ad Franciscam Astancolle Peccini, unicam legitimam superstitem agnatam ob defectionem legitimorum Masculorum ejusdem Familiae respondit S. Congregatio, cum in patronatu agnatio et familiari foemina agnata, defectis masculis, ante ferenda sit masculis ortum ducentibus, ex filio naturali, atque etiam substituto, praesertim extraneo, *in Tridentina Juris patronatus* 17. Martii.

In decisis sub die 27. Julii 1822. standum decrevit S. Congregatio, scilicet *juspatronatus* Capellaniarum a Nicolao Mancini institutum spectare ad Rodolphum Voglia juniorem, non autem ad ejus amitam. Cum enim fundatrix Capellanos nominandos edixerit a Rodolpho Voglia seniore, et ab ejus descendentes masculis, a deficientibus masculis, a descendentes foeminis, unusque Rodolphus junior existerit masculus descendens, ad eum quoad vitam viveret, pertinere debuit jus nominandi, *in Camerinen. Jurispatronatus* 16. Junii.

## L

Quoniam satis constabat conditionem pio Legato a Laurentio Tortoloni relicto inherentem, scilicet solvendi quotannis scutata decem, si intra triennium post obitum ejusdem fundatoris ab Episcopo deligeretur Sacerdos, qui onus suscipere expli-

candi Sacram Scripturam in Nucerna Cathedrali Ecclesia, impletam fuisse per sacras lectiones, quas intra constitutum tempus, ne Legatum, in commissum incidere, ipse Episcopus habere consueverat; imo vel haereditas factum, qui iteratis vicibus pensionem Episcopo repraesentavit, id confirmabat; praestationi Legati locum esse dixit S. Congregatio, quin aliquid negotii faceretur, praestationem Legati longissimi temporis spatio fuisse intermissam, nam per judiciales denunciations a Canonico Theologo Nicolao Locipulries expletas interrupta remansit quaelibet praescriptio, *in Nucerna Legati pii* 17. Martii.

## M

Peractam bonorum divisionem *Mensae Capitularis Collegiatae Ecclesiae S. Michaelis Arcangeli Terrae Vici*, quae ad termines Bullae erectionis communiter administrandi, et solummodo eorum redditus inter Canonicos dividendi, et in quotidianas distributiones convertendi erant, haud probandam censuit S. Congregatio, ac Episcopo praecipit, ut curaret omnia in pristinum restitui ad formam Bullae erectionis. Decrevit etiam, a Praeposito Pelloni esse restituenda sigilla, et libros Capitulares, illumque ab Episcopo acriter monendum, ut se abstinere a similibus, *in Alatrina Mensae Capitularis* 23. Aprilis ad I. et II. Dab.

Quoniam adversus applicationem *Missae* Conventualis pro Benefactoribus in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis nulla inve-

hi potest contraria praescriptio, Sa ra Congregatio decrevit, Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Bartholomei Oppidi Alphabuccellensium Marsorum Dioecesis, qui se immunes ab hujusmodi onere arbitrii nunquam Missam Conventualem celebraverant, obstrictos esse ad quotidianam illius applicationem; quo petitam reductionem denegavit, eo quod Praebendae Canonicales satis amplis auctae essent redditibus. Verum censuit, consulendum esse Sanctissimo pro absolute quoad praeteritas omissiones, celebrata unica Missa cum cantu et interventu totius Capituli, in *Marsorum Missae Conventualis* 28. Aprilis ad I. et II. Dub.

Reductionem *Missae Conventualis*, aliorumque onerum Parochialis Ecclesiae S. Stephani Oppidi Mutilianae, ob reddituum decrementum pluries impertitam, S. Congregatio prorogandam censuit ad aliud decennium ad formam praecedentis indulti, docto, in *Faventina Missae Conventualis* 28. Aprilis.

Quum Canonicus jubilatione donatus, sit exemptus a choralis servitio, ac propterea vel ab onere *Missae conventualis*, quae praecipua est pars divini officii, et nihilo minus gaudeat omnibus emolumentis, ac si choro praesens adesset, ideo Sacer Ordo decrevit, a Capitulo Cathedralis Ecclesiae Privernensis minime deducendum esse onus *Missae conventualis* a Massa communi distributionum, antequam fiat earum partitio quoad Canonicos jubilatos, ac proinde restituendas esse Canonico Reali runde praedito distributiones a Capitulo detentas pro elemosyna *Missae Conventualis*, in *Terra-*

*cinc. seu Privernens. Missae Conventualis* 24. Novembris ad I. et II. Dub.



In Reatino Cathedralis Ecclesiae Capitulum in eodem saeculo decimo sexto invaluit, ut novis Episcopis Reatem adventantibus aliquod munus exhiberetur, atque centum abhinc annis cuilibet Episcopo oblata fuit summa scut. 140. Sacra Congregatio exinde censuit, induciam fuisse obligationem, ideoque mandavit singulis Episcopis Reatis in primo adventu ad Ecclesiam Cathedrali titulo *oblacionis* solvendam esse a Capitulo summam scut. 140. in *Reatina* 21 Julii.

S. Congregatio respondit, constare de donatione *Organi*, quod emerit Sacerdos Cajetanus Fabri Parochus Ecclesiae Roncaleae Pisaurensis Dioecesis, atque in memorata Ecclesia collocaverat, parieti infixerat, eoque undecim annis usus fuerat, quin postea in notula jurata suorum bonorum mobilium Ornagum illud retulerit. Quapropter nullius esse momenti dixit contractum alienationis ejusdem *Organi*, nec sanatione donatum, et ad cautelam consulendum esse Sanctissimo pro absolute a censuris etiam quoad emptorem, in *Pisauri Alienationis* 18. Augusti ad I. II. et III. Dub.

Quum in precibus Sanctissimo porrectis a Sacerdote Stanislao Sebastiani pro obtinenda, quatenus opus esset, sanatione nominationis, et institutionis ad Cappellaniam erectam sub invocatione S. Antonii Patavini in Ecclesia

clesia Archipresbyterali Terrae Rubiani, nec veritas reticita, nec falsitas fuerit exposita, non intrare arbitrium pro aperitione oris respondit S. Congregatio. Quo responso jam provisum esse dixit tum controversiae super nullitate nominationis a monialibus S. Mariae Humilitatis ad radices Montis Quirinalis, nunc vero in Coenobio S. Catharinae Senensis degentibus, expletæ favore Sacerdotis Stanislai, tum dubio, an idem Sacerdos foret manutenendus in possessione Cappellaniae, seu potius danla esset institutio Sacerdoti Aloisio Tiritante, qui utpote Rubiani ortus jus ad Capellaniam ex ipsa fundatione sibi quaesitum contendeat. Verum quod pertinet ad quaestionem, utrum jus nominandi adhuc pertineat ad reliquas Moniales Monasterii Humilitatis, seu potius ob extinctionem ejusdem Monasterii, et translationem Monialium in plura Coenobia, facta sit Cappellania liberae collationis, aut potius concedendum sit jus nominandi Principi Columna Barberini de Sciarra, ex cujus Familia originem trahebat fundatrix Anna Seraphina Columna, judicium protelandum duxerunt Eminentissimi Patres, ac iterum proponi mandarunt cum voto D. Secretarii, auditis omnibus interesse habentibus super jure activo juris patronatus in *Tiburtina Beneficii* 27. Januarii ad I. II. III. et IV. Dub.

## P

Quoniam nunnulla ad huc desiderari videbantur, ut S. Congregatio modum praescriberet, quo consuli posset tenuitati reddituum

Ecclesiae, *Parochialis*, et Collegiatae Oppidi Alabri, judicium prorogavit ad mentem; mens autem fuit, ut novus Reatinus Episcopus magis praecise, et sollicite referret super omnibus ad formam resolutionis diei 2. Junii 1821, in *Reatina dismembrationis* 15 Septembris.

Quoad validitatem, et dimissionem *Patrimonii sacri* Bagni, quod possidebat Antonius Bagni descendens ex linea a Testatore vocata, indecisus sub die 19. Novembris 1826. standum esse responsum dederunt Eminentissimi Patres, attento defectu actatis ejusdem Antonii de anno 1822, ideoque deveniendum ad novam sortitionem inter alios vocatos ad formam testamenti. Similiter in decisis stetit. Congregatio quoad restitutionem fructuum a die resolutionis memorati diei 19. Novem. atque insuper mandavit, ut Eminentissimus Archiepiscopus curet adimplementum onerum praeteritorum a praecedentibus possessoribus bonorum *Patrimonii*, in *Bononien. Patrimonii sacri* 18 Augusti ad I. II. et III. Dub.

Cum satis non constaret de asserta reddituum tenuitate Praepositorae S. Stephani Collegiatae Montis Sancti, judicium quoad petitionem a Praeposito Aloisio Pasquali oris aperitionem adversus Litteras Apostolicas, quibus annua pensio sent. quingentorum reservata fuit, protelandum censuit S. Congregatio, quae etiam ablegavit D. Secretario deputationem periti ex officio juxta mentem, sumptibus Praepositi, non retardata interim solutione pensionum, in *Furmana Pensionis* 17. Martii ad I. et II. Dub.

Precibus Parochi, et Cleri Sanctae Margaritae Oppidi Roccae Sicae Aquinatensis Diocesis, quibus postulabatur, ut Statuta, seu transactio anno 1745 inita ad dirimendas controversias, quae eundem Parochiam et Clerum inter, atque Collegiat in Sanctissimae Annuntiationis super juribus, praeceminentibus, ac processibus oriebantur, abrogaretur: Sacer Ordo, haud esse annuendum respondit, et mentem addidit. Mens autem fuit, ut firma remanente processione diei Sanctissimi Corporis Christi eodem modo, et forma juxta statuta, quoad reliquas processiones tantum Episcopus proponat media conciliationis, auditis partibus, in *Aquinate*. 28 Aprilis.

## R

Cum rationes, quas reddiderat Canonicus Franciscus Ferdinandi Administrator Capellae Sancti Joannis Appare civitatis Pontis Curvi, quibusdam scaterent erroribus, et omissionibus; Sacra Congregatio priusquam definiret, an decretum sacrae visitationis esset confirmandum, et exequendum, quo debitum Administratoris exhibitum fuerat ad ducata 500 et gr. 88, censuit, scribendum esse Episcopo, ut committatur nova reditio rationum generalis ab anno 1779. per novos syndacatores facienda, in *Pontis Curvi Reditionis rationum* 15. Septembris.

Antequam S. Congregatio quidquam decerneret super *redintegratione* honorum et administrationis Orphanotrophi Bolis ad Confraternitatem: auctis-

simi Sacramenti in Ecclesia Collegiata s. Stephani Oppidi Cotinellae etiam olim pertinentium, iudicium protelatum censuit, et exquiri mandavit votum novi Episcopi, ut dignosci valeat, an expediat, ut hereditas Bolis; et administratio Orphanotrophi Sodalitati restituatur, seu potius retineatur a Congregatione Instituti Charitatis, cui ab Italico Regimine fuerat concedita, in *Faentina Redintegrationis* 28. Aprilis.

Ob imminutionem reddituum laealis Capellaniae a Josepho Taddeo in Ecclesia parochiali Castri Tudertini fundatae *reductionem* quinque Missarum jam ad tempus impartitam ad aliud triennium pro tribus Missis hebdomadalibus, celebratis praesertim diebus festis etiam reductis, prolegandam censuit S. Ordo. Qua reductione provisum dixit alero Dubio, quo ceterorum legatorum reductio petebatur, si Eminentissimi Patres Missarum reductionem denegandam rati essent, in *Tudertina Reductionis onerum* 17. Martii ad I. et II. Dub.

Quoniam reditus Legati a Joanne Maria Baldinacci relicti satis superque erant ad imposita Missarum onera implenda, earum *reductionem* denegandam esse dixit S. Congregatio; quae tamen reductionem Missarum ex Legatis Zanibelli, et Chiaucci proficiscentium indulsit ad taxam eleemosynae manualis, quia reditus valde erant immutati. Item ad augendos exiguos fructus Capituli Senioris Cathedralis Ecclesiae Senogallienae reductionem Missarum, quae ex pluribus Legatis ortum ducebant, et Mensae Capitulari imminuebant,

quia certum designatumque haberent fundum, impartita est ad medietatem, ad decennium, computatis in hac medietate Missis, de quibus supra, in *Senogallien. Reductionis onerum* 16 Junii ad I. et II. Dub.

Quoad reductionem servitii Chori, quam Hebdomadarii Parochialis ecclesiae S. Mariae Majoris Civitatis Neapolis ob exiguos redditus efflagitabant ampliores, quam S. Ordo concessit in Comitibus diei 22. Julii 1826; Eminentissimi Patres in decisis standum esse dixerunt, nimirum servitium chorale cohibendum esse ad illos dies festos ritus duplicis primae et secundae classis tantum, qui sint de praecepto, praeter officia tenebrarum, commemorationis omnium fidelium defunctorum, et anniversarium Pontano, in *Neapolitana Reductionis servitii Chori* 18. Augusti.

Petitionem Andreae Marongiu Stochino Oppidi Ansani Calaritanae Dioecesis, qui Reductionem Legatorum flagitaverat, eo quod vix aliquam utilitatem perciperet ex haereditate a patre, et ab amita sibi relicta, omnino rejiciendam censuerunt Patres Eminentissimi, tum quia juramento spoponderat, se curaturum implementum piorum legatorum, tum quia desiderabantur argumenta, quibus probaretur tenuitas haereditatum, et gravis Oratoris paupertas, in *Calaritana Reductionis* 24. Novembris.

Ob exiguitatem, et decrementum reddituum, quibus fruitur Capitulum Nolanae Cathedralis Ecclesiae, reductionem Anniversariorum et officiorum juxta votum Episcopi concessit S. Congregatio, nimirum ut firmis quinquaginta Officiis defunctorum, alia officia condonarentur,

ac Missae 156 cum cantu reducerentur ad Missas lectas, addita tamen unica Missa cum cantu, et assistentia totius Capituli. Concessit quoque translationem Missarum, quae in certis Ecclesiis, et horis erant celebrandae, ad decennium, facto verbo cum Sanctissimo ob penuriam Sac. reddituum illarum celebratio protraheretur, sed denegavit illarum reductionem juxta votum Episcopi, in *Nolana Reductionis* 24. Novembris ad I. et II. Dub.

Questionem, a Canonicis Nursinae Cathedralis, cui unita fuerant bona pertinentia ad suppressum Monasterium S. Benedicti, propositam, utrum ipsi tenerent adimplere Legata Missarum, et Anniversariorum quae eidem Monasterio olim imminuebant, vel saltem ob tenuitatem reddituum Praebendarum Canonicalium esset locus reductioni onerum, et absolutioni praeteritarum omissionum, S. Congregatio, petentibus Canonicis, repropo- nendavit in prima congregatione post aquas, in *Nursina onerum* 16. Augusti ad I. II. et III. Dub.

At instaurato certamine, quin Canonici quidquam, ut spoponderant, protulerint; S. Congregatio declaravit, Capitulum Nursinum esse obstructum ad implenda legata. Verum ob tenuitatem reddituum Anniversaria reduxit ad unum Anniversarium cum cantu quolibet anno, usque dum integra pensio scut. 500., quam ob applicationem bonorum Canonici solvere tenerentur, cessaverit: onera autem in Missarum ad annua sacra quinquaginta juxta votum Episcopi, donec eadem pensio cessaverit, cohibuit. Similiter absolutionem

concedendam putavit, celebrato pro omnibus omissionibus uno anniversario cum cantu et interventu totius Capituli, *in eadem* 15. Decembris ad I. ad IV. Dub.

Dilationem flagitante Defensore Principis Pio, ut documenta commodius proferret, quibus evinceret onus *restaurandi* Ecclesiam Parochialem Oppidi Casape haud imminere eidem Principi, patrono Ecclesiae, sed Communitati; Eminentissimi Patres iudicium protrahendum duxerunt ad sequentem Congregationem, *in Tiburtina Restorationis Ecclesiae parochialis* 24 Novembris ad I. et II. Dub.

Cum vero Defensor Principis Pio assertam consuetudinem, quae in Parochianos onus *restorationis* Ecclesiae refunderet, irrito conatu probandam assumpsit, Eminentissimi Patres decreverunt, Ecclesiam instaurandam esse a patrono; eique praefigendum terminum duorum mensium vel ad perficiendas reparationes, vel ad renunciandum juri patronatus. In casu autem renunciationis, teneri respondit omnes possidentes etiam externos per aes et libram, *in eadem* 15. Decembris ad I. et II. Dub.

Tam bona ad Monasterium S. Leonardi civitatis Montis Regalis, et sub numeris primo et sexto voti Eminentissimi et Reverendissimi Cardinalis Frosini Relatoris contenta, quam bona ad Beneficium S. Joannis Baptistae in Ecclesia S. Petri in Savignano erectum spectantia, et a Sacerdote Antonio Palmieri illegitime acquisita, *restituenda* esse juxta votum Eminentissimi Relatoris decrevit Sacra Congregatio, quae etiam censuit restituendum praec-

dium S. Viti. Quod vero ad reliqua bona Monasterium S. Leonardi, fundum in territorio *le Piarche*, et alia plura bona per eundem Sacerdotem empta vela patronis, vel a Beneficiorum Rectoribus, et conductoribus, statuit, ut Episcopus opus vocatis omnibus interesse haberet procederet prout de jure, etiam cum facultatibus S. Congregationis, *in Reatina Censurarum* 27. Januarii ad I. II. III., et IV. Dub.

## S

Jus administrandi *Sacramenta* Canonice extra ambitum Paroeciae Collegiatae S. Joannis Baptistae Clavari lares habentibus, non ad Parochum ipsius Collegiatae sed ad Parochum domicilii pertinere respondit S. Congregatio, nam ex nova Ecclesiae disciplina nemini extra necessitatis eventum, nisi Paroco domicilii, fas est, infirmos sacro Oleo inungere illisque sanctissimi Corporis Christi Viaticum ministrare, *in Januæ Jurium Parochialium* 21 Julii ad I. Dub.

Ecclesia S. Petri Tiburtinae Civitatis olim Collegio Canonice honestata, postea Patribus Carmelitae concreditam, et nunc Sodalitio Moris et Orationis concessam, jure *sepeliendi*, quo fruebatur, etiam antequam eisdem Patribus Carmelitae traderetur, non decidisse responsum dederunt Eminentissimi Patres, cum hujusmodi jus ipsi Ecclesiae non autem personis impertitum fuisse dicendum sit; ac propterea quartam tantum funerariam juxta consuetudinem loci pro funere in memorata Ecclesia peccato occasione tumulationis cadaveris Petri Petrucci ad Parochum



chium defuncti, id est ad Carolum Regnum Rectorum Parochialis Ecclesiae SS. Vincentii et Anastasii per inere dixerunt, in *Tyburnina Juris tumulandi* 17. Martii ad I. et II. Dub.

Cum Ecclesiae Cathedrales, et Collegiatae tum solam gaudeant jure homandi electa Canonico-rum, nulla electa sepultura decedentium, etiam si extra limites Paroeciae Cathedralis, et Collegiatae decedant, cum Canonico-rum Collegium peculiare propriis qui Chori servitio sunt ad lecti, exciderint atque elegerint sepulchrum, ilico S. Congregatio decrevit, Canonicos Collegiatae Clavari, in qua nullum extat Canonico-rum sepulchrum, decedentes extra Paroeciae Collegiatae nulla electa sepultura, non esse tumulandos in eadem Collegiata, in *Jannen. Jurium Parochialium* 21. Idii ad II. Dub.

Exemptionem a *Servitio Chori*, et ab applicatione Missae Conventualis, quam postulaverat Archipresbyter Collegiatae Oppidi Sabiniani, ut animarum curae impensius vacaret, denegandam censuit S. Congregatio, ne servitium Choral- ob exiguitatem Capitularium, praesertim quia Parochus ex jure gaudet indulto abessendi a choro, ubi spiritalis commissi populi utilitas, vel necessitas exigit, quin privetur quotidianis distributionibus, in *Ariminen. Servitii Chori* 18. Augusti.

Ad advertendam praebendarum Canonicalium Parochialis Ecclesiae Oppidi Bronarum Derthonensis Diocesis inaequalitatem, quae scatebat ex bonorum jactura ob praeteritas temporum calamitates, S. Congregatio censuit, cuncta bona esse simul unienda, ac

deinde aequaliter inter sex Praebendas dividenda juxta votum Episcopi, facto verbo cum Santissimo. Similiter votis Oratorum in Canonico-rum ammendum existimavit quoad *Servitium* Chorale aliqua ex parte immanitum, cum id conducirerit ad majorem Domus Dei decorem. Verum denegavit Missarum reductionem, ac praecipit, ut hujusmodi opera aequaliter inter sex Canonicos divideretur, in *Derthonen.* 16 Junii ad I. II. et III. Dub.

### I

Ad controversias dirimendas, quae dudum exarserant inter Rectores ruralium Paroeciarum Maceratulae, et Flaminiae Fulginatensis Diocesis, cujusnam jurisdictioni subessent tres domus noviter extante in limitibus Villae Maceratulae, *transactio*, auctorante Episcopo sacram visitationem obeunte, anno 1825 iusta fuit. Hanc transactionem, quam evertere conabantur Parochus Villae Flaminiae, aedimque domini, servandam edixerunt Eminentissimi Patres, ac mandarunt Episcopo, ut limites utriusque Paroeciae ad formam transactionis constitueret. Quo responso jam satis consultum dixerunt alteri quaestioni, cujusnam Paroeciae essent subjiciendae controversae domus, in *Fulginaten. Paroeciarum* 24. Novembris ad I, et II. Dub.

### U

Quatuor Paroecias Civitatis Anxani sitas in regione Anxani veteris simul *uniendas*, ut Paroecia in

Ecclesiam S. Augustini facilis accessus transferretur, in eaque bonis veterum Parocciarum erigeretur receptitia Ecclesia numerata cum onere choro interessendi, et Parocho in animarum

cura exercenda suppetias ferendi, dixit S. Congregatio juxta votum Eminentissimi Relatoris, in *Lancianen. Unionis* 17. *Martii.*

F I N I S

# INDEX

## CONCLUSIONUM

Quae adnotatae sunt in Foliis Causarum  
anni 1827.

### ABSENTIA

Parochis Cañonicis denegatur exemptio a Choro, pag. 159. §. *Negative.*

Verum si absint a choro pro utilitate populi sibi commissi, non amittunt quotidianas distributiones, pag. 157. §. *At vero.*

Denegatur quoque Cañonicis indulgentiam abessendi a choro ad spiritualia subsidia populo suppeditanda, si exiguus in choro superesset capitularium numerus, pag. 157. §. *Tandem.*

Aliquando conceditur cum onere alium subrogandi, qui oneribus satisfaciatur, pag. 242. §. *Nec*

Justis tamen intercedentibus causis, ad breve tempus, certisque cohibitis clausulis, pag. 243. §. *Camillerius.*

Absens a residentia, qua poena puniendus, pag. 244 §. *Decernant.*

Vide *Residentia.*

### ABSOLUTIO

Ab excommunicatione aliquando conceditur cum reincidentia, pag. 18 *ad V. et VI. Dib.*

Absolutio ab oneribus non impletis tribuitur, si probabilis in oratoribus adstipotentis splendendi, pag. 69. §. *Decernant.*

Tenuitas reddituum viam sternit absolutioni a praeteritis omissionibus,

nibus, pag. 166 §. *Veruntamen*  
Difficilius conceditur, si mala fide onera fuerint omissa, pag. 69. §. *Decernant.*

### ACTUS FACULTATIVI

Per quodcumque temporis spatium exerciti nullam inducunt obligationem, pag. 44. §. *Multo que,* pag. 122. *Si autem, et* pag. 132. §. *Nec.*

Nisi ex rerum adjunctis animus sese obligandi eruatur, pag. 122. §. *Si autem et seq.*

Vel constet, agentes fuisse coactos, simulque tempore ad praescribendum idoneo acquiescisse coactioni, pag. 125. §. *Itaque.*

### ADITIO

Vide *Substitutio*

### ADMINISTRATIO

Rationes semel expunctae, ac rite probatae ad trutinam nequeunt revocari, pag. 182 §. *Nec*

Praesertim si traditi fuerint gestio- nis libri, *ibid.*

Verum etiam post rationum solidationem nova instituitur ratio- nis redditio, si detegatur error, aut omisio alicujus nominis, pag. 183 §. *Contrarium*

Eoque magis si rationis redditio probata fuerit eum clausulis praeservativis, *ibid.*

M in

Ad-

Administrator bonorum Ecclesie rationem reddere tenetur Episcopo, pag. 222. §. *Neque*.  
 Non vero Communitati, cui a testatore data fuit facultas eligendi consiliarium, qui rationis redditioni præsens adesset, *ibid*.  
 Sententia syndacatoria jussu laicæ potestatis confecta super administratione bonorum Ecclesie caret suo robore, pag. 182. §. *Nec*

## ALIENATIO

Vetustissima est lex, quæ vetuit alienationem bonorum Ecclesie pag. 26. §. *A priscis*.  
 Nisi justa intercederet causa, ac certa servarentur solemnia, *ibid*.  
 Postea ad compescendam cupiditatem male alienantium bona ecclesiastica, Paulus II. irritos declaravit contractus alienationis bonorum Ecclesie, pag. 126. §. *A priscis*, pag. 161. §. *Si*.  
 Si tamen alienatio peracta fuerit inconsulto Romano Pontifice, pag. 125. §. *A priscis*  
 Male distrahens censuris, aliisque pœnis subjicitur, *ibid*, pag. 14. §. *Nec minus*, et pag. 161. §. *Si*  
 Occupantes, et usurpantes eadem bona obnoxii evadunt excommunicationi Concilii Trid. sess. 22. cap. 11. *de reform.*, *ibid*.  
 Item eis cooperantes, *ibid*.  
 Bona Confraternitatum, aut aliorum piorum Locorum, a gallico regimine sine Apostolicæ Sedis beneplacito Instituto Charitatis tributa, restituenda sunt eisdem locis piis in antiquum statum redintegratis, pag. 87. §. *Contra*.  
 Alienatio bonorum Capellanie laicalis fieri potest sine apostolico beneplacito, pag. 207. §. *Si*  
 At bona Sodalitatis auctoritate Epi-

scopi erectæ alienari nequeunt sine Apostolicæ Sedis venia, pag. 146. §. *Defensor*  
 Item terrarum, aliæque res parvi valoris, licet ecclesiasticæ, distrahi possunt sine beneplacito Apostolico, pag. 127 §. *Nihilominus* et pag. 161. §. *Si*  
 Quidam res modici valoris vocant, quæ non æstimantur ultra 25. ducata de Camera, seu romana s. ut. 41. 25., pag. 127 §. *Quidam*

Alii, quæ pretium non attingunt aureorum centum, *ibid*.  
 Nonnulli judicis, hoc est Episcopi, arbitrio relinquentium censent, *ibid*.

Huic postremæ sententiæ adhaesit S. Congregatio, pag. 128 §. *Huic*  
 Sed nonnulli referunt. postea S. Congregationem responsum dedisse, non posse Episcopum concedere facultatem ultra viginti quinque aurea, *ibid*.

Certum tamen est, servandam esse consuetudinem, quæ tribuit Episcopo facultatem concedendi veniam pro alienatione bonorum Ecclesie, quæ non excedunt valorem scutatorum quinquaginta, pag. 129 §. *Affirmative*.

Sive hæc consuetudo sit centenaria, sive quadragenaria, *ibid*  
 Sed Vicarius Generalis sine speciali Episcopi mandato nequit concedere veniam alienandi terras, aliasque res modici valoris, pag. 128 §. *Huic*.

Si arbores populæ incidantur, earum pretium est conferendum in augmentum dotis Beneficii, ut in Papien., pag. 128 §. *Huic*  
 Vide *Beneplacitum Apostolicum*, *Bona*

## ALIMENTA

Vide *Expensæ*, *Legatum*.

APERITIO ORIS

Vide *Oris Aperitio*

ARBORES

Vide *Alienatio.*

ARCHIVIUM

Omnes Ecclesiae Cathedrales, et Collegiatæ Archivium in loco tuto Ecclesiae habere debent, pag. 82. §. *Addam.*

Cui præficiendi sunt duo Canonici cum clavibus diversis, *ibid.* Ibi que asservanda decreta, codices, alique libri Canonicalium præbendarum, et Beneficiorum, *ibid.*

Sive universos, sive singulos canonicos spectent, *ibid.*

Neque Canonicis, neque Episcopofis est extrahere libros, et instrumenta ex capitulari tabulario, *ibid.*

Episcopo tamen est potestas cogendi Canonicos, ut ei tradant exemplaria scripturarum Mensæ Epi copalis, *ibid.*

Qui sigillum, aut libros ex capitulari grammataphylacio eluxerunt, compellendi sunt ad restitutionem, pag. 82. §. *ad II.*

AXIOMATA  
ET REGULÆ JURIS

Nihil est magis naturæ consonum, quam eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, pag. 22. §. *Dein*, pag. 142. §. *Oratorum*, et pag. 154. §. *Nihil.*

Non est ferendus, qui lucram amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, pag. 66. §. *Ad dit.*

Gratiæ et privilegia juri alterius detrimentum inferre non debent, pag. 107. §. *Porro.*

Nihil magis est voluntati contrarium, quam error et ignorantia, pag. 110. §. *Nec.*

A diversis non valet illatio, pag. 152. §. *Aninadvertit.*

Quod nostrum est, ad alios transire non potest sine facto nostro, pag. 160. §. *Orator.*

Nemo donasse præsumitur, nisi probetur, pag. 160. §. *Orator.*

Numquam præsumitur juri tertii quæsito derogasse Principem, nisi expresserit, pag. 164. §. *Nec.*

Hæres factum sui auctoris servare tenetur, pag. 184. §. *At.*

Quod semel placuit, amplius displicere non potest, pag. 211. §. *At.*

Pendente ad Principem recursu haud tempora labuntur, pag. 227. §. *Jam vero.*

Legitime impeditis tempora non labuntur, pag. 227. §. *Jam vero.*

Per novas gratias non tolluntur veteres, sed confirmantur, pag. 254. §. *At vero.*

Nisi contrarium exprimitur, *ibid.*

BENEFICIUM

Beneficium datur propter officium, pag. 144. §. *Attamen.*

Beneficiorum suppressiones, translationes, et mutationes sunt odiosæ, pag. 49. §. *In jure.*

Cum his, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non sit detrahendum, *ibid.*, et pag. 90. §. *Unio.*

Nisi urgens necessitas, vel utilitas aliter postulet, pag. 49. §. *In jure.*

Inter legitimas causas recensetur Ecclesiarum decus, pag. 49. §. *Porro*, et pag. 55. §. *Affirmative.*

Ecclesiae dismembrationem passæ exhibendus est annuus canon, aut aliquis honor, pag. 65. §. *Statuta.*

Vide *Bona*, *Civitas*, *Præbendâ*,  
*Unio*.

### BENEPLACITUM APOSTOLICUM

Pacta inter capitulares inita etiam  
super præeminentis indigent  
apostolico beneplacito, pag. 80  
§. *Verum*.

Secus successores afficere neque-  
unt, *ibid*.

Non desunt Doctores, qui docent,  
haud necessariam esse Sedis Apo-  
stolicæ veniam pro ineiunda pa-  
ctione inter Clericos ejusdem Ec-  
clesiæ super modo gaudendi fru-  
ctibus communis massæ, pag. 81  
C. *At*.

Bona Locorum piorum, sine Apo-  
stolicæ Sedis venia a militari  
regimine Instituto Charitatis,  
aut Administrationi Hospitalium  
addicta, restitui debent eisdem  
Locis piis, pag. 87. §. *Contra*

Contractus a Sodalitatibus auctori-  
tate Episcopi erectis initi sine  
apostolico beneplacito nullius  
sunt roboris, pag. 146. §. *De-  
fensor*.

Etiamsi initi fuerint, dum staret  
italicum Regimen, *ibid*.

Initus contractus sine beneplacito  
apostolico sanatione non firma-  
tur, ubi evidens non appareat  
utilitas Ecclesiæ, pag. 161 §. *Si*

Qui bona fide res Ecclesiæ sine  
Apostolicæ Sedis venia distra-  
hit, non subest pœnis extravag.  
*Ambitosæ*, pag. 161. §. *Attamen*.

Sed S. Congregatio pro absolutio-  
ne respondere solet, *ibid*.

Vide *Alienatio*.

### B O N A

Bona ecclesiastica usurpata, aut  
ma'ie alienata sunt Beneficiis,  
et Ecclesiis restituenda, pag. 18  
*ad I. II. et IV. Dub.*

Item bona ad usus pios a milita-

ri regimine sine Apostolicæ Se-  
dis venia concessa restitui de-  
bent dominis scilicet locis piis in  
integrum restitutis, pag. 87. §.  
*Contra*.

Gallorum tempore in neapolitano  
Regno lex edita fuit, qua pa-  
tronis laicis permittebatur pos-  
sessionem adire, ac domitium  
acquirere bonorum, quæ dotem  
constituebant Beneficiorum, et  
Capellaniarum laicalis jurispatro-  
natus, pag. 8. §. *His*.

Post mortem vero eorum, qui ea  
tunc temporis possidebant, *ibid*.

Et dimmodo curam animarum, et  
onus residentie annexum non  
haberent, *ibid*.

Et cum onere implendi onera Be-  
neficiis inherencia, *ibid*.

Quæ memorata lex decreto Ferdi-  
nandi Regis anno 1819. abrogata  
fuit, *ibid*.

Sed postmodum prodit declaratio,  
legem illam vim suam exerere  
quoad bona Beneficiorum, quæ  
ante præfatum decretum aliene-  
rata fuerint, vel inter patronos  
divisa, *ibid*.

Vide *Alienatio*.

### C A D U C I T A S

Ad excludendam caducitatem suf-  
ficit etiam erronea opinio, ac  
levis quælibet causa, pag. 42.  
§. *Hisce*.

Præstatio legati sub conditione re-  
licti evincit, haud caducum fac-  
tum fuisse, *ibid*.

Aut saltem remissam, condonatam-  
que quamlibet caducitatem, *ibid*.  
Vide *Legatum*.

### CANONICATUS ET CANONICI

Proprium est canonice, ut Cano-  
nicis tribuat jus vocis in iis,  
quæ a capitulo collegialiter ex-  
pediuntur, pag. 235 §. *Itaque*.

Hinc

- Hinc Canonici novæ erectionis gaudent jure suffragii in iis, quæ communem Ecclesie, et Capituli utilitatem præseferunt, *ibid.*
- Secus vero in iis, quæ respiciunt jura veterum dumtaxat Canoniorum, *ibid.*
- Nisi aliter cautum fuerit in limine foundationis, *ibid.*
- Similiter Canonici novæ erectionis non lucrantur quotidianas distributiones, et emolumenta, quæ proficiscuntur ex legatis Capitulo relictis ante illorum erectionem, pag. 236 §. *Quod.*
- Nisi ad eorum delibationem a capitulo sponte fuerint admissi, *ibid.*
- Verum legata postea capitulo relicta debentur tum antiquis, tum novis veris Canonicis, *ibid.*
- Pro ratione tamen servitii, *ibid.*
- Canonici, dum laudes divinæ persolvuntur, nequeunt a choro discedere, ut Confessiones excipiant, pag. 156. §. *At.*
- Nec etiam ut Missam privatam celebrent, *ibid.*
- Aliter quotidianas distributiones illius horæ, qua absunt a choro, amittunt, *ibid.*
- Secus tamen, si a choro abscendant de licentia legitimi Superioris, et ad Missam pro populi communitate celebrandam, *ibid.*
- Atque in eadem Ecclesia, *ibid.*
- Vel si Parochus Canonicus chorum dimittat ad munera parochialia obeunda, pag. 157. §. *At vero.*
- Canonicatum redditus pares sint oportet sustinendo decenti Canonicorum gradui, pag. 93. §. *Jam vero, et pag. 172. §. Canonicales.*
- Pro loci tamen, et personarum qualitate, pag. 93. §. *Jam vero.*
- Si redditus valde tennes sint, ad pauciores numerum reducuntur præbendæ, *ibid.*
- Dummodo tot supersint, quæ divino cultui celebrando, et dignitati Ecclesie respondeant, *ibid.*, et pag. 137. §. *Verum.*
- Secus exiguis redditibus consultitur onerum reductione, pag. 93. §. *Jam vero, pag. 137. §. Quod, et pag. 166. §. Verumtamen.*
- Nam canonicales præbendæ non ad sola Missarum onera ferenda instituntur, pag. 93. §. *Jam vero.*
- Sed etiam ad congruam vitæ exhibitionem choro inservientibus suppeditandam, *ibid.*
- Non conceditur reductio, si agatur de oneribus jam accepto habitis, pag. 172. §. *Verum.*
- Nisi appareat postera bonorum imminutio, *ibid.*
- Canonici jubilati immunes sunt ab onere Missæ Conventualis, pag. 199. §. *Sed.*
- Quin aliter suadeat resolutio capitularis, aut consuetudo, pag. 200. §. *Quin.*
- Canonicus Coadjutor novam, eamque Capitulariter post mortem Coadjuti capere debet possessionem, pag. 118. §. *Verumtamen.*
- Vide *Archivium, Beneficium, Ordines, Præbenda.*

## CANONICUS HONORARIUS

Proprie non est Canonicus, pag. 235. §. *Hinc.*

Et habet nomen siue re, *ibid.*

Nec ad residentie legem, nec ad choro interessendum compelli potest, *ibid.*

Particeps esse nequit jurium antiquorum Canonicorum, pag. 235. §. *Rector.*

Etiam si post ejus erectionem Canonicis obvenerint, *ibid.*

Nec etiam præcedentiam sibi asserere potest supra veros Canonicos, licet possessione juniores, *ibid.*

## C A P E L L A N I A

Bona Capellanæ laicalis distrahi possunt sine Apostolico beneplacito, pag. 207. §. Si.

Capellania laicalis, etiamsi erecta in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata cum onere interessendi diuinis laudibus, non secumfert residentiam, pag. 242. §. Imo, et pag. 244. §. Ad I.

Nisi fundator expresse contrarium sanciverit, pag. 242. §. Imo.

Quod si onus residentiae secumferat, Capellanus non incidit in poenam privationis fructuum, nisi Episcopus prævia monitione illam irrogaverit, pag. 244. §. Decernant, et §. ad III.

Vide Bona.

## C A T E C H I S M U S

Parochis non licet in Ecclesiis Confraternitatum se junctis a templo parochiali docere doctrinam christianam, pag. 251. §. Nec.

Quamvis Episcopis jus sit, justa intercedente causa, tribuendi Parocho facultatem, ut in Ecclesiis Sodalitatum rudimenta fidei explicare valeat, pag. 252. §. Marsorum.

## C E N S U R A

Suspensio, ubi est censura, ut valide infligatur, requiritur prævia monitio, pag. 16. §. Ad.

Secus vero, ubi est poena, *ibid.*

## C I V I T A S

Alienigena ex privilegio creatus civis, idoneus evadit ad consequendam privilegia, et Beneficia veris civibus concessa, pag. 23. §. Nec, et pag. 25. §. Hisce:

Ita tamen ut, si adsint, originarii jugiter præferantur, pag. 25. §. Hisce.

Idque etiamsi privilegium civitatis suprema Principis auctoritate fuerit roboratum, *ibid.*

Secus tamen dicendum, si privilegium cum expressa clausula, quod assumptus habeatur pro originario, a supremo Principe sit concessum, pag. 23. §. Nec.

## C O N F E S S I O

Ex errore promanans nemini nocet, pag. 55. §. Aperitioni.

## C O N F R A T E R N I T A S

Vide Sodalitas.

## C O N G R U A

Quantitas congruæ pendet a rerum circumstantiis, prudenti judicis arbitrio librandis, pag. 56. §. Postulat.

Episcopis, et animarum curatoribus integra debetur congrua, pag. 58. §. Præterea.

Etiamsi reliqui Beneficii fructus satis non sint ad solvendas pensiones, *ibid.*

Secus quoad reliquos Beneficiorum rectores, *ibid.*

Congrua Parochorum ex constitutione S. Pii V. non debet esse minor scut. 50. pag. 140. §. Præterea.

Ex praxi autem hujus S. Ordinis non minor scut. 100. *ibid.*

Ad hanc constituendam congruam conceditur Beneficiorum unio, *ibid.*

Atque etiam piorum legatorum applicatio, et Missarum reductio, *ibid.*

Vide Pensio.



CONSUECUDO

Rationabilis, et legitime præscripta abrogat quamlibet humanam legem, etiam canonicam, pag. 128. §. *In hac.*

Allegans consuetudinem, frequentiam actuum, et diuturnitatem temporis probare debet allatis monumentis, pag. 200. §. *Quin.*

Decennalis observantia sufficit ad litterarum apostolicarum dispositionem interpretandam, pag. 234. §. *Accedit.*

Adversus litteras apostolicas decreto irritanti munitas induci nequit consuetudo, pag. 234. §. *Dissonam.*

Vide *Oblationes.*

CORRESPECTIVUM.

Renunciantis admissio ad novam sortitionem correspectivum est emissæ renunciationis, pag. 152. §. *Ultimo.*

DISPENSATIO

Ut Matrimonium rite initum dispensatione dissolvatur, duo extrema concurrant necesse est, pag. 177. §. *Mulieris.*

Scilicet matrimonium non fuisse consummatum, justamque intercedere dispensandi causam, *ibid.*

Primum extremum evincit explorata mulieris virginitas per aspectum corporis, p. 177. §. *Ad.*

Præsertim si in ipsa nuptiarum novitate reclamaverit contra viri frigiditatem, *ibid.*

Adeo ut in hoc casu posthabendum sit juramentum viri affirmantis consummationem, *ibid.*

Matrimonii rati et non consummati dispensatio aliquando indulgentia fuit, etiamsi vir demandatæ

corporis recognitioni sese subijcere abnuerit, pag. 72. §. *Ex adductis, et pag. 73. §. Affirmative.*

Sed necessariam esse inspectionem corporis viri, traditur pag. 73. §. *At.*

Nec sufficit recognitio corporis mulieris, *ibid.*, et pag. 179. §. *Ex.*

Cum hujusmodi probationum genus incertum sit, et fallax, p. 73. §. *At, et pag. 179. Ex.*

In quovis dubio sequentiæ consummationis concedi nequit dispensatio, pag. 180. §. *Præcipuum.*

Plura occurrunt dispensationum exempla sine triennali experimento, pag. 179. §. *Alteram.*

Ad vinculi matrimonialis dissolutionem graves, et urgentissimæ requiruntur causæ, pag. 180. §. *Tandem.*

Probabilis viri impotentia justam suppeditat dispensandi causam, p. 178. §. *Ex.*

Potens haberi nequit, qui adhibitis conatibus puellam parentibus virginem restituit, *ibid.*

DISTRIBUTIONES

Tertia pars fructuum Mensæ Capitularis convertenda est in quotidianas distributiones, pag. 81. §. *Quod vero, et pag. 137. §. Quod.*

Parochus, cujus præbendæ in eadem Ecclesia est annexus Canonicatus, discedens a choro pro utilitate populi sibi commissi percipit quotidianas distributiones, pag. 157. §. *At vero.*

Vide *Canonici.*

DONATIO

Non præsumitur, nisi probetur pag. 160. §. *Orator.*

Ex injectione proprii organi, aut sacre suppellectilis in Ecclesiam non

- non eruitur voluntas donandi ;  
*ibid.*
- Nihilominus tacita donatio habetur , si Beneficiatus rebus propria aere acquisitis stigmata ; aliaque insignia sive Ecclesiae at-  
textuerit , pag. 160 §. *Nihilominus* :
- Vel Organum , aliasque res ita eidem Ecclesiae aptaverit , ut ipsi donata videantur , *ibid.*
- Ac praesertim si in honorum suorum inventarium res illas non recensuerit , pag. 161. §. *Om-nem.*

## E C C L E S I A

- Regularis per secularizationem amittit privilegia et jura respicientia regularitatem , pag. 39. §. *Verum.*
- Reliqua jura integra manent ipsi Ecclesiae , *ibid.*
- Nisi expresse tollantur , *ibid.*
- Vide *Jus tumultandi, Reparatio Ecclesiae.*

## ECCLESIA RECEPITIA

Vide *Missa conventualis.*

## E X E C U T I O

- Erectio praebendae contra formam apostolicarum litterarum nullius est roboris , pag. 235. §. *Dissonam.*
- Et Apostolica rescripta , quasi nondum impleta , ex integro executioni sunt mandanda , *ibid.*
- Imo si decreto irritanti munita fuerint , corruiit postera consuetudo , *ibid.*
- S. Congregatio leges foundationis vindicare solet ab inductis abusibus , *ibid.*

## E X P E N S A E

Pars victa victrici in expensas litis

est condemnanda , pag. 101. §. *Partem.*

Imo ubi agitur de sumptibus factis ad tuendam alimentorum causam ; expensae omnes tam judiciales , quam extrajudiciales reficiuntur , *ibid.*

Si temere , et sine justa causa victus litem egerit , pag. 102. §. *At.*

Ex vetusta hujus S. Congregationis consuetudine non reficiuntur expensae factae occasione litis coram S. Congregatione , pag. 102. §. *Deinde.*

Secus dicendum de expensis expletis coram Curia episcopali , antequam controversia deferretur ad S. Congregationem , *ibid.*

Imo etiam ab hoc S. Ordine determinatur refectio expensarum occasione litis coram S. Congregatione , si agatur de causis matrimonii libus , pag. 101. §. *Nec.*

Vel de causis spolii , aut negotiorum gestorum causae piae , *ibid.*  
Vide *Legatum.*

## F I L I U S

- Filiusfamilias superstiti patre nullum jus habet in ipsius bonis , pag. 152. §. *Animadvertit.*
- Agere tamen potest , ut sibi alimonia a patre exhibeantur , *ibid.*
- Atque etiam , ut patrimonium sacrum sibi constituatur ad Ordines majores suscipiendos , pag. 153 §. *His.*
- Vide *Legitimitas.*

## FUNCTIONES

Jus canendi Missam solemnem sive pro vivis , sive pro defunctis in Ecclesiis sejunctis a templo parochiali pertinet ad Capellannum Sodalitii , pag. 250. §. *Quamvis.*

Item jus exponendi SSimum Sacramentum Eucharistiae , *ibid.*

Cetc-

eterasque peragendi non parochiales functiones, *ibid.*  
 Aliquid tamen contrarium statuere potest Episcopus, si ita exposcit Ecclesiae utilitas, pag. 251. §. *At vero.*  
 S. Rituum Congregatio in decretis generalibus sartas tectas voluerit constitutiones synodales, *ibid.*  
 etque etiam conventiones in erectione Confraternitatum factas, et translationes Apostolica auctoritate initas, *ibid.*

## F U N U S

Emolumenta funeris peracti in Ecclesia jure sepeliendi destituta, ex statuto Cleri Romani pertinent ad Parochum defuncti, pag. 38. §. *Jam vero.*  
 si tamen carent jure tumulandi tam jure communi, quam privilegio, pag. 39. §. *Verum.*  
 Secus ad Ecclesiam tumulantem pertinent omnia emolumenta, pag. 40. §. *Hisce, et pag. 60. §. Tiburtina ad II. Dub.*  
 Dempta quarta pro paracho defuncti, pag. 40. §. *Hisce, et pag. 60. §. Tiburtina ad II. Dub.*  
 Cum jus parochiale consistat in ejusdem quartae exactione pro funeribus illorum, qui alibi, quam in Ecclesia parochiali legitime tumulantur, pag. 40. §. *Hisce*  
 Ad Parochum spectat jus peragendi funus in Ecclesia Confraternitatis intra limites ejus parochiae sita, si tumulandus sit illius subditus, pag. 250. §. *Quamvis.*  
 Reliqua autem funebria officia sive praesente, sive absente cadavere pertinent ad Capellanum Soldatitii, *ibid.*

Ubi adest lex, vel consuetudo, ut Praebendarii funus, seu cadavera Canonorum deferant ad sepulchrum, servanda est, pag. 74. §. *Placentina.*  
 Verum si cadavera arca lignea inclusa essent deferenda, moderanda est lex, *ibid.*  
 Nam ob mutationem status, et supervenientem causam receditur a dispositione statuti, vel privilegii, pag. 76. §. *Itaque.*  
 Vide *Functiones, Jus tumulandi*

## G R A T I A

Per novas gratias veteres non tolluntur, sed confirmantur, pag. 234. §. *At vero.*  
 Nisi contrarium exprimatur *ibid.*  
 Gratiae et privilegia juri alterius detrimentum inferre non debent, pag. 107. §. *Porro.*  
 Cum numquam praesumatur juri tertii quaesito principem derogasse, nisi expresserit, pag. 164. §. *Nec.*

## H A E R E S

Si Ecclesia instituta fuerit haeres, qualitas haereditaria pertinet ad Ecclesiam, non vero ad Capellanos, aut ad patronum ipsius Ecclesiae, pag. 218. §. *Communitas. et pag. 223. §. ad I.*  
 Haeres factum sui auctoris servare tenetur, pag. 184. §. *At.*

## I N H I B I T I O

Vide *Juspatronatus.*

## I R R E G U L A R I T A S

Corpore vitati ab ordinibus repelluntur, pag. 245. §. *Irregularitatis.*

N n

Si

- Si nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri sacra munia obire queant, *ibid.*
- At summus Pontifex dispensationem concedere potest Sacerdoti altera manu carenti, ut Missam celebret, pag. 246. §. *Verum.*
- Imo etiam Presbytero utraque manu destituto, *ibid.*
- Facilius promotus, quam promovendo conceditur dispensatio, *ibid.*
- Modo conceditur, modo denegatur, prout rerum suadent circumstantiæ, pag. 147. §. *Hujusmodi.*
- De negata fuit a S. Congregatione dispensatio Sacerdoti, qui integram lævam manum amiserat, pag. 246. §. *Hujusmodi.*
- Item alteri qui digitos, et volam ejusdem, manus amiserat, *ibid.*
- Atque etiam Sacerdoti, qui sinistro brachio neque Calicem elevare, neque sacram Hostiam frangere poterat, *ibid.*
- Non desunt exempla dispensationum, quæ impertite fuerunt Sacerdotibus uno, alterove brachio impeditis, pag. 246 §. *Ponderanda.*
- Imo etiam sacerdotibus, quibus dexteri brachii pars, vel læva manus ad carpum usque abscissa fuerat, *ibid.*
- Adhibita tamen assistentia alterius Sacerdotis, pag. 247. §. *Hujusmodi.*
- Et aptata brachio manica, vel manu fictitia, *ibid.*
- Ac lege etiam adjecta celebrandi Missam in Oratorio privato, vel in publica Ecclesia, hora tamen a populo minus frequentata, *ibid.*

## JUBILATIO

- Conceditur post laudabile, et assiduum quadraginta annorum servitium, pag. 117. §. *Mos.*
- Quin obsit servitium præstitum

- partim tamquam Coadjutor, partim tamquam Titularis, *ibid.*
- Jubilatione donantur quoque, qui prius tamquam vel Canonici inservierunt, et postea quadragenarium servitium expleverunt tamquam Canonici honorarii, pag. 117. §. *Jam vero.*
- Quando scilicet reductis Canoniciatibus ob temporum vicissitudines juniores Canonici tamquam Canonici honorarii, dum seniores vita gaudent inservire compelluntur, *ibid.*
- Peculiari consuetudine inveni, aut statuto præcipi potest, ut Canonici jubilati quasdam functiones explere teneantur, pag. 199. §. *Præterea.*
- Canonici jubilati immunes sunt ab onere Missæ conventualis, pag. 199. §. *Sed.*
- Vide *Missæ Conventualis*

## JUS ACCRESCENDI

- Ut vim suam exerat, postulat realem et verbalem conjunctionem, pag. 147. §. *Cum*, et pag. 149. §. *Tandem.*
- Disjuncta vocatio, et legati facta duos constituit stipites, pag. 147. §. *Cum.*
- Et impedit jus accrescendi favore superstitis lineæ, *ibid.*
- Atque hæres immunis efficitur a præstatione legati, *ibid.*
- Si testator iis utatur verbis, quæ utriusque lineæ descendentes complectantur, ac simul jungant, dicitur constitutam fuisse reciprocam linealem, ex qua oritur jus accrescendi, pag. 150. §. *Nitidius.*

## JUSPATRONATUS

- Illi est adjudicandum juspatronatus, qui pro se habet testato-

ris vocationem, pag. 27. §. *Blasius*.

Vocatio di primogenito in primogenito innuit juspatronatus primogeniale, *ibid.*

Femina existentibus masculis lineæ primogenilis remanet exclusa a juspatronatus primogeniali, pag. 27. §. *Blasius*.

Filii naturales comprehenduntur in vocatione juspatronatus saltem in defectum legitimorum, pag. 28 §. *Nihil*.

Nisi verba testatoris aliter des ponant, *ibid.*

Nomine illorum de familia, et domo veniunt etiam naturales, pag. 28. §. *Nihil*.

Legitimati æquiparantur legitimi, *ibid.*

In jure patronatus primogeniali, atque etiam gentilitio, et mixto, feminae agnatæ, deficientibus masculis, in subsidium succedunt, pag. 20. §. *Francisca*.

Et excludunt substitutum, præsertim extraneum, pag. 30 §. *Hinc*.

Feminae enim nate ex masculis dicuntur de domo, et agnationem retinent, *ibid.*

Etiamsi in matrimonium collocatæ *ibid.*

Solummodo feminae agnatæ excluduntur per posterius a successione in juspatronatus primogeniali, vel gentilitio, si testator eas repulerit, vel expresse, pag. 29. §. *Francisca*.

Vel virtualiter, per vocationem scilicet masculorum de linea masculina, *ibid.*

Quia feminae non veniunt nomine masculorum, *ibid.*

In juspatronatus agnatio, masculi ex feminis ne in subsidium quidem, peremptis masculis agnatis, succedunt, pag. 30. §. *Hinc*.

Si testator designaverit substitutum in defectum agnatorum, *ibid.*

Verum in dubio pro feminis est respondendum, pag. 30. §. *Hinc*

Cum non sit verosimile, quod testator voluerit extraneos feminis de familia anteferre, *ibid.*

Femina agnata excludit masculos legitimos cum clausula sine præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, aut alia de jure valida dispositione, pag. 30. §. *Hinc*.

Cum hæc legitimatio nullum inferat præjudicium juri a femina agnata per fundationem quaesito succedendi in juspatronatus primogeniali, defectis masculis, *ibid.*

Illegitimi non dicuntur de domo, nec de familia, pag. 31. §. *Injuria*.

Si testator utatur verbis civilibus, de filiis legitimis, et naturalibus loquutus videtur, *ibid.*

Atque hinc illegitimi, eorumque descendentes excludere nequeunt substitutum in defectum familiae, et domus, *ibid.*

Juspatronatus hæreditarium nulla ex parte in legitimarium, sed integre hæredi universali obtingit pag. 98. §. *Dein*.

Contrarium suadetur pag. 100. §. *Præterea*.

Juspatronatus relicti descendentes tamquam mere gentilitium habetur, pag. 99. §. *Cum*.

Et in eo indistincte succedunt tam descendentes ex masculis, quam descendentes ex feminis, *ibid.*

Nisi fundator prælationem tribuerit descendentes ex masculis supra descendentes ex feminis, *ibid.*

Juspatronatus mixto greditur descendens ex designata familia, et hæres habitualiter, pag. 100. §. *Præterea*.

Scilicet quod potuerit ab intestato succedere tam primo acqui-

quam ultimo agnato, si ipsi alios non instituissent hæredes, *ibid.*  
 Quodque per eum non steterit, quominus hæreditatem adierit, *ibid.*  
 In patronatus familiare et gentilitium nullam passum est derogationem ex S. Pontificis Motu proprio anni 1816, pag. 100. §. *Neque, et §. In decisis.*  
 Jure patronatus pluribus personis per modum unius corporis, seu collegii ab initio reservato, locum habet jus accrescendi favore supersuatum, pag. 22. §. *Dein.*  
 Monasterio relictum, si Monasterium Monialium dissolvatur, et Moniales migraverint in aliud cœnobium, quin peculiarem communitatem efforment extinctum est renuntiandum, pag. 24. §. *Nec.*  
 Deficientibus patronis, Beneficium evadit liberæ collationis, pag. 25. §. *Quatenus.*  
 Simplex inhibitiō oriens ex pendentiā litis super jure præsentandi haud turbat possessionem pag. 22. §. *Nulla.*  
 Sed specialis inhibitiō requiritur super possessione nominandi, *ibid.*  
 Manuendus est in possessione Capellanæ, qui illam inuit ad præsentationem patroni nullo infectam vitio, ac nulla intercedente fraude, pag. 24. §. *Itaque.*  
 Nominatio post contestatam litem super jure patronatus obtenta nullius roboris est, pag. 24. §. *Nec.*  
 Vide *Legitimitio, Substitutio.*

### JUS TUMULANDI

Parochiales tantummodo Ecclesiæ ex veteri disciplina jure sepeliendi pollebant, pag. 105. §. *Parochi.*  
 Et ad animarum curatores spectabant cadaverum expositiones, et funerum emolumenta *ibid.*  
 Postea ex consuetudine, aut privilegio factum est, ut aliæ quo-

que Ecclesiæ jure tumulandi fruerentur *ibid.*  
 Et cuius liberum foret in eisdem sepulturam eligere, *ibid.*  
 Sodalitates jure communi non gaudent jure sepeliendi, pag. 38. §. *Haud.*  
 Sed illum acquirere valent ex Apostolicæ Sedis, aut Episcopi privilegio, *ibid.*  
 Regularium Ecclesiæ gaudent jure tumulandi, pag. 38. §. *Haud.*  
 Verum deficiente in illis Regulari Instituto, deficit jus tumulandi ratione regularis Instituti concessum, pag. 38. §. *Haud.*  
 Jus tumulandi est reale, et Ecclesiæ coherens, pag. 39. §. *Verum.*  
 Nec censetur sublatum, nisi Ecclesia corruerit, pag. 40. §. *Hisce.*  
 Ideoque si Ecclesia regularis evadat secularis non perimitur jus tumulandi, pag. 40. §. *Hisce et pag. 60. §. Tiburtina ad I. Dub.*  
 Quoniam per secularizationem censentur sublata privilegia concernentia Regularitatem, pag. 39. §. *Verum.*  
 Edictalis lex anni 1817. cuncta cadavera deponi statuit in cœmeteriis, pag. 106. §. *Jam vero.*  
 Episcopis tamen permittitur quibusdam in casibus veniam tribuere, ut cadavera sepeliantur in Ecclesiis, si opportunas facultates impetraverint, pag. 106. §. *Nimirum.*  
 Inter jus tumulandi, et jus funerandi latum intercedit discrimen nec unum est alterius accessorium, pag. 107. §. *Verum.*  
 Per edictalem legem Ecclesiæ non fuerunt expoliatae jure sepeliendi, et funerandi, pag. 107. §. *Verum.*  
 Sed solummodo cœmeteria sepulchris singularum Ecclesiarum subrogata, *ibid.*  
 Ideoque ad Ecclesiam, in qua adest sepulchrum gentilitium, vel electa fuerit sepultura, licet sine legi-

legitima venia pertinet nedum expositio cadaveris, sed etiam funeris emolumenta, pag. 107. §. *Verum*, et seq.

Nam jura Parochi colibentur ad quartam canonicam, et ad humanationem cadaverum illorum, qui non habent, aut non elegerunt sepulturam, pag. 108. §. *Ex his*.

Qui sepulturam non elegerunt, sunt humo tradendi, ubi consueverunt audire divina officia, et Sacramenta recipere, pag. 113 §. *Canonicum*.

Æquum videtur, ut Clerici in ea sepeliantur Ecclesia, ubi Beneficium habent residentiale, pag. 113. §. *Canonicum*.

Cadavera Canonicorum sunt tumulanda in Ecclesia parochiali domicilii, pag. 115. §. *Similiter*.

Dummodo non elegerint sepulturam *ibid.*

Aut in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata non extet sepulchrum Canonicorum, *ibid.*

Vel habeant sepulchrum gentilium, *ibid.*

Cadavera recto tramite sunt deferenda ad Ecclesiam, in qua electa fuit sepultura, etiamsi postea in publico cœmeterio tumulari debeant, pag. 109. §. *Dein*.

Tametsi contraria inducta videatur consuetudo, *ibid.*

Nisi defunctus vel haeres aliter ordinaverit, *ibid.*

Qui illegitime in propria Ecclesia alienum parochianum tumulat, restituere cogitur cadaver, et omnia funeris emolumenta, pag. 105. §. *Parochi*.

Imo si cadavera humo condantur in Ecclesia non parochiali nulloque jus sepeliendi habente, omnia funeris emolumenta ad Parochum defuncti pertinent *ibid.*

Etiamsi ex venia Episcopi tumuletur in eadem Ecclesia, *ibid.*

Vide *Funus*.

## LEGATUM

Sub conditione relictum, si hæc deficiat, penitus evanescit, pag. 43. §. *Verum*.

Legatarius amittit legatum, nisi voluntatem Testatoris admissim impleat, pag. 44. §. *Nec*.

Annua legata miserabilibus personis relicta alimentorum locum tenent, pag. 101. §. *Judicium*.

Piique relictum naturam sortiuntur, et privilegia, *ibid.*

Ex discretiva locutione elicitur, legatum non induere naturam alimentorum, pag. 102. §. *At*.

Quid sentiendum de legato pauperibus relicto ad extrinsecam artem per illos exercendam, habetur, *ibid.*

Vide *Caducitas, Jus accrescendi, Reductio, Voluntas*.

## LEGITIMA

Potius ad quietam bonorum, quam hereditatis accedit, p. 98 §. *Dein*.

Contrarium traditur, pag. 100. §. *Praeterea*.

## LEGITIMATIO

Per legitimationem ex principis re-scripto tollitur macula genituræ, pag. 28. §. *Nihil*.

Legitimus, ejusque descendentes redintegrantur ad jura sanguinis, et familiæ, *ibid.*

Et æquiparantur legitimis, *ibid.*

Imo pollent jure a successione repellendi feminas a fundatore exclusas, *ibid.*

Atque etiam substitutum in defectum familiæ, *ibid.*

Verum legitimatio alia est pura et simplex, alia cum clausula *sine praejudicio etc.*, pag. 36. §. *Hinc*.

Legitimatio cum eadem clausula nullo infert præjudicium his, qui per

- per fundationem jus succedendi sibi quæsierunt, *ibid.*, et pag. 31. §. *Injuria*.
- Siquidem ista clausula adeo est præservativa iurium, ut gratia elargita conditionalis habeatur. pag. 31. §. *Injuria*.
- Quatenus nimirum tertio damnum non inferat, *ibid.*
- Et ideo ista legitimatio integrum servat jus necdum foeminae in subsidium vocatae, sed etiam substituti in defectum familiae, *ibid.*
- Vide *Juspatronatus*.

### LEX FUNDATIONIS,

- S. Congregatio solet leges fundationis vindicare ab inductis abusibus, pag. 235. §. *Dissonant*.
- Vide *Executio*.

### LIBELLUS

- Pendente recurso ad Principem, tempora non labuntur, pag. 227. §. *Jam vero*.
- Ad indulta assequenda satis non est, ut preces porrigantur, pag. 229. §. *Nimum*.
- Sed opus est, ut consonum obtineatur rescriptum, pag. 229. §. *Nimum*.

### L I S

- Vide *Juspatronatus*, *Libellus*.

### M I S S A

- Vide *Functiones*, *Reductio*, *Translatio*.

### MISSA CONVENTUALIS

- Est pars divini Officii, pag. 69. §. *Verum*, et pag. 199. §. *Sed*. Ideoque a Canonicis ferendum illius onus non obstante tenuitate reddituum, pag. 69. §. *Verum*.
- Præceptum applicandi Missam conventualem originem desumit ex sacris Diptycibus, pag. 165. §. *Animadvertunt*.
- Canonici Cathedralium, et Collegatarum Ecclesiarum Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere quotidie applicare tenentur, pag. 68. §. *Canonicis*.
- Et contraria consuetudo veli i abusus, et corruptela omnino est rejicienda, *ibid.*
- Ecclesiae receptitiae, et Communales lege Missae Conventualis non obstringuntur, pag. 68. §. *Canonicis*.
- Aliquando conceditur reductio, vel quoad celebrationem ob ministrorum paucitatem, pag. 69. *Attamen*.
- Vel quoad applicationem ad solos dies festos ob reddituum tenuitatem, *ibid.*
- Celebrata tamen aliis diebus Missa Conventuali cum interventu Capituli, *ibid.*
- S. Congregatio reductionem concedere solet ad dies festos, si media a Tridentino praescripta ad augendos redditus non suppetere, pag. 69. §. *Verum*, et pag. 85. *Affirmative*.
- Tenues censentur praehendendae, quae scutata 30, quotannis non excedunt, pag. 69. §. *Attamen*.
- Vel scut. 40, aut 80. non attingunt, *ibid.*
- Celebrantibus Missam conventualem solvenda est eleemosyna per modum distributionis, pag. 199. §. *Legem*.
- Ac detrahenda est ex massa distributionum, *ibid.*
- Si tamen infixae est massae distributionum *ibid.*
- Distributiones assignantur pro Missa conventuali, sicut pro caeteris horis. *ibid.*
- Canonici jubilati nec per se, nec per



per alium Missam conventua-  
lem celebrare, et applicare te-  
nentur, pag. 199. §. *Sed*.

Ac propterea nec etiam solvere sti-  
pendium ejusdem Missae, *ibid.*

Imo stipendium Missae conventua-  
lis detrahi non potest ex massa  
distributionum, antequam fiat  
earum reparatio quoad Canoni-  
cos jubilatos, pag. 200. §. *Qua*.

Obligationem licet a Canonicis ju-  
bilatis accepto habitam subeun-  
di onus Missae conventualis re-  
probat S. Congregatio, pag. 200  
§. *Quin*.

Quia aliter suadeat inducta con-  
suetudo hujusmodi addendi con-  
ditiones, *ibid*

Aut capitularia decreta, *ibid.*

MONIALES

Vide *Juspatronatus*.

NOMINATIO

Vide *Juspatronatus*.

OBLATIONES

Oblationes Ecclesiae, et Ministris  
statis anni temporibus fieri solitae,  
quamvis initio ad libitum  
expletae, postea evadunt obli-  
gatoriae, pag. 122. §. *Si autem*.

Nam post longum tempus eruitur  
in offerentibus animus sese obli-  
gandi, pag. 125. §. *Jam*.

Et adigi possunt ad illas ferendas,  
pag. 122. §. *Si autem*.

Oblationes Episcopo fieri solitae,  
piæ censentur, pag. 125. §. *Jam  
vero*.

Nam quod Episcopo datur, pau-  
peribus dari dicitur, *ibid*.

OBSERVANTIA

In ambiguo optima est interpre-  
s, pag. 132. §. *Quamvis*.

Ad litterarum apostolicarum dispo-  
sitionem interpretandam sufficit  
decennialis observantia, p. 234.  
§. *Accedit*.

Vide *Voluntas*.

ORDINES

Qui possident præbendas in Ec-  
clesiis Cathedralibus cum onere  
suscepti Ordines sacros ad il-  
los intra annum, justo impedi-  
mento cessante, se promoveri  
tenentur, pag. 225. §. *Statuit*.

Aliter præter privationis vocis in  
capitulo, incurrunt in pœnam pri-  
vationis dimidiæ partis quotidi-  
narum distributionum, *ibid*.

Et quidem hanc pœnam post cla-  
psum annum ipso jure contra-  
hant, pag. 228. §. *Verum*.

Licet distributiones, quas vocant  
extraordinarias integre percipiant  
intra annum non promoti, pag.  
226. §. *Usque*.

Haud tamen ipso jure privantur  
Beneficio, pag. 226. §. *Ex san-  
ctione*.

Sed post adhibitæ monitiones ab  
Episcopo privari possunt, *ibid*.

Imo in Beneficiis curatis induci-  
tur vacatio ipso jure, *ibid*.

Aliquando concedi solet indultum  
prorogationis ad suscipiendos Or-  
dines, ut Clerici de sua voca-  
tione maturius deliberare queant,  
pag. 229. §. *At vero*.

ORGANUM

Vide *Donatio*.

ORIS APERITIO

Adversus Apostolicas litteras con-  
ceditur justa, ac rationabili in-  
tercedente causa, pag. 55. §.  
*Aperitioni*.

Ut judici via aperiatur ad justitiam  
cullibet administrandam, *ibid*.

Conceditur, cum constat rescriptum Principis impetratum esse celata veritate, vel expresso mendacio, pag. 21. §. *Stanislai*.  
 Evanescit obreptio, et subreptio, si omnia pro rei veritate Pontifici exposita fuerint, praesertim exhibitis documentis, et narrata litis pendentia, *ibid.*  
 Rescripta relicto statu litis impetrata, subreptionis vitio infecta censentur, et irrita judicantur, pag. 24. §. *E contrario*.  
 Quia si Pontifici lis innotuisset, forsitan a concedenda gratia sese abstinuisset, *ibid.*  
 Vide *Juspatronatus*.

## P A R O C H I A

Paroeciae dismembratio conceditur, etiam invitis Rectoribus, si legitima intercedat causa, pag. 211. §. *Dismembratio*.  
 Justam suppeditant causam distantiam, et difficultas locorum, *ibid.*  
 Adeo ut Parochiani sine magno incommodo, aut periculo Paroeciani adire nequeant, *ibid.*  
 Denegatur vero, si justa non occurrat causa, pag. 211. §. *Nec*.

## P A R O C H I A N U S

Clerici censentur filii, et parochiani illius Ecclesiae, in qua Beneficium residentiale possident, pag. 113. §. *Huic*.  
 Nam ibi domicilium ratione Beneficii cum residentia contrahunt, ubi residere tenentur, pag. 113. §. *Ex hoc*.  
 Atque ita cum sua Ecclesia sunt conjuncti, ut censeantur cum illa cor unum, et anima una, pag. 115. §. *Canonicum*.  
 Haec tamen vim exerere possent in locis, ubi Parochiales Ecclesiae certos non habent limites, pag. 114. §. *Haec*.

## P A R O C H U S

Jurisdictioni Parochi, intra cujus limites sitae sunt, subsunt novae domus extractae, pag. 211. §. *At*.  
 Parocho dumtaxat domicilii, nec ulli alii fas est Sanctissimum Viaticum, atque Extremam Unctionem ministrare, pag. 114. §. *Haec*.  
 Imo neque Parocho Cathedralis et Collegatae licet eadem Sacramenta aegrotantibus ejusdem Ecclesiae Canonicis ministrare, si extra suae Paroeciae limites commorentur, *ibid.*  
 Nisi aliter suadeat necessitas, *ibid.*  
 Parochus Canonicus discedens a choro pro utilitate populi sibi commissi lucratur quotidianas distributiones, pag. 157. §. *At vero*.  
 Vide *Catechismus*, *Functiones*, *Funus*, *Jus tumulandi*, *Pensio*.

## P A T E R

Filiam, quae indotata evasit, iterum debet dotare, pag. 195. §. *At vero*.

## P A T R I M O N I U M S A C R U M

Filius agere potest adversus patrem, ut patrimonium sacrum ipsi constituat, pag. 153. §. *His*.

## P A T R O N U S

Post expletam Ecclesiae dotationem compelli nequit ad illius supplementum, si decrescat, pag. 194. §. *In themate*.  
 Aliter traditur, pag. 195. §. *At vero*.  
 Scilicet nisi juripatronatus nuntium mittere velit, pag. 194. §. *Collabescentes*.  
 Vide *Reparatio Ecclesiae*.

## PENDENTIA LITIS

Vide *Juspatronatus*, *Libellus*,  
*Oris aperitio*.

## PENSIO

Probata redituum Beneficii tenuitate, vel prorsus delenda, vel ad mensuram fructuum reducenda est pensio, pag. 56. §. *Postulat*.

Sin minus sit locus deputationi economi, qui pensionariis distribuat fructus, *ibid*.

Prius tamen deductis impensis pro oneribus Beneficii, et soluta congrua titulari, *ibid*.

Nam Episcopis, et animarum curatoribus integra debetur congrua ex praescripto Tridentinae Synodus, pag. 58. §. *Præterea*.

Quamvis titularis reservationi pensionis consensum præstiterit, et cum juramento ex errore valorem Beneficii expresserit, pag. 56. §. *Postulat*.

Ummmodo pensionem de proprio solvere, ac patrimonialibus bonis vivere non promiserit, *ibid*.

Feliqua Beneficia ad dimidiam usque redituum partem ex consuetudine Datarie Apostolicæ gravantur pensionibus, pag. 58. §. *Præterea*.

Imo gravior per Summum Pontificem imponi potest pensio, si titularis sciens prudens consentiat, *ibid*.

Vide *Congrua*, *Peritia*.

## PERITIA

Despicienda est erronea periti relatio, pag. 57. §. *Nec fidem*.

Periti licet extrajudiciales fidem promerentur, pag. 180 §. *Præcipuum*.

Ad justum valorem Beneficii metiendum, non quadriennii, sed integri decennii fructus spectantur, pag. 57. §. *Nec fidem*.

## P O E N A

Ferendæ sententiæ dicitur, si lex illam non irroget, sed judici mandet, ut pœnam infligat, pag. 227. §. *Jam vero*.

Ideoq̄ nisi accedat sententia condemnatoria, pœna non contrahitur, *ibid*.

Hæc sententia vim suam exerit a die, qua lata fuit, *ibid*.

Dictio tamen illa *ex tunc* pœnam innuit latæ sententiæ, pag. 228. §. *Verum*.

Atque hoc in casu ad contrahendam comminatum pœnam satis est sententia declaratoria, pag. 228. §. *Haut*.

Quæ vim suam sortitur a die violatæ legis, *ibid*.

## PRÆBENDA

S. Congregatio aliquando utiliore existimavit peculiarium præbendarum constitutionem, quam communem Mensam, pag. 80. §. *Legenti*.

Sed nonnunquam denegavit Mensæ capitularis divisionem in singulares præbendas, pag. 82. §. *Ad I*.

Quomodo consulendum tenuitati præbendarum, habetur pag. 93. §. *Jam vero*.

## PRÆSCRIPTIO

Introducenda est, ne rerum dominia diu incerta maneant, pag. 205 §. *Catharina*.

Et in pœnam negligentium jus summi, pag. 206. §. *Attamen*.  
Contra pupillos, aliosque agere non valentes, durante pupillari ætate, aut impedimento, non procedit præscriptio, *ibid*.

Ad præscribendum alicui obligationi adversus Ecclesiam præ-

ter justum titulum tempus quadraginta annorum requiritur, pag. 43 §. *Itaque*, et pag. 132. §. *Nec*.  
 Nullo contrario actu interruptum, pag. 43. §. *Itaque*.  
 Interrumpitur per iudicalem interpellationem, *ibid*.  
 Non requiritur titulus in praescriptione, quae vehementem non habet juris resistantiam pag. 133. §. *Statutis*  
 Tempus quadraginta annorum potest esse ad quamlibet perimendam actionem, pag. 44. §. *Multo*que, et pag. 205. §. *Catharinæ*.  
 Praescriptio immemorabilis, et centenaria praesumptionem secumfert cujusque melioris tituli, pag. 205. §. *Catharinæ*.  
 Atque etiam Apostolici beneplaciti; *ibid*.  
 Ac propterea hujusmodi praescriptio potest esse derogare etiam super remis decendentium voluntatibus, *ibid*.  
 Pugnans vero Doctores, utrum onera Missarum, et fundationes Beneficiorum centenaria praescriptione periri queant, pag. 206. §. *Attamen*.  
 S. Congregatio aliquando negativae sententiae adhaesisse traditur, *ibid*.  
 Vide *Actus facultativi*.

### PROCESSIONES

Quenam processiones dicantur publicae, habetur pag. 64. §. *Nec*  
 Publicae Processiones in majori tantummodo Oppidi vel Civitatis Ecclesia fieri debent, *ibid*.  
 Clerici omnes tam seculares, quam regulares publicis processionibus interesse tenentur, *ibid*.  
 Nisi a mœniis civitatis distent ultra medium milliare, pag. 64. §. *Nec*.  
 Cum Tridentina lex, quae omnes

Clericos cogit ad interessendum processionibus publicis, eos spectet, qui in eadem terra, aut oppido lares habent, pag. 65. §. *At Parochus*.

Si tamen consuetudo in aliquo loco vigeat, ad publicas processiones accedere adstringuntur etiam illi, qui ultra milliare absunt pag. 64. §. *Nec*.

Clerus interesse debet publicis processionibus, quamvis oppidum, vel civitas regionibus constet inter se sejunctis, ac plane dissitis, *ibid*.

Nec concedenda est exemptio interessendi eisdem processionibus ob loci asperitatem, *ibid*. et pag. 71. §. *Acquinate*.

Sed alia potius praefinienda methodus, pag. 64. §. *Nec*.

### REDDITIO RATIONIS

Vide *Administratio*.

### REDUCTIO

Imminutis Legatorum redditibus, onera reducuntur, pag. 35. §. *Et re*, et pag. 90. §. *Hujusmodi*.

Quando testator parem erga omnia legata ostendit dilectionem, reductio pro rata est facienda, pag. 36. §. *Attamen*.

Ex ordine scripturae elicitur praedilectio, pag. 36. §. *Attamen*.

Caetera potius legata, quam Missae reducuntur, pag. 36. §. *Attamen*, et pag. 94. §. *animadvertendum*.

Cum ex sacrificiis uberius animae testatorum consequantur suffragium, pag. 36. §. *Attamen*, pag. 173. §. *Attamen*.

Chori servitio praeferenda sunt sacrificia, pag. 91. §. *Nec*.

Aucta Missarum eleemosyna justam praebet causam reductionis, pag. 93. §. *Et re*.

Denegatur redutio, si reditus pares deprehendantur oneribus, pag. 36. §. *Verum*, pag. 91. §. *At*, et pag. 94. §. *Et*.

Multoque magis, quando lucrum aliquod, impletis oneribus, superesset, pag. 94. §. *Et quamvis*.

Legata, quae peculiari potiuntur fundo, non sunt cum aliis, quorum latet fundatio et dos, confundenda, pag. 94. §. *Et quamvis*, et pag. 95. §. *Senogallien*.

Et Missae ita reducendae, ut tot offerantur Sacra, quot ex superextantibus cujusque legati fructibus litari queunt ad rationem eleemosynae mannalis, pag. 94. §. *Et quamvis*, et pag. 95. §. *Senogallien*.

Justam suppeditat reductionis causam tenuitas reddituum, et gravis paupertas haereditis, pag. 169. §. *Tenuitatem*.

Praesertim si haeres sit sanguine conjunctus cum testatore, *ibid*.

Ex praesumpta testatoris voluntate, *ibid*.

Aliquando tamen denegatur redutio, etiamsi haeres nullam ex delata haereditate assequatur utilitatem, pag. 169. §. *Iustam*.

Nisi extrema laboret inopia, *ibid*.

Et nisi tenuitas haereditatis certis probationibus evineatur, pag. 170. §. *In praesenti*.

Vide *Canonicatus, Missa Convenciuales*.

## REGULÆ JURIS

Vide *Axiomata*.

## REPARATIO ECCLESIAE

Ecclesiae collabescentes instaurendae sunt, pag. 194. §. *Collabescentes*.

Atque in primis sumptibus illorum, qui damnum Ecclesiae intulerunt, pag. 195. §. *Qua propter*

Dein servanda est, si vigeat, peculiaris Ecclesiarum consuetudo, pag. 194. §. *Collabescentes*.

Tum ex redditibus ipsius Ecclesiae, *ibid*.

Harum nomine intelliguntur nedum proventus ad fabricam, sed etiam ad rectorem pertinentes, pag. 194. §. *Collabescentes*.

His deficientibus cogendus est Patronus, *ibid*.

Ita vero ut Ecclesiam restanret, vel junipatronatus nuntium mittat, *ibid*.

Patroni, nullos ex bonis Ecclesiae percipientes fructus in subsidium tantummodo adstringuntur, pag. 195. §. *Qua propter*.

Tandem si alia desint media, compellendi sunt parochiani ad Ecclesiam parochialem instaurandam, pag. 194. §. *Collabescentes*.

Qui per aes et libram symbolum conferre debent, pag. 195. §. *Verulamien*.

Imo in Italia mos invaluit, ut etiam possessores forenses symbolam tribuant, *ibid*.

## RESIDENTIA

Capellaniae, et simplicia Beneficia personalem residentiam ex consuetudine non requirunt, pag. 242. §. *Imo*.

Eorumque oneribus per alium satisfieri potest, *ibid*.

Nisi fundator aliter expressis verbis decreverit, *ibid*.

Si autem erectae fuerint in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis cum onere choro, et divinis laudibus interessendi, secumferunt residentiam, pag. 243. §. *Verum*.

Atque etiam pondus per se ipsum horas canonicas persolvendi, *ibid*.

Etiamsi fundator id expresse non sanciverit, *ibid*.

Quia censetur, se ad canonum censuram accommodasse, *ibid.*

Secus tamen censendum de Capellania laicali, nisi contraria appareat fundatoris voluntas, *pag. 242. §. Imo, et pag. 244. §. Ad. I.*

Capellanus non residens, quæ poena puniendus, *pag. 244. §. Decernant, et §. Ad III.*

Vide *Absentia, Capellania.*

### SACRAMENTA

Vide *Parechus.*

### SENTENTIA

Sententia syndacateria, jussu laicæ potestatis confecta super administratione bonorum Ecclesiæ, caret suo robore, *pag. 182. §. Nec.*

Vide *Administratio, Poena.*

### SEPULTURA

Vide *Jus Tumulandi.*

### SODALITAS

Alicubi viget statutum, aut consuetudo, ut Canonici per possessionem dumtaxat Canoniceatus evadant Confratres Sodalitatum, quæ erectæ sunt in eadem Ecclesia, *pag. 152. §. Quamvis.*

Ac etiam, ut inter Canonicos eligatur, qui munus aliquod obeat, *ibid.*

Vide *Cathechismus, Functiones Funus, Jus Tumulandi.*

### STATUTUM CLERI ROMANI

Vim suam exerit etiam in Tiburtina Diocesi, *pag. 58. §. Jam vero.*

Vide *Funus.*

### SUBSIDIUM CHARITATIVUM

Exigi nequit, si redditus mensæ episcopalis ampli sint, *pag. 122. §. Et.*

Nisi contraria vigeat consuetudo, *ibid.*

Exigitur ab Ecclesiis, et Beneficiis universæ Dioecesis, *pag. 124. §. At.*

Adhibito saltem Capituli consilio, *ibid.*

Et manifesta, ac rationabili intercedente causa, *ibid.*

### SUBSTITUTIO

Vulgaris expirat per aditionem primi substituti, *pag. 96. §. Ut.*

Vocatio descendendum masculorum, et inde foeminarum hæredis instituti simplicem secumfert ordinem succedendi, *pag. 97. §. Neque.*

Ut nempe descendentes masculi vocati intelligantur, quoties hæres institutus vel nollet, vel non posset hæreditatem adire, *ibid.*

Similiter descendentes foeminae vocatae censentur, quatenus masculi non extent, vel hæredes non sint, *ibid.*

Nisi tamen praesto sint gravissimæ conjecturae, quæ inductum fideicommissum suadeant, *ibid.*

### SUSPENSIO

Vide *Censura.*

### SYNODUS

Decreta Synodus Dioecesanæ juri communi, aut privilegiis a Sede Apostolica indultis derogare nequeunt, *pag. 110. §. Nec.*

Etiam ad dirimendas controversias fuerint edita, *ibid.*

## TESTIS

De auditu meretur si 'em, si aliunde veritas hauriri nequeat, pag. 256. §. *Executores*.

Eoque magis si Sacerdotali characterē sit insignitus, *ibid*.

Sed testibus de auditu ex ore ipsius rei nulla adhibetur fides, pag. 257. §. *Verum*.

Cum tanti valeant, quanti testimonium illius, a quo rem audierunt, *ibid*.

## TRANSACTIONO

Versatur circa rem dubiam, pag. 150. §. *Addit*.

Utilis existimanda est, si contractantes aliquid sibi mutuo remiserint, pag. 150. §. *Addit*, pag. 153. §. *Ineptissimum*.

Aliquid remissum videtur, si renunciatio possessionis emissa fuerit sub lege, ut renunciatus admittatur ad novam sortitionem, pag. 152. §. *Ultimo*.

Respuenda est, si loco pio damnosa deprehendatur, p. 147. §. *Nec*.

Transactio nulla est convalidanda, si necessitatis, et utilitatis causa postulet, pag. 143. §. *At*.

Justam revalidationis causam supeditat recessus a litibus in posterum orituris, p. 149. §. *Utilitatem*.

## TRANSLATIO

Missarum non conceditur, nisi iusta occurrat causa, pag. 175. §. *Neque*.

Quamvis ex sacrificii excellentia idem piis testatoribus obveniat suffragium, sive in una, sive in altera Ecclesia Missae offerantur, *ibid*.

Si tamen divinus cultus nullum patiatur detrimentum, et ratio-

nabilis suadeat causa, non denegatur translatio, *ibid*.

## UNIO

Beneficiorum unio est odiosa, pag. 49. §. *In jure*.

Per unionem beneficiorum, et Ecclesiarum non immutatur status beneficii, et Ecclesiae unitae, pag. 164. §. *Tandem*.

Sed in ea debet more solito deserviri, et consueta sacrificia offerri, *ibid*.

Etiamsi unio per accessionem facta fuerit, *ibid*.

Ita similiter suppresso Monasterio, ejusque bonis alicui Ecclesiae applicatis, impleri debent legata Monasterio olim incumbentia, *ibid*.

Etiamsi Pontifex in honorum applicatione nihil caverit, pag. 164. §. *Nec*.

Quia non praesumitur juri tertii quaesito, seu voluntatibus testatorum derogasse, *ibid*.

Nisi id patulis verbis expresserit, *ibid*.

Vide *Beneficium*.

## VICARIUS GENERALIS

Nequit sine speciali mandato Episcopi tribuere veniam alienandi terrulas, aliasque res modici valoris spectantes ad Ecclesiam, pag. 128. §. *Huic*.

Quoad jurisdictionem Vicarii Generalis Episcopi in Regno Neapolitano servanda est constitutio S M Clementis XIV., pag. 15. §. *A dubio*.

## VOLUNTAS

Testatorum religiose est servanda, pag. 36. §. *Verum*, pag. 87. §. *Contra*, et pag. 90. §. *Unde*.

Et

- Et ad unquam implenda, pag. 44. §. *Nec*.
- Adeo ut legataris amittat legatum, nisi supremam testatoris voluntatem adamussim servet, *ibid*, et pag. 244. §. *Decernant*.
- Verum non inducitur ipso jure, pag. 141. §. *In jure*.
- Pia legata latissime sunt interpretanda, pag. 42. §. *Quum*.
- In supremis testatorum voluntatibus interpretandis non verberum cortex, sed disponentis mens est attendenda, pag. 42. §. *Quum*, et pag. 241. *Et sane*.
- In ambiguo, observantia est optima mentis testatoris interpret, pag. 42. §. *Hisce*, pag. 152. §. *Ultimo*.
- Praesertim si proxima fuerit fundationi, pag. 42. §. *Hisce*.
- Et ex facto haereditis ortum habuerit, *ibid*.
- Observantia clarae testatoris voluntati resistens abusus et corruptela dicitur, pag. 43. §. *Itaque*.
- Sacri Canones abhorrent a supremarum voluntatum commutatione, pag. 141. §. *Abrogatum*.
- Praesertim si testatores caverint, ne eorum dispositiones immutentur, *ibid*.
- Verum utilitatis, aut necessitatis intercedente causa conceditur voluntatis commutatio, pag. 86. §. *Et sane*, pag. 90. §. *Unio*.
- Vide *Beneficium*.

## V O T U M

- Eminentissimi, et Reverendissimi Card. Frosini in causa *Reatina Censurarum* 27. Januarii, p. 2.
- Eminentissimi, et Reverendissimi Card. Falzacappa in causa *Lancianen Unionis* 17 Martii, p. 45.

F I N I S







BX Catholic Church. Congregatio  
1935 Concilii  
A36 Thesaurus resolutionum  
t.85-87 Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---



BX Catholic Church. Congregatio  
1935 Concilii  
A36 Thesaurus resolutionum  
t.85-87 Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C  
39 15 14 19 08 001 1